LAS
SIETE PARTIDAS
DEL MUY NOBLE REY
DON ALFONSO EL SABIO,
GLOSADAS
POR EL LIC. GREGORIO LOPEZ,
del Consejo Real de Indias de S. M.

TOMO III,
QUE CONTIENE LA 6.ª Y 7.ª PARTIDA.





MADRID:
COMPAÑÍA GENERAL DE IMPRESORES Y LIBREROS DEL REINO.
1844.


BIBLIOTECA
LETRA
NUMERO

AQUI COMIENZA
LA SEXTA PARTIDA
DESTE LIBRO,
que fabla de los Testamentos, e de las Herencias.

Sesudamente, dixeron los Sabios antiguos, que passan su tiempo, aquellos que biuen faziendo bien su fazienda, tomando guarda en las posturas, e en los pleytos, que ponen unos con otros. Mas mayormente tuuieron que auian grand seso, los que al su finamiento sabian ordenar (1), e poner lo suyo en tal recabdo, de que ellos ouiessen plazer (2), e fiziessen pro de sus animas (3), e fincaua despues de su muerte lo suyo sin dubda, e sin contienda (4) a sus herederos. Onde, despues que en la quinta Partida deste libro fablamos de todas las posturas, e pleytos, e conueniencias, que los omes fazen entre si en su vida, queremos aqui dezir de los testamentos que fazen a su fin; porque esto es encerramiento de su fecho. E de si diremos de las herencias, que los otros heredan dellos, despues que mueren, tambien por testamento, como por manda, e por otra manera qualquier. Otrosi mostraremos, de como los huerfanos, e los niños chiquitos, e sus cosas deuen ser guardadas, e puestas en recabdo, despues de la muerte de sus padres. E de todas las otras cosas que pertenescen a estas razones.

TITULO I.

DE LOS TESTAMENTOS.

Testamento es vna de las cosas del mundo, en que mas deuen los omes auer cordura (1) quando lo fazen: e es, por dos razones. La vna, porque en ellos muestran, qual es la su postrimera voluntad. E la otra, porque despues que los han fecho, si se murieren, non pueden tornar (2) otra vez a endereçarlos, nin a fazerlos de cabo. Onde, pues que en el comienço desta Partida fezimos enmiente dellos, queremos aqui dezir en este libro, de la guarda que deuen auer los omes, quando los quisieren fazer. E mostrar, que quier dezir testamento. E a que tiene pro. E quantas maneras son del. E como deue ser fecho. E quales non pueden ser testigos en el. E como, e quien lo puede fazer. E quando, e por que razones se puede desatar. E que pena deuen auer los que embargan a los otros, que los non fagan.

Leyes 1, 2, 3, 4, 5 y 6 tit. 18; 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7 y 8, tit. 19; 13 y 14, tit. 20, lib. 10 Novis. Recop.

INCIPIT SEXTA PARTITA.

(1) *Sabian ordenar.* Utinam saperent, et intelligerent, ac novissima providerent, Deuteron. 32. cap. v. 29. nota tamen, quòd omnis testatio præsumitur prudens, et ita debet conjecturari, argum. l. *Lucius*, in fin. D. *de hæred. instit.* et notat Bald. in l. penul. column. 1. *C. de impuber. et aliis subst.*

(2) *Plazer.* Quiescit enim cor testantis, condito testamento, ut infra tit. 1. l. 1.

(3) *Animas.* Nam in testamento ponitur, ut solvantur debita testatoris, et ut læsis ab eo satisfiat, et ponuntur etiam legata pro anima sua, ut in l. 102. tit. 18. *Part.* 3.

(4) *Sin contienda.* Hæc fuit una de causis permissionis testandi, ut adducit Guilliel. Bened. in repet. cap. *Raynutius*, *de testam.* super verbo *testamentum*, el 1. col. 3. ubi ponit alias rationes; et adde infrà tit. 1. l. 1. ibi: *Por el desacuerdo*: et qui secundas nuptias contrahunt, difficulter hoc facere possunt ob innumerabiles lites, et rixas, quæ inter filios, et uxores primi et secundi matrimonii sequuntur.

TITULUS I.

(1) *Cordura.* Hoc ne alias arguantur de furore, si irrationabilia jubent, nam eo ipso præsumuntur non compotes mentis tali tempore fuisse, nisi probetur contrarium, ut est textus juncta glossa in verbo *mentis*, in l. *quidam in suo*, D. *de cond. inst.* et probatur in l. 32. ad fin. tit. 9. infra ead. *Part.* l. 13. tit. 13. *Part.* 1. unde, ut dicit Bart. in dict. l. *quidam in suo*, cautela tabellionis esse debet, ut seriatim verba testatoris, quæ exprimit, ponat, ut ex eis colligatur, an sanæ, vel incongruæ mentis fuerit; adde in materia textum, et ibi Alber. in l. *servo*, §. *ineptas*, D. *de legat.* 1.

(2) *Tornar.* Ultima enim voluntas immobilis perseverat, 13. quæst. 2. cap. 4. cap. *cum Marthæ*, vers. *cæterum*, *de celebrat. Missar.* l. 1. *C. de sacrosanct. Eccles.* unde lex reputatur in authen. *de nupt.* cap. 2. vers. *disponat*, collat. 4.

LEY I.

Que quiere dezir Testamento, e a que tiene pro, e quantas maneras son del, e como deue ser fecho.

Leyes 1 y 2, tit. 18, lib. 10 Novis. Recop.

Testatio, et mens, son dos palabras de latin, que quiere tanto dezir en romance, como testimonio de la voluntad del ome. E destas palabras (1) fue tomado el nome del testamento. Ca en el se encierra, e se pone ordenadamente la voluntad de aquel que lo faze; estableciendo (2) en el su heredero, e departiendo lo suyo en aquella manera, que el tiene por bien que finque lo suyo despues de muerte. E tiene grand pro a los omes el testamento, quando es fecho derechamente: ca luego fuelga el coraçon (3) de aquel que lo fizo, e tuellesse por el desacuerdo que podria acaescer entre los parientes, que ouiessen esperança de heredar los bienes del finado. E son dos maneras de testamento. La vna es, a que llaman en latin Testamentum nuncupativum, que quier tanto dezir, como manda que se faze paladinamente ante siete testigos (4), en que demuestra el que lo faze, por palabra, o por escrito (5), a quales establesce por sus herederos, e como ordena, o departe las otras sus cosas. La otra manera es, a que dizen en latin, Testamentum in scriptis, que quiere tan-

LEX I.

Testamentum est quasi testatio mentis, et est duplex, nuncupativum scilicet, et in scriptis: et eo facto cor testantis quietatur, scandalaque inter succedentis removentur: et debet testamentum in scriptis fieri coram septem testibus per testatorem vocatis, et rogatis: et quilibet eorum scribat propria manu, testatorem illud testamentum eo præsente condidisse, et si non scit scribere, ejus mandato alius scribat: sigillent insuper illud quilibet proprio sigillo, vel alterius, si sigillum non habeat: et in fine litteræ testator suum nomen scribat, referendo se illud testamentum fecisset; et si nescit, aut nequit, alius ejus mandato hoc scribat. Hoc dicit.

(1) *Palabras.* Valet ergo argumentum ab etymologia vocabuli, ut hìc, et *Instit. de testam.* in princip. et in l. 1. ubi Bart. et Doct. D. *de acquiren. poss.* l. 1. ubi Bart. D. *de furt.* idem Bartol. in l. 1. colum. 3. D. *ad municip.* Abb. in cap. *cum secundum Apostolum*, 5. notab. *de præben.* ubi declarat, quando procedat istud argumentum: adde quæ notat Alexan. in dict. l. 1. in princip. *de acquir. possess.* colum. 7. hinc dicit Bald. in cap. 1. §. *si quis de manso*, colum. final. *de controvers. invest.* quòd etymologia est resolutio vocis in proprium effectum rei, quæ demonstratur, et benè; quia ut dixit Esau de Jacob fratre suo, justè vocatum est nomen ejus Jacob, supplantavit enim me, ut habetur Genes. cap. 27. v. 36.

(2) *Establesciendo.* Est enim institutio hæredis caput et principium testamenti, ut in §. *ante hæredis institutionem*, *de legat.* et infrà tit. 3. in summ. et testamentum sine hæredis institutione non tenet, ut in l. fin. D. *de jur. codicill.* et in §. 1. *Instit. de fideicom. hæred.* Hodiè verò per l. 1. *Ordin. Regal.* tit. 2. lib. 5. *Ordin.* tenet testamentum absque hæredis institutione.

(3) *Coraçon.* Nota hoc verbum.

(4) *Ante siete testigos.* Hodie per legem Ordinament. Regis Alfonsi, quæ servari jubetur in l. 3. *Tauri*, sufficiunt quinque testes, quando testamentum nuncupativum fit sine tabellione: et si cum tabellione, sufficiunt tres. Exigitur tamen utroque casu, quod sint vicini loci, ubi fit; et tales testes debent esse omni exceptione majores, etiam in alio casu illius legis, ubi propter penuriam hominum non possunt haberi ultra tres testes. Nam cùm illa lex sit extraordinaria, et minuat numerum testium requisitorum hìc, et de jure communi, debet intelligi et limitari, ut testes de quibus ibi, sint omni exceptione majores, ut latè tradit consulendo Decius consil. 105. *pro tenui facultate*, etc. col. 2. et 3. ubi plura allegat: inter cetera allegat consilium Petri de Anchar. 178. *visis, et diligenter inspectis*; qui tamen ibi loquitur in casu valde differenti. Et si istud dictum Decii, et aliorum quos ibi allegat, intelligatur de testi infami infamia juris, vel de eo, qui aliàs non potest esse testis, ut habetur in l. 9. et 10. infra, eod. planè procedit ejus dictum. Si verò intelligatur de aliis, qui possunt esse testes in testamentis, non sunt tamen omni exceptione majores, juxta notata per Glossam, et Bart. in l. *cunctos populos*, *C. de summa Trinit. et fide cathol.* colum. 5. et quæ dixi in l. 8. tit. 16. *Part.* 3. dictum Decii est multùm singulare, et tenendum menti; et secundum illud in auditorio regali pronuntiari audivi, in causa cujusdam testamenti facti in loco deserto, ubi tantum tres testes potuerunt haberi, quorum unus non erat omni exceptione major: ego verò semper fui dubius super isto dicto, saltim in casu, ubi ex natura, vel qualitate loci alii testes haberi non potuerunt, cùm non sit quid culpæ imputetur testatori, cur alios non adhibuit, juxta ea, quæ tradit Alexandr. consil. 152. colum. 5. et 6. volum. 6. et Joann. de Platea in l. *quotiens*, *C. de naufrag.* lib. 11. esset tamen attendendum, an objectus testis, ex quo non potest esse omni exceptione major, sit publicus, vel non, ut in l. 1. *C. de testam.* et juxta id, quod habetur in dict. l. 8. tit. 16. ibi: *de mala fama conoscidamente*; aliàs durum est dicere, quod objectus occultus testanti faciat, ut invalidetur ejus testamentum. Sed quæro, cùm illa lex Ordinamenti exigat, quod testes sint vicini, an in dubio, si non constet de alio domicilio, præsumantur vicini? Videtur quod sic, ut in simili notat Bart. in l. *de jure*, D. *ad municipal.* Angel. in l. *si cum exceptione*, §. *in hac*, ad fin. D. *quod metus causa*: ubi allegat l. 1. in fin. *ad municipal.* Et quod notat Angel. de Aret. in suo tractatu *maleficior.* in parte *de Bononia*, vers. *quid autem si dicta verba*, et Felin. in cap. *quoniam*, *de offic. ordinar.* ubi dicit, quod in dubio nullus præsumitur forensis; vide etiam Hyppoly. consil. 57. num. 2. volum. 1. Sed an sufficiat, quod sit familiaris, vel serviens alicui ex vicinis loci? Videtur quod sic, nam et servi dicuntur de plebe, ut notat Gloss. in cap. *regiones*, *de consecr.* dist. 3. Sed quid si testamentum fiat coram quatuor tabellionibus, an sufficiat? Videtur quod sic, per id quod notat Gloss. in authent. *de hæredibus, et Falc.* §. *hinc nobis*, collat. 1. super verbo *tabelliones*. Bald. ubi hoc notat in authen. *sed cum testator*, versic. *quæro pone*, colum. penul. *C. ad Leg. Falc.* Et an testamentum imperfectum propter defectum testium possit per Principem confirmari, tradit Lucas de Penna in l. penult. *C. de Decurio.* lib. 10. et latiùs in l. 1. *C. de his, qui in exilium dati sunt*, ubi distinguit, an res non sit integra, ut quia ex sententia, vel aliàs hæres ab intestato hæreditatem possidet, et tunc non possit: aut res est integra, et tunc possit de plenitudine potestatis, non tamen sine causa; vide ibi latissimè per eum, et vide quæ tradunt Bartol. et Doctores in l. *Gallus*, §. *et quid si tantum*, D. *de liberis, et posthumis*, in quæstione ibi ad finem mota per Bartolum.

(5) *O por escrito.* Potest enim testamentum nuncupativum fieri per scripturam tabellionis, ut in l. 102. tit. 18. *Part.* 3. et notat Glos. in l. *hac consultissima*, §. *per nuncupationem*, in glos. 1. *C. de testam.* et debent scribi nomina propria testium cum duabus qualitatibus, circumstantiis, seu accidentiis; aliàs non dicuntur legitimè descripti, et certitudine demonstrati, ut notat Bart. in l. *demonstratio falsa*, in princ. quæst. 7. D. *de condit. et demonstr.* al-

to dezir, como manda que se faze por escrito, e non de otra guisa (6). E tal testamento como este deue ser fecho ante siete testigos, que sean llamados, e rogados (7) de aquel que lo faze; e ninguno destos testigos non deue ser sieruo, nin menor de catorze años, nin muger, nin ome mal enfamado (8). Otrosi dezimos (9), que cada vno dellos deue escreuir su nome en la fin del testamento, diziendo assi (10): Yo fulano, so testigo deste testamento, que lo fizo tal ome (nombrandolo) seyendo yo delante. E si alguno dellos non sopiere escreuir, qualquier de los otros lo puede fazer (11) por mandado del. E demas desto deuen poner todos los testigos sus sellos en la carta del testamento con cuerdas pendientes. E si alguno dellos non ouiesse sello, puede esto fazer con sello de otro (12). Otrosi dezimos, que el fazedor del testamento deue escreuir su nome en la fin de la carta, diziendo assi: Yo fulano, otorgo que fize este testamento, en la manera que es escrito en esta carta. E si non supiesse, o non pudiesse escreuir, bien lo puede fazer otro (13) por mandado del.

legat l. *hac consultissima*, in princip. *C. de testam.* et tenet Joannes Andr. *in addit. ad Specul.* tit. *de instrumentor. edit.* §. *breviter*, in additione incipienti, *Accursius*, ubi dicit de nominibus, et cognominibus testium, et tradit Alex. consil. 153. *videtur*, 1. considerat. colum. 1.

(6) *E non de otra guisa.* Id est, cùm testator vult testari in scriptis non ad probationem voluntatis, sed ad substantiam testamenti, ita quod scriptura sit de substantia, ut in l. *contractus*, *C. de fide instrument.*

(7) *Que sean llamados, e rogados.* Quid in testamento nuncupativo? De jure communi idem est, quod debent testes esse rogati, ut in l. *hæres palam*, §. fin. D. *de testam.* et l. *hac consultissima*, §. *per nuncupationem*, eod. tit. et tradit Alexand. consil. 70. volum. 2. per istam tamen legem videtur, quod hoc solùm exigatur in testamento in scriptis, cùm suprà, cùm disposuit de testamento nuncupativo, nihil disposuit de rogatu testium; hic verò disponit esse necessarium in testamento in scriptis, et sic per locum ab speciali videtur hæc lex hoc decidere: cujus fundamentum potuit esse, quia etiam de jure canonico dubium est, an exigatur, quod testes sint rogati in testamento nuncupativo. Cùm Anton. tenuit, quod non, in cap. *cum esses, de testam.* licèt Alexand. in dict. consil. 70. aliter voluerit, allegans Joannem de Imola in dict. cap. *cum esses*, ubi de hoc per eum, colum. 5. post Franciscum de Albergo, de Aretio. Tene, quod etiam in nuncupativo exigatur, quod testes sint rogati, ut habetur in l. 32. tit. 18. *Part.* 3. et infra eod. l. 4. et 6. nota tamen quod licèt notarius non attestetur de rogatu testium, poterit tamen probari per duos testes, quod fuerunt rogati, secundùm Bald. quem vide in l. 2. colum. 2. *C. de bonorum possess. secund. tabul.* imò secundum eumdem Bald. in l. *hac consultissima*, in princip. *C. qui testam. facere poss.* si testis subscripsit, vel passus est testator, quod describeretur testis, ex hoc videtur rogatus, argumento l. *cum ostendimus*, §. fin. D. *de fidejussor. tutor.* et tenet etiam Paul. de Cast. in dict. l. *hac consultissima*, in princ.

(8) *Nin ome mal enfamado.* Videtur hic esse casus, quòd in testamento in scriptis non solùm repellitur testis, qui est infamis infamia juris, verùm etiam si sit infamis infamia facti, dum tamen talis infamia sit multum nota: facit l. 8. tit. 16. *Part.* 3. Baldus tamen in cap. 1. *an remov. debeant test. qui part. esse desier.* dicit, quòd si testis est notatus infamia facti tantùm, valet ejus testimonium, si aliquid testi suffragatur, verbi gratia, dicit Baldus, si testamentum fuit scriptum manu testatoris, et testes subscripserunt; nam licèt ista privata scriptura non faciet plenam fidem, facit tamen adminiculum, quod viva voce testium confirmatur, allegat l. 1. *C. de testam.* quando verò talis testis notatus infamia facti, non habet pro se adminiculum, tunc in actibus solemnibus non admittitur, ut notatur D. *de senator.* l. *Cassius*, sed in aliis admittitur: adhibetur tamen ei minor fides, si graviter infamatus sit apud bonos, et graves; sed si ex causa levi, non putat, quòd judex debeat hoc multùm ponderare: quæ verba Baldi tu multùm nota. Et certè de mente hujus legis multùm videtur, quòd in testamento in scriptis non admittatur testis, graviter apud bonos, et graves infamatus ex gravi crimine, licèt tantùm sit infamia facti, et licèt aliàs habeat talis testis pro se adminiculum testamenti subscripti à testatore et testibus, ut hic habetur. Tu hæc considera et tene menti, pro quo etiam facit, quia ista videtur causa gravis, quæ æquiparatur criminali; et in criminalibus gravibus repellitur testis infamis infamia facti, ut dixi in dict. l. 8. ubi vide, et quæ dixi supra ead. l. in gloss. in verbo, *siete testigos.*

(9) *Otrosi dezimos.* Ista lex ut vides, et sequentes ponunt formam testamenti in scriptis, et istis legibus non cavetur, quòd fiat ante tabellionem, imo quòd potest fieri sine tabellione; sed l. 3. *de Toro*, quæ hodie est in usu circa formam istorum testamentorum in scriptis, exigere videtur tabellionem, et ita intellexit legem illam Michael de Cifuentes, unus interpretum dictarum ll. dicens ex hoc corrigi istas leges Partitarum, et ll. juris communis, ut asserit ipse parum post principium commenti illius l. 3. Alias verò glossator Didacus de Castello aliter sentit, et melius judicio meo, in glossa super verbo, *testamento cerrado*, vers. *sed quæro, forte non reperitur tabellio*, et ad hoc ponderat, et benè verba illius legis in fine, in quantum invalidat testamentum in scriptis, in quo deficit numerus septem testium, et non aliàs; et sic à contrario sensu si deficit tabellio, illa lex non invalidat testamentum: subdit tamen, et etiam bene, quòd quando non intervenit tabellio, erit necessaria publicatio testamenti coram judice, et attestationes testium, partibus, quæ possent lædi, citatis, redigentur in publicam formam; quod non erit necessarium, quando fit coram tabellione, ut dicit Glossa ad hoc semper allegabilis in l. 2. D. *quemadm. testam. aperiant.* Tene ergo, quòd non sunt correctæ istæ ll. Partitarum, etsi deficiat tabellio; quia non reperitur, vel dato, quod reperiatur, si testator testari voluit secundum formam harum legum, et non cum tabellione, expedit enim jura juribus concordare, cap. *cum expediat, cum concord. de elect.* lib. 6. et evitanda est legum correctio: nam lex Taurina tantùm voluit tollere dubium, quod oriebatur ex lege Ordinamenti, scilicet, an illa lex (minuens numerum testium requisitorum à jure communi, et per istas leges) procedat in testamento in scriptis, in quo lex Tauri disposuit, quòd non innovavit in aliquo solemnitatem testandi in scriptis dictæ legis Ordinamenti: istud ergo dubium dicta lex nova tollere voluit, non verò corrigere istas leges in casu suo.

(10) *Diziendo assi.* Adde l. penult. D. eodem.

(11) *Lo puede fazer.* Nota benè; quia de jure communi, quòd unus possit subscribere per alium, non ita expressum erat. Sed quid si testis nequit subscribere nimia senectute, vel tremore, an tunc ejus manus capietur per aliquem peritum, et redigetur ad scripturam? Lucas de Penna in l. *nulli*, *C. de numerar. et actuar.* lib. 12. tenet quòd sic, si is cujus manus tenetur, sit sanus mente, et fiat ipso mandante in præsentia testium: quod dictum fortè alibi non reperies.

(12) *Con sello de otro.* Adde §. *possunt*, *Instit. de testam.* et l. *si unus*, *C.* eodem.

(13) *Fazer otro.* Adde l. *hac consultissima*, in princ. in vers. *quod si litteras*, *C. qui testam. facere poss.* et l.

LEY II.

Como puede ome fazer testamento en escrito, de manera que los testigos non sepan lo que yaze en el.

Ley 3, tit. 18, lib. 10 Novis. Recop.

En escrito queriendo alguno fazer su testamento, segun dize en la ley ante desta, si por auentura lo quisiere fazer en poridad (1), que non sepan ninguno de los testigos lo que es escrito en el, puedelo fazer desta manera. Deue el por su mano mesma escreuir el testamento, si sopiere escreuir, e si non, deue llamar a otro, qual quisiere, en quien se fie, e mandegelo escreuir en su poridad. Despues que fuere escrito, deue doblar la carta, e poner en ella siete cuerdas, con que se cierre, de manera que finquen colgadas, para poner en ellas siete sellos; e deue dexar tanto pargamino blanco de fuera, en que puedan los testigos escreuir sus nomes: e despues desto, deue llamar, e rogar tales siete testigos, como dize en la ley ante desta, e mostrarles la carta doblada e dezirles assi: Este es mi testamento, e ruegovos que escriuais en el vuestros nomes, e que lo selleys con vuestros se-

cum antiquitas, in vers. *cum autem*, *C.* eod. ubi declaratur, et corrigitur in parte dispositio dicti vers. *quod si litteras*, et vide dict. l. 3. *in Ordin. Tauri.*

LEX II.

Si quis vult in scriptis testari, et secretè, claudat litteram, ubi scripta est dispositio, et apprehendat septem chordulas pro sigilli testium ponendis, relicta parte chartæ munda, ubi testatoris et testium subscriptiones apponantur: dicatque testator testibus, quod intra continetur, fore suum testamentum, rogans eos, quòd sint testes: deinde sigillent ipsi, et subscribant, et testator coram eis, ut suprà lege proxima. Hoc dicit.

(1) *En poridad.* Potest ergo fieri testamentum in scriptis, ita quòd testes sciant contenta in eo, ut innuitur hic; sed an tale testamentum, in quo testator totam voluntatem suam expressit coram testibus, et nihilominus de ea facit scripturám manu sua, vel alterius, et ipsam clausit, et fecit eam subscribi à testibus, et sigillari, et servavit contenta in lege præcedenti, an istud dicetur in scriptis ob observationem formæ, vel nuncupativum? Cynus in l. *hac consultissima*, §. *per nuncupationem*, dicit, quòd tale testamentum, habens duplicem formam, dicetur testamentum in scriptis, et etiam nuncupativum; nam non est de substantia testamenti in scriptis, quòd testes ignorent ibi contenta; et poterit hoc esse utile, quia si testes ignorarent, et sic esset merè in scriptis, si deficeret subscriptio unius testis, vel aliquid aliud, testamentum esset nullum; si vero haberet istam duplicem formam, poterit tali casu valere ut nuncupativum, et poterunt testes examinari pro eo, et ita etiam tenet Paul. de Cast. in dict. §. *per nuncupationem.* Quod tamen videtur debere intelligi, quando testator non se arctavit, ut vellet testamentum suum valere, ut in scriptis, ut est de mente Angel. in l. 1. §. *sin autem*, D. *de hæred. instit.* et satis probatur in ista lege Partitarum superiùs, cùm dixit, *e non de otra guisa*: et adde Bart. in l. fin. D. *de jure codicillor.* et Alber. in dict. §. *per nuncupationem.* Si vero testator non expressit voluntatem suam coram testibus, tunc testamentum in scriptis, quod ex aliquo defectu solemnitatis esset nullum, non potest valere, ut nuncupativum, ut voluit Cynus, et Alber. in dict. §. *per nuncupationem*, et habetur in quadam decisione Neapolitana numer. 143. column. 2. Adverte tamen, quia sufficeret ista expressio voluntatis etiam implicitè; unde si diceret coram testibus, velle talem scripturam esse suum testamentum, licèt coram testibus non exprimat nomina hæredum, vel legata, quæ facit, tenebit dispositio ut testamentum nuncupativum, licèt non possit valere, ut in scriptis ex aliquo defectu, quando non aliàs constaret, quod voluit testator se arctare ad testandum in scriptis, ut concludit Paul. de Cast. in l. *hæredes palam*, in princip. D. *de testam.* et latè tradit Alex. consil. 176. volum. 5. et Socin. consil. 142. volum. 1. sed quid in dubio, an dicetur, quod noluit se astringere, vel aliud? Joan. de Blinoseo, doctor antiquus relatus ab Alber. in dict. §. *per nuncupationem*, vult recurrendum tunc esse ad conjecturas, nam si testator servavit aliquas ex solemnitatibus, quæ non exiguntur nisi in testamento in scriptis, veluti subscriptiones, et sigillationes, tunc si deficiat aliquid ex solemnitatibus, non valebit, ut nuncupativum; quod Alber. ibi limitat, quando testator nomen hæredis exprimeret coram testibus, quia tunc si testamentum non valet ex una forma, valebit ex alia, cùm non sint formæ contrariæ, sed diversæ, quæ se simul compatiuntur. Cùm ergo idem sit nominare nomen hæredis implicitè, quod explicitè, justa doctrinam Bart. in l. *si ita scripsero*, D. *de condit. et demonst.* et dixi suprà, videtur ex mente Alber. quod in dubio non sit recurrendum ad dictas conjecturas, an servaverit dictas solemnitates, vel ne. Et istud etiam voluit Socin. in dicto cons. 142. et ibi respondet ad dict. l. *hac consultissima*, in princ. nam dicit, quod illa lex tantum declarare intendit, quando valeat testamentum in scriptis, et dicatur solemniter factum, et quando non; non intendit declarare aliquo modo, quando testator dicatur voluisse testari in scriptis, et quando non. Unde dicit, quod non est absurdum dicere, quod illa lex intelligatur, quando apparet, quod in scriptis testari voluit; aliàs autem non præsumatur hoc voluisse, quando non potest valere, ut in scriptis, quod disposuit, licèt possit ut nuncupativum, per l. *si miles*, *qui destinaverat*, D. *de testamen. milit.* et istam partem dicit probari manifestè, nam testamentum est actus, qui potest fieri in scriptis, et sine scriptis, ut in dict. l. *hac consultissima*, in princ. et in §. *per nuncupationem*, et etiam habetur in istis legibus Partitarum. Item validum est argumentum de contractibus ad ultimas voluntates, l. *servum filii*, §. *eum qui chirographum*, cum concordant. D. *de legat.* 1. sed in contractibus, qui possunt fieri in scriptis, et sine, non censentur partes voluisse celebrare in scriptis, licet voluerint scripturam confici, nisi expresserint, se velle in scriptis contrahere, glossa notabilis in §. 1. *Instit. de empt. et vendit.* quæ communiter approbatur, secundum eum; ergo idem dicendum in testamento, ut non dicatur in dubio, testator se restringere ad testamentum in scriptis, ex quo hoc non expressit; et maximè ista procederent, si esset apposita clausula consueta, quod testamentum vult testator valere meliori modo, quo potest, ut ibi latius per eum. Paul. tamen de Cast. in dict. l. *hæredes palam*, in fin. vult testatorem se voluisse restringere ad testandum in scriptis, quando fecit testes sigillare (ut dixi), et idem vult Alexand. in dict. consil. 176. ubi hoc limitat, quando adesset dicta clausula, *testamentum valeat meliori modo quo potest.* Et sic Doctores sunt varii in hoc: mihi vero magis placet, ut in dubio, quando testator palam non expressit coram testibus nomen hæredis, et voluntatem suam, prout fit in testamento nuncupativo, sed adhibuit solemnitates testamenti in scriptis, licèt implicitè declarare videatur, juxta doctrinam Bart. in dict. l. *si ita scripsero*, quod tunc videatur restrinxisse se ad formam testandi in scriptis, neque valebit ut nuncupativum, ut videtur esse communis intentio Doctor. in dict. §. *per nuncupationem*, et Paul. et Alex. ubi supra; et satis probat hoc ista lex Partitarum cum supra proxima, ibi cùm dixit, *e non de otra guisa*, quasi velit, quod qui utitur forma testamenti in scriptis, eo ipso pro-

llos. E el otrosi deue escreuir su nome (2), o fazerlo escreuir en fin de los otros testigos (3) ante ellos, diziendo assi: Yo otorgo, que este es el testamento, que yo, fulano, fize, e mande escreuir.

LEY III.

Que deuen guardar, como en manera de regla, los fazedores del testamento, en faziendolo.

Ley 1, tit. 18, lib. 10 Novis. Recop.

Comunalmente deuen guardar como por regla, los omes que quieren fazer sus testamentos, pues que los han començados ante los testigos, que non metan entremedias otros fechos estraños (1), fasta que los ayan acabados. Fueras ende, si lo ouiessen a fazer por cosa que non pudiessen escusar, assi como si el dolor de la enfermedad los cuytasse en aquella sazon; o si ouiessen estonce grand menester de comer, o de beuer, o de venir a fazer otra cosa, que naturalmente non se pudiesse della escusar. Ca por qualquier destas razones, bien podria el fazedor del testamento partir mano de lo que auia començado, fasta que aquel embargo passasse, e de si tornarlo acabar.

LEY IV.

Como pueden los Caualleros fazer su testamento.

Queriendo fazer testamento algund Cauallero, si lo fiziesse en su casa, o en otro lugar, que non sea en hueste (1), deuelo fazer en la manera que los otros omes, ansi como

batur, quod non vult testari nuncupative, et etiam probari videtur in dict. l. 3. *Tauri,* cùm vult, quod testamentum factum sine testibus modo de quo ibi, nullam fidem faciat in judicio, vel extra: facit etiam, quod dixi in l. 6. infra eod. qui enim eligit unam viam, videtur renuntiasse alteri, l. *Pamonius*, D. *de acquiren. hæred. l. multum*, *C. si quis alteri vel sibi.* Si tamen ex aliis conjecturis elideretur ista præsumptio, et appareret testantem aliud voluisse, ut est, ubi adest dicta clausula, vel alia quæ hoc ostenderet, tunc valeret etiam ut nuncupativum, ex communi mente Doctorum. Tene hoc menti, quia est passus quotidianus, et in contingentia facti dabit tibi honorem.

(2) *Su nome.* Quid autem hodie in testamento nuncupativo, facto juxtam dictam legem Ordinamentorum, an requiratur testatoris subscriptio, multotiens dubitari vidi in regio auditorio, nam videbatur, quòd non, ex quo l. 3. *in Ordin. Tauri*, subscriptionem tantùm exigit in testamento in scriptis; in nuncupativo autem vult servari solemnitatem legis Ordinamentorum, ubi nihil habetur de subscriptione testatoris, etsi nuncupativum testamentum fiat coram tabellione: neque obstare videtur pragmatica de Alcala, exigens subscriptionem partis in instrumento; nam illa debet procedere generaliter in omnibus aliis instrumentis extra testamenta, non verò in testamentis, quibus est per alias leges certa forma data; non enim generalis provisio extendi debet ad ea, de quibus specialiter est provisum, ut in l. 3. tit. 10. infra ead. *Partit.* l. *sed, et si per Prætorem*, §. *deinde*, D. *ex quib. caus. major.* Bart. in l. *talis scriptura*, §. fin. D. *de legat.* 1. et in l. *sanctio legum*, D. *de pœnis*: item dicta lex Tauri facta fuit post dictam pragmaticam de Alcala. Et cùm non exigat istam subscriptionem in testamento nuncupativo, sed quòd servetur tantùm dispositio dictæ legis Ordinamenti, videtur decidisse istud dubium, ut non sit necessaria in testamentis nuncupativis talis subscriptio. In contrarium tamen videtur, quod dicta pragmatica de Alcala exigit subscriptionem partis in omnibus instrumentis, et appellatione instrumentorum continentur testamenta, et ultimæ voluntates, ut patet in l. *si idem*, in 1. gloss. *C. de codicil.* Præterea militat eadem, imò fortior ratio, ne falsitas committatur, quæ ratio magis urget in testamentis, quàm in aliis instrumentis: et benè facit ad hoc, quod notat Lucas de Penn. in l. *Mediterraneæ*, *C. de annon. et tribut.* lib. 10. vers. *sed pone*, *constitutio regni*, et quasi in terminis videtur pro ista parte decidi in decisione Neapolitana 166. quam vide, ubi pulchrè allegatur pro utraque parte: et istud credo verius et tutius; nec obstat dicta l. Tauri, quæ solùm venit ad declarandum numerum testium, ut dixi suprà in glossa super verbo, *Otrosi dezimos*, nec fuit ejus intentio corrigere disposita per dictam pragmaticam de Alcala; neque etiam obstat primum, quod non procedit in casu isto, ex quo hæ solemnitates veniunt ex diversis legibus, quia tunc etiam in alibi specialiter provisis servari debet lex generalis, aliam solemnitatem addens; contraria verò loquuntur, quando specialis, et generalis provisio est in eadem dispositione.

(3) *Otros testigos.* Quid autem si coram testibus subscribat in fine scripturæ testamenti, quia scriptura illa non fuit involuta, seu tecta alio papyro albo, ut vidi de facto, an sufficiat? Videtur, quod sic, cùm talis præposteratio non vitiet actum, et quia hoc probatur ex l. *hac consultissima*, in princip. *C. qui testam. facer. poss.* de qua ista sumpta est, et quia subscriptio operatur, ut videatur totum instrumentum à subscribente, ut notat Bald. in authent. *contra qui propriam*, *C. de non numer. pecunia*, et quando est scriptum propria manu, non exigitur subscriptio alia, ut in l. *cum antiquitas*, in fine, *C. de testam.* ergo idem operabitur, si subscripserit in fine scripturæ, ut dixi. Item ex quo coram testibus subscribit in eodem contextu ordine intellectus, perinde est, ac si in fine testium subscribat, argumento l. *tecta*, D. *de rebus credit.* Item neque ad hoc repugnare videtur l. *Tauri* 3. licèt testamentum in scriptis fiat coram tabellione, ex quo reperitur subscriptio testatoris, et testium super scriptura testamenti; et ita fuit pronunciatum.

LEX III.

In confectione testamenti non divertat testator, antequam perficiat, ad alios actus extraneos, nisi naturæ, aut infirmitatis necessitate. Hoc dicit. Concordat cum l. *cum antiquitas*, *C.* eod. tit. et D. eod. tit. l. *hæres*, §. fin.

(1) *Estraños.* Si ergo fiat contractus, vel donatio inter vivos, licèt tenebit contractus, vel donatio, juxta Gloss. in l. *hæred. palam*, §. fin. D. eod. vitiabitur tamen testamentum, si cœpto testamento divertatur ad contractum super re extranea ab his, quæ tractantur in testamento; vide per Joannem de Imol. post Baldum in dict. §. final. et per Oldraldum consil. 114. et quid si legetur aliquid particulariter alieni, et dicatur, quod si revocaverit testamentum, ex nunc donat inter vivos: an adhuc possit revocari, tanquam impeditivum liberi arbitrii? Vide per Bald. in l. *sancimus*, in fin. *C. de testam.* et in l. *cum antiquitas*, in princ. *C.* eod. et Socin. in consil. 73. difficultatem faciebat, col. 2. vol. 3.

LEX IV.

Miles in castris cum duobus testibus vocatis et rogatis, in prælii discrimine constitutus, quando possit, et velit, etiam cum sanguine in armis, vel in terra, vel in arena scribens testari potest; et valebit, quod disposuit, dum tamen duobus testibus probetur: sed non occupatus in expeditione testabitur, ut quilibet paganus. Hoc dicit.

(1) *En hueste.* Id est in expeditione militari.

:

dize en las leyes ante desta; mas si lo ouiere de fazer en hueste, estonce abonda, que lo faga ante dos testigos, llamados (2) e rogados para esto. E si por auentura, seyendo en fazienda, veyendosse en peligro de muerte, quisiesse aquella sazon fazer su testamento; dezimos que lo puede fazer, como pudiere, e como quisiere, por palabra, o por escrito. E aun con su sangre misma, escriuiendolo en su escudo, o en alguna de sus armas; o señalandolo por letras, en tierra, o en arena. Ca en qualquier destas maneras que lo el faga, e pueda ser prouado por dos omes buenos (3) que se acertassen y (4), vale tal testamento. E esto fue otorgado por preuillejo a los Caualleros, por les fazer honrra, e mejoria, mas que a otros omes, por el gran peligro a que se meten, en seruicio de Dios, e del Rey (5), e de la tierra en que biuen.

LEY V.

Como puede ser fecho el testamento de aquel que por derecho non le podria fazer, e le otorgo el Emperador, o el Rey, poder para fazerlo: e como vale el testamento, en que es el nome del Rey escrito por testigo.

Por derecho, e por ley es defendido a algunos omes, que non puedan fazer testamento. E acaesce a las vegadas, que los Emperadores, e los Reyes, por fazerles bien, e merced, les otorgan poderio de lo fazer: en tal caso como este dezimos, que este a quien es otorgado, deue fazer su testamento en la manera que los otros omes (1). Otrosi dezimos, que si algund ome honrrado pidiesse merced al Rey, que estouiesse delante quando el fiziesse su testamento, si gelo otorgasse, que se acertase y quando lo fiziesse, que tal testamento vale, maguer non sea y escrito otro testigo, si non el Rey tan solamente (2).

LEY VI.

En que manera pueden los Aldeanos fazer sus testamentos.

Aldeano alguno queriendo fazer su testamento en escrito, si en aquel lugar, do el morare, non pudiere auer siete testigos que sepan escreuir, puede fazer su testamento delante cinco testigos, que sean llamados para esso, e que soscriuan sus nomes en la carta del testamento. E si por auentura, todos cinco non supieren escreuir, puede escreuir vno dellos, el que lo supiere fazer, por si, e por los otros. Pero tal testamento como este, que se faze ante testigos que non son todos letrados, non deue ser fecho en poridad (1); ante lo

Leyes 1 y 2, tit. 18, lib. 10 Novis. Recop.

(2) *Llamados.* Adde l. *Dious*, D. *de testam. milit.*

(3) *Dos omes buenos.* Adde l. *Lucius*, D. *de milit. testam.* et in l. *milites*, *C.* eod.

(4) *Que se acertassen y.* Qui viderunt verbo vel scripto, ut suprà dictum est, cum testantem; et videtur velle hæc lex in isto verbo, quòd non sufficeret, quod probaretur per duos testes, quod talis scriptura erat manu talis militis, ex eo, quod cognoscunt formam litteræ manus ejus, vel si probaretur per comparationem litterarum, licèt Joannes Faber in §. *plane*, *Instit.* eod. *de testam. milit.* aliud voluit ita intelligens l. *Lucius*, D. eod. Et intellige istam legem procedere, quando miles decessit in bello, vel statim postquam fuit extractus à bello, secundum Angel. et Alex. in l. *milites*, *C.* eod.

(5) *En seruicio de Dios, e del Rey.* Procedit ergo hoc privilegium, quando milites vadunt ad bellum licitum, ut hic, et tangit Joan. Fab. in rubr. *de testam. milit.* An autem istud privilegium competens militibus, extendi etiam possit ad peregrinos, qui peregrinantur Romam, vel ad S. Jacobum, vel aliàs; Angel. voluit, quod sic, in authent. *de non alienand.* §. *quod autem*, collat. 2. et in authent. *omnes peregrini*, *commun. de success.* vide per Alex. in l. fin. *C. de testam.* et pro isto dicto facit etiam ista lex, in quantum dicit, *en seruicio de Dios*: nota benè ad limitationem legis Ordinamenti.

LEX V.

Si quis Principis indulgentia efficiatur testabilis, secundum jus commune debet testari. Præterea valet testamentum, in quo solus Princeps est testis. Hoc dicit.

(1) *En la manera que los otros omes.* Concordat cum l. *si quando*, in princ. *C. de inoffic. testam.* ubi vide per Bald. et Doct. et hoc ideo, quia fit concessio super prohibitis de jure communi, secùs si concessio fieret super ampliatione aliàs concessorum, ut declarat Bald. in l. *milites*, col. 2. *C. de testam. milit.* loquens de statuto Venetorum; et adde, quod notat Bald. in l. fin. col. 2. *C. de fideicom.* ubi dicit, quod quando talis licentia testandi conceditur, intelligitur secundum consuetudinem loci, et vide eumdem Bald. *in prælud. feud.* col. 9. et cum his, quæ dicit Bald. in dict. l. *milites*, concordare videtur Alber. in dict. l. *si quando*, in princ. et nota ex ista lege, quod rescriptum Principis, in quantum possibile est, debet reduci ad jus commune, adde cap. *causam quæ*, *de rescript.* et ibi per Abb. et vide Alex. consil. 33. vol. 1. vers. *tertio probatur.*

(2) *El Rey tan solamente.* Principe enim auctorante nulla potest esse fraudis suspicio, ut et aliàs tradit Joan. de Platea in l. fin. *C. de vendend. reb. civitat.* lib. 11. et in l. fin. *C. de location. prædior. civil.* eod. lib. et præfertur honoratus, vel electus à Principe, l. 1. et ibi idem Platea, *C. de domest. et protector.* lib. 12. et qui resident in præsentia Principis, sunt digniores cæteris, ut dicit Bald. in l. 1. D. *de offic. procons.* Adde circa ea, quæ operatur præsentia Principis, Joan. de Plat. in l. *probatorias*, *C. de divers. offic.* lib. 12. et quid si testamentum fit coram Duce, vel Marchione, seu alio domino in terris suis? Videtur idem dicendum, si ille alium in temporalibus non recognoscit superiorem, et quod ita debeat intelligi, quod dicit Bald. in l. *sancimus*, in princ. *C. de donationib.* et quod dicit Benedict. in repetit. cap. *Raynutius*, *de testam.* in parte *testamentum*, la 1. col. 10. vers. 8. *fallit.*

LEX VI.

Indultum est rusticis, ut in jure deficientibus septem testibus, cum quinque subscribentibus, vel uno pro aliis testentur, et in eorum præsentia testamentum ordinetur. Hoc dicit.

(1) *En poridad.* Nota hoc, nam per hoc verbum reprobatur opinio Azonis in l. fin. *C. de testam.* posita ibi per

deuen fazer leer paladinamente ante los testigos, que se acertaron y, porque non pueda ser fecho y engaño (2).

LEY VII.

Como vale el testamento que el padre faze entre sus fijos, maguer non sea fecho acabadamente.

Ley 2, tit. 18, lib. 10 Novis. Recop. Acabado testamento es aquel, que es fecho en algunas de las maneras que diximos en las leyes ante desta; e si de otra guisa lo fiziesse, non seria valedero (1): pero si el padre fiziesse testamento, en que establesciesse por herederos a los fijos (2), e a los nietos, que descendiessen del, o partiesse lo suyo entre ellos, maguer en tal testamento non fuessen escritos mas de dos testigos (3), valdria; bien assi, como si fuesse fecho acabadamente ante siete testigos, que pusiessen y sus nomes, e sus sellos. Eso mismo seria quando desta manera el padre, o el auuelo partiesse lo suyo, por palabra tan solamente, entre sus fijos, e sus nietos, faziendolo ante dos testigos, rogados (4), e llamados para esto. Otrosi dezimos, que si en tal testamento como este fuesse ayuntada otra persona estraña, que heredasse (5) al padre en vno con los fijos, que quanto tañe en la persona del estraño, non valdria el testamento; como quier que en todas las otras cosas que fuessen y escritas, o dichas, seria valedero (6). E aun dezimos, que si el padre faze testamento en escrito (7) non guardando todas las cosas, que diximos que deuen y fazer, e ser guardadas, poderlo ya

Glossam, volentis illam legem loqui de testamento in scriptis, et non in nuncupativo. Sed an haberet locum ista lex in testamento nuncupativo, de quo non est confecta scriptura? Glossa in l. *qui testamento*, §. fin. D. eod. tenet, quòd non, et ista opinio videtur probari hic. Contrarium tenet Glossa, et opinio illa communiter approbatur in dict. l. fin. Hodie tamen per dict. l. *Ordinamenti*, sufficit solemnitas testium ibi posita, quæ procedit tam in testamentis rusticorum, quàm aliorum. Sed an in testamento in scriptis rustici sufficiant hodie quinque testes, vel exigatur, quòd servetur dispositio l. 3. *Tauri*? Videtur, quòd non; imò, quòd adesse debeant septem testes, et servari debeat, quod in illa lege Tauri disponitur, nisi contenta in eo palam dicantur coram testibus, et tunc valeret, ut nuncupativum, ut dixi suprà eod. l. 2. fortè tamen dici potest, quòd ubi non possent haberi septem testes, qui subscribant; sufficerent quinque testes litterati, qui subscribant; et quòd isto casu non sit hæc lex correcta.

(2) *Ser fecho y engaño.* Nota hic, quòd licèt in testamento in scriptis implicitè dicatur testatorem declarare voluntatem suam, ut dixi suprà eod. in l. 1. tamen plus evitatur falsitas, quando apertè dicitur, quàm quando implicitè.

LEX VII.

Potest quis testari inter liberos solùm cum duobus testibus; sed relicta in tali testamento aliis extraneis, sunt invalida, nisi testator, et omnes filii subscribant testamentum laudantes, vel si ipse testator totum testamentum scribat, et in fine dicat, omnia in eo contenta volo fore firmã. Hoc dicit.

(1) *Non seria valedero.* Quid si testamentum fieret in terris infidelium? Vide per Bald. in l. 2. *C. quemadm. testam. aperiant.* ubi tenet, quod valebit testamentum ibi factum secundum merum jus gentium, quod præsumitur ibi vigere, nisi contrarium probetur; et quod ita de facto respondit in testamento cujusdam mercatoris de Anchona, et sic ibi vult, quòd valeat cum duobus testibus; et de isto dicto Baldi meminit Doctor de Palat. Rubeos in sua elegant. repetitione cap. *per vestras*, in introductione, colum. 7. et quid si testamentum esset factum in portu maris juxta terram Sarracenorum, vide per eumdem Bald. in rubrica, D. *de rer. divis.* colum. 4. vers. *sed quæritur, an portus maris.*

(2) *A los fijos.* Hodie verò ex dicta l. 3. *Tauri* eadem solemnitas debet servari inter filios, quæ inter extraneos; quæ lex procedit, etsi testetur in scriptis ex mente, et verbis illius legis, et ita ibi dixit Michael de Cifuentes, et benè in glossa illius legis.

(3) *Dos testigos.* De jure communi sufficiebant duo testes mares, vel fœminæ etiam non rogati, ut notat Gloss. in authent. *quod sine*, *C. de testam.* et in l. fin. §. *in omni*, *C. de codicil.* hodie tamen per l. *Ordinam.* et dict. l. *Tauri* videtur, quod etiam in testamento inter liberos testes debeant esse masculi, et non fœminæ, ut vult Didacus de Castello in gloss. dict. l. 3. super verbo *siete testigos*, ejus tamen fundamenta non multum urgent. Et fortè in puncto juris in testamento inter liberos verius esset contrarium, cùm istud fuerit omissum, tam in lege Ordinamenti, quàm in lege Tauri, quæ tantùm locutæ fuerunt in numero testium, non autem in qualitate masculinitatis. Et sic tanquam casus omissus deberet remanere sub dispositione juris communis, l. *commodissime*, D. *de liber. et posthum.* l. *si vero*, §. *de viro*, D. *solut. matrim.* l. *præcipimus*, *C. de appellat.* l. *sancimus*, *C.* eod. Cogita tamen, quia ex quo dicta lex Ordinamenti communiter semper fuit intellecta de testibus masculis, et rectè, quia mulieres non possunt esse testes in testamento, ut infrà eod. l. 9. lex Taurina, quæ ad illam se refert, etsi testetur inter liberos, satis videtur velle, quòd et testes sint masculi; et istud est tutius.

(4) *Rogados.* Nota, quòd quando fit divisio hæreditatis, à patre inter filios, testes debent esse rogati, quod nota ad l. fin. *C. famil. ercisc.*

(5) *Heredasse.* Largè accipe, sive per viam legati, vel institutionis, ut in l. fin. *C. famil. ercisc.* et l. *hac consultissima*, §. *ex imperfecto*, *C. de testam.* et hoc etiam innuitur in ista lege ad finem.

(6) *Seria valedero.* Limita, et intellige, quando filii essent æqualiter instituti; secùs si inæqualiter, ut consuluit Ludovic. Roman. consil. 385. movetur ex dicto Speculatoris, tit. *de instrument. edit.* §. *compendiose*, vers. *quid si pater habens tres filios*, dicens, quod privilegia quæcumque, quæ habet paternum testamentum, factum inter liberos, procedunt, quando pater habens plures filios, in omnium favorem disposuit; secùs si in favorem unius et in odium aliorum: et dicit Decius consil. 105. ad fin. quod ista decisio multùm videtur æqua, et naturalis; quod me tamen non caret scrupulo, et contra eam tenet Paul. de Castr. in l. *hac consultissima*, ad fin. *C. qui testam. facer. poss.* sed quia parum momenti est hodie ista quæstio, propter dispositionem dictæ l. *Tauri*, non insisto. Limita etiam istam legem quando filii essent instituti; secùs verò si extranei, et legata essent facta filiis, ut adducit Socin. consil. 5. volum. 3. ad fin. et nota benè, quod testamentum conditum inter liberos semper censetur habere clausulam, quod valeat omni meliori modo, quo potest, l. *cohæredis*, §. *cum filiæ*, D. *de vulgar. et pupillar.* tradit Alexand. in dict. §. *ex imperfecto*, ad fin.

(7) *En escrito.* Quod ergo dictum est in principio hujus legis, procedit in testamento nuncupativo verbo tenus, vel cum scriptura, in qua adfuerunt duo testes; quæ verò sequuntur, procedunt, quando testamentum fit per scrip-

fazer en dos maneras. La primera es, que despues que el testamento es escrito, deue soescreuir el padre, diziendo assi: Este testamento, que fize, quiero que sea guardado; otrosi deuen dezir, e soescreuir los fijos: Este testamento, que fizo nuestro padre, otorgamoslo. La segunda manera es, que si el padre supiesse escreuir, que lo puede fazer de su mano, diziendo en el los nomes de todos sus fijos, e todo su testamento en que manera lo faze, e como lo ordena; e sobre todo, deue el assi escreuir: Todo quanto en este testamento escreui, quiero que sea guardado. E en el testamento que fuesse fecho en alguna destas dos maneras, puede el padre mandar algo a ome estraño; e si quisiere, puede franquear sus sieruos: pero ha menester, que tal testamento sea fecho ante dos testigos (8) a lo menos, rogados (9), e llamados para esto.

LEY VIII.

Como puede mudar, e reuocar el padre el testamento que ouiesse fecho entre sus fijos.

Mudar, e reuocar puede el padre, o el auuelo el testamento, o la manda, que ouiesse fecho entre sus fijos en alguna de las maneras (1) que diximos en la ley ante desta, faziendo despues (2) otro testamento acabadamente ante siete testigos, e diziendo en el (3), como muda, e reuoca el otro que fiziera primero. Ca si el segundo testamento non fuesse assi acabado, non se desataria porende el primero.

LEY IX.

Quales omes non pueden ser testigos en los testamentos.

Testiguar non pueden en los testamentos,

turam, non nuncupativè, sed in scriptis, sed minus perfectè, ita declarat Azo *C.* eod. in summ. col. antepenult. vers. *Sed nostri doctores*, Gloss. in authent. *quod sine*, *C.* eod. tit.

(8) *Dos testigos.* Quid in testamento ad pias causas, vide in cap. *relatum*, *de testam.* et in cap. *cum esses*, eod. tit. et quid si testamentum fiat tempore pestis, vide Alex. in l. fin. *C.* eod. et latè per Franciscum de Sancto Nazario in suo tractatu, *de peste*, fol. 37. cum sequenti: quid si testamentum fiat in mari, vide Cepol. in tractatu *de servitut.* in cap. *de portu*, et quod habetur in l. 1. tit. 2. lib. 5. *Ordinam.*

(9) *Rogados.* Exigebatur ergo etiam inter liberos isto jure Partitarum, quod testes essent rogati; à fortiori ergo hoc erit hodie stante dicta lege Tauri.

LEX VIII.

Testamentum factum inter liberos non revocatur per secundum testamentum non solemne, in quo non adsint septem testes. Item et requiritur, quod testator dicat, quod revocat primum. Hoc dicit.

(1) *En alguna de las maneras.* Ex isto verbo reprobatur opinio Angeli in authent. *hoc inter liberos*, *C.* eod. ubi dixit, quod tunc testamentum inter liberos non tollebatur per secundum etiam perfectum; nisi in secundo fieret revocatio prioris testamenti, quando primum testamentum erat scriptum manu patris, prout disponitur, in authent. *quod sine*, *C.* eod. et supra l. proxima ad fin. Secùs verò secundum eum, si testamentum primum inter liberos fuisset nuncupativum, et hoc idem voluit ibi Alberic. in princ. illius authent. nam ut hic vides, istud procedit, etiamsi primum testamentum fuerit nuncupativum, ut hic patet, juncta l. supra proxima; et ista erat etiam communis opinio in dict. authent. *hoc inter liberos.* Tene menti, quia textus unde sumitur dicta authentica, *hoc inter liberos*, multum faciebat pro opinione Angel. et Alber.

(2) *Faziendo despues.* Quid si non faciat aliud testamentum, sed tantùm deroget primo? Videtur, quod non sufficiat, imo quod requiratur utrumque aliud, scilicet testamentum, et derogatio prioris: et idem videtur probari in dict. authent. *hoc inter liberos*, ubi Paul. de Cast. movet hanc quæstionem; et concludendum videtur, quod si ideo derogavit primum, quia volebat decedere intestatus, istud solum sufficiet, juxta notata per Bart. in l. *si jure*, D. *de legat.* 3. et Alex. in l. *nostram*, colum. 1. *C. de testam.*

(3) *Diziendo en el.* Nota benè; nam non sufficeret generalis clausula cassans, et revocans omne aliud testamentum, nisi etiam expresserit, quod cassat quodcumque testamentum etiam factum inter liberos, ita dicit Paul. de Cast. in dict. authent. *hoc inter liberos*, quod nota; et hoc etiam est de mente Bald. ibi in principio, et tenet Socinus consil. 163. colum. 8. vol. 2. et rectè, quia ex quo istud testamentum inter liberos habet tacitam clausulam derogatoriam, oportet fieri istam mentionem. Sed ad testamentum inter liberos, videatur etiam habere clausulam derogatoriam ad præcedentia testamenta, sicut intelligitur habere ad sequentia, Doctores non tangunt in dict. authent. Socinus in dict. consil. vult, quod non, quando exigeretur specialis derogatio primi testamenti, ut quia ibi esset clausula derogatoria, dicens, hoc non reperiri jure cautum. Limita tamen istam legem et dictam authenticam, nisi in secundo testamento etiam filii essent instituti, et esset eis favorabilius, quam primum; nam tunc revocaretur primum absque alia speciali derogatione, Gloss. in authent. *de testament. imperfect.* collat. 8. Bald. in dict. authent. *hoc inter liberos*, Alex. consil. 146. volum. 2. Paul. etiam de Cast. in dict. authent. et nota etiam, quod lapsus decennii post testamentum inter liberos, idem operatur, quod clausula derogatoria, l. *sancimus*, *C. de testam.* Alex. consil. 105. volum. 4. colum. antepenult. Et si in secundo testamento esset instituta pia causa, et filii in aliqua parte, non esset necessaria clausula derogatoria prioris testamenti etiam facti inter liberos; ut adducunt Alex. in dict. consil. 105. et Jaso in dict. authent. *hoc inter liberos*, versic. 4. *singulariter limita.* An autem, quod hic disponitur, procedat, quando in primo testamento fuit instituta pia causa, ut in sequenti sit necessaria clausula derogatoria ad primum, vide Socin. consil. 229. volum. 2. col. fin. vers. *postremo*, volentem, quod sic, quod est singulare dictum; allegat Oldrad. consil. 119. *Titius condidit testamentum*, *etc.* Item nota, quòd si superveniat causa revocandi primum testamentum, tunc non requiritur in revocatione clausula derogatoria, secundùm Bald. in dict. authent. *hoc inter liberos.*

LEX IX.

Regulariter quilibet non vetitus potest esse testis in testamento; sunt tamen aliqui, qui non possunt esse testes, ut damnatus de famosi libelli confectione, ac de furto, de homicidio, vel de simili, vel majori delicto. Item apostata, licèt ad fidem redeat, et minor 14. annis. Item servus, mu-

aquellos que son condenados por sentencia, que fuesse dada contra ellos, por malas cantigas (1), o ditados que fizieron contra algunos con entencion de enfamarlos. Nin otrosi el que fuesse condenado por juyzio de los Judgadores, por razon de algund malfecho que fiziesse; assi como por furto, o por homicidio, o por otro yerro semejante destos (2), o por mas graue, de que fuese dada sentencia contra el. Nin otrosi, ninguno de los que dexan la Fe de los Christianos, e se tornan Moros, o Judios, maguer se tornassen (3) despues a nuestra Fe, que dizen en latin, Apostatas. Nin las mugeres (4), nin los que fuessen menores de catorze años. Nin los sieruos (5). Nin los mudos. Nin los sordos. Nin los locos, mientra que estouieren en la locura. Nin aquellos, a quien es defendido que non vsen de sus bienes, porque son desgastadores dellos en mala manera; ca estos atales non pueden ser testigos en testamento. Otrosi non lo puede ser, ome que es sieruo de otro. Pero si alguno de los testigos, que se acertaron quando se fizo algund testamento, andaua en aquella sazon por ome libre (6), maguer despues fuesse fallado en verdad que era sieruo, non se embarga el testamento por esta razon.

LEY X.

Si puede ser testigo, o non en el testamento, el que ha natura de varon, e de muger.

Hermafroditus en latin, tanto quiere dezir en romance, como aquel que ha natura de varon, e de muger. E este atal, dezimos, que si tira mas a natura de muger que de varon, non puede ser testigo en testamento, nin en todas las otras mandas que ome fiziesse. Mas si se acostasse mas a natura de varon, estonce bien puede ser testigo en testamento, e en todas las otras mandas que ome fiziere.

LEY XI.

Si aquellos a quien mandan algo en el testamento, pueden ser testigos en el, o non.

Contienda nasciendo sobre el testamento, entre el heredero que era escrito en el (1), e los parientes del finado que quisiessen desatar el testamento; estonce dezimos, que bien pueden testiguar aquellos a quien fuesse algo mandado en el, si se acertaron y quando fue fecho. Esso mismo seria, si alguno destos a quien el finado dexasse algo en el testamento, ouiesse contienda con los herederos, en razon de la cosa quel fuesse mandada en el. Ca estonce podrian testiguar los otros (2), que fues-

tus, surdus, mulier, fatuus fatuitate durante, seu stultitia. Item prodigus, curatore sibi dato. Et pro libero se gerens potest esse testis, licèt postea servus delegatur. Hoc dicit.

(1) *Malas cantigas.* Adde l. *is cui*, §. fin. D. eod.

(2) *Semejante destos.* Vide l. 5. tit. 6. *Part.* 7. et in l. 1. D. *de his qui notant. infam.* ubi habetur, qui notentur infamia juris, etiam pro crimine privato; et in illis etiam intellige procedere quod hic habetur. An autem damnati ex contractu, ex quo irrogatur infamia, possint esse testes in testamento; videtur, quod sic, ex quo ista lex eos non excludit. In contrarium tamen facit, quia repelluntur à testimonio, ex quacumque causa sint infames, ut in cap. *licet ex quadam, de testib.* et in cap. *præterea, de testib. cogend.* et notat Gloss. ubi communiter Doct. in l. 1. *C. de summa Trinit. et fide cathol.* et dixi in l. 8. tit. 16. supra *Partit.* 3. à fortiori ergo debent repelli in testamentis, ubi de majori præjudicio agitur; et istud videtur verius, et ista lex suppleri debet in hoc per alias, et sic infamis infamia juris, qualitercumque sit, non potest esse testis in testamento.

(3) *Se tornassen.* Adde l. *hi qui sanctam*, *C. de apost.*

(4) *Nin las mugeres.* Adde §. *testes*, *Instit. de testam.*

(5) *Nin los sieruos.* Idem dic de monachis, sine licentia abbatis, ut tradit Joan. Fab. in dict. §. *testes*, *Instit. de testam.* et ibi dicit, quod ex hoc possunt impugnari multa testamenta, in quibus religiosi sunt testes scripti sine abbatis licentia: sed tene contrarium, quia monachi bene possunt esse testes instrumentarii sine licentia abbatis, ut tradit Socin. consil. 17. vol. 1. Cardinalis in terminis istis, consil. 100. incipit *testator habet*, et Felin. in cap. *cum nuntius*, *de testib.*

(6) *Por ome libre.* Adde l. 1. *C. de testam.* et §. *sed cum aliquis*, *Instit.* eod. tit.

LEX X.

Si sexus virilis in hermafrodito sit potentior, erit testis in testamento, aliàs secùs. Hoc dicit.

LEX XI.

Si est contentio super testamento inter hæredem scriptum, et testantis consanguineos, vel legatarium, possunt esse testes legatarii; sed hæres, vel ejus consanguinei usque ad quartum, nequaquàm. Hoc dicit.

(1) *Escrito en el.* Ex hoc verbo videtur velle hæc lex, quod ejus dispositio procedat, quando legatarius adducitur in testem super valore testamenti facti in scriptis, vel de quo fuit facta publica scriptura, et legatarii fuerunt descripti in tali testamento. Non ergo procederet in testamento nuncupativo, de quo non fuit facta scriptura, et hujus opinionis fuit Nico. de Mathare, relatus à Bald. in l. *dictantibus*, *C. de testam.* et idem voluit Abb. in cap. *insuper*, colum. penult. *de testib.* Si tamen in omnem eventum, sive valeret institutio hæredis, sive non, legatarii essent consecuturi legatum, tunc indistinctè admittuntur in testes, ut volunt Joan. And. Anton. Abb. post alios antiquos in dict. cap. *insuper*, unde cùm hodiè de lege regni 1. tit. *de los testamentos*, lib. 5. *Ordin.* etsi vitietur testamentum, vel non adeatur hæreditas ex eo, adhuc legata debentur, dicendum esset, quod indistinctè hodie legatarii admitterentur in testes; vide etiam Joan. Fab. in §. *legatariis*, *Instit. de legat.* et per Alex. consil. 177. col. penult. vol. 2. et per Joan. de Imol. in l. *qui testamento*, in princ. D. *de testam.*

(2) *Los otros.* Non ergò ipse legatarius litigans, vide per Angel. in §. *legatariis*, *Instit. de legat.*

sen y escritos, sobre tal razon, pues que non tañe la contienda de tal cosa a ellos. Mas el que fuesse establecido por heredero (3), o su padre, o los que descendiessen del, o sus hermanos, o los otros parientes cercanos fasta el quarto grado (4), non pueden ser testigos sobre la contienda, que ouiesse el heredero con los parientes del finado, o con los otros omes, en razon del testamento, en que fuesse escrito (5) por heredero.

LEY XII.

En que cosa puede ser escrito el testamento.

En pergamino de cuero, o de papel, o en tablas, quier sean con cera, o de otra manera, o en otra cosa, en que se pueda fazer escritura, e parescer, puede ser escrito el testamento. E aun dezimos, que de vn testamento puede ome fazer muchas cartas de vn tenor. E de estas cartas puede el testador leuar la una consigo, e las otras puede poner en algund logar seguro, assi como en Sacristania de alguna Eglesia, o en guarda de algund su amigo. E estas cartas deuen ser fechas en vna manera, selladas de vnos sellos mismos, e de tantos la vna como la otra, de guisa que acuerden las vnas con las otras. Pero si alguna dellas fuere menguada, non empece (1) a las otras, que fuessen complidas.

LEY XIII.

Quien puede fazer testamento, e quien non.

Todos (1) aquellos a quien non es defendido por las leyes deste nuestro libro, pueden fazer testamento; e los otros que non le pueden fazer, son estos. El fijo que esta en poder (2) de su padre, maguer el padre gelo otorgasse. Pero si fuesse Cauallero, o ome letrado, qualquier destos fijos, que aya de los bienes que son llamados peculio castrense, vel quasi castrense, puede fazer testamento dellos. Otrosi dezimos, que el moço (3) que es me- *Ley 4, tit. 18, lib. 10 Novis. Recop.*

(3) *Por heredero.* Adde §. *sed neque*, *Instit. de testam.* et tene menti istam legem, quatenus dicit de fratribus, et consanguineis intra quartum gradum, quia non memini, sic vidisse per LL. juris communis: vide tamen, quæ notat Salic. in l. *parentes*, *C. de testib.* ubi etiam vult, quod isto casu fiat computatio graduum secundum jus civile, de quo in l. 3. tit. 6. *Part. 4.*

(4) *Fasta el quarto grado.* Vide quæ notat Alex. cons. 47. in princ. vol. 2. et ista l. videtur probari, quod si unus ex testibus requisitis in testamentis esset inhabilis, vel non omni exceptione major, quod non suppleatur ejus defectus ex integritate aliorum, eo quod requiratur, quod omnes sint integri testes: vide Jason. in l. *si quis ex argentariis*, §. *cogentur*, col. 1. D. *de edend.* et Decium consil. 105. et quæ dixi suprà eod. l. 1. in glossa, *ante siete testigos*, et quod notat Joan. de Imol. in l. *qui testamento*, in princ. D. *de testam.* ubi vult, quod si sunt duo testes non omni exceptione majores, habentur loco unius.

(5) *Escrito.* Ex hoc verbo videtur, quod etiamsi testamentum juvetur scriptura tabellionis, vel aliàs, consanguinei hæredis non possunt esse testes intra quartum gradum. Contra quod videtur, quod dixi suprà in glossa 1. ad quod potest dici, quod aliud sit in legatariis, qui non repelluntur, imò admittuntur de jure; secus in istis, qui repelluntur jure: et ista lex etiam facit contra id, quod notat Salicet. in l. *parentes*, *C. de testib.* ubi voluit, quod si frater fuit rogatus testis in testamento fratris, benè possit esse testis, quia testator habet auctoritatem conficiendi factum suum; allegat l. *qui testamento*, §. *per contrarium*, D. *qui testam. facere poss.* neque, ut hìc vides, etiamsi sit rogatus, potest esse testis in testamento, sed procedit, quando hæres institutus esset frater testis; dictum verò Salic. procedit, quando extraneus esset institutus.

LEX XII.

Potest scribi testamentum in pergameno, papyro, vel tabula, etiam cerea, vel alia re, in qua scribi potest: et possunt ejusdem tenoris fieri plures chartæ testamenti, quarum una defectuosa, non nocet aliis perfectis. Hoc dicit.

(1) *Non empece.* Nota hoc verbum, et hoc ideo est, quia ratione abundantioris probationis in pluribus chartis scribitur, ut in l. *unum*, vers. *idque interdum*, D. eod. unde si in aliis chartis benè sit scriptum, eis statur, et non nocet charta defectuosa; quia abundans cautela non solet nocere, l. *testamentum*, *C.* eod. Gloss. et Doctor. in l. fin. *C. secund. tabul.* cap. *cum I. et A. de re judic.*

LEX XIII.

Testari potest quilibet non vetitus. Non tamen possunt testari filiusfamilias etiam de patris consensu, nisi de peculio castrensi, vel quasi. Item nec masculus minor XIV. annis, aut fœmina minor XII. quia intellectum non habent. Item nec stultus durante stultitia, aut prodigus cui est bonis interdictum; ante interdictionem verò testamentum valet. Item nec mutus, et surdus, simul à nativitate; secus si à casu, quia tunc benè potest si ipse scribat illud, aliàs non, nisi de permissu Principis. Nec etiam solùm mutus à nativitate potest testari, quod rarò accidit; surdus verò tantùm, benè potest testari. Hoc dicit.

(1) *Todos.* Adde l. *ab ea parte*, D. *de probat.* et l. *si quæramus*, D. *qui testam. facere poss.*

(2) *Que esta en poder.* Hodie testatur, ac si sui juris esset, ex l. 5. in *Ordin. Tauri*, quæ corrigit istam legem, et similes. De jure communi verò, vide in ista materia, quæ latè tradit Guilliel. Benedict. in repetit. cap. *Raynutius*, *de testam.* in verbo et *Matrem insuper Cleram*, et quæ habentur in cap. *licèt*, *de sepultur.* lib. 6. non tamen poterit hodie filiusfamilias testari in adventitiis, quatenus esset in præjudicium ususfructus parentis, secundùm Joan. de Imol. in cap. *quia de ingredientibus*, *de testam.* col. 6. cum princ. 7. sic et fructus bonorum adventitiorum remanent patri, etsi filius ingrediatur religionem, secundùm Joan. Fabr. et Salic. in authent. *ingressi*, *C. de sacros. eccles.* quidquid dixerit Abb. in cap. *in præsentia*, col. 19. *de probat.*

(3) *El moço.* Extende istam legem, etsi pupillus testetur ad pias causas, ut probatur in cap. *si pater*, *de testam.* lib. 6. et est communis opinio Doctorum, quam tenet Bart. in repet. l. 1. *C. de sacros. eccles.* et tenet etiam ibi Bald. in repet. quæst. 11. ubi etiam Salic. contra Richardum ejus avunculum, ubi etiam Alex. Tradit etiam latè Guilliel. Benedict. in repetit. cap. *Raynutius, de testam.* in verbo *adjectæ impuberi*: et ibi ad finem adducit illud, quod est notandum, quod testamentum præsumitur factum à pubere; unde contrarium asserenti incumbit probatio, allegat Innoc. et alios, qui cum sequuntur in cap. *in præsentia*, *de probat.* ubi ad hoc est textus notabilis.

nor de catorze años, e la moça que es menor de doze años, maguer non sean en poder de su padre, nin de su auuelo, non pueden fazer (4) testamento. E esto es, porque los que son desta edad, non han entendimiento complido. Otrosi, el que fuesse salido de memoria (5), non puede fazer testamento, mientra que fuere desmemoriado (6); nin el desgastador (7) de lo suyo, a quien ouiesse defendido el Juez (8) que non enagenasse sus bienes. Pero si ante (9) de tal defendimiento ouiesse fecho testamento, valdria. Otrosi dezimos, que el que es mudo (10), o sordo desde su nascencia (11), non puede fazer testamento. Empero, el que lo fuesse por alguna ocasion, assi como por enfermedad, o de otra manera, este atal, si supiesse escreuir, puede fazer testamento, escriuiendolo por su mano misma (12). Mas si fuesse letrado (13), e non supiesse escreuir, non podria fazer su testamento; fueras ende en vna manera, si le otorgasse el Rey, que lo escriuiesse otro alguno en su lugar. En esta manera misma podria fazer testamento el ome letrado, que fuesse mudo de su nascencia, maguer non fuesse sordo: e esto acaesce pocas vezes (14). Empero, aquel que fuesse sordo desde su nascencia, o por alguna ocasion, si este atal pudiere fablar (15), bien puede fazer testamento.

LEY XIV.

En que manera el que fuere ciego puede fazer testamento.

El ciego non puede fazer testamento, fueras ende desta manera (1): deue llamar siete *Ley 2, tit. 18, lib. 10 Novis. Recop.*

(4) *Non pueden fazer.* Si tamen impubes esset doli capax, posset cum eo Princeps dispensare, ut faciat testamentum, vide Alex. in l. fin. *C. de testam. milit.* et in l. *si frater*, *C. qui testam. facere poss.* Bart. in l. *si quæramus*, *D. de testam.*

(5) *Salido de memoria.* Quid de fatuo? Joan. Fab. in §. *præterea*, *Instit. quib. non est permiss. facere testam.* tenet quod potest testari, et sequitur ibi Ang. facit textus in l. *si frater*, *C. qui testam. facer. poss.* et ibi notat Paul. de Castr. et Alex. quod major 14. annis, licèt habeat imbecillitatem sensus, potest testari; quia talis imbecillitas post 14. annum non consideratur à lege, et intellige de fatuo, qui judicium rei recipit, ut dicit Joan. Faber ubi suprà. Isidor. tamen in lib. 10. *ethymologiarum*, et refert S. Thom. 2. 2. quæst. 46. art. 1. fatuum vult dici eum, qui caret sensu judicandi; stultum autem, qui habet sensum, sed hebetatum: furiosus vero non testatur, ut hic, etiamsi ad pias causas testetur, ut in cap. fin. *de success. ab intest.* et idem de ebrio, dum est ebrius, quia furioso comparatur, ut in cap. *à crapula*, cum ibi notatis, *de vita, et honest. cleric.* et vide Gloss. in cap. *unusquisque*, 22. quæst. 4. et idem erit in dormiente, ut in Clemen. *si furiosus*, *de homicid.* et tradit Barbat. in cap. 2. *de testam.* et in cap. fin. *de succes. ab intest.* et idem dic in frenetico, argum. dict. Clemen. *si furiosus*, vide per Bald. in l. 2. col. 7. versic. 10. *quæro*, *C. de rescind. vendit.* et textus notabilis in cap. *cum dilectus*, *de succes. ab intest.*

(6) *Mientra que fuere desmemoriado.* Sed quid in dubio, an præsumatur factum testamentum tempore furoris, vel dementiæ, vel tempore dilucidi intervalli? Vide Gloss. in cap. *indicas germanum*, 3. quæst. 9. et in cap. fin. in verbo *compotem*, *de success. ab intest.* et per Bart. in l. 2. *D. de bonor. poss. infant. furios.* ad fin. et per Bald. Alex. et Jason. in l. *furiosum*, *C. qui testam. facer. poss.* et videntur Doctores se resolvere, quod si furor non fuit instantaneus, vel parvo tempore durans, imo duret per aliquod tempus, vel per menses, licèt aliquando aliqua intervalla habuisset, quod tunc actus præsumatur factus tempore furoris, nisi pars adversa aliud probet: vide etiam de hoc Roderic. Suarez allegat. 1. et Jas. in dict. l. *furiosum*, vers. *quid autem si non apparet quo tempore*, et Socin. consil. 42. volum. 1. Alex. consil. 14. 1. vol. et consil. 85. volum. 2. ubi notabiliter, et consil. 92. col. 4. vol. 5.

(7) *Desgastador.* Adde l. *is cui*, *D. eod.* et §. *item prodigus*, *Instit. quib. non est permiss. facer. testam.* Sed an testetur ad pias causas, vide per Bald. in l. 1. *C. de sacrosant. eccles.* et per Joann. de Imol. in cap. *quia ingredientibus*, col. 5. *de testam.* et tenent, quod non; teneret tamen testamentum factum ante interdictionem, ut ibi per eos, et habetur hic.

(8) *Defendido el juez.* Non ergo loquitur hic lex in interdictione facta à lege, quia testamentum talis non teneret etiam factum antea; quod non est interdictione facta à judice, ut subditur hic.

(9) *Pero si ante.* Si fiat quis intestabilis, an tenebit testamentum antea factum? Vide per Joan. de Imol. in dict. l. *is cui.*

(10) *Que el que es mudo.* Ortum habet à l. *si mutus*, *D. eod.* et à l. *discretis*, *C. qui testam. facer. poss.* et à §. *item mutus*, *Inst. eod.* et à notatis per Azon. in summ. *C. qui testam. facer. poss.* vers. *item mutus.*

(11) *Desde su nascencia.* Hoc intellige, quando mutus caret intellectu, aliàs secùs, ut tradit Alex. in l. *discretis*, *C. qui testam. facer. poss.* ubi vide, quid de milite muto, et quid si mutus testetur ad pias causas.

(12) *Escriuiendolo por su mano misma.* Qui ergo in infirmitate constitutus perdidit loquelam, non poterit testari, hæredem signis instituendo; debet ergo tali casu nomen hæredis propria manu scribere, ut hic patet: et vide per Ang. in l. *discretis*, *C. qui testam. facer. poss.* Paul. de Castr. in l. *hac consultissima*, §. *at cum humana*, *C. de testam.*

(13) *Letrado.* Id est, legere sciens.

(14) *Pocas vezes.* Quia secundum naturam, qui mutus est, debet necessario esse surdus, ut in dict. l. *discretis*, Azo ubi suprà: et nota, quod cum muto et surdo à nativitate, neque Princeps dispensat ut possit testari; quia nullo modo potest concipere conceptum mentis, cùm non censetur habere mentem, vel intellectum quoad exercitium, secundùm Paul. de Cast. qui ita declarat in l. *si mutus*, *D. eod.* quod intellige, ut prædixi in gloss. proxima 2. quando mutus caret omninò intellectu, aliàs secùs: et dicit Bald. in l. *humanitatis*, col. 11. *C. de impuber. et aliis*, quòd contra mutum et surdum à nativitate non potest fundari processus, quia caret sensu: vide tamen Bald. in l. unic. col. 6. *C. de confess.*

(15) *Pudiere fablar.* In surdo à nativitate videtur hoc impossibile à natura, quia si est surdus à nativitate, est mutus, secundum Azon. ubi suprà.

LEX XIV.

In testamento cæci debent septem testes, et unus tabellio, vel ejus loco testis octavus ad subscribendum adhiberi, qui subscribant, et sigillent testamentum; et debet coram eis cæco dicente scribi, vel si jam est ordinatum legi, et cæcus dicet illud fore ejus testamentum. Hoc dicit.

(1) *Fueras ende desta manera.* Probatur hic, cæcum non posse testari in scriptis, ita quòd testes, et tabellio, nesciant ejus dispositionem: posset enim cæcus, qui testaretur in scriptis, faciliter decipi, et subjici sibi una scriptura pro alia.

testigos (2), e vn Escriuano publico, e delante dellos deue dezir, como quiere fazer su testamento. Otrosi deue nombrar, quales son aquellos que establesce por sus herederos, e que es lo que manda; e el Escriuano deue escreuir todas estas cosas delante los testigos, o si eran ante escritas (3), deuen ser leydas delante dellos; e despues que fueren escritas, e leydas, deue dezir el ciego manifiestamente, como aquel es su testamento. E de si, cada vno de los testigos deue escriuir su nome (4) en aquella carta, si supiere escriuir; e si non, deuelo fazer escriuir a otro. E tambien el Escriuano publico que escriuiere la carta, como los testigos, deuen sellar la carta con sus sellos: e si el Escriuano publico non se pudiere auer, deuen auer otro que lo escriua, e que sean con el ocho testigos en lugar del Escriuano. E esta guarda deue ser fecha en el testamento del ciego, porque non pueda ser fecho ningun engaño.

LEY XV.

Como los que son judgados a muerte, o son desterrados para siempre, non pueden fazer testamentos.

Judgado (1) seyendo alguno a muerte, por yerro que ouiesse fecho, pues que tal sen- *Ley 3, tit. 18, lib. 10 Novis. Recop.*
tencia fue dada contra el, non puede fazer testamento (2). Esso mismo dezimos del que fuesse desterrado para siempre en alguna Isla, si le tomasse el Rey todo lo suyo: mas si non le tomasse todo lo suyo, o fuesse desterrado a tiempo, bien puede fazer testamento de los bienes que le fincaron. Otrosi aquel contra quien fuesse dada sentencia de muerte, e se alçare della, bien podria despues fazer testamento de lo suyo; e si ante que fuesse confirmada la sentencia, finasse, valdria el testamento que assi ouiesse fecho. Mas si este que fuesse condenado a muerte, es Cauallero, fi-

(2) *Siete testigos.* Hodie sufficiunt quinque, ut in l. 3. *in Ordinam. Tauri.*

(3) *Ante escritas.* Possunt enim ante scribi sine testibus etiam per plures dies, in l. *hac consultissima*, §. *at cum humana*, *C. qui testam. facere poss.* et ibi Paul. de Castr.

(4) *Escriuir su nome.* An etiam hodie, stante l. 3. Tauri, servanda sit ista solemnitas, et aliæ in ista lege descriptæ in testamento cæci? Videtur, quòd sic, quia per legem Tauri nihil est immutatum circa hoc, nisi in numero testium; in aliis ergo servari debet ista lex, l. *sancimus*, *C. de testam.* ita tenet Michael de Cifuentes: et licèt istud videbatur juridicum, credo tamen, quòd in practica non posssit obtineri, ut ex omissione istius solemnitatis, et sigillorum testium, testamentum cæci vitietur: tum, quia ista sigilla testium desierunt esse in usu, et subscriptiones tantùm exiguntur per legem Tauri in testamento in scriptis; et cùm dicta lex Tauri veniat ad declarationem legis Ordinamenti, et voluit tollere illud dubium, quod causabatur ab illa lege, an per eam derogatum fuisset huic legi Partitarum specialiter disponenti circa testamentum cæci, et declaravit in testamento cæci debere intervenire quinque testes, videtur voluisse, quòd in omnibus aliis servari sufficeret forman dictæ legis Ordinamenti, secundum quam ista subscriptio, et sigillatio non est necessaria; videtur ergo, quòd dicta l. Tauri voluit corrigere istam legem disponentem circa formam testamenti cæci, et reducere ad formam dictæ legis Ordinamentorum, dum tamen interveniant quinque testes; potuit enim dicta lex huic derogare, cùm sit de jure positivo; cùm et per statutum, dicat Bartolus, posse fieri, in l. *si quæramus*, D. *de testam.* Et licèt per dictam legem Ordinamenti non poterat rectè dici, istam legem quatenus ad testamentum cæci esse correctam, ubi notat Bald. in dict. l. *si quæramus*, D. *de testam.* ubi dicit, quòd per statutum, quo disponitur, quòd sufficiant quinque testes in testamentis, non videtur tolli, quod à jure communi est dispositum in testamento cæci; tamen stante dicta lege Tauri, quæ expressè disponit sufficere quinque testes in testamento cæci, videtur tenendum, quòd istæ solemnitates hujus legis non sint hodie necessariæ: imò, quòd ex mente dictæ legis videtur, quòd ubi non possit haberi tabellio, teneret testamentum cæci nuncupativè factum cum quinque testibus, coram quibus cæcus expressit suam voluntatem, licèt nulla fiat inde scriptura; articulus tamen iste est dubius. Tu cogita; procederet tamen sine scrupulo, quod dico, si cæcus testaretur inter liberos: ex communi opinione Doctor. in dict. l. *hac consultissima*, quòd illa lex non procedat, quando cæcus testaretur inter liberos, posset etiam cæcus testari ad pias causas cum duobus testibus, juxta cap. *relatum*, et cap. *cum esses*, *de testam.* ut etiam voluit Alexand. in dicta l. *hac consultissima*, col. fin.

LEX XV.

Non potest testari condemnatus ad mortem, vel in insulam deportatus ademptis bonis, nisi pendente appellatione facto testamento moriatur: aut sit miles, qui de militari crimine ad mortem sit damnatus, qui potest postea de castrensibus, si ibi in sententia concedatur testari, nisi pro fidei fractione, vel proditione damnetur: sed si pro aliis criminibus non militaribus damnetur, ut de adulterio, furto, vel de aliis criminibus, quæ etiam non milites committunt, tunc potest ut paganus testari, sed non jure militari, quia privilegium illud perdidit per sententiam. Hoc dicit.

(1) *Judgado.* Ortum habet à notatis per Azonem, *C. qui testam. facer. poss.* in summ. versic. *item diximus.*

(2) *Non puede fazer testamento.* Hæ ll. et aliæ ll. juris communis, à quibus ista sumpta fuit, corriguntur hodie in regno per l. 4. *Tauri*: quinimo et dicunt Doctores, quòd per statuta, et consuetudines locorum damnati ad mortem naturalem, vel civilem, faciunt testamenta, ut dixit Joan. de Imol. in cap. *quia ingredientibus*, column. 8. *de testam.* Alber. in l. *ejus qui*, §. 1. D. eod. unde et poterunt donare causa mortis, ut in l. *cum hic status*, §. *si miles uxori*, D. *de donat. inter virum, et uxor.* Sed an sicut per dictam l. *Tauri*, isti sic damnati habilitantur ad testamenti factionem activam, videantur habilitati ad passivam, ut sic capere possint ex testamentis aliorum? Dic, quòd non, ut et in commento illius legis dixit Michael de Cifuentes. Cui adde id, quod habetur per Gloss. et Doctor. in l. *is cui*, §. 1. in gloss. fin. D. *de testam.* In contrarium tamen videtur, quòd cùm per istam legem possit testari activè, per consequens videtur habilitatus, quòd et sit testabilis passivè. Item, quia cùm non sit servus pœnæ ad testandum activè, sic nec passivè; et fortè ista lex ideo non sancivit, quia non reputavit servum pœnæ damnatum ad mortem, prout et voluit Salic. etiam de jure communi loquendo in authen. *sed hodie*, *C. de donat. inter virum, et uxor.* post aliquas glossas, quæ idem voluerunt, quæ opinio videtur approbari in dict. l. *Tauri.* Tu cogita, et an possint testari de illis bonis, quæ de jure communi confiscabantur, sed per authenticam bona damnatorum reservantur certis personis, ut etiam habetur in l. 6. tit. 7. *Part.* 7. et in l. 8. tit. 10. et l. 5. tit. 31. ead. *Part.* vide per Roderic. Suarez in repe-

zieron los Sabios antiguos departimento, en razon del yerro por que era judgado. Ca, si el auia fecho yerro en Caualleria, assi como estando (3) en hueste, vendiendo, o baratando las armas; o fuesse desmandado al Cabdillo, faziendo lo que le vedaua, o non cumpliendo sus mandamientos, assi como deuiesse; si por tal razon como esta fuesse dada contra el sentencia de muerte, non podria despues fazer testamento. Fueras ende, si en tal juyzio fuesse otorgado, que lo pudiesse fazer. Ca estonce, en los bienes que son llamados castrense peculium, puede fazer testamento, o manda; mas de los otros non. E si por auentura el Cauallero fuesse judgado a muerte, porque quebrantasse su fe (4), o por algund yerro que cupiesse en traycion, estonce non podria fazer testamento en ninguna manera. Pero si el yerro que fiziesse el Cauallero, non fuesse de fe quebrantada, nin tanxesse en pleyto de Caualleria; mas fuesse atal, en que caen los otros omes comunalmente a las vegadas, assi como por razon de adulterio, o de furto, o de otro yerro qualquier semejante destos; estonce bien podria fazer (5) testamento, despues que fuesse judgado a muerte, guardando, e poniendo en el todas aquellas cosas, que los otros omes deuen guardar e poner en los testamentos. Ca la mayoria, e el preuillejo que el ouiere por razon de la Caualleria en fazer como quisiere, pierdelo por tal sentencia, que fuesse dada contra el.

LEY XVI.

De los omes que son dados por refenes; e los judgados por enfamados, por cantigas que fizieron; e los que fuessen sieruos; e de los otros que non fazen testamento.

Refenes dan a las vegadas los omes por si a los enemigos, por salir de catiuo (1). E porque estos atales, que son dados en refenes, non son en su poder, porende non pueden fazer testamento. Otrosi dezimos, que aquel contra quien fuesse dado juyzio por razon de cantiga (2), o por razon de ditado, que ouiesse fecho contra otro, en quel dixesse atal mal, porque pudiesse ser enfamado, este atal non podria despues fazer testamento. Otro tal seria, si alguno fiziesse testamento, cuydando que era libre, si despues fuesse prouado que era sieruo, que non valdria su testamento. Esso mismo seria, que non valdria el testamento, que fiziesse el que cuydasse ser salido de poder de su padre, sil fuesse prouado despues, que non era assi. E aun dezimos, que los hereges, despues (3) que son condenados por sentencia de heregia, non pueden fazer testamento, nin aquellos que son judgados por traydores.

tit. l. 9. tit. *de las mandas*, lib. 3. *Foro LL.* 10. limitatione. Et tu vide, quæ dixi in l. 5. tit. 31. 7. *Part.*

(3) *Asi como estando.* Nota hic, quod crimen dicatur militare crimen, adde ll. 2. et 3. D. *de re militar.* et l. fin. tit. 21. *Part.* 2.

(4) *Quebrantasse su fe.* Id est, juramentum, quod præstitit, cùm fuit assumptus ad militiam, ut habetur in l. *ex militari*, D. *de testam. milit.* Paul. verò de Cast. in l. *et militibus*, *C. de testam. milit.* exponit, ut quia fecit proditionem duci belli, vel transfugit ad hostes.

(5) *Podria fazer.* Communiter Gloss. et Doctores dicunt contrarium, ita intelligentes l. 1. D. *de veter. et milit. success.* dicunt enim, quòd miles damnatus de crimine communi non potest facere testamentum, ita Azo in summ. *C. de testam. milit.* ad fin. Gloss. et Doctores in l. *et militibus*, *C.* eod. Ista verò lex Partitarum dicit, quòd miles damnatus de communi crimine ad mortem naturalem vel civilem, poterit testari; non tamen gaudebit privilegio militari in testando, sed testabitur jure communi.

LEX XVI.

Obsides qui dati sunt loco captivorum populi Romani, testari non possunt. Item damnatus ob crimen famosum intestabilis efficitur, ideo testamentum facere non potest, nec est capax testamenti. Item de statu suo dubitans, vel errans non potest testari, ut quia nescit se manumissum, vel emancipatum. Item hi quibus à lege interdicuntur bona, ut hæretici, et rei perduellionis. Item nec servus. Hoc dicit.

(1) *Catiuo.* Idem si dentur pro pace componenda, vel tenenda, secundum Gloss. in l. *obsides*, D. eod. et intellige, ut ibi declarant Bald. et Angel. quando darentur obsides his, qui non sunt subditi, apud quos nullum est commercium vel hospitium, veluti Turcis.

(2) *De cantiga.* Adde l. *lex Cornelia*, §. fin. D. *de injur.* et l. *is cui*, §. 1. et l. *cum lege*, D. eod.

(3) *Despues.* Imò, et testamentum antea factum irritatur, si crimen hæresis, vel majestatis committant, l. *Manichæos*, *C. de hæretic.* declarat Paul. de Cast. in l. *is cui*, D. eod. et probatur in l. *ejus qui*, §. 1. D. eod. et expeditum est tam de jure canonico, quàm civili, quòd hæretici cujuscumque sectæ, et credentes, et fautores, et receptatores sunt privati factione testamenti, ut in authent. *credentes*, *C. de hæretic.* cap. *excommunicamus*, §. *credentes*, eod. tit. et eorum bona à die commissi criminis sunt confiscata, ut in cap. *cum secundum leges*, *de hæretic.* lib. 6. et tradit Alber. in l. *cognovimus*, *C. de hæretic.* An autem infamis ex alio crimine possit testari? Paul. de Castr. in dict. l. *is cui*, §. 1. dicit, quòd sic, et rectè, ut dicit textus in dict. l. *ejus qui*, §. 1. et in l. 1. *C. de secund. nupt.* adde etiam, quòd damnatus propter carmen famosum non potest testari, ut in dict. l. *is cui*, §. 1. et l. *lex Cornelia*, §. fin. D. *de in jur.* Sed quid si committat delictum sodomiticum, an possit testari? Phil. Decius in l. 1. *C. de secund. nupt.* num. 7. dicit, quòd non, ex eo, quia dato quòd non sit condemnatus ipso facto, videtur infamis, l. *palam*, §. *quæ in adulterio*, D. *de ritu nupt.* privatus enim intelligitur bonis, unde non potest testari; et ita dicit fuisse consultum per quemdam Anastasium Doctorem, ut habetur insertum in libro consiliorum Barba in fin. et quòd bona sodomitæ confiscentur, habetur jure hujus regni in pragmatica Regum Catholicorum.

LEY XVII.

Como, los que entraron en Religion, non pueden fazer testamento.

Religiosa vida escogiendo algun ome, o alguna muger, de fazer, assi como entrando (1) en algun Monesterio, o faziendose hermitaño (2), o emparedado (3), o tomando otra Orden (4), este atal non puede fazer testamento; mas todos los bienes que ouiesse, deuen ser de aquel Monesterio, o de aquel lugar, do entrasse (5), si non ouiesse fijo, o otros que descendiessen (6) por la liña derecha, que heredeu lo suyo. Mas si este atal ouiesse fijos, o otros herederos que descendiessen del, puede partir (7) entre ellos lo que ouiere, de manera, que de a cada vno dellos su legitima parte, e non mas. E si por auentura, mas les quisiere dar de su parte legitima, estonce tanta parte deue ser dada al Monesterio, quanta cayere al vno dellos (8).

LEX XVII.

Ingressus religionem non habet testamenti factionem, quia succedit ei religio; nisi habeat hæredes descendentes, inter quos potest bona dividere, ut quilibet habet ad minus legitimam, quæ est, si sunt quatuor vel pauciores, pro omnibus tertia pars bonorum, si plures, dimidia absque ullo gravamine, vel conditione: et si plus eis donet, habet locus ille, vel religio tantum pro legitima, sicut unus eorum esset habiturus: sed si nihil disposuit morte præventus, habebunt filii legitimam, locus autem, seu religio residuum. Hoc dicit.

(1) *Entrando.* Intellige profitendo tacitè, vel expressè, nam infra annum probationis (de quo 17. quæst. 1. in summ. et in cap. 1. et cap. *beneficium, de regular.* lib. 6.) testari potest. Quid tamen si intestatus decedat infra annum probationis, an applicentur bona monasterio, vel consanguineis succedentibus ab intestato? Variæ fuerunt opiniones, de quibus per Joan. de Imol. in cap. *quia ingredientibus,* col. 3. *de testam.* et ante eum per Cynum in auth. *ingressi, C. de sacrosanct. eccles.* mihi verior videtur opinio, quòd succedant venientes ab intestato, in qua se inclinat Joan. de Imol. ubi supra, et tenet Abb. in cap. *in præsentia, de probat.* Jason in authent. *si qua mulier,* ad fin. *C. de sacrosanct. eccles.* ubi alios refert; licet Decius in dict. cap. *in præsentia, de probat.* num. 73. dicit magis communem opinionem esse, quòd succedat monasterium, et in eam ipse videtur inclinare.

(2) *Hermitaño.* Si intelligas de eremitis facientibus professionem, ut sunt eremitæ monachi S. Augustini, de quibus in cap. 1. vers. *sanè, de religios. domib.* lib. 6. planè hoc procedit; si verò sit eremita non professus, et qui potest habere proprium, et iste talis potest condere testamentum, ut Alberic. dicit in authent. *ingressi,* col. penult. ad fin. *C. de sacrosanct. eccles.* Gloss. in cap. *qui verè,* 16. quæst. 1. Abb. in cap. *cum monasterium, de elect.*

(3) *Emparedado.* Intellige, ut prædixi, in aliis, si profitentur sub aliqua ex religionibus approbatis; et de istis fit mentio in l. 29. *in Quaterno gabellar.*

(4) *Otra Orden.* Quid si non ingrediatur monasterium, sed in manu Episcopi profitetur regulam monasticam in genere? Vide Bald. in authent. *nisi rogati, C. ad Trebell.* Innoc. et Abb. in cap. *porrectum, de regular.* et intellige istam legem, quando ingrediatur monasterium, seu ordinem, qui habet proprium in communi, et non in particulari, secundum Alberic. in dict. authent. *ingressi,* ad fin.

(5) *Do entrasse.* Vide plenè in authent. *ingressi,* et in authent. *si qua mulier, C. de sacrosant. eccles.* ubi per Gloss. et Doctores, et latè per Abb. in cap. *in præsentia, de probat.* col. 21. cum sequenti. usque ad fin. Et quid si post ingressum inde recedat, vide per Abb. et Doctores in cap. *quod te, de cleri. conjugat.* et Socin. consil. 52. vol. 4. *viso instrumento syndicatus,* etc. et vol. 2. consil. 222. Bald. in l. *si ut proponis, C. de nupt.*

(6) *Descendiessen.* Innui videtur hìc, quòd posito, quòd haberet ascendentes legitimos, et naturales, propter eos non excluderetur monasterium, imò monasterium excluderet eos; quæ fuit opinio Azonis, de qua per Gloss. super verbo *liberos,* in dict. authent. *si qua mulier,* ex eo, quòd monasterium reputatur pro filio, §. *sed et hoc præsenti,* in authent. *de sanctis. Episcop.* collat. 9. et camdem opinionem tenet Gloss. in cap. *si qua mulier,* 19. quæst. 3. et Spec. in tit. *de statu monachor.* vers. 53. Joan. Fab. in dict. authent. *si qua mulier,* et in §. 2. vers. *mortuo, Inst. de acquisit. per arrogationem,* per textum ibi: contrarium tenuit Placentinus glossator, ut refert Gloss. in dict. authent. *si qua mulier,* in 1. opinione glossæ ibi posita, quam ibi tenet Alber. Jacob. Butric. Paul. de Castr. et Salic. et ibi dicit Paul. de Cast. quòd ista opinio, quòd parentes, seu alii ascendentes debeant habere legitimam, tenetur communiter per Doctores; et ista etiam opinio communiter tenetur per Canonistas in cap. *in præsentia,* ubi Abb. col. 18. *de probat.* vers. *sed dubium,* ubi etiam dicit, ita communiter teneri per Doctores Canonistas. Idem etiam tenet Jason. in dict. authent. *si qua mulier,* et concordando opiniones vult, ut opinio Azonis procedat, ut illam dispositionem (quam permittit illa authentica) non possit facere filius ingressus, quando non haberet liberos, licèt haberet parentes; respectu verò legitimæ, ut debita sit parentibus, procedat prima opinio Placentini posita in glossa, ut et parentibus legitima debeatur. Et ista opinio, quòd et parentibus debeatur legitima, et non excludantur in hoc à monasterio, videtur verior, et æquior; et ad illud quod dicitur, monasterium haberi loco filii, respondeo, quòd non procedit ubique, sed tantùm in casibus expressis in jure, ut latè ibi Doctores adducunt, et in cap. *in præsentia,* ubi Felin. col. 21. et procedit hæc opinio hodie, maxime stante l. 6. in ll. *de Toro*; neque obstabit ista lex, quia non debet sumi argumentum à contrario sensu, quia contra id, quod expressum est in jure, non debet sumi tale argumentum, cùm istud sit decisum per l. *nam et si parentibus,* D. *de inoffic. testam.* l. 4. tit. 13. infrà ead. *Part.* et pro dicta l. 6. *de Toro,* facit l. *si filius, C. de inoffic. donat.* et idem, quod in ista lege Partitarum dicitur, habetur in authent. *si qua mulier,* et nihilominus magis communiter tenetur prædicta opinio per Doctores, imò et Spec. idem voluit ubi supra, non enim firmat primam opinionem, imò videtur residere in opinione, quam ultimo recitat ibi: *tertii dicunt, etc.* quæ fuit opinio concordans et distinguens, quam posuit et tenet Jason. ubi supra. Et si quis dicat, quod Specul. inferius in vers. *ad prævmissorum,* ubi se remittit, videtur tenere primam opinionem, sufficit, quòd in contrarium se habet communis opinio, tam Legistarum, quàm Canonistarum, et ut dixi, pro ista parte multum urget dicta l. 6. *de Toro*; neque obstat dictus §. vers. *mortuo, Instit. de acquisit. per arrogat.* quia debet limitari, nisi respectu legitimæ debitæ patri naturali; in illa enim non fuit præjudicatum patri naturali per arrogationem, prout tetigi in l. fin. tit. 16. *Part.* 4.

(7) *Puede partir.* Sumpta est ista lex ex authent. *si qua mulier, C. de sacrosanct. eccles.* ubi plene per Gloss. et Doctor. et 19. quæst. 3. cap. *si qua,* ubi bona glossa: vide plene per Abb. in dict. cap. *in præsentia,* per 10. fin. colum. *de probat.* et revocare, et mutare potest testamentum ante professionem factum, inter liberos, vel monasterium aliter disponendo, non verò favore extranei, ut tradit Bald. in dict. authent. *si qua mulier,* dummodo non sit professus ordinem Minorum, ubi et Paul. de Cast. et Salic. et Decius in dict. cap. *in præsentia, de probat.* num. 68. licèt Abb. ibi voluerit, quòd post professionem nullo modo possit.

(8) *Vno dellos.* Si partes fuerunt æquales inter filios

E a esta parte legitima dizen en latin, parte debita jure naturæ. Empero, si despues que entrasse en la Religion, se muriesse, ante que partiesse lo suyo a sus herederos, assi como sobredicho es, sus fijos (9) deuen auer su legitima parte, e el Monesterio todo lo otro. E la legitima parte que deuen auer (10) los fijos, es esta: que si fueren quatro, o dende ayuso, deuen auer de las tres partes la vna, de todos los bienes de aquel a quien heredan. E si fueren cinco, o mas, deuen auer la meytad; e por eso llamada esta parte legitima; porque la otorga la ley a los fijos; e deuenla auer libre, e quita; sin embargo, e sin agrauiamiento (11), e sin ninguna condicion. E los Obispos, e los otros Clerigos, como, e de que cosas pueden fazer testamento, muestrasse en la primera Partida deste libro, en el titulo que fabla del Pegujar de los Clerigos.

LEY XVIII.

Como se puede desatar el testamento, por mudarse el estado de aquel que lo fizo.

Mudar se puede el estado del ome en tres maneras, que por cada vna dellas se desataria el testamento, que ante ouiesse fecho. La primera es, quando aquel que faze el testamento, es dañado para siempre a sofrir alguna pena (1). Ca este atal non osa despues beuir en otro lugar, si non en aquel, o ha de ser penado; e es como sieruo (2), e non ha despues sus fijos en su poder, como auia antes. E esso mismo seria, quando alguno que fuesse franqueado, lo tornassen a seruidumbre, porque fuera desconosciente a su señor quel aforro, o perdiesse la libertad por otra razon: e a este mudamiento dizen en latin, maxima capitis diminutio, que quier tanto dezir, como el mayor mudamiento de estado, que a ome puede acaescer; porque por ella pierde la libertad, e la Cibdad, e su familia. La segunda manera es, quando alguno es desterrado para siempre (3) en alguna Isla, por juyzio, que nunca a de salir della, quier le sean tomados todos sus bienes, o non. E a esta dizen en latin, media capitis diminutio, que quier tanto dezir en romance, como mediano mudamiento del estado del ome; ca por este pierde la Cibdad, e la familia. La tercera es, como si aquel que

planè procedit; si vero fuerunt inæquales, tunc Gloss. in dict. authent. *si qua mulier*, super verbo *connumerata*, intelligit, quòd tantum detur monasterio, quantum fuit datum illi filio, cui plus fuit datum: cum qua glossa transivit ibi Bart. intelligens hoc, quando pater disponit dividendo inter liberos; facta jam professione, ex privilegio illius textus; non ergo posset pater, qui religionem fuit ingressus, facta jam professione per eum meliorare in tertio bonorum unum ex filiis, juxta legem Fori, cùm hoc esset lædere monasterium, cui non potest aliud tertium melioriæ assignari, quia gravarentur alii filii in legitima. Intellige etiam, et limita istam legem, ita quòd monasterio non assignetur ultra quintum bonorum patris, cùm omnia alia bona ex lege Fori sint legitima filiorum, in qua non possunt gravari.

(9) *Sus fijos.* Sed an teneantur expectare mortem naturalem patris, vel possint statim filii petere suam legitimam? Glossa penult. in dict. authent. *si qua mulier*, dubitavit: super hoc Legistæ communiter tenent, quòd expectetur mors patris, quando fuit ingressus ordinem, quæ potest habere proprium in communi, ut tradit Salic. et Jason. post alios in dict. authent. *si qua mulier*. Doctores verò canonistæ communiter tenent contrarium, per textum in cap. *cum scimus*, *de regular.* qui tamen hoc non probat: et mihi plus placet Legistarum opinio, cui favet textus in dict. authent. *si qua mulier*, et etiam ista lex, prout dicunt Alber. et Jacob. Butri. in dict. authent. *si qua mulier*, et Decius in cap. *in præsentia*, *de probat.* num. 67.

(10) *Que deuen auer.* Concordat cum authent. *de trient. et semis.* §. 1. collat. 3. in authent. *novissima*, *C. de inoffic. testam.* de lege tamen Fori, quæ servatur in isto regno, omnia bona parentis sunt legitima filiorum, præter quintam partem, ut habetur in l. 9. tit. *de las mandas*, lib. 3. *For. LL.* et quod teneat ista taxatio legitimæ, etiam respectu ecclesiarum, et clericorum, vide per Felin. in cap. *ecclesia Sanctæ Mariæ*, col. 37. et 38. *de constit.* ubi notabiliter: quinimò si pater reliquit filiis titulo institutionis legitimam eis debitam, et in reliquo instituit hæredem extraneum, et tempore mortis patris bona valebant tantùm quinquaginta, et sic quadraginta debebantur filiis ex legitima, postea bona aucta fuerunt, ita quòd valebant centum; an in isto augmento filii aliquid habeant, et sic eis prosit, ita quòd possint petere octoginta jure legitimæ, vel an tale augmentum prosit hæredi extraneo? De hoc est textus notabilis in l. *si patronum*, §. fin. D. *de bon. libert.* quòd tale augmentum, etiamsi habeat originem à causa anteriori, et quæ retro fingitur ad tempus vitæ patris, non sit filiorum, sed hæredis in totum; per quam legem ita tenet Paul. de Castr. in l. *in ratione* in princip. vers. *ultimò quæro*, D. *ad leg. Falcid.* et in l. *in quantitate*, in princ. D. eod. ubi etiam ponit rationem, cur aliud sit in legatis, in casu in quo augmentum facultatum testatoris prodest legatariis; et dicit hoc ideo esse, quia in legitima ejus valor referri debet ad tempus mortis, l. *cum quæritur*, *C. de inoffic. testam.* ubi vide Jason. hoc limitantem. Sed qui si pater non reliquit integram legitimam filiis, et ideo agant ad supplementum, an istud debeat suppleri, tam ab hærede, quàm a legatariis, quibus defunctus legata reliquit? Vide per Bart. et Paul. de Castr. in l. *in quartam*, D. *ad leg. Falcid.* ubi Bart. vult, quòd ab omnibus pro rata debet suppleri; et limitat Paul. de Cast. quando legata essent in speciebus, secùs si in quantitate: vide ibi per eum.

(11) *Sin agrauamiento.* Adde l. 11. tit. 4. infra ead. *Part.* et quæ ibi dicam.

LEX XVIII.

Infirmatur testamentum per maximam capitis diminutionem, per quam libertas, et civitas, et familia perduntur, aut per mediam, qua civitas, et familia, ut deportatione; sive per minimam, qua sola familia perditur, ut per arrogationem, per quam testamentum ante factum infirmatur. Hoc dicit.

(1) *Pena.* Ut si est damnatus in metallum, ut in §. 1. *Inst. de capit. diminut.*

(2) *Como sieruo.* Hodie tamen per l. *Tauri* 4. non rumpetur, neque irritabitur testamentum damnati ad hanc mortem civilem, quia cùm dicta lex permittat tali testari, permittit etiam à fortiori, ut testamentum ejus ante factum non irritetur, sed valeat ipso perseverante in eadem voluntate, l. *si quis filio exheredato*, §. *irritum*, vers. *qua ratione*, D. *de injust. rupt.*

(3) *Para siempre.* Hodie dic de isto deportato, ut dixi suprà eod. in gloss. proxim. de damnato in opus publicum.

non es en poder de otro, se dexa porfijar, e cae porende en poder de aquel quel porfijo; ca muda su estado. E a este mudamiento dizen en latin, minima capitis diminutio (4), que quier tanto dezir en romance, como el menor mudamiento que ome puede auer en su estado; ca por ella muda la familia tan solamente, e non mas. E por qualquier destos mudamientos que a ome auenga, despues que ouiesse fecho su testamento, dezimos que se desata porende.

LEY XIX.

Como se puede cobrar el testamento, que fue quebrantado por alguno de los tres mudamientos sobredichos.

Cobrando alguno su estado cumplidamente, que auia mudado en alguna de las maneras que diximos en la ley ante desta, si quier que vala el testamento que ante ouiesse fecho, e que se non embargue por razon del mudamiento, puedelo confirmar (1) por su carta, o por su palabra delante testigos (2), diziendo, que quiere que vala el testamento, que auia fecho ante que fuesse mudado su estado: e si lo assi dixere, deue valer de alli adelante, en la manera que lo auia fecho.

LEY XX.

Como se desata el testamento, por fijo que naciesse despues, o por otro, a quien el fazedor porfijasse.

Posthumus (1) es llamado en latin, propriamente, el moço que nasce despues de muerte de su padre. E dessa misma manera (2) puede ser llamado el fijo, que nascio despues que el padre ha fecho el testamento postrimero. E estos fijos atales quebrantan (3) los testamentos de sus padres, en que non ouiessen seydo establescidos por herederos. Otrosi dezimos, que si alguno ouiesse fecho testamento, e despues porfijasse a otro, de manera que el porfijado se tornasse en poder (4) del, que por tal porfijamiento (5) se desataria el testamento, que ante ouiesse fecho aquel quel porfijo.

(4) *Minima capitis diminutio.* Sed cùm ista etiam contingat per emancipationem, ut in §. 3. *Instit. de capit. diminut.* et per istam testamentum filiifamilias de jure communi, qui poterat testari de castrensibus, ut suprà eod. l. 13. irritetur, ut in §. *alio*, et in §. *non tamen*, *Instit. quib. mod. testam. infirmen.* an hodie stante l. 5. *Tauri*, qua permittitur cuicumque filiofamilias testari, irritabitur per emancipationem testamentum ab eo factum? Videtur, quòd sic, ut in §. penult. et ibi Joan. Fab. *Instit. de testam. milit.* qui vult, quòd requiratur aliqua expressa renovatio testamenti, ut teneat; Gloss. tamen ibi vult, quòd sufficiat tacita, ex quo persistit in eadem voluntate, et hoc puto verius. Et nota benè ad dictam l. *Tauri*, et probatur hoc expressè in l. *si quis filio exheredato*, §. fin. D. *de injust. rupt.* cùm enim mutetur status in melius, non rumpitur testamentum.

LEX XIX.

Recuperato statu per capitis diminutionem perdito, convalidatur testamentum ejus priùs factum, si expressè coram testibus dicat velle validari. Hoc dicit.

(1) *Puedelo confirmar.* Adde l. *qui ex liberis*, §. *testamento*, D. *de bonorum poss. secund. tabul.* et dicit Joan. Fab. et etiam Ang. in §. *non tamen*, *Instit. quib. mod. testam. infirm.* quòd istud testamentum reconvalescit de jure prætorio; et sic etiam hodie erit unus de casibus, in quibus erit necessaria bonorum possessio secundum tabulas, et voluit Azo *C.* eod. in summ. quia tale testamentum reconvalescit prætorio jure. Ego verò attento isto jure Partitarum, quod non curavit de istis bonorum possessionibus, credo, quòd non erit necessaria talis bonorum possessio, et hæres poterit adire ex tali testamento sic confirmato, et quòd procedit, sive testamentum fuerit in scriptis, sive nuncupativum, cùm lex ista generaliter loquatur, et militet eadem ratio; neque erit locus disputationi, an tabulæ testamenti extent, vel non, de quo per Joan. Fab. in dict. §. *non tamen.*

(2) *Testigos.* De jure communi requirebantur quinque, ut notat Gloss. et ibi Bart. in l. *qui ex liberis*, §. *testamento*, D. *de bon. poss. secund. tabul.* Bald. in l. fin. col. 6. *C. unde legitim.* Paul. de Castr. in l. *hæredes palam*, §. *si quid post.* D. *de testam.* Ang. in dict. §. *non tamen.* Hodie de jure regni servandum esset, quod habetur in præallegata l. 1. tit. *de los testamentos*, lib. 5. *Ordinam.* et in l. 3. *Tauri.*

LEX XX.

Infirmatur testamentum posthumi agnatione, si in eo non fuit institutus, quia dicitur præteritus post testamentum, vel mortem patris natus. Item etiam infirmatur per arrogationem, vel adoptionem postea factam. Hoc dicit.

(1) *Posthumus.* Sumptum est hoc principium à dictis Azonis *C. de posthum. hæredib. Instit.* in summa.

(2) *E dessa misma manera.* Impropriè tamen, ut in l. 3. in princip. D. *de injust. rupt. testam.*

(3) *Quebrantan.* Adde l. *posthumo nato*, *C. de bon. poss. contra tabul.* et l. 3. D. *de injust. rupt.* et §. *posthumi*, et §. *posthumorum*, *Instit. de exhered. liberor.* et non rumpitur testamentum usquequo nascatur posthumus, licèt sit in utero, quia non est antea suus hæres, cum neque homo, ut in l. fin. D. *de assignand. libert.* l. fin. D. *de collat. bonor.* benè tamen aperit edictum alii jam nato, ut in l. *illud*, §. fin. *C. de bon. poss. contra tabul.* et nota, quòd licèt posthumus approbet testamentum patris; tamen adhuc testamentum non valet, quia non adest voluntas testantis, nascente posthumo, de quo ipse non cogitavit, secundum Bald. qui dicit hoc novum et mirabile in l. *si cum vel in utero*, *C. de testam. milit.* Et an debeantur legata ad pias causas rupto testamento præteritione posthumi? Vide Bart. in l. 1. col. 12. vers. 2. *quæro*, *C. de sacrosanct. eccles.* ubi tenet, quòd sic, quando pater ignoravit posthumum; quod Bald. in l. 1. col. penult. *C. de inoffic. donat.* limitat quantum attinet ad legitimam.

(4) *En poder.* Juxta id, quod habetur in l. penult. tit. 16. *Partit.* 4. et in §. *sed hodie*, *Instit. de adoption.*

(5) *Porfijamiento.* Quid per ingressum monasterii, an rumpatur testamentum priùs factum? Variæ fuerunt opiniones inter Legistas, et Canonistas, ut per Bart. Bal. et alios in authent. *si qua mulier*, *C. de sacrosanct. eccles.* Abb. et alios in cap. *præsentia*, *de probat.* ubi et Decius num. 61. inclinare videtur in opinionem Abb. et Anton. quæ mihi satis placet; quam limitarem, nisi tantum tempus transierit à die conditi testamenti usque ad ingressum religionis, quòd esset præsumptio oblivionis facti testamenti; nam tunc tenerem opinionem Bartoli.

LEY XXI.

Como se quebranta el primero testamento, por otro que fuesse fecho despues.

El primero testamento se puede desatar por otro (1), que fuesse fecho despues cumplidamente (2); fueras ende, quando alguno ouiesse fecho su heredero a otro en el primero testamento, si despues, oyendo nueuas, que aquel que auia establecido por heredero era finado, e non lo fuesse; e el, creyendo que era assi, fiziesse despues otro testamento, en que dixesse: Pues que yo non puedo auer a fulan mio heredero, que es muerto, segun que me es dicho, fago a otro fulan mio heredero: si despus fuesse fallado que el primero heredero era biuo, tal testamento como este postrimero non deroga al primero (3). E el heredero que era fecho en el primero testamento, deue auer la heredad, segun que fue escrito en el. E el otro que fue escrito en el segundo, non deue auer nada, pues que non era verdadera la razon, por que el testador se mouio (4) a fazerlo heredero. Empero,

LEX XXI.

Per secundum testamentum infirmatur primum; sed si testator, falso rumore prolato de morte hæredis, dicat, quia talis non potuit meus hæres esse, quia mortuus, instituo talem; tunc prior est hæres, si vivit, non autem secundus; sed legata utriusque testamenti amore Dei facta, vel consanguineis, vel amicis, debentur. Hoc dicit.

(1) *Por otro.* Adde l. *cum in secundo*, D. *de injust. et rupt.* §. *posteriore*, *Instit. quib. mod. testam. infirm.* cum §. sequenti, et l. *si jure*, D. *de legat.* 3. et procedit hoc, etiam si ex secundo testamento non adeatur hæreditas, quia sufficit, quòd fuerit possibile posse ex eo adiri, ut in dict. l. *cum in secundo*, et in dict. §. *posteriore*, et l. *pater filio*, D. *de hæred. instit.* Paul. de Castr. in l. *sancimus*, *C. de testam.* et tenent Bald. Ang. Joan. de Imol. in l. *sed et si in conditione*, §. fin. D. *de hæred. instit.* Alex. consil. 37. vol. 1. col. 2. vers. *si et licet Bart.* et facit hoc ad quæstionem, ut si quis in testamento fecit majoriam de tertio et quinto bonorum, vel de omnibus bonis, in casu quo posset sine privilegio Principis, quòd si postea in secundo testamento aliter testetur, et non perficiat istud secundum testamentum, quòd forte non videtur ex hoc revocata majoria facta in primo testamento: si tamen prima majoria facta esset ex facultate regia, videtur, quòd incipiens aliter testari, etsi non perficiat, videatur revocata prima majoria, per l. *ejus militis*, §. *si militia*, D. *de testam. milit.* Procedit etiam ista lex, etsi pro legato facto in primo testamento hæres cavisset legatario, ut in l. *cum quis decedens*, §. fin. D. *de legat.* 3. et tenet Bart. in l. *Statius Florus*, in princ. D. *de jur. fisci*; ubi etiam dicit, quòd si testator in primo testamento reliquit alicui fundum sub onere, ne alienetur extra familiam, et in secundo testamento eumdem fundum relinquit simpliciter, quòd non videtur repetitum onus de non alienando, de quo in primo testamento, allegat dict. l. *si jure.* Quid autem si testator non fecit testamentum aliud: sed coram septem testibus dixit, quòd nolebat testamentum primum valere, an ex hoc irritabitur testamentum? Textus in §. penult. cum gloss. *Instit. quib. mod. testam. infirm.* vult expressè, quòd non; quod Bart. in dict. l. *si jure*, intelligit procedere, quando testator non adjecit, quòd ideo revocabat primum testamentum, quia volebat decedere intestatus: si autem hoc adjecisset, tunc quia tacitè sunt instituti venientes ab intestato, revocatur primum testamentum; pro quo facit, licèt ipse Bart. non alleget, l. 1. §. *si hæres*, D. *si tabul. testam. nullæ extab.* et ad textum, qui videbatur obstare in l. *militis*, §. *veteranus*, D. *de testam. milit.* respondet Joan. de Imol. in l. *si ita*, §. *regula*, D. *de liber. et posthum.* quòd ibi illa verba fuerunt prolata non interveniente legitimo numero testium, secùs autem, si coram solemni numero testium proferrentur; et ista opinio Bart. est magis communis, prout attestatur Alex. consil. 30. volum. 3. in 2. dubio, et consilio 140. vol. 2. incipienti, *paucis utar*, et in l. *sancimus*, *C. de testam.* col. penult. ubi vide. Sed quid si testator non utatur verbis in revocando primum testamentum, sed facto rumpendo illud, vel scindendo? Vide l. *qui ex liberis*, §. *testamento* D. *de bon. poss. secund. tabul.* et l. *nostram*, *C. de testam.* et Oldra. consil. 144. Quid tamen si utrumque testamentum, etiam diversis temporibus factum, idem contineret? Videtur, quòd teneret utrumque, argumento l. 12. supra eod. et ejus quod notat Joan. Fab. in dict. §. *posteriore*. Item intellige istam legem, dum tamen ex eo secundo testamento hæreditas possit adiri, ut habetur in dict. §. *posteriore*, et in dict. l. *cum in secundo*, ubi vide per Doctor. signanter per Joan. de Imol. Quid si secundum testamentum fuit nullum, potest tamen convalescere ex aliquo jure, et quid si in secundo testamento institutus fuit hæres incapax? Vide in l. *cum quidam*, D. *de his quib. ut indig.* ubi Bart. Et quid si secundo testamento sit institutus aliquis homo potens, et testamentum fuit nuncupativum, et sic deberet probari per testes? Vide l. *nolumus*, *C. de testam.* et per Alex. consil. 105. vol. 4.

(2) *Cumplidamente.* Concordat dict. §. *posteriore*, cum sequenti, et dict. l. *si jure*, D. *de legat.* 3. quæ est lex singularis; et ibi Bart. notat, quòd licèt in secundo testamento invalido sit illa clausula derogatoria, cassans, et irritans omne aliud testamentum, non per hoc videtur revocatum primum validum; quod etiam notat Paul. de Castr. per illam legem singularem in l. *sancimus*, *C. de testam.* in fine.

(3) *Non deroga al primero.* Approbat ista lex opinionem Specul. tit. *de instrument. edit.* §. *compendiosè*, colum. 11. vers. *quid si is*, qui ita intelligit dispositionem l. fin. D. *de hæredib. instit.* à qua ista sumpta est, volentis primum testamentum non rumpi; et adde l. *eam quam*, *C. de fideicommiss.* et quæ ibi notat Bald. col. 6. vers. *non quæro*, et vers. sequenti. Et an stetur verbo testatoris circa causam ab eo insertam, cur aliquid faciat? Vide textum notabilem, quòd sic, in l. *Divi*, D. *de adimend. legat.* nisi probaretur testatorem errasse, ut dicit Bart. ibi, argum. dict. l. fin. et vide l. *epistolam*, D. *ad Trebell.* in princ.

(4) *El testador se mouio.* Expressa illa causa, ut suprà: si tamen causa esset in mente retenta, non rumperet primum testamentum, ut voluit Gloss. in dict. l. fin. in gloss. penult. et quid si falsa causa, propter quam testator motus fuit, non fuit expressa in testamento, sed coram testibus? Vide per Joan. de Imol. in dict. l. fin. col. 4. volentem, quòd non sufficiat, nisi exprimatur coram tot testibus, quot requiruntur ad validitatem testamenti; non enim sufficeret secundùm eum, si expressisset coram duobus testibus. Et facit ista lex, ut si instituens majoriam in filium secundum dicat, quia fortuna fuit, quòd non potui eam facere in filium primogenitum; quòd si in hoc fuit errore ductus, quòd retractetur institutio in secundum, et videatur facta in primogenitum: adverte tamen, quia differt casus iste à casu legis hujus, quia in ista lege intervenerat prima institutio, in casu nostro non; sed tacitè etiam hic videtur eam facere, argument. l. 3. *C. de inofficios. testament.* cogita. Et quid si cùm filius primogenitus esset extra regnum, secundogenitus publicari fecit illum esse mortuum, cùm revera non esset, et ita pater fecit majoriam in secundogenitum, an auferatur ab eo, et detur primogenito venienti? Decides ex notatis per Bald. in l. 1. *C. si quis aliq. testar. prohib.* et per Bart. in l. fin. D. eod. et cùm isto casu majoria non quæreretur fisco, neque secundogenitus sit solvendo interesse, videtur, quòd avocet primogenitus ab

las mandas que fizo en el (5) primero, e en el segundo (6) testamento, por Dios, o a sus parientes, o a sus amigos, deuen valer.

LEY XXII.

Por quales razones el testamento que fue fecho primeramente, non se desataria por otro que fiziessen despues.

Razones señaladas y a, por que maguer el testamento postrimero sea fecho acabadamente, non se desataria porende el otro, que ante fue fecho. E la primera es, quando el padre fiziesse el testamento, en que establesciesse por herederos los fijos que descendiessen del: ca si despues fiziesse otro testamento, e non fiziesse mencion del otro primero, non se desataria porende el que ante ouiesse fecho, assi como de suso diximos (1). La otra es, quando el testador dize assi: Este mio testamento, que agora fago, quiero que vala para siempre, e non quiero que vala otro testamento, que fuesse fallado, que ouiesse fecho ante deste, nin despues. Ca si acaesciesse, que este atal mudasse su voluntad, e fiziesse otro testamento, non quebrantaria porende el otro, que ouiesse ante fecho; fueras ende, si el testador dixesse en el postrimero testamento señaladamente (2), que revocaua el otro, e que non tuuiesse

eo. Potest etiam induci ista lex, et dict. l. fin. D. *de hæred. instit.* quòd si pater fecit suum testamentum, et in eo majoriam fecit in filium majorem, etiam ultra tertiam bonorum, et supplicavit Principi, ut confirmaret ejus dispositionem, et postea ignorans, quòd Princeps ad ejus supplicationem jam confirmaverat, faciat secundum testamentum, in quo eidem filio jure majoriæ relinquat tertiam bonorum, quòd per hoc non videatur revocata prima majoria, ex quo intentio ejus erat favendi huic filio, vide consilium Alexandri 103. vol. 4. et quia inducta ad augmentum, non debent operari diminutionem. Et quid si mater fecit majoriam in filium secundum, dicens; quia pater tuus fecit majoriam in fratrem tuum majorem, ut tu possis honestè vivere, facio in te majoriam de talibus bonis; an si pater jam revocaverat majoriam, reducens filios ad æqualitatem, tenebit institutio facta à matre? Et videtur, quòd sic, per textum notabilem juncta glossa communiter ibi approbata in l. *si ita legatum sit*, D. *de condit. et demonstrat.* in contrarium videtur ista lex, et quod notat Bart. in l. 1. *C. de sacrosanct. eccles.* dicens, quòd si testator relinquit aliquid alicui tanquam pauperi, qui in veritate erat dives, sed ignorabat testator, quòd non debetur illi relictum, et facit l. *alteri*, D. *de adim. legat.* et ista pars videtur æquior; videas Soc. post Cuma. in dict. l. *si ita legatum*, et cogita latiùs super hoc.

(5) *Que fizo en el.* Nota multùm istam legem, nam dicta l. fin. D. *de hæredib. instit.* à qua sumpta est, tantùm dicit de legatis, in secundo testamento relictis, et Joan. de Imol. ibi col. 5. tenet contrarium, imò quòd legata in primo testamento relicta non debeantur; movetur ex dictis Bart. in dict. l. *si jure*, D. *de legat.* 3. et per illum textum à contrario sensu; et quia in dubio non videtur fuisse mens testantis de gravando hæredem duplici onere l. *Titia cum*, §. *qui invita*, D. *de legat.* 2. refert tamen, quòd Bald. ibidem voluit, quòd etiam legata primi testamenti debeantur, dum dixit, quòd secundum testamentum ex causa falsa finali factum, non rumpit primum, sed onerat hæredem scriptum in primo ad novam præstationem legatorum etiam secundi; sed quòd prima pars, secundum eumdem Joan. de Imol. imo quòd legata ex primo non debeantur, videtur sibi æquior et verior, licèt secundum eum, non sit sine dubitatione propter auctoritatem Bald. Tene ergo menti istam legem Partitarum expressè decidentem, legata primi testamenti deberi.

(6) *En el segundo.* Limita, et intellige, nisi præfactio falsi testamenti etiam concerneret legata in secundo testamento relicta, nam tunc, si alia legata essent in magna quantitate, non deberentur; licèt aliud esset, si essent modica, argum. l. *si filiæ*, D. *de legat.* 3. Si verò falsa causa tantùm concerneret institutionem, et non legata, tunc indistinctè deberentur, secundum Bart. in dict. l. fin. D. *de hæredib. instit.* idem tamen Bart. in l. *demonstratio*, §. *quod autem*, D. *de condict. et demons.* videtur indistinctè limitare dictam l. fin. quòd ita demum procedat, si relicta essent modica: et secundum hoc videtur de mente Bartoli fuisse, quòd legata primi testamenti omnia deberentur, ut tetigi in glossa superiori. Joan. de Imol. tamen in dicta l. fin. col. 6. videtur inclinare, quòd ex quo testator non apposuit præfationem circa legata secundi testamenti, quòd illa indistinctè debeantur, argum. l. unic. §. *sin autem ad deficientis*, *C. de caduc. tollend.* et quòd hoc videtur verius de jure, licèt primum sit æquius, supposita opinione, quòd debeantur utraque legata

LEX XXII.

Si in primo testamento sunt instituti descendentes, vel apposita clausula, quòd testamentum postea factum non valeat, non rumpitur primum testamentum per secundum, nisi in eo de primo, et de clausula mentio fiat: sed si per secundum cum quinque testibus factum ab intestato successurus instituatur consanguineus, infirmatur prius solemniter factum, in quo extraneus extitit institutus. Hoc dicit.

(1) *De suso diximos.* Et suprà eod. l. 8.

(2) *Señaladamente.* Adde l. *si quis in principio testamenti*, D. *de legat.* 3. non ergo sufficeret, quòd diceret in genere: Non obstante quocumque testamento. Neque etiam requiritur, quòd individualis expressio de hoc fiat, sed sufficit specialis, dicens: Non obstante quacumque clausula derogatoria, hujus ultimi testamenti dispositionem valere volo, et ita est de mente Bart. in dict. l. *si quis*, in princ. et tenet Paul. de Castr. in l. *si mihi*, *et tibi*, §. *in legatis*, D. *de legat.* 1. ubi Socin. dicit istam esse communem opinionem, quæ approbatur per istam legem Partitarum. Tene tamen unam generalem conclusionem, quòd ex quibuscumque conjecturis judici constare possit, quòd testator voluit secundum testamentum prævalere, quòd tolletur primum, etiamsi secundum esset simpliciter factum, non faciens mentionem magis expressam de clausula derogatoria in primo testamento expressa; hoc ideo, quia tota hæc materia fundata est in præsumptione voluntatis testatoris, ita tenet Socin. dicens, ita esse de mente omnium Doctor. in dict. §. *legatis*, col. fin. ex qua conclusione deducitur secundum eum, quòd si post lapsum decem annorum factum fuerit secundum testamentum, præsumitur testatorem velle illud prævalere, secundum Bald. et modernos in l. *sancimus*, *C. de testam.* Et idem si post primum testamentum intervenissent graves inimicitiæ inter testatorem et hæredem, argum. l. 3. D. *de adimend. legat.* et idem si diceret, quòd volebat, secundum valere, et quòd contenta in eo sortiantur effectum, secundum Bald. in quodam consilio incipienti, *reperitur, quòd quidam dixit.* Refert, et sequitur Socin. in dict. §. *in legatis*, ubi etiam dicit, quòd idem esset, si dixisset, quòd volebat secundum testamentum esse præcisum, allegat Jacob. de Rave. in l. *omnes populi*, D. *de just. et jur.* et Abb. in cap. *ex parte*, *de rescript.* D. his tamen duobus ego dubito, saltim attentis verbis hujus legis, quæ vult in specie fieri debere mentionem de clausula derogatoria; dicit etiam ibi Socin. quòd si in secundo testamento diceretur: Non obstante quocumque testamento sub quibuscumque verbis, etiamsi de eis specialem mentionem facere oporteret, nam hoc sufficeret, ut secundum testa-

daño (3) a aquel testamento que agora fazia, las palabras que dixera en el primero. E otrosi dezimos, que si algun ome fiziesse su testamento acabadamente ante siete testigos, en que establesciesse por su heredero algun ome estraño (4), si despues desto fiziesse otro testamento ante cinco testigos (5), en que establesciesse por su heredero algun su pariente, atal, que si el muriesse sin testamento, heredaria lo suyo por derecho; estonce el testamento postrimero valdria (6), e non el primero, maguer fuesse fecho acabadamente.

LEY XXIII.

Como el testamento postrimero deue ser fecho acabadamente, para poder desatar el otro, que fuesse fecho ante.

Acabadamente auiendo algund ome fecho su testamento, si despues desso, queriendolo reuocar, començasse a fazer otro, e non lo acabasse (1) por algun embargo quel auiniesse, o por otra razon, non se embargaria porende el testamento primero. Ca derecho es,

mentum præferatur, et ita dicit esse de mente Freder. de Senis, consil. 46. et satis placet, et est de intentione hujus legis: subdit etiam ibi Socin. quòd ad materiam hanc plurimum operatur magna affectatio ad personam institutam in secundo testamento, ad conjecturandam mentem defuncti, juxta id, quod notat Bald. in l. *si jure*, *C. de testam. manumis.* et adde, quid si secundum testamentum esset inter liberos, hoc videtur sufficere, etiam absque speciali derogatione primi, ex menti Baldi consil. 22. vol. 1. cujus contrarium, non allegato Baldo in dict. consil. tenet Socin. in dict. §. *in legatis*, et consil. 163. vol. 2. ubi dicit, non reperiri jure cautum, quòd testamentum inter liberos habeat vim clausulæ derogatoriæ ad præcedentia testamenta, maximè quando præcedens testamentum haberet specialem clausulam derogatoriam: de ista materia latè per Jason. in l. *sancimus*, *C.* eod. et Doctorem à Covarrubias in rubric. *de testam.* part. 2. fol. 10. cum multis sequent. et procedit, quod in ista lege habetur, sive præcesserit unum testamentum habens clausulam derogatoriam, sive plura testamenta, ut notat Bald. in authent. *hoc inter liberos*, *C. de testam.*

(3) *Daño.* Vide Socin. de istis verbis, et similibus, in dict. consil. 163. vol. 2. col. 3. cùm aliis sequentib. et omninò per eumdem Socin. consil. 2. vol. 3. ubi vide, an sufficiat, si de hoc per aliqua verba testatoris mentaliter colligatur, licèt non ita exprimat: et eumdem consil. 37. col. 2. eod. vol. Et quid si in secundo testamento sit appositum juramentum? Vide Socin. consil. 53. vol. 3. col. 2. et Alex. consil. 134. vol. 1. et adde in materia Alex. consil. 7. et consil. 44. vol. 4.

(4) *Estraño.* Non ergo procedit ista lex, si in primo testamento essent instituti venientes ab intestato, quod etiam tenet Alex. in l. *hac consultissima*, §. *si quis autem*, *C.* eod. ad fin. de qua ista lex sumpta est, licèt Paul. de Castro aliàs voluerit consil. 327. vol. 1. incipit, *dubium facit in suprascripto puncto, etc.* et facit ista lex ad quæstionem, quod si pater in testamento fecit majoriam in filium, qui postea pœnitentia ductus, in secundo testamento revocat majoriam, et instituit æqualiter filios suos, prætereito tamen filio majore in quem fecerat majoriam, vel nepote ex filio majori, si filius erat mortuus, quod non censetur revocata majoria, ex quo ex secundo testamento non potest hæreditas adiri de jure civili, ut dixi suprà l. proxim. et sic non est revocatum primum, Gloss. et Bart. in l. *si filius qui in potestate*, *D. de liber. et posthum.* et ad intellectum hujus l. qualiter procedat, et latiorem declarationem, videas ibi per Alexand. Sed juxta hoc pone, quod quis fecit majoriam per testamentum in filium suum majorem virtute facultatis regiæ; postea in alio testamento facit aliam majoriam in alium filium sine licentia Principis, an per hoc videtur revocata prima majoria? Et videtur, quod sic, ex quo virtute legis potuit facere majoriam in secundum filium in tertia et quinta bonorum, et præsumitur ex secunda constitutione majoriæ, quod voluit revocare primam, ut filii minus læderentur, neque est verosimile, quod filios vellet duplici onere majoriæ gravare argum. cap. *mandatum*, *de rescript.* et l. *navis onustæ*, *D. ad leg. Rhod. de jactu.*

(5) *Cinco testigos.* Hodie parum utilitatis in hoc haberet dispositio hujus legis, cùm per l. *Ordin.* tit. 2. lib. 5. hodie jam non requirantur septem in testamentis, sed sufficiat numerus quinque testium, vel trium cum tabellione: posset tamen fortè practicari, quando in primo testamento solemni secundum solemnitatem dictæ l. *Ordin.* vel l. 3. *Tauri*, in primo esset institutus extraneus, in secundo autem venientes ab intestato coram quinque testibus, etiam non vicinis, et sine tabellione, quod est notandum; vel etiam si primum testamentum esset factum coram septem testibus, et non vicinis: cùm et illud teneret etiam hodie, dicta lege Ordinamenti non obstante, quæ imò potiùs permittit, cùm non vellit tollere dispositiones harum legum; imò expressè in fine dicit, quod valeat testamentum cum bonis testimoniis, id est, cum numero septem testium, si testator nolit servare dispositionem dictæ legis quæ permittit cum tabellione, vel si minore numero testium ut ibi habetur: si enim in primo ita solemni cum septem testibus institueretur extraneus, et in secundo instituerentur venientes ab intestato coram quinque testibus, etiam non vicinis, et etiam si tabellio haberi poterat, tenebit secundum ex dispositione hujus textus, et tolletur primum, quod nota benè; et sic adhuc, quod in ista lege disponitur, poterit esse magnæ utilitatis, debet enim dicta lex Ordinamenti, et Tauri restringi, et limitari secundum dispositionem juris communis, argumento regulæ l. *si servi vestri*, *C. de noxal. action.*

(6) *Valdria.* Non ut testamentum, sed ut intestati voluntas, ut in dict. l. *hac consultissima*, §. *si quis autem*, et debebuntur legata in hoc secundo testamento relicta, secundum Bald. in dict. §. *si quis autem.* Sed quid si in primo testamento fuit facta repetitio fideicommissi ab intestato, numquid faciet valere fideicommissum in primo testamento relictum, ex quo per istud testamentum secundum minus solemne, quo sunt instituti venientes ab intestato, res est redacta ad causam intestati? Dic, quod non, quia facto testatoris primum testamentum corruit cum omnibus clausulis suis; illa enim clausula subintelligitur, nisi testator pœnituerit, ut dicit Bald. in l. *cum quam*, col. 5. *C. de fideicommiss.* post Jacob. de Aret. et Nicol. de Matha. allegat. l. *cum qui*, §. fin. *D. de his quæ ut indign.*

LEX XXIII.

Per secundum testamentum imperfectum non rumpitur primum; sed si aliquis de non descendentibus est in primo institutus, posteà coram quinque testibus testator dicat: Nolo eum meum hæredem esse, quia ingratus, vel contra me erravit; vel similia, perdet institutus hæreditatem, et applicatur Regi, nisi ejus locum alium instituat in suo testamento, quia tunc subrogatus erit hæres. Hoc dicit.

(1) *Acabasse.* Intellige, sive imperfectione voluntatis, ut in l. *si is qui*, *D. de testam.* sive imperfectione solemnitatis, ut in l. 2. *D. de injust. rupt.* et in §. *posteriore*, cum sequent. *Instit. quib. mod. testam. infirm.* Sed an teneat testamentum ad pias causas, etsi sit imperfectum ratione voluntatis? Bald. in repetit. l. 1. colum. 18. *C. de sacrosanct. eccles.* vers. *super 7. quæstione*, tenet, quod non;

quel testamento que es fecho acabadamente ante siete testigos, que non se desate por otro, que non fuesse cumplido. Pero si alguno hubiesse fecho testamento acabado, en que dexasse a otro por su heredero, que non fuesse su fijo (2), nin de los que descendiessen del, e despues dixesse (3) ante cinco testigos: Quiero que fulano, que era escrito en el testamento por mio heredero, que lo non sea, porque non lo meresce, porque me fue desconosciente, e erro contra mi: ca por tal razon (4), o por otra semejante della, que despues el testador assi dixesse, pierde (5) el heredero la herencia del finado, e deue ser del Rey; pues que el testador non quiso, que la ouiesse aquel que establescio por heredero, por el yerro que auia fecho, e non dexo en su testamento otro heredero, que heredasse lo suyo. Mas si otro ouiesse dexado por heredero (6) en su testamento en lugar de aquel, deuelo esse auer, e el Rey non a y ninguna demanda.

Ley 1, tit. 22, lib. 10 Novis. Recop.

LEY XXIV.

Como se desata el testamento, quando el fazedor del rompe la carta en que era escrito, o quebranta los sellos.

Quebrantando a sabiendas el fazedor del testamento alguno de los sellos de la carta, en que ante ouiesse fecho su testamento en escrito, o tajando algunas de las cuerdas, o rayendo las señales (1) que ouiesse fecho en la carta el Escriuano publico, o rompiendolas, desatasse (2) el testamento por ello. Pero si fues-

quia esset ridiculum dicere quod pro parte quis decedat testatus, et pro parte intestatus, seu quod decedat, quis semitestatus. Bart. verò in l. *in testamento*, D. *de fideicom. libert.* tenuit contrarium, et etiam Joan. de Imol. in l. *si is qui*, D. *de testam.* et Abb. in cap. 1. *de success. ab intestat.* et hoc videtur verius, intelligendo, prout prædicti Doctores intelligunt, quando dispositio ad pias causas fuit perfecta, utpote, si jam testator ad alia legata transivit, prout exemplificat Abb. in dict. cap. 1. et tradit Decius consil. 159. Et fortè idem dicendum videtur in dispositione inter liberos, secundum Abb. ubi suprà, quod limitandum videtur, secundum Joan. de Imol. in dict. l. *si is qui*, nisi dispositio inter liberos posset inducere scandalum propter inæqualitatem, quia tunc non tenebit dispositio imperfecta ratione voluntatis, etiam inter liberos; quod est bene notandum: vide ibi per eum.

(2) *Su fijo.* Istud verbum non est in l. *hæreditas*, *C. de his quib. ut indign.* de qua ista sumpta fuit; et ideò hic ponitur, quia ad auferendum hæreditatem filio instituto, non sufficerent verba, de qua in ista lege, cùm exprimenda sit causa ingratitudinis, et talis, quæ sit de illis 14. de quibus in authent. *ut cum de appellat. cognoscit.* cap. *aliud quoque capitulum*, collat. 8. et l. 4. tit. 7. infra ead. *Partit.* Item, quia exhæredari non potest filius in codicillis, seu extra testamentum, ut in l. *hæreditatem*, *C. de codicill.* et in §. *codicillis*, *Instit. de codicill.* Item quia filius rectè exhæredatus habetur pro mortuo, ut in l. 1. §. *si pater emancipatus*, D. *de conjungend. cum emancipat. liber. ejus*, unde non succedit filius, sed alii venientes ab intestato; vide per Bart. ibidem, et in §. *si pater in potestate*, et facit etiam quod habetur in authent. *hoc inter liberos*, *C. de testam.*

(3) *Dixesse.* An sufficiat, quod testator dixerit, etsi nihil probetur ab hærede? Ista lex vult, quod sic, licet Marti. Silla. relatus ab Alberic. in l. *hæreditas*, *C. de his*, *quib. ut indign.* aliud voluerit.

(4) *Razon.* Innuit exprimendam esse causam, ut procedat quod in ista lege habetur, et hoc tenuerunt aliqui Doctores antiqui; Odofred. verò dicit, quod instituto hærede extraneo, non est necesse, quod causa exprimatur, et sufficiat, quod testator eum dicat demeritum, vel indignum; quod etiam tenet Alberic. in dicta l. *hæreditas*, *C. de his quib. ut indign.* et idem tenet ibi Bald. dicens, quod non est necesse, quod causas inimicitiæ exprimat: potest enim in hoc judicare ex animi sui motu, quia in re propria quilibet est moderator et arbiter l. *in re mandata*, *C. mandat.* quod etiam sequitur ibi Alex. col 1. et satis probatur in illa lege *hæreditas*, quinimo (ut declarat ibi Paul. de Castr.) ex eo sòlo, quod dixisset hæredem non mereri, vel esse indignum, absque eo quod dicat, et per hoc nolo eum habere hæreditatem, sufficit, quia tacitè videtur hoc dixisse; licèt ista duo possint stare, quod et ille non mereatur, et sit indignus, et nihilominus testator voluit ipsum habere; sed dicit, quod hoc non præsumitur, ut patet in illo textu: et satis mihi ista placent: neque obstat ista lex, nam gratia exempli pleniùs exprimit, non ut velit omnia hæc verba hic posita esse necessaria, ut hæreditas auferatur velut ab indigno; et hoc idem vult ista lex dum dicit: *Ca por tal razon, o por otra semejante, etc.*

(5) *Pierde.* Ex hoc verbo innuitur, quod hæres adivit hæreditatem in casu hujus legis, facit l. *facto*, §. *Julius*, D. *de vulg. et pupillar.* Et quid si hæres non adisset? Dic, quod si repudiaverat, idem est dicendum, quia videtur hoc fecisse in fraudem fisci, et sic habetur pro adita, ut D. *ad Sillan.* l. *si sequens*, cum ibi notatis. Si autem non adivit, quia mortuus est ante aditam hæreditatem, tunc, quia cessat ratio prædicta de fraude, portio sua accrescit cohæredi, secundum quod declarat Paul. de Cast. in dict. l. *hæreditas*; vel si non haberet cohæredem, hæreditas veniret ad venientes ab intestato; neque veniret ad fiscum, cùm non sit hæres, à quo possit auferre.

(6) *Heredero.* Idem dic, si testator protulit dicta verba favore venientium ab intestato, nam tunc non applicaretur fisco, sed per fideicommissum esset illis restituenda, l. *peto*, in princ. D. *de legat.* 2. Paul. de Castr. in dict. l. *hæreditas*; et idem si constat quod protulit dicta verba favore cohæredis: et istis casibus non posset hæres, ita à testatore judicatus indignus, detrahere quartam, cùm restituit per fideicommissum, ut vult idem Paul. de Cast. ibi sub dubio fortè.

LEX XXIV.

Si testator consultè frangit chartam, vel chordulam, aut sigillum testamenti, vel radat signum notarii, infirmatur testamentum, nisi probetur casu fuisse factum. Hoc dicit. Habuit ortum à l. pen. *C. de testam.*

(1) *Señales.* Adde l. *ad testium*, §. *si signa*, D. eod. et in hoc videtur ista lex velle, ut procedat ejus dispositio, etiam in testamento nuncupativo, prout etiam voluit Paul. de Castr. in l. *nostram C.* eod. Angel. tamen ibi, quem sequitur Alexandr. tenet contrarium, quia licèt testator amoveat, vel rumpat signum tabellionis positum in testamento nuncupativo dato sibi à tabellione, cùm tamen remaneat aliud originale apud tabellionem non ruptum, non videtur revocatum testamentum, per textum in l. fin. D. *de his quæ in testam. delent.* et ad istam legem Partitarum potest responderi, quòd testamentum fuit in scriptis, et nullum aliud erat, vel ruptum fuit ipsum originale, quod solùm erat apud notarium, quando erat testamentum nuncupativum.

(2) *Desatase.* Sed an ipso jure, vel ope exceptionis? Vide Bart. in l. 1. §. fin. D. *de his quæ in testam. delent.*

se prouado, que alguna destas cosas sobredichas auiniessen en la carta del testamento por ocasion, e que non fuesse fecho a sabiendas, non se embargaria el testamento porende.

LEY XXV.

Como todo ome, fasta el dia de la muerte puede mudar su testamento, e fazer otro.

La voluntad del ome es de tal natura, que se muda en muchas maneras: e porende ningun ome non puede fazer testamento tan firme, que lo non pueda despues (1) mudar, quando quisiere, fasta el dia que muera; solamente, que sea en su memoria, quando lo camiare, e que faga otro acabadamente.

LEY XXVI.

Que pena deue auer aquel que embarga a otro, que non pueda fazer testamento.

Ley 2, tit. 30, libr. 1 Novis. Recop.

Malamente yerran algunos omes, embargando a las vegadas a otros, que non puedan fazer testamento. E porende es guisado, que non finquen sin pena aquellos que lo fizieren. Onde dezimos, que qualquier que tal embargo fiziere a otro, que deue perder el derecho (1), que deue auer en los bienes de aquel que destoruo, en qual manera quier que los deuiesse auer. E aquello que el perdiere por esta razon deue ser de la Camara del Rey. E esta pena deue auer, por el grand yerro que fizo a Dios, e por el atreuimiento, e el tuerto que faze al Señor de la tierra, e al alma del finado (2), e a todos los otros omes, en dar mal exemplo de si.

LEY XXVII.

Que razones mueuen los omes, a embargar á los otros que non fagan testamentos; e quantas maneras son deste embargo.

Vanas, e malas razones mueuen a los omes á las vegadas, a embargar a otros, que non fagan sus testamentos. Ca algunos y a dellos, que fazen esto, porque los ayan establescido sus herederos en sus testamentos, e veyendo que quieren fazer otro testamento, embargan que lo non fagan, nin cambien (1) aquel que auian ya fecho. Otros y a (2), que son tan propincos, que atiendan de heredar los bienes de sus parientes, si acaesciere que mueran sin manda; e porende embarganlos, que non lo puedan fazer. Otros y a, que maguer (3) consientan que faga testamento, con todo esso quieren que lo ordene a su guisa, e a su plazer. E este embargo fazen en muchas maneras, assi como faziendo fuerça (4) a aquellos mismos que quieren fazer sus testamentos,

et vide de materia hujus legis notabile consilium Oldral. 144. In legatis verò contentis in testamento, dic, quod ex eo, quod simpliciter noluit valere, videatur revocare, secundum Alber. in l. *sancimus*, *C.* eod. *de testam.* Intellige tamen, ut habetur in l. *militis*, §. *veteranus*, D. *de testam. milit.* et per Alex. in prædictis consil.

LEX XXV.

Quantumcumque firmum sit testamentum, potest testator illud revocare, et aliud condere. Hoc dicit.

(1) *Despues.* Nota benè verba hujus legis, quæ benè faciunt pro dictis Bartoli in l. *Si quis in principio testamenti*, penult. et fin. col. D. *de legat.* 3. quòd non sit modus aliquis datus à jure, quo testamentum non possit mutari, vide ibi; non ergo procedet cautela, de qua per Cepol. numer. 117. *in suis cautelis.*

LEX XXVI.

Prohibens aliquem testari, perdit jus, quod ex testatoris bonis erat habiturus, et Regi applicatur. Hoc dicit.

(1) *Deue perder el derecho.* Concordat cum l. 1. respons. D. *si quis aliquem testar. prohib.* et in l. 2. *C.* eod. et de practica hujus materiæ vide notata per Bart. in l. fin. D. eod. et adverte, quòd et ultra istam pœnam punitur prohibens extra ordinem, ut voluit Gloss. et Bart. in dict. l. 1. si tamen intervenit violentia, tunc pœna ordinaria de vi publica, vel privata, l. *qui dolo*, §. fin. D. *ad leg. Jul. de vi public.* et l. 1. D. *ad leg. Jul. de vi privat.* et tenet Guilliel. de Bug. Paul. et Alex. in dict. l. 1.

(2) *Al alma del finado.* Fit enim gravis offensa ei, qui vult testari si prohibeatur, ut in l. *testamenti*, *C. de in offic. testam.* propter quam potest exhæredari, ut habetur, et est hodie una de 14. causis exhæredandi in l. 4. tit. 7. infrà ead. *Part.*

LEX XXVII.

Si quis prohibeat aliquem testari, minas testaturo, vel tabellioni, vel testibus ne veniant, inferendo; sive sit filius, sive alius, incurrit pœnam, de qua suprà l. proxima: secùs si ejus rogaminibus testator testamentum facere omittat. Hoc dicit.

(1) *Nin cambien.* Iste primus casus ponitur in l. 1. 1. respons. D. *si quis aliquem testar. prohib.* et vide de isto casu per Bart. in l. fin. col. penult. vers. *quarto casu*, D. eod.

(2) *Otros y a.* De isto casu vide per Bart. in dict. l. fin. col. penult. vers. *tertio casu.*

(3) *Que maguer.* De isto tertio casu vide per Bart. ibi, col. 1. super primo, et secundo casu per eum posito.

(4) *Faziendo fuerza.* Videtur velle ista lex, ex hoc verbo, et ex illis, quæ sequuntur, et l. suprà proxima, quòd si quis cogit aliquem ad se instituendum, vel alium, quòd institutio teneat, et auferantur bona ab eo per fiscum, tamquam ab indigno; cujus contrarium tenet Joan. de Imol. in l. 1. column. 1. D. *de testam.* per Gloss. ibi. Imò dicit, quòd tunc institutio sit nulla; et movetur, quia liberum debet esse arbitrium et voluntas testantis, ut in l. 1. cum similib. *C. de sacrosanct. eccles.* et quòd coactio interveniens annullet actum ipso jure, sicut et aliàs annullat matrimonium, eo quia debet ibi esse plena libertas, ut in cap. *cum locum*, *de sponsalib.* l. 1. *C. de sacrosanct. eccles.* et pro hoc dicit videri esse casum in l. *qui testamento*, §. fin. D. *de testam.* ubi dicit, quod coactio facta testibus reddit testamentum nullum; multo ergo erit hoc à fortiori, si sit

de guisa que los non pueden fazer. E otros y a, que amenazan los Escriuanos, e a los testigos, con quien lo han de fazer, en manera que non osan venir a aquel que quiere fazer su testamento de lo suyo. E porende mandamos, que qualquier que embargasse a otro en alguna destas maneras sobredichas, o en otra semejante dellas, sil fuere prouado, que pierda (5) el derecho que podia auer en los bienes de aquel, a quien fizo este embargo, en qual manera quier. Empero, si fuerça, nin premia ninguna, nol fiziesse, mas rogandole (6) por buenas palabras, lo aduxesse a que non fiziesse testamento; estonce, non perderia lo que deuia auer, o heredar de los bienes del, maguer el otro por su dicho, o por sus palabras, se dexasse de fazer el testamento, o de cambiar (7) el que ante auia fecho. E otrosi dezimos, que si los fijos (8) embargaren al padre, que non faga su testamento, que non puedan despues heredar en los bienes del padre, maguer muera sin manda. Mas si fuessen dos fijos, o mas, e el vno dellos embargasse que non fiziesse el testamento, non los otros; aquellos que lo non embargassen, deuen auer cada vno su parte, e la parte de aquel que lo embargo, deue ser del Rey. E esso mismo seria, si el padre embargasse (9) al fijo, que non fiziesse su testamento, de las cosas que lo pudiesse fazer.

LEY XXVIII.

Que pena ha el señor del sieruo, a quien alguno ouiesse establescido por su heredero, sil embargo que non faga otro testamento.

Faziendo algund ome su testamento, en que establesciesse por su heredero sieruo de otro, si despues desto quisiesse fazer otro testamento, e el señor (1) del sieruo le fiziesse engaño (2) en alguna manera, o embargo, por que lo non pudiesse fazer; maguer despues desto aforrasse este atal a su sieruo, porque pudiesse heredar (3) los bienes de aquel que lo ouiesse establescido por su heredero, pierde porende aquel que fue sieruo el heredamiento, por el engaño, o por el embargo que fizo su señor, maguer que el sea sin culpa (4). E estos bienes deuen ser del mas pro-

facta testatori: et hoc etiam tenet Jason. in l. 1. *C. si quis aliquem testar. prohib.* Doctores tamen in l. 1. *C.* eod. ut et ipsi referunt, volunt contrarium; imò, quòd tali etiam casu veniat fiscus, auferens hæreditatem, ut ab indigno, et sic, quòd institutio tenuerit, l. *ex facto*, §. *Julius*, D. *de vulgar. et pupillar.* Et idem volunt istæ leges Partitarum, ut prædixi, et fortè etiam de jure communi non procederet dictum Imolæ, cùm non reperiatur expressum, institutionem vi, vel metu factam esse ipso jure nullam, et quia l. *qui testamento*, §. fin. per eum pro casu allegata hoc non probat: et dissimile est vim fieri testibus, vel testatori; nam testes metu perturbati præsumit lex eos non intelligere, quæ agantur, et ideo statuitur, si vi detinentur, non valere testamentum; testator verò, licèt coactus, intelligit tamen, quod agit, et coacta voluntas, voluntas est regulariter, ut in cap. *merito*, 15. quæst. 1. et cap. *Abbas*, et cap. *ad audientiam*, *de his quæ vi*, *met. caus.* unde dicit Bald. in l. 3. §. *sed si quis*, *C. comm. de legat.* col. fin. quod leges, quæ dicunt, quod coacta voluntas, voluntas est, procedunt in negotio proprio, non verò in alieno; unde non procedit in acto gesto per administratorem, ut dicit idem Bald. in rubr. *de controvers. investitur.* ad fin. et sic dissimilis est actus coactæ voluntatis in teste ab actu coactionis ipsius partis. An autem debeantur legata ex testamento facto per vim? Vide Bald. in l. 1. *C. si quis aliquem testar. prohib.* col. 2. et quid si non intervenit metus, sed dolus, vide per Bald. ibi, col. fin. et infrà eod. l. seq.

(5) *Pierda.* Et applicabitur fisco; ut suprà l. proxima, et dixi in glossa præcedenti. Si tamen prohibitio, vel coactio fuit in damnum alterius, quem testator instituere volebat, succurritur læso, ut in authent. *ut nulli judic.* cap. *et hoc pervenit*, collat. 9. et l. *Lucius*, §. *Sempronia*, D. *de legat.* 2. et per Bartol. in l. fin. D. *si quis aliquem testar. prohib.* Bald. in l. 1. col. 2. *C.* eod. vers. *sed quæro hic*; et vide infrà eod. l. 29.

(6) *Rogandole.* Adde etiam l. fin. D. *si quis aliquem testar. prohib.* et *C.* eod. l. fin. et vide quod notat Gloss. in §. *Item sacramenta*, in verbo *sponte*, *de pace juram. firmand.* ubi de minore blanditiis illecto per tutorem finita tutela; et adde etiam, quod notat Bald. et Salic. in l. *quidquid*, *C. arbitr. tutel.* Abbas in cap. 2. *de pecul. clericor.* et Alexand. in l. *dedi*, §. fin. D. *de condict. ob caus.* Sed quid si non per blanditias, sed per pecuniam se faciat quis hæredem institui? Vide Paul. de Castr. in l. *Titio centum*, §. *filio*, 1. D. *de condit. et demonst.* Sed quid si quis volebat decem relinquere pupillo, et ejus tutor blando sermone attraxit testantem, ut sibi relinqueret? Vide Gloss. in parte *incidisset*, in l. *Titio*, D. *ad municipal.* et vide, quæ dixi in l. 2. tit. 8. infrà ead. *Partit.*

(7) *Cambiar.* Quid si blanditiis, et persuasionibus revocasset primum, et persuadentem institueret? Vide Jason. in l. 1. *C. si quis aliquem testar. prohib.*

(8) *Los fijos.* Adde l. *testamenti*, *C. de inoffic. testam.* et l. 2. §. *fratris*, D. *si quis aliq. testar. prohib.* et Azon. *C.* eod. in summa.

(9) *Si el padre embargasse.* Facit ad quæstionem, de qua per Bald. in l. *testamenti*, *C. de inoffic. testam.* de filio volente testari, qui prohibitus fuit à matre, et testes examinati dicunt, quòd mater filium dicentem, ego volo relinquere bona Titio, coram legitimo testium numero, impedivit, ne per notarium scriberetur, et expulit notarium, et testes, vide ibi per eum.

LEX XXVIII.

Si dominus servi instituti impediat instituentem suum testamentum mutare, vel aliud facere, licèt postea servus manumittatur ante testatoris mortem, non erit hæres, sed propinquior defuncti consanguineus; nisi et ipse impedivit, tunc succedit Rex. Hoc dicit.

(1) *El señor.* Adde l. 1. §. *si dominus*, D. *si quis aliq. testar. prohib.*

(2) *Engaño.* Vides hic, quòd dispositiones istæ, et titulus *si quis aliq. testar. prohib.* habent locum in prohibente dolo; vide tamen per Bald. in l. 1. col. fin. vers. *extra quæritur*, *C.* eod.

(3) *Heredar.* Istud verbum non habetur in dict. l. 1. §. *si dominus*, de qua ista sumpta est; et crederem, quòd etsi hoc respectu non manumiserit, idem sit dicendum.

(4) *El sea sin culpa.* Nota hoc verbum, nam facit ad quæstionem Glossæ in l. 2. *C. si quis aliq. testar. prohib.* an coactio, vel dolus tertii compellentis alium instituere,

pinco pariente (5) de aquel quel auia fecho su heredero en el testamento; fueras ende si este que lo embargasse, fuesse el mismo el mas propinco pariente (6): ca estonce, non lo auria el, mas deue ser del Rey.

LEY XXIX.

Como aquel que embarga al que quiere fazer testamento, que non lo faga, deue pechar doblado, lo que fizo perder, a aquellos a quien el testador quiere mandar algo.

Voluntad auiendo algund ome de establescer a otro por heredero en su testamento, o de mandarle alguna cosa en el, si otro tercero lo embargasse por fuerça, o por engaño, que lo non fiziesse; si el embargo, o el engaño podiesse ser prouado, deue aquel que lo fizo, pechar (1) al otro, a quien deue ser fecha la manda, doblado todo aquello, que fizo perder por tal razon como esta.

LEY XXX.

Que pena merescen aquellos que embargan a los Pelegrinos, e a los Romeros, que non puedan fazer sus testamentos.

(5) *Hereje.* Adde l. fin. *C. de hæretic.* et authent. *credentes*, eod. tit. et l. fin. tit. 7. infra ead. *Part.* Sed an possit Judæus hæres institui, vel ei aliquid legari? Fuerunt variæ opiniones; nam Gloss. in l. 1. *C. de Judæis*, tenuit quòd sic, et idem voluit Cynus, Alberic. et Salicet. in l. 1. *C. de sacrosanct. ecclesiis*, et Bart. in l. *cum senatus*, D. *de rebus dub.* Angel. verò in dict. l. 1. prout refert Anan. in cap. *Judæi*, el 2. *de Judæis*, tenet contrarium, et idem tenet Gloss. et in hoc videtur inclinare Joan. de Anania in dict. cap. *Judæi*, el 2. *de Judæis*, allegant cap. 6. §. *multi*, 24. quæst. 2. sed illa littera, prout dicit Socin. in dict. l. *cum senatus*, loquitur in hæretico: allegant etiam cap. *si quis Episcopus*, *de hæretic.* cum seq. cui respondet Socinus in dict. l. *cum senatus*, et inducit pro contraria parte, vide ibi per eum; et certè in ecclesiasticis personis casus ibi videtur, quòd ab eis Pagano, vel Judæo, nihil possit relinqui: de laicis verò non ita reperitur, imò ista lex Partitarum, cùm enumerat incapaces, non dicit aliquid de Judæis in particulari: universitati tamen Judæorum relinqui non potest, dict. l. 1. *C. de Judæis*: quòd tamen Judæus, vel paganus non possit hæres institui, habetur in l. fin. tit. 7. infra ead. *Part.* et in l. 16. tit. 6. lib. 3. *For. LL.*

(6) *Baptizar dos veces.* Azo *C.* eod. in summ. ad fin. dicit baptismatis iteratores, est enim hæc una species hæresis, ut habetur 24. quæst. 3. cap. penult. §. *Novatiani*: et cap. *non licet*, et cap. *rebaptizare*, et cap. *qui bis, de consecr.* dist. 4. et cap. *qui in aliquo*, 51. dist. et l. 1. *C. ne sanct. bastism. reiter.* et tene menti istam legem Partitarum ad hoc. Et an idem sit dicendum de reordinato, et de reconfirmato scienter? Videtur idem dicendum; pro quo facit, quod notat Archid. in dict. cap. *qui bis*; in contrarium facit, quia hæc est lex pœnalis, unde non videtur extendenda.

(7) *Apostatas.* Adde l. 3. *C. de Apostat.*

(8) *Nin ayuntamiento.* Adde l. *collegium*, *C.* eod.

(9) *Contra derecho.* Regulariter de jure communi omnia collegia sunt reprobata, ut habetur in l. 3. §. in summo, D. *de colleg. illicit.* fallit in aliquibus, quæ de jure gentium, vel civili sunt approbata, de quibus vide Bart. in l. fin. D. *de colleg. illicit.* versic. *videamus*, et adde §. *conventicula*, et quæ ibi dicit Bald. *de pace juramen. firmand.* et de collegiis approbatis vide in l. 1. et in l. *sicut* D. *quod cujusque univers. nomin.* et in l. fin. *C. de jurisdict. omn. judic.*

(10) *Contra voluntad.* Nota ergo, collegia non posse fieri Principe inconsulto, ut hic; et adde, quod habetur in cap. fin. *de religios. domib.* lib. 6. et quæ habentur in l. 1. et 2. et fin. tit. 11. lib. 8. *Ordin. Regal.* et quæ tradit Bart. *in Extravagant. qui sint rebelles*, in gloss. super verbo, *occulte.*

(11) *Nascida de dañado coitu.* Ex generalibus verbis hujus legis videtur, quod non possit spurius, seu natus ex damnato coitu institui hæres ab aliquo, etsi non sit pater, sed etsi sit alius extraneus ille, qui instituat: cùm enim æquiparet istos nefarios, et spurios hæreticis, et aliis, qui à quocumque capere non possunt jure institutionis, sic videtur velle in istis, ut æqualis sit determinatio, l. *jam hoc jure*, cum *similib.* D. *de vulgari et pupillar.* sed contrarium videtur dicendum, et quod ista lex intelligatur, quod isti ex coitu damnato nati non possunt institui à parente, et quod non prohibeat, quod à fratre vel alio possint institui, cùm hoc ita sit decisum jure communi, ut probatur in l. *si is qui ex bonis*, D. *de vulgari et pupillar.* et notat glossa singularis in authent. *quib. mod. natural. effic. sui*, §. fin. super verbo *participium*, collat. 7. quæ communiter approbatur; et etiam ita intellexit Azo, ex cujus dictis sumpta est ista lex, *C. de hæredib. instituen.* in summ. in fin. et patet ex locis, unde se remittit; et ita etiam tenet Bart. in l. 1. in princ. D. *de jure fisci*, et adde ad prædicta l. 10. tit. 13. infrà ead. *Partit.*

(12) *Muger religiosa.* Gratia exempli ponit; undè idem est dicendum in aliis spuriis ex damnato coitu natis, ut dixi in l. 11. tit. 13. ead. *Partit.* ubi vide; quæ dixi de filio adulterino respectu successionis matris, et quomodo liceat aliquid relinquere filio spurio, vide per Alber. in l. *humanitatis*, *C. de natural. liber.* et in l. *si is qui ex bonis*, D. *de vulgari et pupillari*, et per Bart. in l. fin. col. 2. D. *de his quib. ut indig.* Joan. de Plat. in l. 1. in fin. *C. de delator.* lib. 10. Alios casus ultra hic expressos, in quibus quis est incapax, vide in authent. *de mulier. rapt. passa*, collat. 9. et ibi notat Bart. ubi habetur, quòd mulier rapta nubens raptori non potest aliquid capere ex testamento raptoris, quòd forté etiam de jure canonico procedet, cum lex possit tollere tale lucrum; non tamen caret scrupulo, quia ex hoc tollitur libertas matrimonii contrahendi, seu intimidat, contra id, quod notat Gloss. in cap. *de puellis*, 36. quæst. 2. quam sequitur Abb. in cap. 1. *de sponsal.* et in cap. *ecclesia S. Mariæ, de constitut.* Alexand. in l. *Sejus, et Augerius*, D. *ad leg. Falcid.* et licèt Gloss. in cap. *cum secundum leges*, *de heretic.* lib. 6. in verbo *certaque*, dicat contrarium ejus, quod dixit Glossa in dict. cap. *de puellis*, advertendum est, quia loquitur circa pœnam amissionis dominii bonorum raptoris, quæ lex propter raptum detulerat mulieri raptæ, quia sub hac conditione visa fuit lex dedisse, et nil mirum si lucrum, quod ipsa lex dedit, possit auferre: in nostro vero casu lex nil in hoc dederat mulieri raptæ, et imponere pœnam, ut non possit

LEY V.

Como la muger, que casa ante que se cumpla el año que murio su marido, non puede ser establescida por heredera.

Ley 4, tit. 2, lib. 10 Novis. Recop.

Muger que casasse ante de vn año despues de muerte de su marido, no la puede ningun ome estraño establescer por heredera, nin otro que fuesse su pariente del quarto grado (1) en adelante. E defienden las leyes a las mugeres, que non casen ante deste tiempo, por dos razones (2). La una, porque non dubden (3) los omes, si auiniere que encaesce ella en esse mismo año, de qual de los maridos, del muerto, o del biuo, es el fijo, o la fija que nasciere della. La otra es, porque el marido segundo non aya mala sospecha contra ella, porque tan ayna quiso casar.

LEY VI.

Por que palabras, e en que manera puede ser establescido el heredero.

Ciertamente, deue el fazedor del testamento, nombrar aquel que quiere establescer por su heredero, diziendo (1): Fulano quiero que

capere ex testamento viri raptoris, est mera pœna, annexa prohibitioni matrimonii; igitur de jure canonico non potest procedere, et hoc videtur verius: quanto magis, quòd etiam in casu glossæ, cap. *cum secundum leges*, communior est opinio contra illam, et Doctor. magis communiter sequuntur Glossam in dict. cap. *de puellis*: confirmantur prædicta ex eo, quòd pœna imposita de jure civili mulieri secundo nubenti infra annum luctus, ut non possit capere ex testamento, ut in l. 1. *C. de secund. nupt.* et infra l. proxima, sublata est de jure canonico; et aliæ pœnæ in hoc impositæ, ut in cap. fin. *de secund. nupt.* et tenet Glos. in dict. l. 1. et Doctores communiter in dict. cap. fin.

LEX V.

Mulier secundo intra annum luctus nubens, non potest hæres institui per non consanguineum, nec per consanguineum ultra quartum gradum: et ideo prohibetur intra dictum annum nubere, ne sit dubium, an primi, vel secundi mariti sit soboles, quam anno illo habuit: et quia secundus vir de ea tam breviter nubente suspicaretur. Hoc dicit.

(1) *Del quarto grado.* Adde l. 1. vers. *eamdem*, et ibi Gloss. et Azon. in summ. *C. de secund. nupt.*

(2) *Por dos razones.* Sumpta est ex l. *liberorum*, D. *de his qui notant. infam.* et à l. *consensu*, *C. de repud.* et ex authent. *de restitut. et ea quæ parit*, collat. 4. et vide per Gloss. in cap. *omne*, 27. quæst. 2.

(3) *Porque non dubden.* Hæc fuit urgentissima ratio, scilicet perturbatio sanguinis, vel seminis; in tantum, quòd et secundum quod refert Petrus de Anchar. in cap. *cum secundum leges*, *de hæretic.* lib. 6. Rayn. de Forli. et Petrus de Leaza decretorum Doctores, consuluerunt, quòd quando talis perturbatio adesset, habere locum et de jure canonico pœnas à jure civili mulieri sic festinanter nubenti impositas, quia non est verisimile, quòd jus canonicum voluerit dare filium unius alteri, l. 1. §. *quamvis*, D. *de ventr. inspicient.* et quòd idem videtur tenere Boffre. in tit. *de bonorum possessione*, et idem tenet Bald. in dict. l. *liberorum*, §. *si tales*: et hanc opinionem dicit Abb. in dict. cap. fin. *de secundis nuptiis*, prima fronte multùm probabilem; pro qua etiam facit, quia ex causa interdicitur ad tempus usus matrimonii contracti, 5. dist. cap. *ad ejus vero concubitum*, et notatur 3. quæst. 4. in summa; fortius ergo ex prædicta causa posset ad tempus interdici matrimonium contrahendum. Sed tandem ipse Abb. tenuit contrarium, et tenuit Gloss. in dict. l. *liberorum*, in verbo *collocare*; Abb. etiam in cap. *ecclesia S. Mariæ*, num. 20. *de constit.* ubi Aretin. et Felinus num. 57. quæ opinio videtur tutior, et comprobatur per id, quod habetur in l. fin. tit. 12. 4. *Part.*

LEX VI.

Debet testator hæredem et partem hæreditatis, in qua hæres instituitur, declarare: et sive dicat, talis sit hæres meus, aut talis sit hæres: vel qui testamento reperiatur scriptus talis sit, etiamsi non dicatur hæres, operatur institutionem, quia minus scriptum, quàm fuit dictum, præsumitur. Idem si dicat, talis sit dominus mearum hæreditatum, aut bonorum meorum; aut relinquo tali omnia bona mea; vel mando, aut volo, quòd sit hæres, vel per æquipollentia verba. Hoc dicit. Habuit ortum à l. *quoniam*, *C. de testam.*

(1) *Diziendo.* Adde l. *jubemus*, *C. de testam.* ubi Glossa notabiliter dicit sufficere, si alius coram testatore exprimat nomen hæredis, et ipse disponens ita agnoscat profitendo verbis, quòd sic; et licet aliqui Doctores antiqui, prout refert Specul. in tit. *de testam.* §. 1. vers. *quid si is*, voluerunt contrarium, quam opinionem dicit veriorem Jason in dict. l. *jubemus*, et etiam Roder. Suarez *in suis allegationib.* allegat. 1. ubi allegat istam legem Partitarum; sed opinio glossæ communiter approbatur in dict. l. *jubemus*, et eam tenet Joannes Andræas *in addition. ad Specul.* in loco supra allegato in addition. incipienti, *quidam Pileus*, et Joannes de Imol. ubi dicit hanc esse communem opinionem in cap. *cum tibi*, col. 2. *de testam.* Quam tamen communem opinionem limita et intellige, quando testator habebat bonum intellectum, et memoriam; secùs ergo esset, si testator ita opressus erat infirmitate, et mortis pressura, quòd non poterat articulatè loqui, nam tunc non valet testamentum, quia talis disponens mortuo similis est; undè si interrogaretur, interfecisti hominem? Diceret, sic; ita tenuerunt Petrus, Cynus, et Bartolus in dict. l. *jubemus*, et voluit Albertus Papiensis relatus à Joanne Andr. in dict. *addition. ad Specul.* cujus verba sunt notabilia et vera, et cum magna discretione dicta, prout attestatur Paul. de Castr. consil. 155. *viso puncto et allegatione*, vol. 1. et vide Alexand. consil. 33. *ponderatis*, vol. 3. et tenet Joannes de Imol. in dicto cap. *cum tibi*; et ita tenent Doctor. communiter in dict. l. *jubemus*; et ad declarationem hujus limitationis, ut scias, quando testator dicatur non loqui articulatè, vide Socinum consil. 20. incipiente, *abunde et subtiliter*, vol. 4. Limita etiam dictam communem opinionem, quando tabellio est ille, qui interrogat testatorem, an talem velit suum esse hæredem; secùs si ad suggestionem alterius responderit, ut videtur de mente Bart. et Bald. in dict. l. *jubemus*, et in specie ita limitat Roderic. Suarez ubi suprà. Sed ego crederem, quòd etiamsi alius interrogaret, dum tamen non suspectus, quòd tenebit testamentum: nec enim Doctores loquuntur strictè de tabellione interrogante, sed ideo mentionem de tabellione faciunt ob omnem suspicionem tollendam. Si ergo alius esset ita non suspectus, idem esset; quod etiam videtur de mente Alexand. in dict. consil. 33. et Socinus consil. 28. vol. 3. col. penult. et Paulus de Castr. in l. 1. §. *si quis ita*, D. *de verb. obligat.* nam et idem esset in tabellione adhibito à persona suspecta, vel si ipse aliàs esset suspectus, ut etiam tradit idem Soci. cons. 92. *in causa Antonii*, vol. 3. col. 10. Tertiò limita dictam communem opinionem, quando tabellio, vel alia persona non suspecta, de scientia et voluntate testatoris scripsisset testamentum, et postea præsente testatore, et testibus exprimat nomen hæredis, vel hæredum; nam tunc sufficit, quòd testator dicat, sic; et ita quotidie servatur. Secùs, si aliquis te-

sea mio heredero, nombrandolo por su nome (2), que sea heredero en todo, o en parte, como el testador touiere por bien. E si por auentura (3) el testador dixere en su testamento: Fulano sea heredero; cumple esta palabra, maguer non diga, mio. E aun dezimos, que si fallassen escrito en el testamento: Que fulano heredero, nombrandolo el testador, non dixesse sea; o se fallasse escrito: Fulano sea; e non fuesse y puesto, mio, nin heredero; valdria el establescimiento que fuesse fecho en alguna destas maneras. E esto es, porque sospecharon los Sabios antiguos, que el fazedor del testamento auria dichas todas las palabras que deuen dezir en establescer el heredero, como quier que se non fallen assi escritas. Otrosi, si por auentura non las ouiessen assi dichas, sospecharon, que esta mengua auiniera por agrauiamiento (4) de la enfermedad, e non por otra cosa; pues que el testamento se falla acabado en todas las otras cosas. Mas si vna palabra tan solamente se fallasse escrita en el testamento, como si dixesse el testador: Fulano; o dixesse: Heredero, e non nombrasse quien; non valdria estonce el testamento, porque por tales palabras non podria tomar ome cierta sospecha (5), nin entendimiento verdadero, del fazedor del testamento. E sobre todo dezimos, que el establescimiento del heredero se puede aun fazer por otras palabras (6); assi como si dixesse aquel que lo fazia; Fulano sea mio heredero; o, Quiero; o, Mando que lo sea; o si dixesse: Fulano sea señor (7) de todas mis heredades (8); o: Aya todos mis bienes; o: Dexol todo lo que he (9); o otras palabras qualesquiera, semejantes destas, por que se pudiesse mostrar su voluntad en esta razon.

cit scribi testamentum sine scientia, et voluntate testatoris, et postea convocatis testibus notarius in præsentia testatoris illud legit, et interrogat testatorem, an ita velit: nam licèt respondeat, quòd sic, et possit articulatè loqui, tale testamentum nihil valet, maximè, quando testator erat gravatus infirmitate, secundum Ludovicum Romanum consil. 36. in ultimis verbis, ita intelligens opinionem Alberti Papien. de qua suprà: et idem videtur velle Baldus in dict. l. *jubemus*; et Paulus de Castro in l. *hac consultissima*, §. *at cum humana fragilitas*, *C. qui testam. facere poss.* et tenet Jason in dict. l. *jubemus*, ad fin. dicens hanc opinionem esse valdè æquam, et per eam occurri fraudibus, quæ multotiens committuntur: et idem tenet Rodericus Suarez in dict. l. allegat. charta final. qui dicit ad hoc esse casum, juncta glossa in dict. §. *at cum humana fragilitas*, super parte *testandi*. Et ista est magna limitatio ad dictam communem opinionem, et quasi ad nihilum illam redigit: et fortè in puncto juris non est vera, quando ille, qui interrogat, est homo fidelis, et non suspectus, et testator loquitur intelligibiliter, et habet sanam memoriam, et intellectum, pro tunc; nam satis ore proprio exprimit nomen hæredis, ex quo exprimit per relationem ad aliud, l. 1. §. *si quis ita*, D. *de verbor. obligat.* Et contra istam limitationem in his terminis tenere videtur Alexand. dict. consil. 33. et idem etiam vult Alberic. post Petrum et Cynum in dict. l. *jubemus*, dicens repetitum videri per testatorem, quod interrogator dixit, argumento l. *contra murum*, §. 1. D. *de actione rerum amotar.* et D. *de condiction. indeb.* l. *si reus*, et l. *si fidejussor*; sufficere ergo debet, quòd apertè de testatoris voluntate appareat, prout et ista lex Partitarum inferiùs subdit, ibi: *Fulano sea, etc.* et si rectè inspiciantur verba Baldi in dict. l. *jubemus*, hoc idem vult, dùm dicit: *sed quid si ipse dicat, etc.* et sic contradicere videtur verbis Nico. de Matta, quæ suprà posuit Paul. etiam de Castr. loquitur etiam in casu differenti, ut patet ejus consil. 155. ad quod se refert, ubi plura alia concurrebant. Unde stantibus aliis præsumptionibus, quòd testator non ex voluntate, sed oppressus infirmitate et suggestionibus, non rectè intelligens, neque volens dixerit, quòd sic, rectè procederet dicta limitatio, prout vult Alexand. dict. consil. 33. et Socinus consilio 92. *in causa domini Antonii*, vol. 3. col. 9. et 10; cessantibus autem talibus, fortè non procederet talis limitatio, ut arguitur ex mente Doctorum.

(2) *Nombrandolo por su nome.* Sed an ad pias causas valebit testamentum nutu factum? Joann. Andr. in *additionib. ad Speculator.* tit. *de testam.* vers. *quid si is*, dicit, quòd licet valeat legatum nutu factum, non tamen tenet testamentum. Bald. tamen, in l. 1. *C. de sacrosanct. Ecclesiis*, col. 17. allegans Gloss. in cap. *cum tibi*, *de testam.* concludit, quòd ad pias causas valet testamentum nutu factum, et sic, quòd tenebit institutio hæredis nutu facta; quod etiam placet Abb. in dict. cap. *cum tibi* ad fin. ubi subdit notabile verbum, quòd etiam in aliis extra pias causas, si constaret de voluntate testantis per signa urgentia, quòd valebit testamentum per signa urgentia; sed certe dictum cap. *cum tibi*, hoc non probat, prout etiam dicit Joannes de Imola in dict. cap. *cum tibi*, col. 2. et ut dicit Bald. in repetit. dict. l. 1. col. 18. non potest facere jus canonicum, quòd testamentum non solemne valeat de jure civili; debet ergo intelligi quod habetur in dict. cap. *cum tibi*, quando dispositio est ad pias causas, in quibus est consideranda forma testamenti secundum jus canonicum; in aliis verò servandum est, quòd disponitur jure civili.

(3) *E si por auentura.* Sumpta est hæc lex à l. 1. §. 1. D. eod. et à dictis Azo. *C.* eod. in summa. Et quid in sententia, an perficiatur ex verbo subaudito, ubi aliud verbum non potest intelligi salva ratione recti sermonis? Tangit Bart. in dict. §. fin. ubi vide Alex. *in addition.* et Joan. de Imol. *in lectura.*

(4) *Por agrauiamiento.* Facit hoc verbum ad ea, quæ dixi suprà in gloss. proxima.

(5) *Cierta sospecha.* Si enim talis potest capi, pro expresso habetur, ut hic; et in l. *unum ex familia*, §. fin. D. *de legat.* 2. expressum dicitur quod colligitur ex expressis, Bald. in l. 1. col. fin. *C. de his, qui ante apert. tabul.* et in l. *si mater*, *C. de institut. et substit.* Oldral. consil. 224. Decius consil. 397.

(6) *Por otras palabras.* Adde l. *quoniam indignum*, *C. de testam.*

(7) *Sea señor.* Adde l. *his verbis*, in princ. D. eod.

(8) *De todas mis heredades.* In dict. l. *his verbis*, dicitur: *hæreditatis meæ dominus esto*; unde tu nota hoc verbum, quia secundum vulgare hispanum istud verbum *heredades* refertur ad fundos: et fortè in hac lege melius esset, *de toda mi heredad*: nam si poneretur præcedens verbum, et daretur hæres universalis, ille, cui relinquuntur hæreditates, non esset hæres universalis, sed legatarius, secundum communem Hispanorum usum loquendi; non instituto tamen alio hærede, iste esset hæres universalis, l. 1. §. *si ex fundo*, D. eod. et infra eod. l. 14.

(9) *Dexol todo lo que he.* Verbum enim *habeat*, et verbum *relinquo* adjectis universitati bonorum, inducit institutionem, ut hic, et in cap. *Raynutius*, *de testam.* et ibi notat Abb. Bartol. in l. *Centurio*, final. col. D. *de vulgar.* et *pupillar.* vide plenè per Guillielmum Benedictum in dict. cap. *Raynutius*, super verbo *reliquit*, et adde Gloss. et Bartol. in dict. l. *his verbis*, in princ. et Alexand. consil. 70. vol. 2. et consil. 105. vol. 4. col. 2. et penult.

LEY VII.

Como el establescimiento del heredero deue ser fecho en el testamento, e non en otra scriptura.

El establescimiento del heredero deue ser fecho en testamento acabado, e non en otra scriptura que es llamada en latin, Codicillus (1), que se faze ante cinco testigos; fueras ende en vna manera, como si aquel que fiziesse cobdicilo, dixesse assi; que el rogaua, o mandaua a los herederos, que deuen heredar lo suyo por qual manera quier que sea, que despues de su muerte diessen, e entregassen todos sus bienes a alguno, que fuesse nombrado señaladamente en el cobdicilo. Ca estonce tenudos son de los dar, e entregar, a aquel que assi fuesse nombrado en el; sacando ende la quarta parte (2) de todos los bienes, que pueden tener los herederos para si.

LEY VIII.

Como, despues quel heredero es establescido simplemente en el testamento, nol puede ser puesta condicion en el cobdicilo.

Simplemente, e sin condicion establesciendo vn ome a otro por heredero en su testamento, si despues desto fiziesse cobdicilo, no le empesceria la condicion que fuesse puesta en el. Otrosi, non puede vn ome establescer por su heredero en el cobdicilo a otro, en lugar de aquel que ouiesse establescido en el testamento; maguer dixesse que si muriesse este sobredicho ante que ouiesse su heredad, que la ouiesse el otro, a quien la mandaua dar en el cobdicilo. Pero si alguno fiziesse su testamento acabado, en que dixesse, que aquel queria que fuesse su heredero, quel nombrasse, e dixesse en el cobdicilo; si despues desto fiziesse cobdicilo, en que señalasse alguno por su heredero, o lo nombrasse tan solamente, valdria. E esto es, porque en el testamento acabado dixo, que lo faria assi. E porende, maguer la persona del heredero sea nombrada, o escrita en el cobdicilo, nol empesce (1).

LEY IX.

Quando el heredero, que es señalado en el testamento, que aya en los bienes del testador la parte que le señalaren en el cobdicilo, si non fuer y puesta, si aura los bienes del finado.

Dubda podria acaescer, si el fazedor del testamento dixesse assi: Yo fago a fulano mio heredero, en aquella parte que escriuiere en mi cobdicilo; si acaesciesse, que quando lo mandasse fazer, non escriuiesse (1) en el, nin señalasse parte ninguna, para aquel heredero que nombrare en el testamento; si este ha demanda despues en los bienes del testador. E por toller esta dubda, dezimos, que maguer despues non escriua la parte sobredicha en el cobdicilo, que este atal sera heredero en todos los bienes del testador, en aquellos que el non mandasse dar a otri. E si fuessen dos omes, aquellos a quien establesciesse por sus herederos en esta manera sobredicha, heredaran estos atales los bienes del fazedor del testamento egualmente (2). Pero si escriuiesse en el cobdicilo el testador alguna parte señalada, sera heredero en ella, aquel, o aquellos, a quien la señalara, e non en mas.

LEX VII.

Hæres non potest institui directè in codicillis, benè tamen potest in eis hæres rogari, post mortem alicui restituere omnia bona testatoris; et debet hoc hæres adimplere, excepta quarta, quam ipse habebit. Hoc dicit. Concordat *Instit. de codicil.* §. penul. et ultim.

(1) *Codicillus.* Adde l. 2. tit. 12. ead. *Partit.* et vide, quæ ibi dicam.

(2) *La quarta parte.* Adde l. fin. tit. 11. ead. *Partit.* et quæ ibi dixi.

LEX VIII.

Hæredi purè instituto non potest in codicillis apponi conditio: nec valet substitutio directa in codicillis facta; si tamen instituitur in testamento is, quem in codicillis dicit testator se nominaturum, nominatus in eis erit hæres. Hoc dicit.

(1) *Nol empesce.* Adde l. *institutio talis*, D. *de condit. institut.*

LEX IX.

Si testator in testamento dixit se declaraturum in codicillis, pro qua parte esset hæres in testamento institutus, non declarata parte, erit in totum hæres, nisi in relictis aliis personis: et si sunt duo, vel plures sic instituti, succedunt æqualiter: si tamen in codicillis partem declaravit, stabitur declarationi. Hoc dicit. Habuit ortum à l. *si quis ita scripserit*, D. *de hæredib. instituend.* et à l. *si alterius*, eod. tit. et à textu in l. *asse toto*, eod. tit.

(1) *Non escriuiesse.* Adde l. *si quis ita scripserit*, D. *de hæredib. instituend.* et l. penult. *C. de institut. et substitut.*

(2) *Egualmente.* Si ergo testes sufficientes numero ad testamentum, dicant se vidisse, quòd quis duos, vel tres hæredes instituit, et tamen dicunt, quòd non recordantur pro quibus partibus, hoc sufficit; et erunt hæredes pro æquali parte, secundum Bald. in dict. l. *si quis ita*, in fin.

LEY X.

Como el testador deue dezir, o escreuir paladinamente, el nome, e sobrenome, del que faze su heredero, o las señales que en el auia, de guisa que non pueda acaescer dubda.

Dos amigos (1) auiendo el testador que ouiessen vn mismo nome, si quisiesse establescer alguno dellos por heredero suyo, de tal manera deue nombrar, e señalar, aquel a quien quiere dexar lo suyo, por su nome, o de su padre, o por otras señales, que pueda ser sabido ciertamente, quien es aquel que dexa por su heredero. Ca, si de otra guisa lo fiziesse, tal establescimiento como este non valdria (2); e aurian los bienes del testador los parientes mas propincos, bien assi como si muriesse sin testamento. Pero dezimos, que por tales señales deue nombrar el heredero, que non sea deshonrrado (3), nin mal enfamado. Ca si dixesse el testador: Dexo por mio heredero a fulano, que judgo el Rey por traydor; o, que es herege; o dixesse del otro gran mal, señaladamente, por que el otro fuesse deshonrrado, o mal enfamado, non valdria tal establescimiento de heredero. Mas si el testador dixesse generalmente (4), mal diziendo, assi: Establezco por mio heredero a fulano, maguer que se que es malo; e non dixesse señaladamente, aquella maldad de qual yerro descendiera, valdria el establescimiento. Esso mismo seria, si dixesse: Sea mio heredero aquel maldito mio fijo, maguer non me fizo nunca seruicio porque lo meresciesse. Otrosi dezimos, que si el testador dixesse assi: Establezco por mio heredero el vno de mis hermanos (nombrandolos), aquel que casare (5) con fulana muger: que el que casasse con ella, seria heredero del testador.

LEY XI.

Como el testador deue nombrar por si mismo a aquel que establescio por heredero, e non ponerlo en aluedrio de otri.

Declarar deue, e nombrar el fazedor del testamento por si mismo, el nome de aquel que establesciesse por heredero. Ca, si el otorgasse poder a otro, que lo estableseiesse en su lugar, non valdria; maguer dixesse assi: Aquel sea mio heredero, que fulano quisiere (1), o establesciere por mio que lo sea. Esto es, porque el establescimiento del heredero, e de las mandas, non deue ser puesto en aluedrio de otro (2). Pero si alguno rogasse al testador, que fiziesse su heredero a otro, nombrandolo, *LL. 1, 2 y 8, tit. 19, lib. 10 Novis. Recop.*

LEX X.

Si duo sunt ejusdem nominis, quorum unus instituitur, nec potest apparere, de quo sensit testator, vitiatur institutio, et succedunt venientes abintestato. Item vitiatur, si in testamento species maleficii hæredis exprimitur, ut si testator dicit, instituo talem hæreticum, aut proditorem, vel similia; secus si generaliter dicat illum malum, vel maledictum, aut inimicum. Sed si dixerit, instituo unum de fratribus meis; qui cum Berta nupserit, ille erit hæres. Hoc dicit.

(1) *Amigos.* Ortum habet à notatis per Azo. *C.* eod. in summa, col. 2. vers. *in institutione facienda*, et vide l. *in tempus*, §. *quotiens*, D. eod. et intellige istam legem quando hi duo erant amici æquali amicitia ipsius testatoris; nam si unus esset magis dilectus, ille videretur tantùm institutus, per id quod habetur in l. *si quis servum*, §. *inter duos*, D. *de legat.* 2. et tenet Joan. de Imol. in dict. §. *quotiens.*

(2) *Non valdria.* Propter defectum probationis: nam in substantia benè tenet institutio, secundum Angel. et Joan. de Imol. in dict. §. *quotiens*; sic et aliàs dicitur, deficit probatio, non autem jus, l. *duo sunt Titii*, D. *de testam. tutel.* l. *si quis servum*, §. *si inter*, D. *de legat.* 2. et idem dicas in sententia, citatione, vel banno, secundum Angel. in dict. §. *quotiens*, ubi etiam Bald. vide Gloss. in l. *cum quem temere*, D. *de judic.*

(3) *Deshonrrado.* Adde l. *quotiens*, §. *si quis nomen*, D. eod. et l. *turpia*, in princ. D. *de legat.* 1.

(4) *Generalmente.* Adde l. *his verbis*, §. 1. D. eod. et quod habetur in dict. l. *turpia.*

(5) *Que casare.* Adde dict. l. *quotiens*, §. *si quis nomen*, D. eod.

LEX XI.

Institutio, vel legatum non potest institui in alterius voluntatem; si tamen coram septem testibus testator nominat in præsentia notarii hæredem, vel legatarium, et mandet, quòd vadat notarius ad unum peritum, qui ordinet suum testamentum secundum jus, et quod ipse ordinaverit, vult, quòd valeat; tunc sic ordinatum testamentum per peritum erit validum. Hoc dicit.

(1) *Quisiere.* Idem si dicat, quem arbitratus fuerit, vel quem putaverit, vel alia verba importantia arbitrium boni viri: licèt in legatis secus esset, ut in l. *fideicommissa*, §. *quamquam*, D. *de legat.* 3.

(2) *Aluedrio de otro.* Non enim tenet institutio quæ in alterius arbitrium confertur; est enim captatoria, unde improbata, l. *captatorias* cum l. seq. et l. *illa institutio*, D. *de hæredib. instituend.* l. *captatorias*, *C. de testam. milit.* l. 29. tit. 9. infr. ead. *Partit.* et dicitur captatoria, non cujus sola dispositio, neque cujus sola declaratio ab alio dependet, sed illa cujus essentia et existentia est posita in alterius voluntate, ut probatur in l. *utrum*, §. *cum quidam*, ubi bonus textus, D. *de rebus dub.* l. *si filiæ*, D. *de legat.* 3. notat Bald. in l. 1, col. penult. *C. de sacros. eccles.* et in 1. lectur. Et intellige, et limita hoc, ut procedat, quando expressè committitur in alterius voluntate; secùs si tacitè, et velatè committeretur, veluti si diceret: *instituo Titium hæredem, si Sejus ascenderit Capitolium*; nam tunc valet, ut in dict. l. *si quis Sempronium*, D. eod. quia expressa non nocent, regul. *expressa*, D. *de regul. jur.* l. *nonnumquam*, D. *de condit. et demonstr.* Limita secundo in libertate relicta, nam illam non vitiat captatoria voluntas, ut est textus in l. *fideicommis. libertas*, la 2. D. *de fideicommis. libertat.* et quando datio libertatis pendet à tertii voluntate, de plano procedit iste casus favore libertatis, ut aperte ibi dicitur, et erit ista dispositio tunc conditionalis; nam si ille tertius dixerit, se nolle, tunc non valebit libertas, ut patet ex illa lege, et declarat Joan. de Imol. in dict. l. *captatorias*, col. 2. D. eod. Et idem, quando confertur dispositio in voluntatem legatarii, ubi in relicto libertatis nullum est speciale, prout ibi etiam dicitur; quando verò relinquitur libertas in voluntatem hæredis, est maxima va-

si el que fizo el testamento quiere caber su ruego (3), e lo establesciere por su heredero, valdra. Otrosi dezimos, que si el fazedor del testamento dixesse a algund Escriuano de Concejo (4): Ruegote, e mandote, que escriuas, como establezco por mio heredero a fulano; e que mando tantos marauedis, o tantas cosas, o tanto heredamiento, que sea dado por mi anima (diziendo a que persona lo manda dar, o quanto a cada vno, ante siete testigos), e mandote, que vayas a algun ome sabio (5), e en la manera quel ordenare que sea fecho mio testamento, e departidas mis mandas, que lo escriuas tu assi; porque tengo por bien, que vala como lo el ordenare. Estonce, bien valdria lo que assi fuesse fecho (6) por mandado del testador.

rietas inter Doctores super intellectu illius legis, cùm in principio, per verba satis aperta Consultus vult propter favorem libertatis, tenere talem dispositionem: inferiùs autem in vers. *quod si ita*, per verba etiam aperta, voluit contrarium ejus, quod primo dixerat in principio legis. Unde Doctores diversimodè intellexerunt ibi illam legem; nam Gloss. ibi intelligit, quòd principium legis corrigatur per vers. *quod si ita*, seu quòd principium legis, et quæstio proposita decidatur in dicto versic. *quòd si ita*: contra quòd apertè videtur facere dicta lex, nam decidit quæstionem propositam in principio, et cùm ibi decidatur non est dicendum, quòd decidatur per dictum versic. neque etiam est præsumendum, quòd statim se correxerit Consultus: istum tamen intellectum Glossæ communiter videntur Doctores tenere, ut tradit Alex. et Jason in dict. l. *captatorias*, *C. de testam. milit.* sed littera illius textus vehementer adversatur, et repugnat: unde Alex. et Jas. ibidem referunt alios intellectus ad illam, vide ibi per eos. Mihi placet intellectus Andreæ de Pisis in dict. l. *captatorias*, relatus à Baldo ibi, cum quo ipse transire videtur, et etiam Salicetus: quem etiam intellectum tenuit Jacob. de Aren. et Angel. in dict. l. *fideicommissa*, scilicet, quòd sit regula, quòd libertas relicta, si hæres voluerit, debeatur, et non sit favore libertatis dispositio captatoria, et ita disponitur in principio illius legis; quod tamen debet limitari per dictum versic. *quod si ita*; nisi ex aliis verbis, seu ex aliis adjunctis constet testatorem se retulisse ad liberam hæredis voluntatem, ut si adjecerit, si ei libuerit, vel si dixerit, et si noluerit, non detur libertas; nam tunc libertas non debebitur: et sic, quòd licèt in aliis legatis verbum *si voluerit* intelligatur de libera voluntate, ut in l. *cum quidam ita*, in princ. D. *de legat.* 2. tamen in legato libertatis verbum *si voluerit hæres*, intelligatur, id est, si velle debuerit, sicuti si essent alia verba importantia arbitrium boni viri: et iste intellectus est valdè amicus illius litteræ, et antequam vidissem prædictos Doctor. mihi ita videbatur: licèt Joan. de Imol. in dict. l. *illa institutio*, dicat istum intellectum aliqualiter divinare, et illum etiam reprobat Alexand. post Benedic. de Plumbino ab eo relatum in dict. l. *captatorias*. Limita tertio in dispositione ad pias causas, de quo vide per Alexand. et Jason. in dict. l. *captatorias*, quòd fortè esset intelligendum, ut suprà de libertate dictum est, secundum intellectum Andreæ de Pisis, quem tenui: non enim reperitur expressum, neque jure canonico, neque civili aliquid, quod ad dicendum contrarium cogat; standum ergò est regulæ, de qua in ll. juris communis, et in istis ll. Partitarum. Et in hanc opinionem, quòd idem sit dicendum in relictis ad pias causas, quod in relicto libertatis, multùm inclinat se Joan. de Imol. in dict. l. *captatorias*, D. *de hæredibus instituend.* Limita quartò, quando testator dedit alicui potestatem faciendi testamentum pro eo; nam tunc talis commissarius poterit facere, servata dispositione l. 32. *in legib. de Toro*, quæ lex est multùm notanda, et tollit magna dubia, quæ erant de jure communi: nam de jure communi videbatur, quòd testator non possit committere factionem testamenti alteri, quia quis debet testari de animo suo, non autem de alieno, ut in dict. l. *illa institutio*, et notat Bald. in l. *executorem*, col. 1. *C. de execut. rei judic.* Sed pulchrum dubium est circa illam legem; an quòd ibi habetur, procedat, quando testator non verbis importantibus arbitrium boni viri, sed liberæ voluntatis utatur, ut si dixisset, extremam voluntatem meam committo in voluntatem Titii; an tunc commissarius poterit facere ea, quæ in dict. lege continentur? Et videtur, quòd non; quia istæ ll. Partitarum, et aliæ ll. juris communis reprobant talem dispositionem tanquam captatoriam; et hoc vult Bart. in repetit. dict. l. 1. *C. de sacrosanct. Eccles.* penult. chartæ, ubi tenet, quòd talis dispositio non teneat, quando non esset expressum, quòd talis potestas datur ad pias causas. Sed Cardin. Floren. in cap. *cum tibi*, *de testam.* videtur velle contrarium, quòd etiam tali casu procedat dictum cap. *cum tibi*; ut sic intelligatur, quòd ille commissarius est institutus, et gravatus de restituendo ad pias causas; quod dictum Joannes de Imol. in dict. l. *captatorias*, col. 4. dicit tenendum menti: sed subjicit, quòd revera dictum ejus non probatur per dictum cap. *cum tibi*, quia non loquitur, quando quis commissit extraneo voluntatem suam extremam per verba importantia meram voluntatem, sed quando commissit in dispositionem alterius, et sic per verba importantia arbitrium boni viri; unde dicit de jure veriorem videri opinionem Bartoli, quando non fuit expressum, ut facultas esset ad pias causas. Sed attenta dict. l. *Tauri* videtur dicendum, quòd procedat, etsi testator dicat, quòd committit factionem sui testamenti in voluntatem commissarii, ex verbis generalibus illius legis, et quia vult talem commissarium solum posse extendere manus ad pias causas; et sic videtur, ac si in facultate testatoris esset expressum ad pias causas, juxta doctrinam Bartoli: et quia ut superiùs dixi, secundum opinionem, quam tenui in libertate et in pia causa, verbum *voluerit* non debet referri ad meram voluntatem, nisi aliud constet ex adjuncto, ut superiùs declaravi. Alias limitationes, et dicta notabilia in ista materia, vide per Joan. de Imol. in dict. l. *illa institutio*, et in dict. l. *captatorias*, et per Alexan. et Jason. in dict. l. *captatorias*, *C. de testam. milit.* et novissimè per Rodericum Suarez *tractaculo*, *de voluntate captatoria*, *post lecturam ll. aliquarum Fori*: vide ibi. Et ex prædictis patet, quod non valeret institutio majoriæ à patre facta sub conditione, si mater illam faceret in filium communem, conferendo verba in futurum, l. 2. et l. *illæ autem institutiones*, D. *de hæredibus instituend.* et procedet etiam, si habuerit facultatem regiam, ut faceret cum omnibus conditionibus et submissionibus, quibus vellet, nam intelligitur de non improbatis jure, et quia tunc non ipse facit: sub conditione tamen de præterito, id est, si mater fecit, benè valeret, ut in dictis juribus. Sed an tunc sufficeret, quod mater majoriam fecisset in filium alium, fortè minorem, et ejus descendentes, et in defectum ipsorum in filium majorem; et videtur, quod sic, per textum in l. *mulier*, §. final. et ibi Bart. D. *de condit. instit.* ibi: *aliquo gradu*; repugnat tamen intentio testatoris: ideo tu cogita.

(3) *Caber su ruego.* Adde l. *captatorias*, D. eod. et suprà ead. *Partit.* tit. 1. l. 27.

(4) *De Concejo.* Tene menti istam legem Partitarum, per quam probatur testamentorum instrumenta confici debere per tabellionem numeri, seu concilii; quod hodie pleniùs habetur in l. 4. tit. 18. lib. 2. *Ordinam. Regal.* Nota tamen, quod si defuisset, vel abesset tabellio de numero, alius fortè regius tabellio, vel similis posset recipere scripturam testamenti, per textum in l. fin. vers. *eo scilicet observando*, et ibi notat Joan. de Plat. *C. de re milit.* lib. 12. ubi vide per eum.

(5) *Ome sabio.* Non ergo requiritur, quod nominetur; quod benè nota, nam aliqui contrarium dixerunt, ut refert Alberic. in authent. *novissima*, col. 5. *C. de inoffic. testam.*

(6) *Lo que assi fuesse fecho.* Approbat Gloss. in l. *illa*

LEY XII.

Como non vale el establescimiento, del heredero, quando es fecho por yerro.

Errando el testador en la persona de aquel a quien establescio por su heredero, cuydando establescer a vno, establesciesse a otro; tal establescimiento non valdra, porque erro en el. E esto seria, como si alguno quisiesse fazer su heredero a otro ome, que ouiesse seydo su señor, e estouiesse otro ante el, que non fuesse aquel su señor, mas otro que le semejasse; e cuydando el testador, que lo era, dixesse assi: Este que fue mio señor, e me aforro, e esta ante mi, establezco por mio heredero. Ca estonce, non seria heredero aquel su señor, a quien cuydaua establescer (1), porque non fue nombrado, nin escrito en el testamento. Nin lo seria otrosi el otro, maguer era presente quando lo establescio, porque el testador erro en la persona del, cuydando que era su señor. Esso mismo seria en las cosas que el testador mandasse, cuydando mandar a vno vna cosa, e errasse mandandola a otro, assi como sobredicho es.

LEY XIII.

Como vale el establescimiento del heredero, maguer el testador non lo nombre, pues que es cierto de la persona del.

Amistad muy grande han los omes vnos con otros, de manera, que se aman bien assi como si fuessen hermanos, e dexa el vno al otro lo suyo, diziendo assi a sabiendas: Este mi hermano establezco por mi heredero; tal establescimiento como este, dezimos, que deue valer (1), maguer non fuesse su hermano; e

institutio, D. eod. non tamen ex verbis hujus legis videtur sublata illa antiqua quæstio, an talis sapiens, cui ista commissa sunt, poterit addere ad relictum factum à testatore certæ quantitatis, vel rei filio, vel filiæ, jure scilicet institutionis: vel si præcesserat testamentum habens clausulam, non obstante quocumque alio testamento, in quo sunt talia, vel quæcumque verba derogatoria. Neque etiam aperitur hic, an possit talis sapiens addere in relicto facto spurio hæc verba, scilicet, cùm capere poterit, vel pro alimentis; nam quoad primum Jacobus de Arenas tenuit, quòd sapiens possit; Bart. verò in dict. l. *illa institutio*, post multa fundamenta hinc inde adducta, tenet contrarium post Richardum Malumb. qui hanc quæstionem disputavit, cujus verba refert Alberic. latè in dict. authent. *novissima*, col. 2. 3. et 4. *C. de inoffic. testam.* et pro opinione Bartoli aliquatenus facere videtur hæc lex Partitarum, cùm expressè disposuit, quod hæres debet institui, et nominari à testatore. Joan. Andr. *in additionib. ad Speculatorem*, tit. *de instrument. edit.* §. *postremo*, *alias incipit*, *instrumentum*, col. 5. super verbo, *quid si à contrahentibus*, in addit. incipient. *institutio*, tenet quod illa opinio, quod possit facere hoc sapiens, servatur de facto; quia secundùm eum, illud non est addere, sed declarare; et dicit, quod ista opinio habet æquitatem: et in hanc opinionem, ut æquam inclinat Joannes de Imol. in dict. l. *illa institutio*, col. 4. et 5. dicens, idem ibi velle Bald. et ibi respondet ad ea, quæ adducuntur pro opinione Jacob. de Aren. per Bartol. Fatetur tamen, articulum esse dubium valde, propter auctoritatem tantorum Doctor. et etiam propter perplexitatem rationum, quæ hinc inde adducuntur. Et ista opinio mihi placet; et ad istam legem Partitarum potest responderi, ut respondet Imola ad l. *jubemus*, *C. de testam.* quod loquitur in institutione universali, quæ debet exprimi per testatorem; nos verò loquimur in institutione particulari, quæ habetur loco legati, præterquam quoad querellam alio universaliter instituto, ut in l. *quotiens*, D. *de hæredib. instituend.* et notat Gloss. in l. *si quis priore*, D. *ad Trebell.* et ideo non est absonum, quod arbitrio sapientis committi possit, quod talem titulum declaret, argumento l. D. *de legat.* 2. sicut et si testator reliquisset omnia bona sua Titio, posset sapiens addere illa verba, scilicet, jure institutionis, l. *his verbis*, et ibi Gloss. et Bart. D. *de heredib. instituendis*, Gloss. in authent. *de hæred. et Falcid.* §. *si verò nulla*, collat. 1. et cum ista opinio faveat testamento, in dubio illa est tenenda, l. *si pars*, in princ. D. *de inoffic. testam.* cap. fin. *de re judic.* Et idem crederem dicendum de clausula derogatoria; cùm hæc sit testatoris intentio, ut omnia illa ponantur, ex cujus defectu voluntas ejus possit invalidari: et in istam opinionem inclinat Joan. de Imol. in dict. l. *illa institutio*, col. 6. in princ. licèt Bart. ibi tenuit contrarium; quod dicit esse magis clarum, si clausula de consilio sapientis ordinaretur, sicut Glossa ibi dicit, scilicet, volo te scribere, prout dixerit talis sapiens, ut ea quæ testamento reliqui magis valeant: et quod etiam possit addere sapiens in relicto facto spurio, pro alimentis, vel cùm capax fuerit, tenet Joannes de Imola in dict. l. *illa institutio*, col. 5. et satis placet cùm tendat ad robur relicti, qua de causa jussit consulere sapientem: et conferunt ad prædicta notabilia verba Bald. in l. *captatorias*, 5. *opposit.* *C. de testam. milit.* cùm dicit, quòd aut id, quòd addit sapiens, fuit omnino à testatore omissum; et non potest sapiens facere, quia de nullo non potest facere aliquid; aut est conclusum sub expresso, et potest, quia non est novam rem facere, sed inclusam detegere, l. *adeo*, §. *cum quis*, D. *de acquir. rer. dominio*: unde secundum eum, si omninò constat, quòd testator voluit legata deberi, poterit sapiens declarare clausulam codicillarem; nesciunt enim rudes aptum proferre sermonem, l. fin. *C. de testam.* et ideo indigent ope interpretum sapientum. Reliqua circa istam materiam vide per Bartol. et Doct. in dict. l. *illa institutio*, et aliquid per Abb. in cap. *clericus*, *de jurejur.* et per Jason. in l. 1. §. *si quis ita*, col. 1. D. *de verbor. obligationib.* et vide alias remissiones per Alexand. in l. *ex ea parte*, et in l. *quidquid astringendæ*, D. *de verbor. obligat.* et quod notat Bart. in l. *impuberem*, §. *eadem*, D. *ad leg. Cornel. de fals.* Joan. de Plat. in l. *quicumque*, la 1. *C. de omni agro deser.* lib. 11.

LEX XXII.

Si testator in persona hæredis, vel legatarii erret, credens unum esse alium, vitiatur institutio, vel legatum. Hoc dicit.

(1) *Cuydaua establescer.* Adde l. *quotiens* D. eod. ubi Glossa tradit illud de Jacob. et Esau: et ibi Bald. et Joan. de Imol. et adde ad istam legem l. *si pater*, et l. *nec apud*, *C. de hæredib. instituend.* et l. *eam quam*, *C. de fideicom.* et Ludovic. Rom. consil. 327. in fin. *istæ sunt rationes*, etc.

LEX XIII.

Non vitiatur institutio, si testator amicum sub fratris appellatione instituat, nec nocet error nominis, vel cognominis, cùm de persona constat instituti. Hoc dicit. Habuit ortum à l. *si in nomine*, *C. de testam.* et concordat D. *de bonor. possess. secund. tabul.* l. 1. §. *sed.*

(1) *Que deue valer.* Concordat cum l. *nemo*, §. *qui frater*, D. eod.

non deue ser contado por yerro, aquella palabra que dixo, hermano: porque deue ome sospechar, que se lo dixo por razon del gran amor (2) que auia con el, pues quel dexaua todo lo suyo. Otrosi dezimos, que seyendo cierto el fazedor del testamento, qual es aquel que establesce por su heredero, o a quien manda algo en el testamento, maguer errasse en el nome (3), o el sobrenome del, valdria lo que assi ordenasse, o mandasse. Ca por tal yerro como este (4) non se tuelle la verdad, pues que cierto es de la persona de aquel, a quien faze la manda, o dexa por su heredero.

LEY XIV.

Si alguno fuesse establescido por heredero de alguna partida de los bienes del testador, e non dexa otro heredero en lo al, como lo puede heredar todo.

En vna cosa señalada, assi como en viña, o en otra cosa qualquier, establesciendo vn ome a otro por su heredero; si en este mismo testamento, o en otro (1) que fiziesse despues el testador, non fallassen, que el ouiesse otro (2) establescido por su heredero; este atal deue auer todos los bienes (3) del testador, maguer fuesse estables-

(2) *Gran amor.* Si ista affectio non esset, in dubio præsumendum esset, quòd testator erravit, credens eum fratrem, prout dicit glossa notabilis in dict. §. *qui frater*, præsumitur enim quis credere, id quod loquitur, ut tradit Joan. de Imol. et probatur in l. *Labeo*, D. *de supellect. legat.* si tamen probaretur, quòd testator benè sciebat illum non esse fratrem, tunc licèt cessaret amicitia, vel alia affectio, non vitiaretur institutio, ex quo testator non erravit; quod satis hic, et in dict. §. *si frater*, probatur; et tenet ibi Joan. de Imol. qui dicit, hanc scientiam testatoris probari per publicam vocem, et famam viciniæ, quòd illæ non erat frater; quia tunc testator præsumitur scire, per id quod notat Gloss. in l. *si tutor*, *C. de pericul. tutor.* et per Bart. in l. *is potest*, D. *de acquir. hæred.* licèt fama aliquando à veritate discordat, ut tradit Felin. in cap. *si diligenti*, *de præscript.* col. 3. et adde ad dictum Imol. quod tradit Joan. de Plat. in l. 2. *C. de fund. et saltib. rei domin.* lib. 11. et in l. *super servis*, *C. qui milit. non poss.* lib. 12. et in l. 1. *C.* de eod. lib. Bald. in l. *quicumque*, column. penult. *C. de servis fugit.* Decius consil. 154. *casus de quo quæritur*, et cons. 327. ad fin. et Alexand. cons. 65. vol. 3.

(3) *Errasse en el nome.* Adde l. *si in nomine*, *C. de testam.* et *Instit. de legat.* §. *si quidem in nomine*, et quid si testator apponeret nomen proprium, et nomen officii, et in altero eorum erraret? Vide textum notabilem in l. *qui habebat*, D. *de reb. dub.* et quid si esset erratum in nomine patris ejus, qui instituitur? Vide l. *his verbis*, §. fin. D. eod. et quæ tradit Aug. Aret. in suo tractatu *maleficiorum*, in parte *Cajum Sempronii*, col. penult. et per Bart. in l. *demonstratio falsa*, D. *de condit. et demonstrat.*

(4) *Como este.* De errore regionis, et provinciæ, vide l. *his verbis*, §. fin. D. eod. et l. *patronus*, §. *libertis*, D. *de legat.* 3. et in cap. *significante*, *de rescript.* ubi vide latè per Felin. et quid si erretur in nomine appellativo? Vide l. *quotiens* in princ. ubi Angel. et Joan. de Imol. D. *de hæred. instituend.* et l. *si quis in fundi vocabulo*, D. *de legat.* 1.

LEX XIV.

Unus solus in certa re institutus, alio non instituto, habebit totam hæreditatem: et si sunt duo instituti, unus in una, alius in alia re, succedunt æqualiter; et habebit præcipuam quilibet rem, qua fuit institutus. Si verò sunt tres; unus in una re, alii duo conjunctim in alia, dividitur inter eos hæreditas, ut unus habeat medietatem, et duo conjuncti aliam medietatem; nisi dicatur, quod succedant omnes æqualiter, et ea res, in qua quilibet est institutus, sit sibi præcipua. Si autem unus in una re, alius sine re sit institutus, tunc institutus sine re erit hæres, alius verò habebit rem illam, tanquam legatarius. Hoc dicit.

(1) *O en otro.* Tunc enim per posterius testamentum rumpitur primum, ut supra tit. 1. l. 21.

(2) *Otro.* Tunc enim procederet, quod habetur in l. *quotiens*, *C.* eod. et infrà ista l. quando unus est institutus in re certa, et alius est universaliter institutus in tota, vel in quota hæreditatis, quia institutus in re certa, alio adeunte, habetur loco legatarii: et hinc est, quod si quis reciperet emphyteusim pro se, et hæredibus suis, quod appellatione heredis veniet hæres universalis, non verò institutus in re certa dato alio cohærede, secundum Baldum in l. *quædam*, §. *nihil*, D. *de edendo*, ubi ad hoc allegat notata per Specul. tit. *de testam.* §. 1. vers. final. Bald. etiam in l. *liberti*, col. 7. *C. de oper. libert.* et Angel. in l. *Gallus*, §. *etiam si parente*, D. *de liber. et posthum.* Salicet. in l. 2. 20. quæst. *C. de jure emphyteos.* et saltim hoc procedit secundum Angel. consil. 191. *ex forma*, *et serie*, ubi esset dictum in emphyteusi de hæredibus universalibus; Joan. de Imol. in cap. *potuit*, *de locato*, vers. *septimò tangit.* Si tamen tractarent de successione feudi, forté aliud esset dicendum; cùm in materia feudali verbum *hæredibus* intelligatur de filiis masculis: et licèt requiratur, quod filius sit hæres, ut in cap. 1. *an agnatus, vel filius*, tamen institutus in re certa concurreret in feudo cum alio fratre universaliter instituto; et ita tenet Bald. in cap. 1. in princ. col. fin. vers. *quæro utrum filius institutus in re certa, etc. de succession. feud.* Dicit etiam Bald. in dict. l. *liberti*, col. 8. in fin. quod in hoc distinguitur inter contractus, et ultimas voluntates, nam in contractu, si quis recipit emphyteusim pro se et suis hæredibus, procedunt prædicta; ut sicut non obligatur institutus in re certa ad pensionem, sic nec activè, nec passivè descendit in eum jus emphyteuticum; in ultimis vero voluntatibus latè intelligitur, etiam de filio in re certa instituto, ut fiat divisio viriliter: de quo etiam vide per Specul. ubi suprà, nam ab illo habuit Bald. hanc distinctionem: et ibi etiam vide, quid si emphyteusis sit concessa per contractum ab ecclesia: et vide etiam per Joannem de Imol. in l. *ex facto*, D. *de hæredib. instit.* Nota tamen, quod si hæres universaliter institutus repudiaret, ejus portio accresceret instituto in re certa; imò etsi institutus in re certa decederet ante aditionem hæredis universalis, transmitteret jus accrescendi ad hæredem suum, ut tradit Alexand. consil. 55. vol. 3. *habita super narratis in themate*; intellige tamen, si decederet post agnitionem illius institutionis in re certa, ut vult idem Alexand. et notat Bart. in l. *ex facto*, la 2. D. *de hæredib. instituend.*

(3) *Todos los bienes.* Concordat cum l. 1. §. *si ex fundo*, D. eod. et l. *quotiens*, §. *si duo*, eòd. tit. ubi Bartolus hoc limitat, et intelligit, nisi testator prohibuisset institutum in re certa, ne quid amplius caperet de bonis suis, nam tunc vitiatur institutio secundum eum: et si non est alius, cujus favore appareat testatorem hoc prohibuisse, hæreditas ejus applicabitur venientibus ab intestato, quorum favore censetur testator hoc fecisse, ut latiùs ibi adducit Bartolus. Dynus tamen tenet contrarium, imò, quod non obstante prohibitione testatoris, institutus in re certa succedat in totum. Fuerunt etiam in hoc opiniones aliæ, quas latè ibi adducit Joan. de Imol. tam in *lectura*, quàm

in *repetitione* dict. §. *si ex fundo*, ubi per sex columnas prosequitur hunc articulum, et tandem residet in opinione Dyni: et ibi latè respondet ad fundamenta Bart. et aliorum; ibi poteris videre, neque expedit hic transplantare; et cum ista opinione Joan. de Imol. transit etiam Alexand. in l. *quotiens*, *C.* eod. ad fin. et certè iste articulus est multùm dubius, et in contingentia facti, ego vidi in hoc magnam controversiam in casu arduissimo. Mihi multùm placet opinio Dyni cum limitatione, quæ ad eam colligitur ex verbis Saliceti in dict. l. *quotiens*, 6. et 7. quæst. scilicet, ut talis institutus non obstante prohibitione habeat totam hæreditatem, sed teneatur restituere venientibus ab intestato, quorum favore verba ista prohibitionis intelliguntur prolata et loco quartæ Trebellianicæ retinebit sibi illam rem, in qua fuit particulariter institutus: et licèt Jan. de Imol. in repetit. dict. §. *si ex fundo*, antepenult. col. reprobet istam limitationem Saliceti ad opinionem Dyni, dicens, quod licèt opinio Saliceti prima facie videatur æqua et colorata; quæ tamen videtur esse contra casum in l. *si ita quis hæres institutus fuerit*, *excepto fundo*, D. eod. nam secundum opinionem Saliceti in casu dictæ l. deberet institutus in re certa habere totum, sed tenebitur restituere fundum venientibus ab intestato; cujus contrarium videtur probari in dicta lege juncta glossa, nam ibi dicitur, quod in dicto casu perinde est, ac si sine exceptione fuisset institutus; et si ita esset institutus, clarum est, quod haberet totum in efectu, et nihil restitueret; ergo eo modo, secundum Imol. ex mente dictæ legis in casu Saliceti nihil restituet: pro quo etiam secundum eum facit, quia tacitum, et expressum æquiparantur, l. *cum quid*, cum similib. D. *si certum petat.* Sicut ergo, quando prohibetur tacitè plus petere, quod est, quando est institutus in re certa, habet totum non dato cohærede, sic debet esse secundum eum, quando prohibetur expressè, ne plus petat: neque obstare dicit prædictis l. *peto*, in princ. D. *de legat.* 2. quam pro se allegat Salicet. quia dicit Imol. quòd illud procedit, quando præcedit institutio super toto, et postea jubetur quis esse contentus certa re pro sua legitima portione, quia tunc non est aliquid, quod repugnet; casus verò nostræ quæstionis est, quando à principio non est super toto testatus, sed super certa re, vel parte, adjiciendo dictam prohibitionem contra formam juris, volentis, ne quis decedat pro parte testatus, et pro parte intestatus, contra l. *jus nostrum*, D. *de regul. jur.* et ideo tunc rejicitur illa exceptio, vel prohibitio, et habetur perinde ac si esset simpliciter institutus, per dict. l. *si ita quis*, et per dict. §. *si ex fundo*: et pro ista ratione adducit etiam, quod voluit Salicet. in dict. l. *quotiens*, 8. quæst. ubi dicit, quòd si instituo Titium in semisse, et Sejum in alio semisse, et gravo Sejum, ut pro sua portione sit contentus habere certam rem, quòd isto casu uterque erit hæres universalis pro dimidia, sed cogetur Sejus restituere partem suam cohæredi, per dict. l. *peto*, *de legat.* 2. in princ. neque obstat secundum eum l. *quotiens*, *junct. gloss. C.* eod. quia loquitur, quando à principio jussi sunt aliqui hæredes contenti esse pro certis rebus, nequè præcedit aliqua institutio de eis; hic verò secùs: et sic patet secundum Imol. aliud esse, quando à principio præcedit dispositio super toto; aliud quando à principio institutio fit in re certa. Ego verò adhuc resideo in opinione et limitatione Saliceti, cùm dubium non sit, quin ex conjecturis verisimilibus inducatur fideicommissum ex conjecturata mente testatoris, et quomodocumque constet de ejus voluntate, inducitur fideicommissum, l. *cum proponebatur*, D. *de legat.* 2. l. *unum ex familia*, §. final. et ibi Bartolus, eod. tit. et in fideicommissis prædominatur mens, et voluntas testatoris, l. *in conditionibus*, D. *de condict. et demonstrat.* l. *ex facto proponebatur*, D. *de hæredib. instituend.* quid ergo aliud potest conjecturari de mente testatoris, cùm prohibuit institutum in re certa plus accipere, nisi quòd hoc fuit favore venientium ab intestato, quando non esset alius, cujus favore hoc fecisset? Ut in dict l. *peto*, in princ. et quomodo tolerandum est, attenta opinione Imolæ, ut contra expressam prohibitionem testatoris, et contra ejus voluntatem, institutus succedat in omnibus bonis, cùm possit capi alius modus, quo neque leges prohibentes, quem pro parte testatum, et pro parte intestatum decedere, offendantur, neque etiam contra voluntatem testatoris eatur? Facit ad hoc, quod notat Abb. in cap. 2. *de testam.* vers. *sed est dubium*, ubi tunc demum concludit, in foro animæ dispositionem dicti §. *si ex fundo*, et aliorum disponentium institutum in re certa succedere in totum, locum habere, quando non dolosè testator fuisset inductus ad instituendum in re certa aliquem, cùm sibi fuisset persuassum, ex hoc institutum non habere regressum ad alia bona; et sic contra voluntatem testatoris non esset tutus in foro animæ hæres, qui habet contrariam voluntatem defuncti. Cum igitur huic parti faveat opinio Saliceti, licèt articulus sit dubius, tenenda est opinio, quæ favet animæ, cap. *juvenis*, *de sponsalib.* neque huic opinioni refragatur l. *si ita quis institutus fuerit hæres*, *excepto fundo*, juncta glos. D. eod. prout inducit Imol. quia etiam fatetur idem Salic. quòd totum habebit hæres institutus in re certa, sed restituere tenetur, quod ita habet contra defuncti voluntatem, et contra ejus expressam prohibitionem, si non restitueret: et longè interest, an quis fuerit institutus in re certa sine prohibitione, quòd plus non petat, ubi ex mente testatoris capere totum videtur, cùm præsumat testator illud voluisse, quod lex vult, ut notat Bald. in l. *precibus*, penult. chart. *C. de impuber. et aliis substit.* argument. l. *si duo*, D. *de acquirenda hæredit.* vel quòd quis instituatur in re certa, cum prohibitione, quòd plus petere non possit; ubi licèt videatur ex dispositione legis velle, quòd totum accipiat, teneatur tamen restituere residuum illi, cujus favore prohibuit. Neque satisfacit responsio assignata per Imol. ad dictam l. *peto*, in princ. quia ejus responsio est diversificare casus, non autem reddere rationem diversitatis inter eos; neque enim est ratio diversitatis inter unum casum et alium, quia cùm institutus in re certa habere debeat totum, perinde est, ac si esset institutus in totum, et prohibitio plus habendi, et quòd certa re contentus sit, idem debet operari in utroque casu. Et dictum Saliceti, quod Imol. adducit pro ratione sua, est in casu multùm differenti, ut poteris videre per eum: loquitur enim, ubi erat datus alius cohæres, non in certa re, sed in dimidia universaliter institutus, qui in totum residuum excluserat institutum in re certa, ut tantùm haberetur loco legatarii: et ideo ponit, quòd alius non fuit institutus in re certa, sed simpliciter in dimidia, hoc acto, ut pro sua portione tali re contentus esset: facit ad prædicta, quod notat Bartol. in l. *paterfamilias*, D. eod. ad fin. vers. *sed tunc quæro, etc.* alias limitationes, et multa notabilia dicta in materia, vide per Joan. de Imol. in dict. §. *si ex fundo*, in *lectura*, et in *repetitione*, et per Doctor. in dict. l. *quotiens.* Limita etiam istam legem, quando verba institutionis in re certa sunt relata ad institutum; secùs si ad alium, quia tunc trahitur ad fideicommissum, ut in l. *pater filium*, §. fin. et ibi Bart. D. *de legat.* 3. circa quas limitationes quærit Bald. in l. *omnimodo*, in princip. *C. de inoffic. testam.* vers. *tertio quæro*, *etc.* quid si filius fuit institutus in re certa, et postea fuit institutus extraneus hæres universalis in eodem testamento, et postea in codicillis ademit filio, quod in testamento reliquerat, an filius possit dicere testamentum nullum? Et concludit, quòd non; quia tunc filius non habetur loco legatarii, licèt secùs esset, si non fuisset institutus filius, sed alius extraneus: quod dicit diligenter notandum. Sed quid si substitutio compendiosa fiat in re certa, an trahatur ad universam hæreditatem? Vide per Bart. in l. *Centurio*, column. 12. vers. *quæro ulterius*, *quid si substitutio compendiosa*, cum vers. sequenti, D. *de vulgari*, *et pupillari*, Bald. in l. *precibus*, col. final. vers. *item quæritur*, *C. de impuber. et aliis substitut.* Paulus de Cast. in l. *apud Julianum*, §. *cum autem alias est*, l. *cogi*, §. *et generaliter*, D. *ad Trebell.* Alexand. consil. 9. col. penult. vol. 1. ubi distinguit, an fuit facta per verba directa vel civilia, vel per verba generalia, seu communia: vide ibi. Adverte etiam, quia ut dicit Bald. in l. *humanitatis*, *C. de impuber. et aliis*, col. 12. vers. *quarto principaliter quæro*, lex ista Partitarum, et dicta l. 1. §. *si ex fundo*, procedunt, ubi institutio in re certa fit per verba aliàs præcisè directa, quæ verba civilia vocantur in l. *verbis civilibus*, et in l. *cohæredis*, §. *cum filiæ*, D. *de vulgar. et pupillar.* ut si esset verbum *instituto*, vel verbum *hæres esto.* Secùs si instituere-

cido en vna cosa señalada tan solamente. Pero las mandas (4) del testamento deuelas cumplir, assi como las fallaren y escritas. E si por auentura, el testador fiziesse despues (5) otro heredero (6), estonce aquel que diximos de suso, que era establescido en la cosa señalada, deue auer esa tan solamente; e todos los otros bienes deuen fincar al otro, que fue despues establescido. Otrosi dezimos, que si dos omes fuessen establescidos por herederos en vn testamento, el vno en vna cosa, e el otro en otra señalada; si el fazedor del testamento non departiesse, nin mandasse dar a otro, los bienes que ouiessen, estos amos los deuen auer todos egualmente (7): e cada vno dellos deue auer ante aquella cosa, en que fue establescido por heredero; pero amos de so vno son tenudos de responder a las debdas del fazedor del testamento. E si por auentura, el testador establesciesse en vna cosa señalada por heredero a vn ome, e a dos ayuntadamente en otra cosa cierta; si non mandasse los otros bienes, deuenlos auer estos herederos, partiendolos entre si en esta manera: la meytad, a aquel que fue establescido por heredero en la vna cosa; e la otra meytad, a los dos (8) que fueron establescidos en la otra; fueras ende, si el fazedor del testamento dixesse (9), que heredassen todos egualmente. Pero cada vno destos deue auer adelantada (10) aquella cosa, en que fue establescido por heredero.

LEY XV.

Como non empesce a aquel que fuesse establescido por heredero, tiempo, nin dia cierto, que sea puesto en el testamento.

A tiempo cierto non puede ningun ome establescer a otro por su heredero: esto seria, como si dixesse: Quiero que fulano sea mio heredero fasta tal dia (1); o si dixesse: Sea fu-

tur per verbum commune, vel obliquum, quia tunc nunquam trahitur ad totum, ut in dict. l. *cogi*, §. *et generaliter*, et ibi Joannes de Imol. et Paulus de Castr. si tamen institutus esset, vel substitutus in una quota hæreditatis, puta sexta, vel quarta, tunc trahitur ad universum, Gloss. Bart. et Doctor. in dict. l. *cohæredis*, §. fin. Angel. et Imol. in dict. §. *si ex fundo.* Adverte etiam, quia et si institutus esset in fundo alieno, procederet ista lex, et dictus §. *si ex fundo*, quia videtur institutus in æstimatione fundi alieni, quæ de hæreditate debetur testatoris, l. *alienus*, D. *ad legem Falcid.* et tenet Bald. singulariter in dict. l. *humanitatis*, col. 12. ad fin. An autem institutus universaliter, qui restituit omne patrimonium hæreditarium vigore transactionis, retenta re certa, habeatur loco legatarii? Vide Glos. in l. *controversia*, D. *de transaction.* in glossa magna post medium. An autem capiens ex stipulatione, si stipulatio successit loco tituli universalis, habeatur loco legatarii? Dic, quòd non; vide Bald. in l. *si arrogator*, 1. lectura, penult. col. D. *de adoption.* et an huic, qui habetur loco legatarii, debeantur fructus à tempore moræ? Vide Paulum de Castr. in l. *si quis bonorum*, D. *de legat.* 1. An autem institutus in parte bonorum, aliis universaliter institutis, habeatur loco legatarii, sicut si in re certa esset institutus? Vide Bart. in l. *si quis servum*, §. fin. vers. *sed quæro aliquis*, D. *de legat.* 2. Nota etiam, quòd omnis ille, qui non habet jus accrescendi inter hæredes, habetur loco legatarii, Bald. in dict. l. *si arrogator*, 3. col. ad fin. D. *de adoption.* Quid autem de eo, cui relinquitur ususfructus omnium bonorum, vel legantur omnes res, an censeatur hæres, vel legatarius? Vide Bart. in l. *multum interest*, D. *de usufruct. legat.* An autem per secundum testamentum, in quo quis animo revocandi primum, instituit aliquem re certa, talis sic institutus habeatur loco legatarii, ut residuum derelinquat apud hæredem in primis tabulis nominatum, vel loco hæredis, ut advocet ad se totum? Vide Paul. de Castr. in l. *si quis priore*, D. *ad Trebell.*

(4) *Pero las mandas.* Vide Bart. in l. *si nemo*, in fin. D. *de testam. tutel.*

(5) *Despues.* In eodem testamento intellige; aliàs secùs, ut dixi: vide l. *si quis priore*, D. *ad Trebell.*

(6) *Otro heredero.* In tota hæreditate, vel in quota hæreditatis, ut in dict. l. *quotiens*, et ibi Bald. et Paul. de Cast. et probatur etiam in §. *hæreditas*, *Instit. de hæredib. instituend.*

(7) *Egualmente.* Adde l. *ex facto*, la 2. D. eod. et l. *si alterius*, eod. tit.

(8) *A los dos.* Adde l. *Titius*, D. eod. et quid si unus institueretur in tertia parte certæ rei, et alius in duabus partibus ejusdem rei? Vide l. *quotiens*, §. *si duo*, D. eod.

(9) *Dixesse.* Ex Azone sumptum est, *C.* eod. in summ. col. 3. qui allegat dictam l. *Titius*, et l. *interdum*, D. eod.

(10) *Adelantada.* Adde dict. l. *ex facto*, la 2. D. eod.

LEX XV.

Hæreditas ad diem, vel ex die certa dari non potest, imò non expectata die, institutus statim est hæres; nisi testator sit miles, et in militia testetur, tunc enim expectatur dies: in incertam autem diem potest quis institui, ut in die mortis; quia etsi certum est, quem mori, est tamen incertum quando. Hoc dicit.

(1) *Fasta tal dia.* Certam, vel incertam intellige, quia licet possit dari à tempore incerto, non autem ad tempus incertum, vel diem incertam; quia postquam quis est hæres, non potest ex dispositione testatoris directo desinere esse hæres, l. *ei qui solvendo*, D. eod. licet per fideicommissum possit desinere esse hæres effectu, l. *ex facto*, D. *ad Trebell.* Unde si quis instituit uxorem, vel alium, donec vixerit institutus, removebitur temporis adjectio, et durabit hæres etiam post mortem; et sic remanebit hæreditas penes hæredem instituti, et ita tenet Bald. in l. *hæreditas ex die*, D. eod. Quid tamen si alius postea instituatur, ut puta, si uxor instituitur, donec vixerit, et post mortem instituitur alius? Fuerunt in hoc opiniones, de quibus per Joann. de Imol. in dict. l. *hæreditas*, col. 6. ubi ipse inclinat in opinionem Martini Sylla. quòd uxor erit hæres perpetuò, detracto tempore apposito in institutione ejus, èt videbitur rogata de restituendo hæreditatem alii post mortem instituto; quod Imola dicit esse menti tenendum, propter similes institutiones, quæ sæpè de facto fiunt per testatores; et attenta ista opinione Martin. Silla. quam sequitur Imola, idem videretur dicendum, etsi institutio fieret ad diem certam, veluti si testator institueret Titium usque ad pascha, et Sempronium post pascha, ut sic intelligatur, quòd Titius sit gravatus de restituendo Sempronio post pascha, per fideicommissum: quod tenuit Baldus in l. *extraneum*, *C.* eod. ut voluntas scilicet defuncti servetur, quæ præ cæteris servanda est, l. 3. *C. de liber. præterit.* Et idem tenet Baldus in l. *miles ita*, in princ. D. *de testam. milit.* Baldus, Angel. et Imol. in l. *filius à patre*, in princ. D. *de liberis et posthum.* Paul. de Castro in l. *certi*, *C. de testam. milit.* et istud etiam voluit Joannes de Imol. in dict. l. *hæreditas*, col. 5. in princ. Bart. tamen in dict. l. *hæreditas*, tenet, quòd imò omne tempus subducatur de me-

lano mio heredero, desde tal tiempo (2) en adelante. Ca maguer assi lo dixesse, aura el heredero luego la herencia en que fue establescido, e non aura por que esperar el tiempo, nin el dia, que fue señalado en el testamento; fueras ende, si el que lo fiziesse, fuesse Cauallero (3), que biuiesse (4) en seruicio de Dios, e del Rey, o de la tierra. Ca estonce deue valer el establescimiento, assi como lo ouiesse ordenado, esperando el heredero el dia, o el tiempo, quel Cauallero ouiesse puesto en esta razon. Pero en dia non cierto (5) bien podria ser alguno establescido por heredero. E esto seria, como si dixesse el testador: Establezco, que sea mio heredero fulano, el dia quel mismo muriere (6). E tal establescimiento como este vale, quier lo faga Cauallero, quier lo faga otri: porque maguer es cierta cosa que deue morir; pero non es cierto el dia, en que acaesce al ome la muerte.

dio in persona utriusque; et quòd sit perindè, ac si quilibet esset purè institutus, per dict. l. *hæreditas*, cui consonat ista lex Partitarum. Et opinionem Bartoli tenet Salicetus in dict. l. *extraneum*, et etiam Alexand. dicens, quòd fundamentum Baldi et sequacium, non videtur procedere; quia talis dispositio testatoris facta per verba directa in testamento, non potest trahi ad fideicommissum, etiam ut deserviatur voluntati testantis, ut latiùs ipse comprobat; vide ibi per eum: qui tamen subdit, se fateri, quòd opinio Baldi est æquior. Mihi magis placet opinio Baldi et sequacium, quæ est magis communis: et ad motiva Alexand. potest responderi, quòd licet reperiatur jure cautum, quòd in persona unius tantum instituti, non possit hæreditas dari ex die certa, vel ad diem certam, vel incertum: non tamen hoc reperitur cautum, quando essent plures instituti, scilicet unus usque ad pascha, et alius post pascha, scilicet, ut post pascha institutus censeatur purè institutus, sicut et primus: licèt enim hoc reperitur cautum in persona primi, non tamen in persona secundi, ut perpendit Decius consil. 278. còl. 1. Cum igitur Sempronius post pascha institutus, cùm sit paganus, non possit esse hæres directò, quia institutio de eo facta non potest valere jure directo, quia videtur fieri post aditam hæreditatem, et postquam Titius fuit hæres, quod non potest esse in pagano, ut in §. final. *Instit. de pupillar. substitut.* et in l. *ei qui solvendo*, D. *de hæredib. instituend.* ex quo ejus institutio ab initio non habet valere jure directo, videtur, quòd valeat, et trahatur ad fideicommissum, juxta notata in l. *verbis civilibus*, D. *de vulgar. et pupillar.* et in l. *precibus*, C. *de impuber. et aliis substitut.* et ista responsio ad fundamenta Alexand. est ex verbis Imol. in dict. l. *hæreditas*, col. 5. Sed quid si testator instituit quem usque ad pascha, vel donec vixerit, et nullo alio instituto prohibuit expressè, quòd sic institutus amplius non esset hæres ad diem, seu tempus? Bart. in dict. l. *hæreditas*, ad fin. tenet vitiari talem institutionem, et nullam esse ratione perplexitatis, sicut et dixit in instituto in re certa, et prohibito amplius habere, in l. *quotiens*, §. *si duo*, D. eod. de quo dixi in l. proxim. in gloss. super verbo *todos los bienes*. Bald. vero, et Salicet. in dict. l. *extraneum*, tenent contra Bartolum, imò quòd institutio valeat, et prohibitio vitietur. Ego verò sentio idem in ista quæstione, sicut et dixi in dict. gloss. in quæstione illa de instituto in re certa, per easdem rationes, quia et ut dicit Alexander in dict. l. *extraneum*, decisio hujus quæstionis pendet ab illa. Quid etiam si in pœnam hæredis scripti testator post tempus alium instituit, veluti si instituit fratrem hæredem, et reliquit uxori usumfructum suorum bonorum, et adjecit, et prohibuit, ne frater molestaret uxorem in ipso usufructu; et quid si aliàs privabat eum hæreditate, et instituebat uxorem, vel alium? Videtur enim, quòd hoc possit fieri per l. 1. *C. de his, quæ pœnæ nomin.* de qua quæstione vide per Bartolum in l. *paterfamilias*, D. *de hæredib. instituend.* et ibi per Joannem de Imola notabiliter, quem vide, quia est quæstio contingibilis: ubi etiam vide, quòd si testator in tali casu nullum instituit, cui applicabitur hæreditas: et ibi ad finem vide per Joannem de Imola, an hæres institutus, qui propter talem molestationem restituit hæreditatem, possit detrahere quartam trebellianicam? Qui vult, licèt sub dubio fortè, quòd possit detrahere istam quartam, argumento l. 1. §. *item si ita*, D. *ad legem Falcid.*

(2) *Desde tal tiempo.* Certo intellige, nam ex die incerta benè potest dari hæreditas, sicut potest dari sub conditione, quia dies incertus pro conditione habetur, l. *dies incertus*, D. *de condition. et demonstrat.* tunc enim cùm conditio trahatur retrò, ipsa eveniente, ut in l. *quod dicitur*, D. *de testam. milit.* censetur semper testatorem decessisse testatum, vel si conditio deficiat, intestatum; et sic non resultat inconveniens, ne quis dicatur pro parte testatus, et pro parte intestatus: quod non est in die certa, quia illa non trahitur retrò: l. *limites ita*, §. *et quod diximus*, juncta l. seq. D. *de testam. milit.* et ista est una ratio differentiæ, aliam posuit Jacobus de Aret. in dict. l. *hæreditas*; vide ibi Bart. et Joann. de Imola.

(3) *Cauallero.* Miles namque potest pro parte temporis decedere intestatus, et pro parte testatus, l. *miles ita*, §. *quod ita diximus*, D. *de testam. milit.* idem posset fieri per statutum, Bart. in l. fin. D. *ad Tertyl.*

(4) *Que biuiesse.* Vide quæ dixi in l. 49. titul. 5. *Partit.* 5.

(5) *En dia non cierto.* Si est incertus, an, et quando, de plano procedit, l. *dies incertus*, D. *de condition. et demonstrat.* et dixi suprà; et idem de certo an, sed incerto quando, ut dies mortis alicujus tertii, l. *extraneum*, C. eod. secundum unum intellectum.

(6) *El dia que el mismo muriere.* Ex præcedentibus patet, quòd intelligatur, quando scilicèt ipse hæres institutus morietur; qui fuit unus intellectus, qui datur ad l. *extraneum*, C. eod. ubi Glossa, et Doctores communiter hoc intelligunt, quòd isto casu valet institutio, perinde ac si purè esset institutus sublato vitio temporis, quia certum est, quòd ipse institutus morietur: et sic ex die certa videtur institutus, et quia certum est illam conditionem eventuram vivo hærede, eo quòd vivens moritur, l. *qui duos*, §. 1. D. *de manumis. testam.* et secundum hoc in effectu nulla est diversitas inter istum casum, et præcedentem suprà eadem lege positum, quando quis instituitur ad diem certam: et dicit Salicet. in dict. l. *extraneum*, quòd talis institutio sit frustratoria, et vitiosa, quia dum hæres vult adire, non potest, quia conditio nondum venit; neque etiam post ejus mortem adire potest, impossibilitate facti obstante; neque etiam poterit adire ejus hæres, quia hæreditas non adita non transmittitur, l. unic. §. *sin autem*, C. *de caducis tollendis*, l. 1. *C. de his qui ante apertas tabul.* et sic obstat impossibilitas juris; ut tamen hìc vides in ista lege apertè disponitur valere talem institutionem, et adversari his quæ dicta sunt in principio legis, dum dicit: *pero en dia no cierto*, dictio enim ista *pero*, quæ latinè dicitur *sed*, vel *si autem*, adversatur tam in jure, quàm in facto, l. 2. D. *si quis in jus vocat. non ierit*, Bartolus post Gloss. in l. *qui usumfructum*, D. *de verbor. obligat.* et in l. *prætoriæ*, §. 1. D. *de prætor. stipulat.* Gloss. et Bart. in l. *hoc amplius*, §. 1. D. *de damno infect.* Dicendum est ergo hanc institutionem valere, ut conditionalem; et quòd talis dies mortis, incertus, quando, licèt certus, an, etiam in isto casu faciat conditionem, et suspendatur institutio in eventum conditionis, cùm hæres incipiat mori, seu erit in articulo mortis: et hoc idem voluit Azo. relatus per Gloss. in dict. l. *extraneum*, et tenere videtur, *C.* eod. summa, col. 3. et cum Azo. tenuit Oldrad. ut refert Alberic. in dict. l. *extraneum*: et operabitur talis institutio, ut si institutus adivit hæreditatem in tali articulo, eam transmittat ad hæredes, vel saltim si non adivit, transmittet jus deliberandi,

LEY XVI.

En quantas partes puede partir el fazedor del testamento su heredad entre los herederos.

Partir puede el fazedor del testamento su heredad en tantas partes, quantas quisiere. Pero comunalmente touieron los Sabios antiguos, que deue ser departida en cuenta de doze onças (1), que cada vna dellas ha su nome departido en latin. La primera della es llamada, sexcuns; que quiere tanto dezir, como onça, e media. E la segunda llaman, sextans; que es tanto como dos onças. E la tercera, quadrans; en que ha tres onças. E a la quarta, triens; que es por quatro onças. E la quindizen, quincuns; que es tanto como cinco onças. E a la sesta, semis; que es seys onças. E a la septima, septuns; en que ha siete onças. E a la octaua llaman, bes; que es tanto como ocho onças. E a la nouena, dodrans; en que ha nueue onças. E a la dezima, dextans; que es tanto como diez onças. E a la onzena deuns; que es por onze onças. E la doze llaman, as; en que se comprenden todas doze. Otros dos nomes y ha, en que se encierran todas estas doze partes sobredichas, assi como lo faze en la postrimera dellas, a que dizen, as; e llaman a la vna dellas pondus, e la otra libra.

LEY XVII.

Como deue ser partida la heredad entre los herederos, quando son muchos.

Tres, o quatro omes establesciendo el testador por sus herederos ayuntadamente, non diziendo quanta parte de la herencia da a cada vno, dezimos, que seran herederos todos egualmente (1). Mas si su entencion del testador fuesse atal, que quisiesse dar mas a los vnos que a los otros, estonce deue señalar, en quanta parte establesce a cada vno dellos. E si lo fiziere assi, cada vno dellos se deue tener por pagado, con aquella parte que señalo; e non deue mas demandar, nin auer. E si acaesciesse, que establesciesse a omes ciertos por herederos, en partes ciertas a cada vno; e demas dellas dixesse, que establescie a otro heredero, non le señalando cierta parte; estonce cada vno dellos heredara aquella parte que le señalo. E el otro, quier sea vno, o mas, a quien non señalo parte, heredara todo lo que fincare (2) demas de la heredad, e de las mandas, e de las debdas. Otrosi dezimos (3), que si algun ome establesciesse en su testamento a quatro homes por herederos, en esta manera; mandando a vno la meytad de la heredad, e al otro la otra meytad; e a los otros dos non les señalasse parte ninguna. En tal caso como este, aquellos a quien establescio por herederos en partes ciertas, heredaran la meytad, e non mas, e partirla han entre si

ex quo scivit sibi delatam, juxta l. *cum antiquioribus*, *C. de jur. deliber.* et poterit tali modo ista institutione uti, quando testator timeret dilapidationem hæredis in vita, et velit in hoc cautum esse hæredibus, seu descendentibus instituti: et idem quod ista lex, tenet Gloss. in §. *hæres*, *Instit.* eod. ubi per Joann. Fab.

LEX XVI.

Potest testator in quot partes voluerit dividere hæræditatem suam; sed communiter dividitur in duodecim, quarum prima vocatur sexcaux; secunda sextans; tertia quadrans; quarta triens; quinta quincunx; sexta semis; septima septunx; octava bes; nona dodrans; decima dextans; undecima deunx; duodecima as, et clauduntur omnes istæ sub nomine pondus, vel libra. Hoc dicit. Habuit ortum à §. *hæreditas*, *Inst. de hæredib. instituend.* et à l. *servum*, §. *hæreditas*, D. eod. titul.

(1) *De doze onças.* Adverte tamen, quòd quædam sunt nomina numeralia; ut duæ partes, vel tres partes, etc. et tunc in dubio intelliguntur duæ, vel tres partes de duodecim, ut hic, et in l. *interdum*, §. 1. D. *de hæredibus instituendis*, et l. *cum quæstio*, *C. de legat.* et §. *hæreditas*, *Inst. de hæred. instituend.* nisi aliter appareat de disponentis voluntate. Quædam sunt nomina quotæ, ut tertia, quarta, vel decima, et tunc debet intelligi de tertia, vel quarta, vel decima totius hæreditatis, scilicet, cùm dicit tertia, ut fiant tres partes totius hæreditatis, et sic de aliis, dict. l. *interdum*, §. fin. et notat Bart. in l. *codicillis*, §. *qui Sempronium*, D. *de usufruct. legat.* si quis ergo peteret duas partes hæreditatis vel fundi, non aliter declarando, intelligitur, quòd petit duas partes de duodecim, ut notat Bartol. in l. *interdum*, §. 1. D. eod. et ibi etiam Joannes de Imol. et idem est in hoc dicendum in aliis, quòd in hæreditatibus, per dict. l. *cum quæstio*, *C. de legat.* si tamen peteret partem simpliciter, non dicendo unam, vel duas, intelligeretur petere dimidiam totius, l. *nomen filiarum*, §. *partitionis*, D. *de verbor. signific.* aliter tamen dicit Angelus in §. *hæreditas*, *Inst.* eod. sed quod dixi, est verius.

LEX XVII.

Quilibet hæredum habet tantam partem, quantam sibi testator declaravit, sed si plures sunt conjuncti instituti succedunt æqualiter. Sed si primum in tota, secundum in remanenti parte, primus habebit totam hæreditatem, et secundus nihil, cùm pars aliqua non sit remanens. Si verò quidam in certis partibus, et unus sine partibus hæredes instituantur, demptis partibus assignatis, habebit residuum institutus sine parte. Si autem unum in dimidia, et alium in dimidia, et alios duos instituat sine partibus; primi duo habebunt dimidiam, alii aliam dimidiam, sive in principio, vel in medio, aut in fine testamenti instituantur. Item tribus institutis in tribus partibus hæreditatis æqualiter, si de quarta parte non est dispositum; divident sibi quartam illam æqualiter. Si tamen inæqualiter sunt instituti, divident quartam pro partibus hæreditariis. Hoc dicit.

(1) *Egualmente.* Adde l. *quotiens*, §. *hæredes*, D. eod. et *Instit.* eod. §. *et si plures*, et sic indeterminata dispositio relata ad plura extrema, simpliciter ipsa et æqualiter respicit.

(2) *Todo lo que fincare.* Adde l. *item*, *quod Sabinus*, in princ. D. eod. et *Inst.* eod. §. *sed si plures*.

(3) *Dezimos.* Adde §. *et si plures*, *Inst.* eod.

egualmente. E los otros dos, a quien non señalo parte, heredaran la otra meytad de todos los bienes del testador, e partirla han entre si egualmente; quier sean escritos assi por herederos, en el comienço, o en medio, o en la fin del testamento. E aun dezimos (4), que si el testador partiesse su heredad en quatro partes, de manera que establesciesse en las tres partes herederos egualmente, non dando al vno mayor parte que a los otros; si non fiziesse mencion de la quarta parte que remanesciesse, deuenla partir entre si essos mesmos, a quien establescio por herederos en las tres partes; tomando cada vno dellos, tanto el vno como el otro. Mas si establesciesse por heredero alguno dellos en mayor parte que a los otros, estonce deuen partir la quarta parte sobredicha, segun la quantia en que fue cada vno establescido por heredero.

LEY XVIII.

Como, el testador que parte sus bienes en cuenta de mas de doze onças, quanta parte deue auer cada vno de los herederos.

En doze onças deue ser partida, e contada, la herencia del testador, assi como de suso diximos. Pero si alguno fiziesse mas partes della, como si establesciesse quatro herederos, a cada vno dellos en quatro onças; estonce dezimos, que deuen aducir (1) la herencia a cuento de doze onças, descontando a cada vno dellos vna onça, assi que ayan todos quatro a tres onças. Ca, bien assi como diximos en la ley ante desta, que quando el testador establesciesse tres herederos en las tres partes de su heredad, si non faze mencion de la quarta, que la deuen estos mismos herederos partir entresi egualmente: tenemos otrosi por bien, que quando acaesciere, que la departe en mas, que mengue a cada vno de los herederos, aquello que fue demas mandado, assi como sobredicho es.

LEY XIX.

Como puede ser partida la heredad del testador en mayor cuento de doze onças.

Pondus en latin, tanto quier dezir en romance, como doze onças, en que deue ser departida la heredad del testador. E otrosi llaman a otra palabra en latin, dipondium; que quier tanto dezir, como veinte, e quatro onças. E a otra dizen tripondium; que es por treinta, e seis onças. En tantas onças como se entienden por estas palabras sobredichas, o en mas, o en menos, puede el testador departir su heredad, si quisiere. E porende dezimos, que quando es manifiesta la voluntad (1) del testador, que su entencion era de partir su heredad en mas partes de doze onças, como si establesciesse a vno por heredero en doze onças, e a otro en seys (2), e non fiziesse mencion de las seys onças que fincauan para cumplir la cuenta del dipondio; que estonce deue auer aquel a quien es establescido por heredero en las doze (3) onças, las dos partes de toda la heredad, e el otro a quien establescio en las seys, deue auer la tercera parte. E esso mismo seria, si primeramente establesciesse por heredero en el testamento al vno en las seys onças, e despues al otro en las doze. E si acaesciesse, que el testador establesciesse tres herederos, diziendo al primero, e al segundo (4), e al tercero, que a cada vno dellos establescia por heredero en toda su heredad; en tal caso como este, deuen partir todos tres toda la heredad entre si egualmente (5). Otrosi dezimos, que dexando el fazedor del testamento vn heredero, diziendo que aquel ouiesse todos sus bienes, si despues

(4) *E aun dezimos.* Adde l. *interdum*, §. 1. D. eodem, et *Instit.* eod. §. *videamus.*

LEX XVIII.

Si quatuor sunt hæredes instituti, quilibet in quatuor uncias, habebit quilibet tres, ne ultra duodecim uncias hæreditas dividatur. Hoc dicit. Concordat l. *item quod Sabinus*, cum l. seq. D. eod. tit. et l. *Julianus*, D. eod. tit.

(1) *Aducir.* Adde l. *interdum*, §. 1. D. eod.

LEX XIX.

Si testator primum in duodecim uncias instituit, secundum in sex uncias, vel è contra, unus habebit duas partes, alius tertiam hæreditatis: et si primum in tota hæreditate, secundum in tota, succedunt æqualiter: sed si unum in tota, alium in partem, quam primus habere nequivit, instituat, et primus non est capax, tunc secundus habebit totam hæreditatem. Hoc dicit.

(1) *La voluntad.* Hoc ideo dicit propter contrarium, quod posset formari de l. *cum quæstio*, *C. de leg.* nam in dubio cùm uni relinquitur totum, alii partem, videtur adimere à primo, quod dat secundo instituto, ut in dict. l. *cum quæstio*; vide distinctionem Azo. *C.* eod. in summa, col. penult. et per Bart. et Imol. in l. *interdum*, §. *denique*, D. eod.

(2) *En seys.* Intellige ita, quòd constet ex conjecturis, quòd intellexit de aliis unciis, et sic videatur, quòd voluit excedere assem, ut supra dixi; vide per Bart. in dict. §. *denique.*

(3) *Las doze.* Hic enim constat, quòd voluit excedere assem, quia totum non potest adimi à parte.

(4) *Segundo.* Adde l. *si quis hæredes*, D. eod. ubi ponitur in fortioribus terminis.

(5) *Egualmente.* Et sic primò nominatus non habet plus juris, quàm secundo, vel tertio loco nominatus, quod inducit Bald. et Ang. in dict. l. *si quis hæredes*, ad quæstionem, ut si primus canonicorum habet primam vocem in eligendo Episcopum, non tamen erit per hoc sua vox potentior aliis vocibus canonicorum; et idem dicit Angel. in antianis civitatis, quorum prima vox est vexilliferi jus-

desto dixesse, que establescia por heredero alguno otro en la parte que fincaua (6), estonce dezimos, que deue auer el primero toda la heredad, e el postrimero non aura ende ninguna cosa. Pero, si este atal que fuesse establescido por heredero en todo, fuesse tal ome, que segun derecho non pudiesse heredar (7) a otro, si el testador establesciesse despues a otro, diziendo assi; quel fazia su heredero en aquella parte quel primero non podria auer; estonce heredara el segundo (8) toda la heredad, e el primero non aura ende nada, quando tal fuesse como sobredicho es.

LEY XX.

Quando el testador dexa por sus herederos los pobres de alguna Cibdad, entre quales dellos deue ser partida la heredad.

Diziendo el testador: Establezco por mis herederos a los pobres de tal Cibdad, o de tal Villa; o: Mando por mi anima, que sean dados todos mis bienes a pobres: porque dubdarian algunos, en quales pobres deuen ser departidos los bienes del que fiziesse su testamento en esta manera, queremoslo departir, e mostrar. E dezimos, que los deuen auer (1),

titiæ. Vide hodie, quod in hoc disponitur per ll. hujus regni.

(6) *Que fincaua.* Adde l. *item quod Sabinus*, in §. 3. vers. *aliter*, D. eod. Nota ergo, quòd appellatione residui, vel reliqui, nihil continetur, si nihil superest; et facit, secundùm Joan. de Imol. ad notata in l. *suus quoque*, D. eod. quòd quando instituitur filius in re, quæ non est in rerum natura, vel in re sacra, vel religiosa, vel in re propria, quòd institutio sit nulla, et filius tanquam præteritus possit dicere testamentum nullum; quod est notabile, secundum Bald. et Angel. in dict. l. *suus quoque*.

(7) *Heredar.* Benè tamen potest institui incapax, in tempus, quo capere possit, l. *in tempus*, D. eod. l. *sicut*, et ibi Gloss. D. *quib. mod. ususfr. amittat.* unde dicit Bald. in l. *si quis instituatur*, D. eod. quòd si instituatur spurius, cum legitimabitur, id est, cùm capax erit, quod tenet institutio, per dict. l. *in tempus*; et quòd videtur, quòd interim, antequam legitimetur, poterit bonorum possessionem agnoscere, tanquam institutus sub conditione, et poterit bona administrare, tanquàm curator; si tamen non legitimetur, tenetur redere rationem de gestis illis, ad quos hæreditas pertinet, secundum Baldum, et Angel. ibidem: et licèt ibi Joan. de Imol. dicat istud menti tenendum; idem tamen in dict. l. *in tempus*, col. 1. dicit, quòd hoc fortè non procedit, quia esset facere fraudem legi, quæ vult, quod spurius non possit se immiscere paternis bonis, l. 1. et 3. *C. de natural. liber.* et sub tali colore non videtur posse se immiscere, neque ut curator, per id quod habetur in simili in cap. *avaritiæ*, *de elect.* lib. 8. imo et plus voluit Bald. in l. *eam quam*, col. 11. *C. de fideicommiss.* vers. *et ex hoc infertur*, quod si pater legat spurio cùm capere potuerit, non valet legatum, ex quo prohibetur testator vitio suo, et non alieno testari circa spurium; allegat in argumentum l. *si minor*, D. *de serv. exportand.* sicut neque potest, secundum eum donare vir uxori irrevocabiliter, etiam dicendo, cùm vidua erit, neque damnato in metallum, dicendo, cùm capere poterit, quia licentia testandi debet inesse testatori tempori testamenti, l. 1. §. *sed si filius*, D. *de legat.* 3. et quia secundum eum, cum nihil possit relinqui spurio, ergo neque spes, quæ aliquid est, ei relinqui poterit: et istud dictum Bald. dicit pulchrum, et singulare Paul. de Castr. in l. 1. col. fin. D. *de regul. Caton.* qui etiam dicit non obstare dictam l. *in tempus*, quia ut ipse ait, loquitur illa lex, quando defectus provenit aliunde, et non à testatore. Sed quidquid sit de jure, ista opinio, quòd spurius possit institui à patre cum legitimabitur, est communis, et eam tenent communiter Doct. in l. *Gallus*, §. *instituens*, D. *de liber. et posthum.* ubi vide Alexand. defendentem hanc opinionem, et respondentem ad fundamenta Baldi, et ibi etiam impugnat dictum Imol. in dict. l. *in tempus*, dicens non multum stringere; ubi etiam respondet ad dictum cap. *avaritiæ*. Mihi tamen multùm probabilis videtur opinio Imol. et obvians fraudibus, pro qua etiam facit, quia ut notat Glossa in parte *coguntur*, in l. *eam quam*, *C. de fideicommiss.* et in l. *cogi*, §. *hi qui solidum*, D. *ad Trebell.* filius spurius, cum sit incapax, in totum non potest institui, etiam si gravetur per fideicommissum, ut restituat hæreditatem alii; etiam si fideicommissarius esset persona, quæ verisimiliter acceptaret, ut et dicit Alexand. in dict. §. *instituens*, col. 2. Nota etiam, quòd si filius esset incestuosus, non potest institui, etiam cum capere poterit, ipse neque ejus filius, licèt legitimus, secundum Bald. per textum ibi in l. *si quis incesti*, *C. de incest. nupt.* et in hoc etiam videtur inclinare Alexand. in dict. §. *instituens*, adde Bald. in cap. *in præsentia*, *de probat.* et procedit illa l. quando est incestuosus, et natus ex matrimonio incestuoso; unde idem esset, si nasceretur ex quolibet matrimonio à jure interdicto, ut dicit Gloss. in dict. l. *si quis incesti*, et adde ad prædicta Corsetum *in singularibus*, in verbo *hæres*: non poterit ergo institui majoria in incestuosum filium, vel ejus filium, etiam sub conditione, si legitimabitur, per supradicta. Dubitari etiam potest circa materiam dictæ l. *in tempus*, an mulier constante matrimonio possit alienare rem dotalem, conferendo alienationem in tempus soluti matrimonii; et Joan. de Imol. vult, quòd non; in repetit. cap. *cum contingat*, col. 14. *de jurejur.* contrarium tamen vult Bald. novell. in tract. *de dote*, charta 28. col. 4. ad fin. Mihi plus placet opinio Imol. cum lex ab ipso initio resistat consilio mulieris alienantis, argum. l. *si minor*, D. *de serv. exportand.* et ut dos sibi conservetur in casu soluti matrimonii, ut iterùm nubere possit; licèt in casu, in quo alienatio fieret in tempus soluti matrimonii per mortem ipsius uxoris, fortè posset procedere opinio Baldi novell. ex quo cessat ista ratio: quod tamen saltem intelligerem, si alienatio esset utilis mulieri, per textum in l. *ita constante*, D. *de jur. dot.* Limita etiam, quod habetur in dict. l. *in tempus*, per l. *inter stipulantem*, §. *sacram.* D. *de verbor. obligat.* et ibi Jas. col. 4. Vide etiam in materia, quod notat Bart. in l. 1. §. *nuntiatio*, D. *de nov. oper. nuntiat.* col. 5. et Bald. in l. 1. *C. de contrah. empt.* et in l. 1. *C. de nundin.*

(8) *El segundo.* Adde l. 2. *C.* eod. et Azo. *C.* eod. in summa, col. penult. in fine.

LEX XX.

Testatore Christi pauperes instituente, aut bona sua eis relinquente, debent ea habere positi in hospitali illius civitatis vel villæ, quam testator nominavit; et intelligitur de his pauperibus, qui exire nequeunt ad mendicandum: sed si nullam designavit civitatem, habebunt bona pauperes hospitalis loci, ubi conditum est testamentum. Hoc dicit.

(1) *Los deuen auer.* De omnibus bonis dicit, tam mobilibus, quàm immobilibus, quæ omnia debent vendi, et pauperibus erogari pretium eorum: non ergo procedit hodiè, quod habetur in l. *si quis ad declinandum*, *C. de Episcop. et Cleric.* ubi dicitur, quod immobilia non debent vendi, sed dari hospitali illius loci, ut ex reditibus pauperes sustententur, quod etiam tenet Bart. Bald. et Paul. de Castr. ibi per textum in authent. *de ecclesiast. titul.* cap. *si quis autem pro redemptione.*

e dar (2), a aquellos que fuessen fallados en aquellos hospitales (3) de aquella Cibdad, o Villa, que el testador mando; e señaladamente a aquellos, que por algunas enfermedades en que yazen, non pueden salir (4) de los hspitales, a pedir de que biuan; assi como contrechos, o los coxos, o los ciegos, o los niños desamparados (5) que crian en ellos, o los muy viejos (6), o los que ouiessen otras enfermedades atales, por que non podiessen andar, nin salir de los hospitales: porque estos lo han mas menester que los otros que pueden andar a pedir onde biuan. E si por auentura, el testador non señalasse los pobres de qual Cibdad, o de qual Villa son, deuen ser departidos entre los pobres de aquel lugar (7) do fiziesse el testamento.

LEY XXI.

Que departimiento ha entre los herederos del fazedor del testamento.

Differencia, e departimiento ha entre los herederos. Ca algunos ha dellos, que son llamados, suyos del testador. E otros y a que dizen, necessarios. E y a otra manera dellos, o que llaman estraños. E suyos son llamados aquellos, que son fijos, o nietos (1), o visnie-

(2) *E dar.* Non aperit, per quem dabuntur: intellige ergo per commissarios testamenti executores, vel si isti non sunt, per Episcopum illius civitatis, vel loci, ut in dict. §. *si quis autem pro redemptione*; et ex hoc videtur commissariis data à testatore potestas alienandi, ut tradit Salicet. in dict. l. *si quis ad declinandam*, vers. *item vides hic*, col. 2.

(3) *En aquellos hospitales.* Non ergo bona, seu bonorum pretium dabitur hospitali pauperiori illius loci, ut dicebat dicta l. *si quis ad declinandam*, neque similiter erit in arbitrio Episcopi, vel executorum testamenti, distribuere illud inter pauperes, quos ipsi vellent, prout et dicebat Bartolus ibi: imò distribui, et erogari debent inter pauperes hospitalium illius loci, ubi testator jussit, et signanter inter debiles, et claudos, ut statim subdit; et in hoc voluit ista lex disponere, secundum quod disponitur in dict. l. *si quis ad declinandam*, in §. *ubi autem*, dico circa modum distributionis.

(4) *Non pueden salir.* Istis fecundior pietas debetur, ut et fecit Dominus infirmo, qui triginta et octo annis fuerat in grabato ante Probaticam piscinam, quem sanavit Dominus cognoscens, quia jam multum tempus haberet, quod exire non poterat ad motum aquæ, ut legitur Joan. cap. 5. v. 5. et ex verbis hujus legis colligi potest, quod erogari possit etiam inter incarceratos etiam pro maleficio, ut et voluit Gloss. in cap. *sacrorum*, 12. quæst. 2. et tenet Bald. in l. *illud*, col. 1. *C. de sacrosanct. eccles.* et in l. *sed et si ideo*, D. *solut. matrim.* licet contrarium voluerit Bald. in authent. *contra rogatus*, *C. ad Trebell.* dicens, carceratos pro maleficio non esse dignos misericordia, quia dignum est, ut male meriti egestate laborent, l. *bona fides*, D. *depositi.*

(5) *Los niños desamparados.* Adde Bart. et Doctor. in l. *quidam cum filium*, D. *de verbor. oblig.*

(6) *Muy viejos.* Decrepiti ergo inter infirmos numerantur, ut hic: nam ut dicit Terentius, ipsa senectus morbus est: adde Abb. in cap. *magnæ*, *de voto*, 5. notab. ubi infert ad statutum disponens de infirmitatis casu, an procedat in senectute, et adde l. 35. tit. 16. *Partit.* 3.

(7) *Non quisiere fazer.* Si tamen vellet, et esset casus, in quo cautio præstari non possit, tunc favore libertatis relictum debetur, et ita potest intelligi l. *libertas*, §. 1. D. *de manumiss. testam.* et secundum opinionem Guilliel. de qua per Bart. in dict. l. *Mutianæ*, illud procedit speciali favore libertatis: idemque esset dicendum in legatis piis, seu institutionibus ad pias causas, cum ut aliàs dixi, privilegia libertatis concessa sint piis causis, ut tradit Bart. in l. 1. *C. de sacrosanct. eccles.* et in l. *si unus*, *C. de testam.* et in l. *proinde*, D. *de his*, *quæ in testam. delent.* et in terminis tenet Socinus in dict. l. *Mutianæ*, 1. notab. In aliis verò casibus extra libertatem, et pias causas, dato, quòd cautio præstari non posset, non consequeretur hæreditatem, seu legatum, et in quantum ista lex dicit: *si non quisiere*, suppleri debet, *idem, et si non potuerit*; si tamen non posset præstari cautio cum fidejussore propter paupertatem, videtur sufficere juratoria cautio, ut in authent. *cui relictum*, *C. de indict. viduit. toll.* et ibi Bald. col. 2. quem vide.

(8) *Non deue auer la herencia.* Si verò accipiat præstita cautione, et postea contraveniat, an auferatur ab eo hæreditas, tanquam ab hærede, an vero quasi numquam fuisset hæres, est magni effectus propter legata; Bart. disputat in dict. l. *Mutianæ*, quæ disputatio parvi, vel nullius effectus est quoad nos, attento jure hujus regni disponente, ut etiam hæreditate non adita legata debeantur, ut in l. 1. tit. 2. lib. 5. *Ordin. Regal.*

LEX VIII.

Si conditio est casualis, non potest sub ea hæredes institutus ante ejus complementum quærere hæreditatem; sed conditio, quæ sit certa, ut *si moriatur*, non suspendit hæreditatis acquisitionem. Hoc dicit.

(1) *De ser cumplida.* Adde l. *is qui hæres*, D. *de acquir. hæred.* et quid si sit conditio, cujus eventus, vel defectus nihil operatur, vide l. *qui fundum*, §. *si tu ex parte*, D. *ad leg. Falcid.*

(2) *Nasciere el sol.* Est enim omnino extitura, et sic institutio remanet pura, l. *si pupillus*, §. *qui sub conditione*, D. *de novation.*

(3) *Si muriere.* Illa enim propriè dicitur conditio, quæ suspendit, et potest se habere ad esse, et ad non esse, ut notat Azo *C. de inst. et substit.* in summa, col. 2. l. *ex facto*, §. fin. D. *ad Trebell.* et per Jasonem in l. *conditio in præteritum*, D. *de verbor. oblig.* l. 2. supra eod.

LEX IX.

Mixta conditio, quæ partim est in potestate hominis, et partim in viribus fortunæ, suspendit hæreditatis aditionem, donec impleatur in extraneo instituto, licèt non in suo. Hoc dicit.

(1) *Mezcladas.* Ortum habet à l. *si pater*, *C. de inst. et subst.* et à notatis per Azo. *C.* eod. in summa, col. 2. vers. *mixta*, et vers. *quid autem*, et per Gloss. in dict. l. *si pater.*

(2) *Descendientes.* Filii, vel nepotes, sive sint in sua potestate, sive sint emancipati; neque erit hodie saltim attento isto jure Partitarum necessarium, quòd emancipatus institutus sub conditione casuali, vel mixta petat bonorum possessionem secundum tabulas, de qua in l. 3. §. *sub ea*, D. *de bonorum poss. cont. tabul.* l. 2. §. *si sub conditione*, D. *de bonor. posses. secund. tabul.* licèt Gloss. in l. fin. *C. unde cognati*, dicat in casu dictarum ll. adhuc hodiè necessariam dictam bonorum possessionem.

(3) *Valdria el testamento.* Tene menti istam legem, quæ decidit illud magnum dubium, de quo per Gloss. et Doctor. in l. *si pater*, *C. de instit. et subst.* an etiam stante dispositione l. *quoniam in prioribus*, *C. de inoffic. testam.* testamentum in quo filius est institutus sub conditio-

LEY X.

Que condiciones se entienden en los establescimientos de los herederos, maguer non sean y puestas, a que dizen en latin, Tacitas.

Tacita conditio en latin, tanto quiere dezir en romance, como callada condicion; que es de tal natura, que maguer non sea puesta señaladamente, entiendesse de derecho (1). E esto seria, como si algund testador (2) que ouiesse dos fijos (3), quier amos fuessen legitimos, o naturales (4), establesciesse en su testamento, que el que muriesse (5) primeramente, que el otro que fincasse biuo, heredasse los bienes del muer-

ne casuali, vel mixta, et in cujus defectum non est exhæredatus, sit nullum, vel an teneat rejecta conditione; et approbat ista lex opinionem Glossæ in dict. l. *si pater*, et in l. *suus quoque*, in princ. in verbo *constat*. D. *de hæred. instituend.* quam et ibi tenet Bart. post Ricardum Malumb. Joan. de Imol. in dict. l. *suus quoque*, et in l. fin. D. *de cond. institut.* Salic. in dict. l. *quoniam in prioribus*, Paulus de Castro, Alex. et Jas. in dict. l. *si pater*, qui omnes moventur per textum in l. *scimus*, §. *cum autem*, *C. de inoffic. testam.* et istam partem tenet Roderic. Suarez in repet. dictæ l. *quoniam in prioribus*, in 2. ampliatione, qui etiam dicit, istam opinionem per istas ll. Partitarum approbari, scilicet per l. 17. incipit, *religiosa*, vide suprà tit. 1. et per l. 11. infrà isto tit. Et non allegat istam legem, quæ hoc clariùs dicit, et expressiùs: nota bene, quia ut affirmat Socinus consil. 97. *præsens consultatio*, vol. 3. et in cons. sequenti, communis opinio erat in contrarium, ut latè refertur in dictis consiliis.

LEX X.

Tacitè intelligenda est conditio, ut videlicet duobus filiis legitimis naturalibus institutis, et uno alteri præmorienti substituto, intelligatur tacita conditio, scilicet, si præmoriatur sine liberis, quia ipsi præferuntur: secùs est extraneis institutis prædicto modo substitutis, quia etiam præmortuis liberis expulsis admittitur ad substitutionem superstes. Hoc dicit. Habuit ortum à l. *cum avus*, D. *de cond. et demonstr.*

(1) *Entiendese de derecho.* Sunt multæ conditiones, quæ tacitè subintelligitur à jure, ut hic, et in l. *hæc verba*, D. *de legat.* 1. et in cap. *quemadmodum*, ubi gloss. 2. et etiam Joan. Andr. *de jurejurand.* et in l. *cum quid*, D. *si certum petat.* l. *conditiones extrinsecus*, D. *de cond. et demonstr.*

(2) *Algund testador.* Sive pater, sive mater, ut dicit Gloss. in l. *generaliter*, §. *cum autem*, in verbo *substituit*, *C. de institut.* et ibi per omnes: Bartol. in l. *cum avus*, D. *de cond. et demonstr.* Unde in contractibus, qui celebrantur gratia utriusque, non procedet hujus legis dispositio, secundum Bald. in l. *cum acutissimi*, in fin. *C. de fideicom.* procederet tamen in donatione causa mortis, Gloss. in l. 1. *C. de donat. causa mortis*, et etiam in donatione inter vivos, quæ fieret gratia donatarii, secundum quod vult Decius in l. *generaliter*, *C. de instit. et substitut.*

(3) *Dos fijos.* Gratia exempli ponit; nam idem esset si plures haberet, vel unum tantum, ex identitate rationis, et probatur in l. *cum acutissimi*, *C. de fideicommis.* et in dict. l. *generaliter*, §. *cum autem.* Ex ista tamen lege collige, quòd loquitur, quando ascendens gravat descendentem fideicommisso universali; non ergo procedit, quando frater gravat fratrem, seu transversalem institutum, secundum Alberic. Angel. et communiter Doct. post Jacob. de Aren. et Jacob. de Rave. in dict. §. *cum autem*, et est communis opinio, ut testatur Socinus in dict. l. *cum avus*, *de condit. et demonst.* col. 1. et Decius consil. 435. Contrarium tamen dicit Barbat. in dict. l. *cum acutissimi*, per aliqua motiva, quibus respondet Socinus ubi suprà, col. 2. Similiter neque procederet in uxore instituta gravata de restituendo, quæ decedat cum filiis communibus, per l. *qui filium*, §. *Fabius*, D. *ad Trebell.* vide Socin. in dict. l. *cum avus*, col. 3. vers. 3. *infertur*: neque etiam habebit locum, quando parentes instituuntur à filiis, secundum Bart. in dict. l. *cum avus*; et est communis opinio rejecta distinctione Angeli, in l. *ex facto*, §. *si quis rogatus*, D. *ad Trebel.* et procedit dicta communis opinio, sive decedat cum liberis pater, vel sine liberis, cum parente avo instituentis, concludit Socinus in dict. l. *cum avus*, col. 5. et quod ista lex dicit de filiis, idem dic de aliis descendentibus, Gloss. in dict. §. *cum autem*, l. *cum acutissimi*, *C. de fideicommiss.*

(4) *O naturales.* Adde l. *generaliter*, §. *cum autem*, *C. de instit. substit.* et an procedant istæ leges, nedum in filio naturali gravato, verùm etiam in nepote naturali vel pronepote; videtur dicendum, quod sic, cùm militet eadem ratio, argum. l. fin. *C. de natural. liber.* ubi circa institutionem ex testamento, vel ab intestato, quod statuitur in filiis, habet locum in nepotibus naturalibus, ex dictæ legis extensione, et ita tenet Socin. in dict. l. *cum avus*, col. 23. vers. *octavum corollarium.* Sed quæritur an istæ ll. procedant in filiis adoptivis gravatis? Rayner. et Alberic. in dict. §. *cum autem*, tenent, quod non; eo quod majorem affectionem habet pater ad filium naturalem, quàm ad adoptivum, et hanc opinionem approbat Alex. in l. *ex facto*, §. *si quis rogatus*, D. *ad Trebell.* non enim adoptivi dicuntur propriè filii, sed quidquid à patre habent, habere videntur ex mera liberalitate, ut in l. *cum in adoptivis*, cum ibi notatis, *C. de adoption.* ubi etiam dicit Angel. quod si statutum vult, quod filii non solvant gabellam de hæreditate paterna, filii adoptivi solvere tenebuntur: contrarium tenet Cuman. in dict. l. *cum avus*, et Fulgo. in dict. §. *cum autem.* Socin. vero in dict. l. *cum avus*, col. 24. tenet primam opinionem, quando filii adoptivi fuerunt adoptati ab extraneo, eo quod non transeunt in familiam, seu potestatem adoptantis, ut in dict. l. *cum in adoptivis.* In adoptatis tamen ab ascendente naturali, cùm transeant in familiam adoptantis, et in ejus potestatem, ut in dict. l. et etiam in filio arrogato, qui et ejus filii transeunt in familiam arrogantis, vult, quod habeant locum leges istæ, licèt ultimo loco relinquat cogitandum. Ego verò indistinctè adhærerem primæ opinioni, ex eo quia hoc casu, neque patria potestas, nec transitus in familiam consideratur, sed affectio naturalis, quæ non ita cadit in adoptivis, sicut in naturalibus: et quia non reperitur in jure talis extensio ad adoptivos, prout reperitur in naturalibus in dict. §. *cum autem* et *hic*: et licèt ista lex Partitarum super his dicat: *Quier ambos fuessen legitimos*, non intelligas de legitimis adoptivis, sed de legitimis et naturalibus, prout istæ ll. Partitarum filios legitimos intelligunt, ut patet in l. 1. tit. 13. *Part.* 4. quando verò causa naturalis, et accidentalis concurreret in adoptivo gravato, prout est in adoptato ab ascendente, planè procederent istæ leges. Patet etiam ex ista lege, quod non procederet ejus dispositio, si filii gravati essent spurii, secundum Alberic. et alios in dict. §. *cum autem*, nisi sint legitimati; cum per legitimationem jura filiorum legitimorum consequantur, ut in authent. *quib. mod. natural. effic. sui*, cap. *illud*, l. fin. tit. 15. *Part.* 4. tenet Socin. quoad casum nostrum in dict. l. *cum avus*, col. 24. vers. *infertur ex præmissis.*

(5) *Que muriesse primeramente.* Quid si hoc non fuit dictum, sed institutio descendentis fuit facta in vita tantùm et post mortem alter directò instituitur hæres, an procedet hujus legis dispositio? Videtur, quod non, per l. fin. *C. de legat.* et quia Joan. de Imol. in l. *filio præterito*, D. *de injust. et rupt.* dicit, quod ista lex est exorbitans, et ideo non extendenda; contrarium tamen tenet Socin. in dict. l. *cum avus*, col. 10. et 11. et ita refert fuisse consultum: vide ibi latè per eum. Nota etiam ex isto verbo legis, quod non procederet ista lex in gravato purè, scilicet, non adjiciendo post mortem: et consonat in hoc ista lex cum communi opinione Doctor. contra quam videtur tenere Socin. in dict. l. *cum avus*, col. 12. et 13.

to (6). Ca si este que muriesse (7) dexasse fijos (8), ellos deuian heredar los bienes de su

(6) *Los bienes del muerto.* Et sic loquitur ista lex in substitutione universali: dic tamen idem esse in relictis particularibus factis filiis, si gravantur de restituendo post mortem, ut est casus in dict. l. *generaliter*, §. *cum autem*, vers. *quæ omnia*, *C. de instit. et substitut.* et procedit, sive filius fuit universaliter institutus, vel in quota, et gravatus de re certa restituenda; sive ei erat relicta certa res vel quantitas, et gravetur post mortem de ea restituenda, secundum Bald. in l. *cum acutissimi*, *C. de fideicommiss.* col. 1. de quo vide Socin. in dict. l. *cum avus*, col. 13. et 14. cum seq. et per Decium in dict. §. *cum autem*, vers. 4. *limitatur*, ubi vult, quod quando institutus universaliter gravatur in re certa post mortem, non habet locum dispositio illius §. *cum autem*, in fin. et tenuit Alberic. in dict. l. *cum acutissimi*, *C. de fideicommiss.* Et hoc satis placet, maximè cùm ista lex Partitarum non loquatur in legatis particularibus, sed in successione universali: et quod habetur in dict. §. *cum autem*, in fin. restringendum est ad proprium casum in quo loquitur, scilicet in legatis particularibus, ipsis filiis gravatis relictis.

(7) *Que muriesse.* Loquitur de filio instituto gravato moriente; non enim procederet ista lex, quando non ipse filius oneraretur, sed alius tertius gravaretur à testatore post mortem filii, ut in l. *qui filium* §. *Fabius*, D. *ad Trebell.* et ibi Bart. Angel. et Joan. de Imol. Quid tamen si sit bannitus? Bald. in l. *cum acutissimi*, col. fin. *C. de fideicommiss.* dicit, quod adhuc non esset locus fideicommisso, et quod in hoc casu filii ejus excluderent substitutum, etsi peteret sibi caveri de fideicommisso restituendo; quia quotiens conditio est in medio, illa cautio non potest præstari l. *ita tamen*, §. 1. D. *ad Treb. ll.*

(8) *Dexasse fijos.* Non exprimit, an naturales et legitimos, vel naturales tantùm, et sic videtur velle, quod etsi decedat cum filiis naturalibus tantùm, excludant illi substitutum, sicut et habetur in l. *ex facto*, §. *si quis rogatus*, el 1. D. *ad Trebell.* unde hic probatur, quòd etiam si filius naturalis sit ille, qui fuit gravatus fideicommisso, qui decedat cum filio naturali, talis filius excludit substitutum; cujus contrarium probari videtur in dict. l. *generaliter*, §. *cum autem*, *C. de institut. et substitut.* et ita ibi Doctor. magis communiter intelligunt illum textum, ut requiratur tali casu ad excludendum substitutum datum filio naturali, quòd debeant extare filii legitimi, et naturales ex naturali: et ad §. *si quis rogatus*, respondent, quòd procedat, quando illa conditio, *si sine liberis decesserit*, fuit expressa à testatore; dictus §. *cum autem*, intelligatur, quando talis conditio fuit à lege tacitè subintellecta, quæ fuit tertia solutio Glossæ in dict. §. *cum autem*, in parte *sobole*, in fin. Sed Bart. ibi tenet primam solutionem Glossæ ibi, scilicet, quòd dictus §. *cum autem*, quatenus dicit de justa sobole, intelligatur secundum distinctionem positam in dict. §. *si quis rogatus*, et sic, quòd nihil novi inducatur in hoc per dictum §. *cum autem*: et ista opinio fuit Azo. et idem tenet Bart. in dict. §. *si quis rogatus*, et tenent etiam Angel. et Joann. de Imol. qui dicunt istam communem opinionem, et idem dicit Alexand. et Decius in istam partem inclinat in dict. §. *cum autem*; sed revera communior est opinio primò posita, quæ fuit tertia dictæ glossæ, quam etiam dicit verissimam Socin. in dict. l. *cum avus*, col. 29. Tenenda est opinio Bartoli per istam legem Partitarum, quæ declarat verba dicti §. *cum autem*, dum dicit *sine justa sobole*, ut isto casu intelligatur secundum subjectam materiam, ut etiam naturales comprehendantur, et spurii solùm excludantur secundum jura antiqua, nam justa dicitur, id est legitima, l. 3. §. *de illo*, D. *pro socio*, l. *si uxor*, in princ. D. *de adulter.* et naturales filii in excludendo substitutum dicuntur legitimi, ut in dict. §. *si quis rogatus*.

An autem filii excludant ecclesiam, seu piam causam substitutam? Videtur dicendùm, quòd sic, ex quo excludunt conjunctum patruum filium testatoris, ut hic habetur, et in dict. l. *cum avus*, et ex quo filium prætulit ecclesiæ, continuata affectione censetur voluisse præferre omnem ejus posteritatem; tenet Bald. in dict. l. *cum acutissimi*, col. 1. et ibi etiam Paul. de Castr. circa fin.: et istud teneas, quidquid in contrarium tenuerit Barbat. in comment. dict. l. *cum acutissimi*, et Jason in dict. §. *cum autem*, quorum fundamentis latè respondet Socin. in dict. l. *cum avus*, col. 19. et 20. et Decius in dict. l. *generaliter*, col. 3. Vide tamen, quæ adducit Felin. in cap. *Ecclesia S. Mariæ*, col. 38. *de constit.* ubi referens consilium Anchar. limitat, nisi filii ex hoc non depauperarentur.

Item, quid si gravatus ingressus est religionem, an monasterium habeatur loco filii, et sic excludat substitutum? Bald. in dict. l. *cum acutissimi*, col. fin. *C. de fideicomm.* distinguit, an ingrediatur religionem Minorum fratrum, qui sunt incapaces hæreditatis, et tunc non excludatur substitutus; si verò ingrediatur aliam religionem capacem, excludatur: vide de hoc per Joan. Baptist. de S. Sever. in repet. dict. l. *generaliter*, §. *cum autem*, quæst. 7. et per Socinum in dict. l. *cum avus*, 9. quæst. Adverte etiam, quòd in casu hujus legis, quando est gravatus restituere alteri filio testatoris, nullo casu excluditur substitutus, ut probatur hoc per casum in authent. *de sanctis. Episc.* §. *sed hoc præsenti*, collat. 9. ubi monasterium non facit deficere conditionem, de qua ibi, quando contendit cum alio monasterio substituto, ut dicit etiam Gloss. in cap. *in præsentia*, *de probat.* igitur idem erit dicendum, si contendat cum alio filio testatoris substituto, quia non est minoris favoris, sed similis, et fortioris, cùm dilectio major videatur in filiis, quos testator cognovit, quàm in nepotibus, quos non cognovit, et ita in facto consuluit, et obtinuit Maria. Socin. ut refert ejus filius in dict. l. *cum avus*, col. 19. et in 9. quæst. ad fin. quod si esset verum, esset singulariter notandum; sed cave, quia ista lex destruit istud dictum, nam in ea filius erat gravatus restituere fratri suo, et tamen adhuc habet locum instar tacita conjecturata conditio, ut nepotes ex filio præmortuo gravato excludant patruum filium testatoris, et idem probatur in textu dictæ l. *cum avus*, ubi patruus non excludit pronepotem nepotis gravati; ideo intellige dictum Socin. quando institueretur filius, et gravaretur de restituendo uni filio ejusdem gravati, quia tunc alii fratres illius filii non possent ex conjecturata mente avocare fideicommissum, quia sunt in pari gradu: et sic procedit fundamentum Socini, dum arguit de monasterio: et ubi est expressa voluntas de restituendo uni nepoti, cessat conjecturata contra mentem expressè.

An autem filii adoptivi, quos reliquit gravatus, excludant substitutum, dic, quod non, quia esset in potestate gravati adoptando filium excludere substitutum; quod in filio naturali non potest dici, cùm non tantùm ab ejus voluntate, sed à Dei dono sibi agnascatur, et quia liberi adoptivi non sunt in consideratione in præjudicium substituti, l. *fideicommissum*, D. *de condit. et demonst.* l. *si ita quis*, §. fin. D. *de legat.* 2. Angel. in dict. §. *cum autem*, Socinus in dict. l. *cum avus*, col. 24. et Decius in dict. §. *cum autem*, vers. 7. *ista lex.* Et quod hic dicitur, quando reliquit nepotes, vel pronepotes, seu alios ulteriores descendentes, ut probatur in dict. §. *cum autem*, et in dict. l. *cum acutissimi*, et tradit Socin. in dict. l. *cum avus*, col. 17. Procedit etiam ista lex, sive filii sint masculi, sive fœminæ, seu nepotes ex fœmina, l. *siquis ita*, in princ. D. *de testam. tutel.* Bart. plenè in l. 1. *C. de verb. signific.* l. 1. *C. de condit. insert.* Si tamen testator expresserat in conditione qualitatem masculinitatis, tunc deficientibus masculis, propter fœminas non excluderetur substitutus, ut dicit Bart. in dict. l. *cum avus*, 4. quæst. et ejus opinio tenetur communiter, et à nullo reprobatur, ut attestatur Socin. in dict. l. *cum avus*, chart. 9. col. 2. et circa hoc, vide eumdem Socin. ibi chart. 10. col. 4. cum seq. Procedit etiam hæc lex, sive filii sin nati, sive nasciturí tempore conditionis, secundum Bapha. Cuma. in dict. l. *cum avus*, et videtur de mente Bart. ibi 3. quæst. et tenent aliqui moderni in dict. §. *cum autem*, prout est Joann. Bapt. de S. Sever. qui latè ibi istam quæstionem examinavit; et in hanc sententiam inclinat Socin. in dict. l. *cum avus*, fol. 9. col. 3. et 4. et seq. Et istud videtur tenendum, licèt contrarium te-

padre (9), e non su tio dellos, a quien auia establescido el testador por heredero. E esto

nuerit Ludov. Roma. consil. 370. in proposita consultatione, cui videntur adhærere Jason, et Decius in dict. §. *cum autem*, et pro ista opinione Rapha. multum confert ista lex Partitarum, quæ indistinctè excludit substitutum per liberos gravati, si extent, et signanter cùm dicitur: *Esto es, porque siempre se entiende por derecho, maguer el padre non lo diga paladinamente, que muriendo el vno, e dexando fijos, que el otro hermano que finca biuo, no deue heredar lo suyo.* Ponderandum est verbum *semper* et sic intelligit, sive filii sint jam nati, sive nasciturí; nam ista dictio *semper* importat, quod idem sit in omni casu, et in omni tempore, ut dicit glossa notabilis in verbo *semper*, in l. 1. D. *solut. matrim.*

Quid tamen si iste gravatus decedat cum filiis, qui tamen sunt incapaces, ut quia sunt deportati, vel damnati in metallum, an tales filii faciant deficere fideicommissum? Dic, ut per Bart. in l. *filiusfamilias*, §. *cum quis*, D. *de legat.* 1. Adverte etiam, quia sufficit liberos extare, etsi non sint hæredes, quia nolunt adire paternam hæreditatem, vel fuerunt exhæredati, ut in dict. §. *cum quis*; de hoc tamen vide, quæ infrà statim dicat in glossa, quæ incipit: *Lo deuen auer.* Nota etiam, quòd etsi filii isti præmaturè habeantur à minore 14. annis viripotente, quòd etiam isti non tantum facient cessare substitutionem fideicommissariam, de qua hic, et in dictis juribus; sed etiam pupillarem, Bart. in l. *Gallus*, §. *etiam si parente*, D. *de liber. et posthum.* et idem Bart. et Apostil. in l. *in pupillari*, final. verb. D. *de vulg. et pupill.* Idem est, si talis pupillus relinquat uxorem prægnantem, nam talis posthumus ex eo, faciet cessare pupillarem substitutionem, ut notanter tenet Bald. in l. *neque ei*, D. *de adopt.* ibi dum dicit: Item si malitia supplet ætatem, et acciperet uxorem, et conciperet, argum. l. *ex facto*, D. *de vulg. et pupill.* licèt tantùm ipse loquatur de extinctione pupillaris substitutionis. Nota etiam istum textum in quantum dicit, *dexasse fijos*, quia vult, quòd non sufficiat habuisse liberos, si decesserunt ante mortem gravati, ut est casus singularis in l. *ex facto*, §. penult. D. *ad Trebell.* Requiritur ergo, quòd extent tempore mortis ejus, et hoc sufficiet, licèt postea moriantur, ut excludatur substitutus, ut probatur in dict. §. penult. et habetur in cap. *Raynutius*, *de testam.* et in cap. *in præsentia*, *de probat.* l. *cum uxori*, C. *quando dies legat. ced.* Item intellige istam legem in filiis, qui nascuntur non monstruosi, et tendentes ad prodigium, nam illi, etsi vivi nascantur, non faciunt deficere conditionem, l. *non sunt liberi*, D. *de statu homin.* Similiter intellige, quando tales filii perfectè nascuntur, nam si in actu nativitatis moriantur, puta, dum fuit totus extractus præter unum pedem, secùs esset, l. *quod dicitur*, D. *de liber. et posth.* l. penult. et ibi Alber. Bald. et alii, *C. de posthum. hæred. instit.* Si tamen inciso aliquo perfecto membro nasceretur vivus, tunc ille excluderet substitutum, sicut accidit in eo, qui sine aliquo membro perfecto nasceretur, quia est perfectus homo, ut adducit Socin. post Joan. de Monte. Spere. in dict. l. *cum avus*, chart. penult. col. 2. Intellige etiam de nato ex partu, qui vivere possit; secùs si sit quinque, vel sex mensium, quia non est perfectè natus, ut in dict. l. penult. Socinus ubi suprà, ubi refert se in hoc consuluisse. Vide etiam super his de jure regni l. 13. *Tauri*, quæ est lex notabilis.

(9) *Los bienes de su padre.* Ex hoc verbo patet, quòd loquitur ista lex in substitutione fideicommissaria, quia non sequuta aditione, vel immixtione non dicerentur bona patris, qui fuit gravatus, sed primi testatoris, qui gravavit, argument. l. *post aditam*, *C. de impuber. et aliis substit.* ex quo videtur inferri, quòd ista lex et similes non procederent in substitutione directa vulgari, et ita dicit Alberic. in dict. l. *generaliter*, §. *cum autem*, ubi Glossa in verbo *substituit*, videtur hoc velle: et hanc dicit esse communem opinionem Socinus in dict. l. *cum avus*, col. 7. ubi etiam notabiliter dicit hoc debere intelligi, et limitari, nisi essemus in casu, in quo institutus filius transmitteret jus adeundi ad nepotes; nam licèt alias sit magna dubitatio, numquid ille, qui admittitur ex vulgari substitutione, excludat illum, qui venit per jus adeundi transmissum, de quo per Bart. et Doctores in l. 1. D. *de vulg. et pupill.* tamen in hoc casu indubitanter secundum eum, substitutus excluderetur per textum in l. unic. *C. de his quæ ante apert. tab.* et argumento textus in l. *cum acutissimi*, *C. de fideicommiss.* Limitat etiam Socinus istam communem opinionem, quando vulgaris substitutio esset juncta cum compendiosa, ut si dixit testator, *quandocumque decesserit*, nam cùm in compendiosa contineatur vulgaris, secundùm doctrinam Bart. communiter approbatam in l. *Centurio*, col. 10. vers. *quæro utrum substitutio compendiosa facta, etc.* D. *de vulg. et pupill.* et in l. *precibus*, *C. de impuber. et aliis substit.* quia sicut in fideicommissaria, quam etiam amplectitur compendiosa, intelligitur tacita conditio, *si decesserit sine liberis*, ut hic, et in dicta l. *cum avus*, pariter idem est dicendum de vulgari substitutione in compendiosa comprehensa, ut æqualis fiat determinatio, argument. l. *jam hoc jure*, D. *de vulg. et pupill.* l. *quamvis*, *C. de impuber. et aliis subst.* Contra istam tamen dictum Socini consuluit Decius consil. 416. *in testamento illustris, et magnifici domini capitanei, etc.* motus inter cætera, ex eo, quòd licèt sit verum, quòd à principio et potentialiter substitutio compendiosa applicari possit ad vulgarem, vel fideicommissariam, secundùm quod casus occurrit; si tamen talis compendiosa resoluta sit in vulgarem, vel fideicommissariam, de tali vulgari, vel fideicommissaria, in qua compendiosa resolvitur, judicari debet tamquam de vulgari, vel fideicommissaria simpliciter et absolutè, ex notatis per Bart. in l. *hæredes mei*, §. *cum ita*, D. *ad Trebell.* et sequitur Alexand. consil. 1. *perspectis verbis eis*, col. fin. vol. 1. Si ergo occurreret casus de vulgari, judicaretur simpliciter et absolutè, secundum eum; et sic, quòd non subintelligetur in ea talis tacita conditio, *si decesserit sine liberis*, et ita fiat comprehensio, quòd utraque substitutio conservetur in statu suo, et utraque propriam naturam retineat, quia illa determinatio, quæ æqualiter debet fieri, respicit illud, quod exprimitur, et non videtur habere locum in eo, quod tacitè intelligitur, prout est dicta conditio liberorum, de qua nihil fuit dictum: adducit etiam alia, quæ videas per eum. Et ista lex Partitarum satisfacit pro ista parte, quam tenuit Decius, nam videtur loqui in compendiosa substitutione, in quantum dicitur: *Que el que muriere primeramente*; et quòd fuerit facta hoc casu substitutio per verbum commune, sicut et de verbo *succedat*, dicit Bart. in l. *Centurio*, col. fin. D. *de vulgar. et pupill.* hæreditare enim tantum est dicere, quantum succedere, ut in l. *nihil est aliud hæreditas*, D. *de verb. signific.* et tamen lex ista vult, quòd ut conditio liberorum subintelligatur, quòd succedant ex fideicommissaria, ut dixi in principio; et patet etiam ex aliis verbis istius legis inferius positis, ex quibus constat, bona paterna jam fuisse filii gravati, et sic quòd jam erat factum suum patrimonium per aditionem, seu immixtionem, l. *sed si plures*, §. *filio*, D. *de vulgar. et pupil.* et *Institut. de hæred. qualit. et different.* in princ. Pro opinione tamen Socini multum urget conjectura pietatis, et parentis affectio præsumpta, quæ fuit originarium motivum harum dispositionum, et quòd quis præponere voluit extraneum suæ posteritati, quæ ratio ita militat, si succedatur ex vulgari, sicut si ex fideicommissaria: et pro ista parte potest induci ista lex Partitarum; neque obstarent verba suprà ponderata, nam etiam ante additionem, vel immixtionem bona patris dicuntur filii, l. *in suis*, D. *liber. et posthum.* l. 21. supra titul. 1. et multum interest ad conjecturandam istam voluntatem defuncti, an facta fuerit substitutio per verba compendiosa, an solùm per verba directa, importantia tantum vulgarem substitutionem, et sic quòd debeat esse diversitas inter unum casum, et alium; et attenta ista æquitate, et testatoris affectione potius inclinarem in opinionem Socini: tu cogita, quia passus est certe dubius. Quid autem sit dicendum in substitutione pupillari, vide latè Socin. in dict. l. *cum avus*, col. 7. 8. et 9. cujus resolutio videtur, quòd pupillaris substitutio non firmatur susceptione liberorum, prout dixit Bart. in dict. l. *in pupillari*, D. *de vulgar. et*

es, porque siempre se entiende por derecho (10), maguer el padre non lo diga paladinamente, que muriendo el vno, e dexando fijos, que el otro hermano que finca biuo, non deue heredar lo suyo; mas los fijos del muerto lo deuen auer (11). Pero si muriesse sin fijos, estonce el otro hermano (12) heredaria lo suyo, assi como el padre ouiesse puesto. Mas si el que faze el testamento, establesciesse a dos omes estraños (13) por sus herederos, so tal condicion, que el que muriesse primero, que el otro que heredasse sus bienes; maguer que este que muriesse primero, dexasse fijos, non heredarian ellos estos bienes atales, mas el otro a quien establescio el testador por su heredero.

LEY XI.

Como el padre non deue poner condicion ninguna en la legitima, que dexa a su fijo.

Libremente (1), e sin ningund agrauia-

pupill. neque etiam potest dici, quod substitutio pupillaris rumpitur nativitate posthumi, prout est magis communis conclusio in dict. l. *in pupillari*; sed benè verum est, et potest dici, quod expiret mortuo pupillo cum filiis, argumento dict. l. *cum avus*. Quid autem si testator duobus pupillis filiis substituerat pupillariter per adjectionem nominis collectivi, et primus decessit pubes relictis filiis, et postea decessit impubes alius, an filii puberis excludant extraneum ab hæreditate impuberis? Vide Bald. quod sic, in l. penult. col. 1. *C. de impuber. et aliis substit.* et Alex. in l. *hæredes mei*, §. *cum ita*, D. *ad Trebell.*

(10) *Siempre se entiende por derecho.* Nota hoc verbum, nam ex eo tollitur magnum dubium, quod est inter Doctor. in dict. l. *cum avus*, an illud, quod ibi et hic disponitur, sit fictio legis, vel an sit præsumptio juris; nam Raphae. Cuma. ibi vult, quòd sit fictio, eo quòd fingant scriptum ultra id, quod apparet; Paul. vero de Cast. dicit, quòd sit præsumptio, et rationes pro utraque parte discutit latè ibi Socinus col. 30. 31. et 32. effectus est magnus, nam si esset fictio, non admitteretur probatio in contrarium; secùs tamen esset, si esset præsumptio juris tantùm, et non præsumptio juris et de jure: et quòd sit præsumptio juris tantùm, tenet Jacob. Butri. Cynus, Bald. in dict. l. *cum acutissimi*, *C. de fideicommis.* et sic admittetur probatio in contrarium per conjecturas, vel aliàs. Tene ergo menti istam legem Partitarum, quæ disponit, quòd hic sit juris præsumptio, seu tacita conditio à jure subintellecta, non fictio; nam si voluerat, quòd esset fictio, non dixerat, *se entiende por el derecho, maguer el padre non lo diga*, sed dixerat jus fingit fuisse dictum; sed quia procedit ex conjectura pietatis, ideo dicit, *se entiende por derecho.*

(11) *Lo deuen auer.* Quid si nolunt, et repudient, an erit locus substituto? Alberic. movet istam quæstionem in dict. l. *generaliter*, §. *cum autem*, *C. de institut. et substitut.* et refert opinionem quorumdam dicentium, quòd sufficit liberos extare, licet non succedant, ut excludant substitutum, argum. l. *filiusfamilias*, §. *cum erit rogatus*, D. *de legat.* 1. et l. *ex facto*, §. fin. et ibi notatur, D. *ad Trebel.* et in l. *Lucius*, D. *de hæred. instit.* l. *cum pater*, §. *volo*, *de legat.* 2. Sed in contrarium dicit, quòd videtur textus in §. 3. vers. *si verò testamentum*, *Instit. de success. libert.* et quia negare non possumus extitisse fideicommissum conditionale, licèt descendentes ex privilegio isto substitutum excludant, ut in dict. §. *cum autem*, cùm dicit, *liberis eum excludentibus*, ergo alii de tali privilegio non opponent, nisi ipsi, l. *qui ex liberis*, §. fin. D. *de bonor. poss. secund. tabul.* Alii verò dicunt, secundum eum, quòd aliud est, quando conditio expressa apponitur ab homine, et tunc sufficiat liberos extare, ut excludatur substitutus; aliud quando à lege subintelligitur, nam tunc oportet eos hæredes esse, per dict. §. *cum autem*, aliàs cessaret ratio, quæ movet conjecturam, de qua in dict. §. *cum autem*, et in dict. l. *cum acutissimi*; et in hac residet Alberic. in dict. §. *cum autem*, cujus opinioni adhærere videtur Socin. in dict. l. *cum avus*, chart. 8. col. 2. et Jas. in dict. §. *cum autem*, col. penult. et vide in hoc Socin. consil. 182. vol. 2. incipit, *licèt filia fœmina.*

(12) *El otro hermano.* Quid si decessit iste frater fideicommissarius antequam gravatus, an transmittat jus petendi fideicommissum ad hæredes? Paul. de Castr. in dict. l. *cum avus*, in fin. dicit, quòd non, ex quo istud fideicommissum erat conditionale, licèt conditio esset tacitè subintellecta, et sit conditio legalis; quia tamen non est necessaria, imò provenit ex conjecturata mente defuncti, ita quòd eam testator tollere potest, si vult, judicatur conditio non necessaria, et sic dicit cessare, quòd habetur in l. *conditiones extrinsecus*, D. *de condit. et demonst.* Tu verò dic, quòd ista quæstio est facilis, ex quo hic intervenit conditio expressa à testatore, scilicet cùm moreretur, l. *dies incertus*, D. *de condit. et demonst.* et sic non conveniunt propriè verba Pauli de Castr. dictum tamen est verum.

(13) *Dos omes estraños.* Approbat Gloss. l. *cum acutissimi*, *C. de fideicom.* et dict. §. *cum autem*, quæ sunt communiter approbatæ; cessant enim in extraneo rationes, quæ sunt in filio, et ejus liberis, conjectura scilicet pietatis, et sanguinis, de qua in dict. l. *cum avus*, et etiam evitatio absurditatis in testante, ne videatur alienas successiones suis præponere. Quid autem si filius, et extraneus essent instituti, et de restituendo post mortem gravati, an in persona filii subintelligatur tacita conditio? Socin. tradit istam quæstionem in dict. l. *cum avus*, chart. 6. col. 2. vers. 7. *infertur*, et est pulchra quæstio, et refert ibi Cumanum arguentem, quòd non intelligatur tunc ista conditio, licet in fine relinquat sub dubio, dicens æquitatem suadere contrariam opinionem. Socin. ibi post Joan. Bapt. de S. Sever. in dict. §. *cum autem*, et in l. *in testamento*, *C. de testam. milit.* tenet quòd in persona filii subintelligatur; vide ibi per eum, et pro ista opinione satis facit ista lex Partitarum, dum in hoc versic. ponit hæc verba, *dos omes estraños*, quasi secùs velit esse, quando non ambo essent extranei.

LEX XI.

Non potest testator filiis apponere conditionem in legitima. In eo tamen, quod est plus ei jure institutionis relictum, potest apponi conditio potestativa. Casualis autem, vel mixta, nequaquam, sed habetur pro non apposita. Hoc dicit. Habuit originem à l. *quoniam in prioribus*, *C. de inoffic. testam.*

(1) *Libremente.* Non ergo poterit à parente filio relinqui legitima, ut compenset cum debito, ad quod filio tenebatur, veluti dotis maternæ, vel aliàs, ut in specie notat Cynus, et etiam Bald. in fin. in l. 2. *C. de jur. dot.* Et quid si pater relinquat filiæ jure institutionis aliqua bona, vel quantitatem pro legitima, et dote materna, et bona non sufficiant ad solutionem dotis, et legitimæ? Vide notabile consilium Socin. 2. vol. consil. 125. *diligentissimè, et subtiliter*; ubi etiam vide, an acceptando hoc filia sibi præjudicet, et quæ habentur in dict. consil. adde ad dicta Roderic. Suarez in l. *quoniam in prioribus*, *C. de inoffic. testam.* 7. ampliatione, ubi vide de hoc.

Et quid si filius instituatur in sua legitima, et jubetur restituere Titio, qui recusans adire, et restituere, compellitur à judice; an tunc habeat locum ista lex, ut adhuc rejecto gravamine consequatur, et retineat legitimam? Paul. de Castr. dicit, quòd non, imò tunc limitabitur ista lex et similes per textum, quem ipse ad hoc ita intelligit in l. *ita tamen*, §. *si patronus*, D. *ad Trebell.* ubi Roman. dicit, hoc esse novissimum dictum; sed Alexand. ibi reprobat istum intellectum, et dicit esse contra textum in l. penult. §.

Ley 1. tit. 8. lib. 5 Recop. miento, e sin ninguna condicion (2), deue

si patronus, D. *de bon. libert.* vide ibi per eum, cujus dicta satis placent. Si tamen filius sic gravatus recusans adire, adiret, et restitueret, tunc videtur, quòd cùm agnoverit judicium defuncti, non possit repetere legitimam, per textum in dict. l. penult. §. *si patronus*; et videtur de mente Alex. ubi suprà.

An autem gravamen, quod per istas leges rejicitur in persona filii de legitima, rejiciatur etiam in personam ejus, in quem filius transmisit jus adeundi? Istam quæstionem tractat Socin. consil. 116. vol. 1. incipit, *non potest negari*, col. 7. neque memini alibi me legisse, ubi concludit, quòd non, per pulchra verba, vide ibi per eum: et in materia, quod ipse ibidem dicit, col. penult. vers. 6. et ultimo. Adverte etiam, quia si pater ex facultate regia posset gravare filios in legitima, juxta ea, quæ tradit Roderic. Suarez in dict. sua eleganti repetit. l. *quoniam in prioribus*, 18. limitatione; et in lectur. l. *Fori*, *consequenti*, in 2. limitatione, adhuc debet constare de voluntate expressa patris volentis gravare, et quòd in dubio potius conjecturare debemus gravare noluisse; ad quod benè facit quod dicit Oldral. consil. 28. *visa donatione*, ubi consuluit; quòd si pater dat aliquid filio in vita cum onere restitutionis, et postea in testamento aliquid sibi legat jure institutionis, et vult illum esse contentum cum eo, et cum eo quod sibi donavit in vita, quòd videtur propter hoc remittere onus restitutionis appositum in donatione, quod est benè notandum: neque dicit obstare consuetudinem loci, ex qua permittitur gravare in legitima, quia locum habet secundum eum, quando de expressa voluntate testatoris appareat, aliàs stabitur juri communi, l. 2. *C. de noxal.* cap. *cum dilectus*, *de consuetud.* Et teneas semper menti ad istas regias facultates, ex quibus permittuntur fieri majoriæ in unum ex filiis, licèt alii graventur in legitima, dummodo eis relinquantur alimenta, prout est de forma dictarum facultatum regalium, quod debes intelligere, dum tamen id, quod relinquitur filiis pro alimentis, relinquatur eis in proprietate, ita quòd judicetur suum proprium patrimonium, non subjacens regulis alimentorum; et ita erit transmissibile ad hæredes, prout volunt Hispani Doctores nostri, Doctor de Palat. Rub. in repetit. cap. *per vestras*, *in text.* col. 250. Roderic. Suarez ubi suprà in dict. 2. limitatione illius l. *Fori*, sub repetitione l. *quoniam in prioribus*, fol. 62. et 63. licèt contrarium voluit Baldus in l. 1. §. *jus naturale*: circa fin. D. *de just. et jure*, qui tamen loquitur in casu, in quo per statutum tollitur legitima, non tamen ubi minuitur salvis alimentis; et sic non rectè potest allegari in contrarium, quia de mente Principis in istis facultatibus majoriæ non est in totum tollere legitimam, sed tantùm minuere; inter quæ longè interest, ut patet ex notatis per Paul. de Castr. in dict. l. *quoniam in prioribus*, vers. *item quæritur*. Et quòd istæ facultates regiæ sic debeant intelligi, ut non tollant, sed minuant legitimam, confert notabile dictum Baldi in l. *cum lege C. de Episc. et Cleric.* ubi loquitur in terminis, quando statutum ratione primogeniti excludit secundogenitum, et si per se habeat severè contra alios filios, vel filias in taxatione talis legitimæ, sic diminutæ pro sustentatione filiorum, et contra pietatis officium, tunc judex in hoc succurrere debet, et bono arbitrio taxare, et moderare poterit juxta qualitatem personarum, et patrimonii quantitatem, et alias circumstantias, sicut et ego pluries fieri vidi in regali auditorio; nam cùm pater valde enormiter, et contra boni viri arbitrium minuit occasione talis facultatis legitimas filiorum, idem est, ac si in totum tolleret, ut adducit Socin. consil. 150. vol. 1. col. 5. et Dominic. de Rot. deciss. 18. *in novis*, in princ. 2. col. Et tenebitur pater ita providere aliis filiis, licèt ipsi habeant aliunde, unde possent alimentari, cùm Principis intentio non sit in totum tollere, sed diminuere legitimam; et sic cessat, quod in contrarium sentit Abb. in cap. *Raynutius*, *de testam.* ult. notab. An autem filius contra quem fuit impetrata facultas, ut possit sibi diminui legitima, poterit isto jure uti contra patrem suum, diminuendo patri legitimam? Bald. dicit, quòd non, in l. fin. vers. *pone Princeps*, *C. de fruct. et litium expens.* cætera ad istam materiam pertinentia, vide late per Roderic. Suarez in dict. sua repetit. l. *quoniam in prioribus*, et per Guil. Bened. ubi ponit decem limitationes in repetit. cap. *Raynutius*, *de testam.* fol. 352. col. 4. et fol. seq. super verbo *reliquit*; quibus adde, quid dicendum sit in milite, an ex directa militari (de qua in l. *Centurio*, D. *de vulg. et pupill.* et l. *precibus*, *C. de impub. et aliis substit.* et in l. *in testam. C. de testam. milit.*) possit privare filium legitima, quæ dicam in l. 12. incipit, *Compendiosa*, infra tit. 5. Adde etiam, quòd substituere filio vulgariter non reputatur gravamen, ut in specie dicit Paulus de Castr. in dict. l. *quoniam in prioribus*, per l. *si posthumus*, §. *quod vulgò* D. *de liber. et posthum.* ubi etiam Alexand. quem vide.

(2) *Condicion.* Sed cùm substitutio dicatur condicionalis institutio, ut in l. *cohæredis*, §. *cohæres*, D. *de vulg. et pupill.* l. *in ratione*, §. *quod vulgo*, D. *ad leg. Falcid.* si filius substituatur vulgariter, vel compendiosè, et à primo gradu sit præteritus, an videatur institutus rejecta conditione, in quam fuit facta substitutio? Et videtur, quòd sic, per l. *si filiusfamilias substituatur*, D. *de hæred. instit.* et l. *si pater filium*, et l. *ex facto*, §. *Lucius*, D. *de vulg. et pupill.* et per dict. l. *quoniam in prioribus*, et per istam legem, et videtur fuisse de mente Roderic. Suarez in dict. l. *quoniam in prioribus*, in 15. limitatione; et expressiùs habetur per Alexand. in l. *si pater impuberes*, D. *de vulgar. et pupill.* super gloss. in verbo *substituit*, et probari etiam videtur in l. *scimus*, §. *cum autem*, *C. de inoffic. testam.* et sic si alter filius sit institutus in primo gradu, et ei sit datus substitutus vulgariter, vel pupillariter, vel compendiosè alter filius, talis filius substitutus rejecta conditione concurret cum instituto; quod est tenendum menti, quia non ita declarat Roderic. ubi supra. Sed adverte, quia neque Alexand. nec Rodericus faciunt mentionem de Oldrald. consil. 171. *thema tale est*, *Titius filium*, col. 3. vers. *sed quæritur*, ubi vult oppositum, loquens in casu suo in filio substituto pupillariter, qui fuit à præcedenti gradu præteritus, et dicit non obstare dictam l. *quoniam in prioribus*, neque dictum §. *cum autem*: quod ostendit, quia dicta l. *quoniam in prioribus*, commemorat legem *omnimodo*, ejusd. tit. ad dictus §. *cum autem*, et lex *sancimus* commemorant utramque; ergo oportet, quod ambæ intelligantur eo casu, quo loquitur lex *omnimodo*, ad cujus interpretationem factæ sunt, et authent. *de filiis ante dotal. instrum. natis*, collat. 3. Sed lex *omnimodo*, circa præteritos filios nihil immutat, ut ibi dicitur in textu; ergo, etc. Item lex *omnimodo* invenit petitionem supplementi, et circa illud versatur intentio illarum trium ll. et hoc nomen supplementum dicit duo, unum præexistens, aliud ei accedens sine prioris tamen interitu, argumen. l. fin. D. *de divers. et temporal. præscript.* l. *Pomponius*, §. *cum quis*, D. *acquir. poss.* Item hoc supplementum fit dupliciter, verè scilicèt, per accessionem quantitatis ad quantitatem vel speciem, vel speciei ad quantitatem vel speciem, ut loquitur lex *omnimodo*, et interpretabitur per amotionem conditionis adjectæ institutioni factæ ex legitima, vel modi, vel dilationis, vel alterius cujuscumque gravaminis capiendi; tamen modus non mutatur, sed repræsentatur, argum. l. *hæred.* D. *de hæred. instit.* unde si quis advertat ad legem *scimus*, §. *cum autem*, legitima, quæ ibi repræsentatur, non spectata die universali fideicommisso adjecta, non capitur jure directo, sed jure fideicommissi, et per restitutionem de manu hæredis faciendam, ut ibi dicit littera, dum subdit, *quartæ quidem partis restitutionem*, *etc.* et sic non mutatur capiendi modus, neque primus interimitur, sed in proposito per amotionem conditionis adjectæ de pupillari substitutione, non solùm succedendi modus repræsentatur, sed gradus ipse perimitur, l. fin. §. 1. ibi: *sed si extiterit conditio*, D. *de vulg. et pupill.* ut hæc, et alia in isto proposito adducit Oldral. ubi suprà. Confirmatur hoc, quia illud, quòd dicitur, quod testamentum potest incipere à tacita vulgari contenta in expressa pupillari, et si filius succedat ex tali tacita vulgari, satis dicitur institutus, ut probatur in l. *si pater filium*, et ibi

auer el fijo (3) su legitima parte de los bienes de su padre, e de su madre, segund diximos en el titulo de quien puede fazer testamento, o quien non, en la ley que comiença: Religiosa vida. Pero si el padre quisiere establescer su fijo por heredero en mas de su parte legitima, en aquello que le dexa demas, bien puede el padre poner aquella condicion, que es en poder (4) del fijo de la cumplir, mas ninguna de las otras condiciones, assi como las que acaescieren por auentura, o las que son mezcladas, segun diximos en las leyes ante desta, non las pueden poner. E si las pone, non empescen (5) al fijo heredero, maguer non se cumplan.

Bart. D. *de vulg. et pupill.* tamen hoc procedit, secundum terminos dictæ l. *si pater filium*, scilicet, quando filius nasciturus, qui fuit filio jam nato substitutus, invenit tempore, quo nascitur, purificatam conditionem, sub qua est substitutus, quia tunc non potest dici præteritus, per l. *cum posthumus*, D. *de liber. et posthum.* non ergo procedet, quando filius aliquo tempore reperiretur præteritus à primo gradu, conditione non purificata. Sed quidquid dicat Oldrald. qui in hoc adhæret dictis antiquorum in quæstione illa, an conditio casualis, vel mixta, sub qua filius fuit substitutus, rejiciatur de legitima, juxta notata per Doctor. in l. *si pater*, *C. de institut. et subst.* et in l. *suus quoque*, in princ. D. *de hæred. inst.* et in dict. l. *quoniam in prioribus*: pro eo, quod prius dixi, videtur casus in dict. §. *cum autem*, ex cujus decisione infertur, quòd cùm hodie legitima debeat relinqui filio titulo institutionis, secundum jura Authenticarum, et istarum ll. Partitarum, si filius substituatur in eventum alicujus conditionis alteri hæredi instituto, rejecta conditione concurrere debet cum instituto, prout habetur in dict. §. *cum autem*.

(3) *El fijo*. Idem dic in nepote, vel pronepote primum locum obtinente, ut probatur in dict. l. *omnimodo*, et dict. l. *quoniam in prioribus*, *C. de inoffic. testam.* ubi vide Roderic. 4. *ampliatione*: et idem dic de ascendentibus, et patronis, et etiam in fratribus, quando turpis persona hæres instituitur ab eo; nam isti etiam non posunt gravari in legitima, ut dicit Glossa notabilis in authent. *de hæredib. et Falcid.* §. *si vero expressum*, collat. 1. in glossa 1. l. *Paconius*, §. fin. D. *si quis à parent. fuer. manum.* vide etiam per Roderic. in dict. l. *quoniam in prioribus*, 36. *ampliatione*, et probatur optimè in l. 6. *in Ordinam. Tauri*.

(4) *Que es en poder*. Probatur ergo hic, quòd in legitima quæcumque conditio potestativa, etiamsi sit facilis, rejicitur de legitima, substentatur verò in residuo ultra legitimam, undè et illa conditio, *si volet*, rejicitur de legitima, ut hic, tenet Bald. in dict. l. *quoniam in prioribus*, Joan. de Imol. in l. fin. D. *de condit. institut.* et in l. *jam dubitari*, col. 7. D. *de hæred. instituend.* et Roderic. in dict. l. *quoniam in prioribus*, 5. et 6. ampliatione.

(2) *Los padres.* Mater verò, cùm non habeat filium in potestate, non poterit pupillariter substituere, l. *si mater*, D. *de vulg. et pupil.* Quid autem si pater sit monachus, qui et testatur inter liberos juxta formam authenticæ, *si qua mulier*, *C. de sacrosanct. eccles.* et suprà ead. *Partita*, tit. 1. l. 17. an possit filiis substituere pupillariter? Specul. in titul. *de statu monachor.* vers. 14. dicit simpliciter, quòd non, ex quo filios non habet in potestate, et idem tenet Bald. in authent. *ingressi*, col. 2. *C. de sacrosanct. eccless.* et in authentic. *si qua mulier*, col. 5. vers. 5. *quæritur*, eod. tit. ubi, et dicit, quòd vulgariter, reciprocè, et per fideicommissum, et etiam compendiosè, quantum attinet ad prædictas substitutiones, poterit ei substituere, et etiam exemplariter, si casus eveniat, vide ibi per eum. Nota etiam, quòd etsi adsit patria potestas, si tamen pater esset vilis persona, non posset filio pupillariter substituere, quia sicut aufertur ei administratio bonorum in vita, sic et in morte, secundum Bart. in l. *sed si unius*, §. *filiofamilias*, D. *de injur.* Bald. in l. *humanitatis*, col. 7. vers. 7. *differentia*, *C. de impuber. et aliis substit.* ubi de patre malè vivente; et ibi vide in addition. Sed adverte, quia secundum Alexand. et Jason. in l. 2. D. *de vulg. et pupill.* communis opinio in hoc est contra Bartolum; duobus tamen casibus salvari potest opinio Bart. de quibus vide Joan. de Imol. in cap. *Raynutius*, *de testam.* et in dict. l. 2. ubi etiam Alexand. Substitutio tamen pupillaris facta extraneo, benè continet tacitam vulgarem, secundum Bart. in dict. l. 1. in fin. princ. D. eod. et Bald. in l. fin. col. fin. *C. de instit. et subst.* poterit etiam pater pauper, et mendicus filio etiam valdè diviti substituere, ut etiam voluit Bald. in l. 1. *C. de jur. fisc.* lib. 10.

(3) *A los fijos.* De legitimis, et naturalibus intellige, ut *Instit. de pupil. substit.* in princ. l. 2. et ibi Bart. col. 1. D. *de vulgar. et pupil.* et idem dic de legitimis tantùm, ut in arrogatis, l. *si arrogator*, D. *de adop.* l. *sed si plures*, §. *in arrogato*, D. *de vulg. et pupill.* non sic in filio adoptivo, quando non transit in potestatem adoptantis, ut *Instit. de adopt.* §. *sed hodie ex nostra*, et in l. *cum in adoptivis*, *C. de adoptiv.* Naturalibus tamen filiis pater non potest substituere, l. *Lucius*, D. *de vulg. et pupill.* neque aliis filiis spuriis, nisi sint legitimati etiam post mortem patris, de voluntate tamen patris, secundum Bart. in l. *Gallus*, §. *et quid si tantum*, D. *de liber. et posthum.* Joann. de Imol. et Jaso. in dict. l. 2. *de vulg. et pupill.* post Bart. ibi, col. 5. et ita intelligit verba Bart. Socinus ibi, col. 5.

(4) *Que descienden dellos.* Nepotibus scilicèt, pronepotibus, et ulterioribus liberis, qui essent in potestate avi, secundum jus commune, et etiam secundum ista jura Partitarum, secundum quæ filius per contractum matrimonii non liberabatur à patria potestate; et sic ejus filii erant in potestate avi, ut habetur in §. 1. *Institut. de patria potes.* et §. *permissum*, *Instit. de tutel.* in princ. *Institut. quib. mod. jus patr. potest. solvit.* in princ. vers. *si vero*, et l. 1. tit. 18. *Partit.* 4. l. *si uxor*, et ibi Bart. *C. de condit. insert.* l. 1. §. *idem ait*, et ibi Bart. D. *de injur.* et si filia fœmina transit in potestatem mariti, adhuc tamen pater retinebat patriam potestatem in ea, ut in l. *si in vita*, et ibi Bald. *C. de nupt.* Hodie tamen cùm de jure hujus regni filius per contractum matrimonii liberetur à patria potestate, ut in l. fin. tit. 11. lib. 1. *Fori*, et l. 1. tit. 9. lib. 3. ejusd. *Fori*, et tradit Doctor de Palac. Rub. in sua repet. rubricæ, *de donat. inter vir. et uxor.* col. 186. *in formis minoribus*, et habetur hodiè clariùs in l. 47. in ll. *de Toro*, non poterit avus in regno isto substituere pupillariter nepotibus, seu liberis ulterioribus: exigitur tamen, quòd filius sit velatus, ut dicit dict. l. *Taurina*, et sic, quòd receperit solemnem benedictionem nuptiarum, juxta ea, quæ

der (5), seyendo ellos de aquella edad (6) que diximos de suso, en la ley que fabla en esta razon. E puedesse fazer tal substitucion como esta, a las vegadas manifiestamente, e a las vezes callada. E manifiestamente se faria, como si dixesse el testador: Establezco por mio heredero a fulano mio fijo, e si fuere mio heredero (7), e muriere ante que sea

habentur in cap. *nostrates*, et cap. *fœminæ*, 30. quæst. 5. et in cap. *vir autem*, *de secund. nupt.* et l. 2. tit. 12. *Part.* 4. et tenent aliqui ex Glossatoribus illarum ll. Tauri, cùm ad liberandum à patria potestate copulativè exigat illa lex contractum matrimonii, et solemnem nuptiarum benedictionem: illa tamen Taurina lex in illo verbo *y velado*, semper mihi ingessit scrupulum, quæ fuerit motiva et finalis ratio illud statuendi, cùm ante illam nihil de hoc erat cautum per dictas ll. Fori, neque in ordinatione de Sepulveda, neque in consuetudine, et practica aliud exigebatur, quàm contractus matrimonii, ut perinde filius à nexu patriæ potestatis liberaretur: et potius videtur illud verbum *y velado*, seminarium fuisse futurarum litium, prout audivi à quodam doctissimo viro, dum essem juvenis in studiis, quàm aliquid utilitatis produxisse: nisi fortè dicas, legem illam in verbo illo, non tam habuisse respectum ad solemnem nuptiarum benedictionem, quàm quòd post illam, ut experientia docet, filius seorsum habitare solet à patre, et uxorem ducit in propriam domum. Et quia tunc non alitur de bonis patris, et ad se tota cura domus spectat, nil mirum si illa lex Tauri voluit antiquas leges Fori, et veterem regni ex usu interpretationem ita declarare, ne quis intelligeret ex solis sponsalibus de præsenti, non sequuta dicta separatione domus, filium à patria potestate liberari: non enim hæc consideratio est parvi momenti, nam et secundum jura antiqua, si filiusfamilias, qui dotem recepit cum uxore, seorsum à patre recedens, habitabat cum uxore, fructus dotis non adquirebatur patri, sed erant filii, nam æquum est, quòd ibi esset dos, et dotis fructus, ubi erant onera matrimonii, l. *si is*, §. *ibi dos*, D. *de jur. dot.* Si tamen filius habitaret cum patre, et sic pater onera matrimonii subiret alimentando filium et uxorem, consequenter fructus dotis erunt ipsius patris, ut adducit Bald. novell. in tractatu suo, *de dote*, fol. 19. col. 1. circa intellectum eorum, quæ tradit Bartol. in l. *contra murum*, §. *quotiens*, D. *rerum amotar.* Benè tamen crederem, quòd attenta dispositione dictæ legis Tauri, si aliquando filius jam solemniter ducta uxore, et nuptiarum benedictione recepta, maneat in domo patris, quòd liber esset à patria potestate, licèt legislator motus fuerit dicta consideratione; quia licèt aliquando non concurrat, non ideò minus verificabitur illius legis dispositio, l. *nam ad ea*, D. *de legib.* et ejus, quod notat Glos. et Doct. in l. 1. §. *sextum*, vers. *origo*, D. *de postul.* Crederem etiam, quòd probato, quod filius uxorem duxit, et cum ea habitavit in propria domo seorsum à patre, quòd hoc sufficeret ad ereptionem ejus à patria potestate; nam cùm ista traductio communiter fiat, præmissa velatione et benedictione nuptiali, satis per hoc probabitur exemptus à potestate, absque eo, quòd gravetur filius in probanda velatione in individuo, cùm etiam in ista materia probationum valeat argumentum à communiter accidentibus, ut adducit Bald. in l. *neque natales*, col. 1. *C. de probat.* et in l. *cum dotem*, *C. de jure dot.* notat Socin. consil. 213. vol. 2. col. antepen. et consil. 249. ad fin. eod. vol. et præsertim quando factum esset antiquum, et ubi ex cursu diuturni temporis dicta solemnitas præsumeretur, juxta notata in l. *sciendum*, D. *de verbor. obligat.* latè per Felin. in cap. *sicut*, *de re judic.* Similiter si filio pater omnem substantiam, aut filiæ tradidit in dotem, et matrimonio et nuptiis solemniter factis, pater remanet in domo, quasi gubernator patrimonii translati in filium, vel filiam, etiamsi in aliam domum vir et uxor non separentur, erit liberatus, aut liberata à patris potestate filius, vel filia; cùm etiamsi sit in domo patris, non ut subjectus, sed ut dominus est. Aliquo tamen casu, etiam stante dispositione dictæ legis Tauri, posset hodie in regno avus substituere nepoti pupillariter, scilicèt quando fuisset conceptus, filio cum uxore sua habitante in domo patris, ante nuptiarum benedictionem; vel si contractis sponsalibus de præsenti, filius haberet filium ex uxore manente apud ejus patrem, anteaquam eam traduceret, et benedictionem nuptialem reciperet: nam cùm tunc nepos sit in potestate avi, dato quòd posteà filius sequutis benedictionibus liberaretur à patria potestate, tamen ejus filius remaneret in potestate avi, et posset sibi pupillariter substituere, argumento §. *illud*, *Inst. quib. mod. jus patr. potest. solvit.* juncto princ. *Inst. de pupillar. substit.* intellige tamen, nepotis tenere substitutionem, quando per mortem avi substituentis non est recasurus filius in patris sui potestate, fortè quia erat mortuus, aliàs secùs, de quo dic, ut per Gloss. in dict. princip. *Inst. de pupillar. substit.* et per Gloss. in l. 2. §. *posthumus*, D. *de vulgar. et pupill.*

(5) *En su poder.* De hoc vide per Bart. in l. 2. col. 2. D. *de vulgar. et pupill.* vers. 3. *dixi*: et opinio Gloss. Bart. Ang. Imol. ibi, quòd sufficiat, quòd sit in potestate tempore mortis testantis, tenetur communiter, et servatur in practica, prout attestatur Angel. Aren. in suo tractatu *testamentorum*, in verbo *pupillariter*, licèt ipse in §. 1. *Inst. de pupill. substit.* tenuit contrariam sententiam, scilicèt, quòd duo tempora requirerentur, tempus scilicèt factæ substitutionis, et tempus mortis; quæ opinio à multis junioribus sequuta est, et à Paul. de Cast. Cuma. Imol. et Jas. in l. 2. D. *de vulgar. et pupill.* prout etiam refert Doctor de Covarruvias, studiosus vir, et laude dignus in lectura sua, cap. *Raynutius*, §. 5. *de testam.* Verùm, quia ex ista lege Partitarum non benè perpenditur utrumque tempus requiri, non recederem à communi opinione; cùm enim testamentum morte confirmatur, et tunc filius reperitur in potestate, tunc videtur etiam fieri substitutio pupillaris. Ex hoc requisito infertur, quòd pater hæreticus non poterit filio pupillariter substituere, cùm non habeat filios in potestate, cap. 2. *de hæret.* lib. 6. neque etiam pater schismaticus, secundum Bald. in l. *nam civium*, D. *de his, qui sunt sui, vel alien. jur.* posthumo tamen benè potest substitui pupillariter, si natus esset in potestate, l. 2. §. *posthumis*, vers. *planè*, D. eod. l. fin. *de collat. bonor.* Miles etiam potest filio emancipato substituere pupillariter, l. *miles ita*, §. *miles*, D. *de testam. milit.* licèt tunc tantùm valeat substitutio quoad bona militis, non quoad bona pupilli, ut ibi dicitur: paganus verò, licèt filio emancipato non possit pupillariter substituere, poterit tamen pater, habens unum filium emancipatum, et alium in potestate, uti remedio, l. *cum ex filio*, in princ. D. *de vulgar. et pupill.* ubi vide Bartol. et Doctor. Nota etiam, licèt non possit filio non existenti in potestate pupillariter substitui, valebit tamen substitutio jure fideicommissi, Gloss. ubi Bartol. et Alexand. et est communis opinio in l. *verbis civilibus*, D. eod. Adverte etiam, quia requiritur, quòd tempore mortis patris filius sit in ejus potestate, ut in l. *cohæredis*, §. *cum filio*, D. eod. Quid tamen si exeat à potestate per dignitatem? Vide per Bart. in dict. l. 2. col. 3. vers. *quæro quid si exeat.*

(6) *De aquella edad.* Ut suprà eod. l. 1. et per Bartol. in dict. l. 2. D. *de vulgar. et pupill.* in 2. requisito. Requiritur etiam, quòd pater prius sibi faciat testamentum, l. 2. §. *prius*, D. eod. ubi vide per Alexandr. Requiritur etiam, quòd filius instituatur, vel exhæredetur, dict. l. 2. vers. *sed si eos*, et l. infrà proxima. Requiritur etiam, quòd hæreditas adeatur ex primis tabulis, seu ex patris testamento, l. 2. §. 1. versic. *adeò*, D. eod. *de vulgar. et pupill.* quod ultimum fortè hodie de jure regni attenta l. 1. tit. *de los testamentos*, lib. 5. *Ordinam. Regal.* non erit necessarium. Requiritur etiam, quòd impubes post mortem testatoris sui juris efficiatur, neque recasurus sit in alterius potestatem, ut in dict. l. 2. in princ. D. eod. ubi Bart. in 4. requisito, et etiam de isto, et de aliis requisitis necessariis ad pupillaris substitutionis essentiam, vide magistraliter per Bart. et Doctor. ibi.

(7) *Si fuere mio heredero.* Ista forma verborum poni-

de edad de catorze años, establezco a fulano que sea su heredero (8). Ca, si se muriere (9) el fijo, o el nieto, que assi fuesse puesto por heredero, ante de la edad en que puede fazer testamento, aura este substituto en lugar del, la herencia del padre, o del auuelo. Otrosi calladamente se faria tal substitucion en esta manera; como si dixesse el fazedor del testamento: Establezco por mio heredero a fulano mio fijo, que es menor de catorze años, e a fulano, e a fulan, mis amigos. E despues desto dixesse assi: Mando, que qualquier que sea mio heredero, sea heredero de mio fijo. En esta manera seyendo fecha la substitucion, si muriesse este su fijo ante que fuesse de la edad sobredicha, entiendese, que los otros son substitutos calladamente (10), los que nombro (11) el testador en su testamento; e ellos heredaran los bienes de su fijo, a quien auia establescido por heredero primeramente de so vno con ellos. E aun dezimos, que se podria fazer la substitucion pupilar calladamente en otra manera; como si el testador, que establesciesse por su heredero a su fijo, o a otro qualquier que descendiesse del por liña derecha, que ouiesse en su poder, e que non fuesse de edad, e le diesse despues otro substituto, en aquella manera que es dicha vulgar, diziendo assi: Fago mio heredero a fulano mio fijo, e si non fuere mio heredero (12) este mio fijo, establezco por mio heredero en su lugar a tal ome. Ca si por ventura esse fijo sobredicho fuesse heredero, e muriesse ante que fuesse de edad de catorze años, si fuere varon, o de doze años, si fuere fija, estonce aquel que fuesse establescido por heredero substituto en su lugar, heredara tambien la heredad del testador, como los otros bienes que vinieren al moço de otra parte. E esto es, por razon de la callada substitucion (13) pupilar, que se entiende siempre en la vulgar, assi como sobredicho es. Fueras ende, quando el testador que ouiesse dos fijos, el vno mayor de catorze años, e el otro menor, e los

tur in l. 1. §. 1. D. *de vulgar. et pupill.* non tamen ista verba sunt de substantia pupillaris substitutionis, quia ad ipsam sufficit dicere, si decesserit in pupillari ætate, ut notat Bart. in dict. l. 1. quando tamen ista verba ponuntur, faciunt, quòd ista sit merè pupillaris substitutio quoad verba, et quoad mentem; ita quod quoad verba, et quoad mentem, non continet tacitam vulgarem, licèt ex legis interpretatione tali casu contineatur tacita vulgaris, ut in l. *jam hoc jure*, D. *de vulgar. et pupill.*

(8) *Que sea su heredero.* Quid si dixit testator, si filius meus in suam tutelam non venerit, talis sit mihi hæres, vel tali bona mea obveniant? Dic, quòd adhuc dicitur pupillaris substitutio: vide textum, et ibi Bart. in l. *si ita scriptum*, §. penult. D. *de bonor. posses. secund. tabul.* glossa notabilis super verbo *Cajus Sejus*, in l. 1. D. *de vulgar. et pupill.* Et quid si testator dixit, *Titius, et Sejus, filii mei, uterve eorum vivat, hæres mihi esto*, quæ est forma l. *Titius*, D. *de hæred. instituend.* an contineatur sub talibus verbis pupillaris? Bart. in l. *Lucius*, 1. col. D. *de vulgar. et pupill.* vult, istam substitutionem reciprocam esse, et sic continebitur pupillaris: illa enim verba, *mihi hæres esto*, non impediunt pupillarem, l. 1. D. *de vulg. et pupill.*

(9) *Si se muriere.* Non repetit illud, *si hæres esset*, et cautè, nam sufficeret, quòd decederet in pupillari ætate, dato, quòd paterna hæreditate se abstinuisset, ut hic probatur, ut in l. *Julianus*, D. *de acquir. hæred.* et in l. *pater*, D. *de privileg. credit.* Bart. in l. 2. in princ. col. 5. vers. *sed quæro*, D. eod. et cui incumbat onus probandi, quòd pupillus decesserit, vel non decesserit in pupillari ætate? Videtur, quòd sit fundata intentio substituti, dicentis pupillum in pupillari ætate decessisse, nisi per adversarium de majori ætate probetur, per textum notabilem in l. *ex facto*, §. penult. D. *ad Trebell.* et tenet Bald. consil. incipiente, *ex parte contingente*, quem refert, et sequitur Decius in cap. *in præsentia*, *de probat.* num. 50.

(10) *Calladamente.* Approbat opinionem Azon. *C. de impuber. et aliis substit.* col. 1. scilicèt, quòd hæc verba, *quisquis mihi hæres erit, sit filio meo impuberi hæres*, continent vulgarem expressam, et pupillarem tacitam, per l. *cum filio*, et l. *qui liberis*, §. *hæc verba*, eod. Gloss. tamen in §. *qua ratione*, *Inst. de pupil. substit.* vult, quòd ista sit expressa pupillaris, et tacita vulgaris, et sic totum è contra, et idem tenet Bart. in dict. §. *hæc verba*; posset pro concordia dici, quod aut testator dixit, *quisquis mihi fuerit hæres, sit filio meo impuberi hæres*, prout fuit in casu dictæ l. *qui liberis*, §. *hæc verba*, prout loquitur Bart. et dicta Glossa, ad illum se referentes, et ista sit pupillaris expressa: si verò non dicatur *impuberi*, sed *filio meo sit hæres*; tunc procedat dictum Azon. et ista lex, quæ ita loquitur. Benè tamen credo, quòd respectu exclusionis matris, etiamsi substitutio fieret modo, de quo in hac lege, non adjecto illo verbo *impuberi*, quòd excluderet substitutus matrem, cùm quoad mentem, et quoad verba, partim sit expressa, sicut aliàs dici solet per Bart. et Doctor. de substitutione reciproca, vel de compendiosa, in l. *Lucius*, et in l. *Centurio*, D. eod. et per eumdem Bart. in dict. l. 2. in princ. col. 5. in fin. D. eod. et facit ad dictam concordiam notabilis doctrina Bartoli in dict. l. *Centurio*, col. 10. vers. *sed quid, si dixi filio meo impuberi*, D. *de vulg. et pupill.*

(11) *Los que nombro.* Hoc intellige, ut habetur in dict. l. *cum filio*, et in l. *qui liberis*, §. *hæc verba*, D. *de vulgar. et pupill.*

(12) *Si non fuere mio heredero.* Et sic comprehendit casum noluntatis, et etiam impotentiæ. Idem tamen dic, quando in unum casum ex his conciperetur, ut in l. fin. *C. de inst. et substit.* ubi vide per Bart. et Doctor.

(13) *La callada substitucion pupilar.* Habes hic, quòd vulgari expressa continetur tacita pupillaris; adde l. *jam hoc jure*, D. *de vulgar. et pupill.* et procedit ista conclusio, etiamsi mater sit in medio, quia adhuc tacita pupillaris comprehenditur in vulgari, secundum Gloss. in l. *precibus*, *C. de impuber. et aliis*, quam ibi communiter Doctores sequuntur: est tamen dubia, et incerta talis tacita pupillaris, matre existente in medio, quia si mater supervivat filio, et velit ei in pupillari ætate decendenti succedere, tunc talis tacita contenta in vulgari non sortitur effectum; si verò nolit succedere, aut filius supervivens matri decedat adhuc in pupillari ætate, tunc tacita pupillaris consequitur suum effectum, secundum quod notat Jason. in dict. l. *precibus* col. 4. et Alexand. in l. *Centurio*, D. *de vulgar. et pupill.* Et si mater esset negligens in non petendo tutorem filio, seu in non acceptando ejus tutelam, propter quod privatur successione filii, per l. 2. §. *si mater*, D. *ad Tertul.* l. *sciant*, *C. de legit. hæred.* §. *sed quemadmodum*, *Inst. de Senatusc. Tertul.* hoc etiam casu admittetur substitutus ex tacita pupillari, secundum Paul. de Cast. in dict. l. *precibus*, et vide ad prædicta Guillielm. Bened. in dict. repet. cap. *Raynutius*, super verbo *si absque liberis moreretur*, la 2. *in materia substitutionis vulgaris*, fol. 293. col. 1. et 2. et 3. Et quod dixi in vulgari contineri tacitam pupillarem, limita, nisi

establesciesse por sus herederos, diziendo assi (14): Que qualquier que muriesse dellos en ante que entrasse en la heredad, o que non quisiesse ser heredero, quel otro, que fuesse heredero en su lugar. Ca si aquel que fuesse menor de catorze años, quisiesse ser heredero, e entrasse la heredad, e muriesse non seyendo de la edad sobredicha, non podria el otro auer la heredad por razon de la substitucion (15) callada, como quier que la ganaria por razon que es mas propinco pariente (16). E esto es, porque deue ser guardada egualdad (17) entre ellos. E pues que en el mayor hermano non pueden auenir estas dos substituciones, pupilar, e vulgar, mas la vulgar tan solamente, guisada cosa es (18), que aquella sola sea guardada en el menor: e esso mismo deue ser guardado, si otra persona (19) qualquier fuesse assi establescida, para heredar con el fijo del testador, que fuesse huerfano, e de tal edad.

LEY VI.

Como el padre puede dar substituto al fijo en los bienes que heredare de la madre, maguer lo ouiesse desheredado de lo suyo.

Puede el padre establescer otro heredero en logar de su fijo que fuesse menor de catorze años, en la manera que es llamada en latin, substitutio pupillaris, faziendo su heredero (1) al moço sobredicho, assi como de suso diximos. E aun puede esto fazer, maguer lo desheredasse (2) de lo suyo por alguna derecha razon, diziendo assi: Desheredo tal mio fijo, por razon de tal tuerto (3), o yerro, que me fizo, e establezco por su here-

de contraria testatoris voluntate appareat, ut in l. *quamvis*, *C. de impub. et aliis subst.* et secundum quod tradunt Bart. et Alexand. ibi, ad istam declarationem voluntatis sufficerent duo testes. Contrarium tamen vult Bart. in l. 2. in princ. col. penult. vers. *quæro ergo*, D. *de vulgar. et pupill.* imò requiruntur tot testes, quot requiruntur in probatione ultimæ voluntatis, et cum Bart. transit Decius in dict. l. *quamvis*, col. 1. sed tenenda est opinio Bald. et Alexand. et idem voluit Bart. ubi suprà, licèt in contrarium, et non rectè referantur à Decio. Qualiter autem dicatur constare de tali testatoris voluntate, vide Decium ibidem: limita etiam ut statim subditur in hac lege.

(14) *Diziendo assi.* Secùs ergò, si separatim cuilibet substitueret vulgariter; nam tunc in persona pupilli continetur etiam tacita pupillaris, ut voluit Gloss. et ibi Doctor. communiter in dict. l. *quamvis*, *C.* eod. et in dict. l. *jam hoc jure.*

(15) *Por razon de la substitucion.* Concordat l. *jam hoc jure*, D. *de vulgar. et pupill.* et l. *in testamento*, *C. de testam. milit.* l. *quamvis*, *C. de impub. et aliis substitut.* Sive ergò substitutio vulgaris fiat personis imparibus, sive reciproca, sive breviloqua, non continet pupillarem tacitam, ut in dictis juribus. Quid autem, si et cum reciproca injungatur substitutio compendiosa, an tunc, continebit substitutionem pupillarem in persona pupilli? Videtur dicendum, quòd non, ex ratione istarum ll. propter uniformem determinationem; et ita est de mente Bart. in l. *Lucius*, 2. col. vers. *sed quæro, quando ista substitutio fit duobus*, D. *de vulgar. et pupill.* junctis his, quæ dicit in præcedenti quæstione; dicit enim, quòd etiamsi cum substitutione reciproca conjungatur compendiosa, adhuc non continentur sub ea substitutiones imparis numeri, nisi aliud appareat de mente testantis; et idem voluit Angel. consil. 151. incipit, *quidam Nicolaus*, et dicit esse punctum novum et istam dicit communem, et veram conclusionem Socinus consil. 290. col. 2. vol. 2. incipit, *quoniam præsens consultatio.*

(16) *Propinco pariente.* Ab intestato intellige, si ipse reperiatur proximior tempore mortis pupilli, non aliàs, ut probatur in l. *hæreditatem*, *C. de impub. et aliis substit.*

(17) *Egualdad.* Nota de æqualitate servanda; vide concordantias per Gloss. et Doctor. in dict. l. *jam hoc jure*, vers. *sed si alter*, et de multis, in quibus attenditur æqualitas, vide per Joan. de Plat. in l. *in sacris*, vers. fin. *C. de proxim. sacror. scrinior.* lib. 12. et quòd servanda sit etiam in numero judicum, adde Bald. in cap. 1. per textum ibi, *de controvers. feudi, apud pares term.* Adde etiam de æqualitate concordiæ inter fratres l. *cum pater*, §. *editis*, D. *de legat.* 2. cum Gloss. ibi: et voluntas patris testantis inter filios, taliter est interpretanda, quòd inter eos resultet æqualitas; l. *cum pater*, §. *pater pluribus*, et ibi Gloss. et Doctor. D. *de legat.* 2. sic etiam in successionibus ab intestato servatur æqualitas, ut cui non succedatur, neque possit succedere; in authent. *quib. mod. natural. effic. sui*, cap. 2. §. 1. vers. *nullum*, et ibi Bart. Similiter, et in contractibus, tam in eis interpretandis, quàm justificandis, servanda est qualitas, Bald. in l. 2. col. 9. *C. de rescindend. vendit.* facit l. *si socius pro filia*, D. *pro socio.*

(18) *Guisada cosa es.* Cùm enim una determinatio respiciat plura determinabilia, pariformiter debet ea determinare, ut hic, et in dict. l. *jam hoc jure*, D. eod. et l. *Lucius*, dict. l. *hæreditatem*, et l. *quamvis*, *C. de impuber. et aliis substitut.* l. *in testamento*, ubi vide Decium, 3. notab. *C. de testam. milit.*

(19) *Otra persona.* Quicumque extraneus, qui non sit de liberis existentibus in testatoris potestate, ut in dict. l. *quamvis*, et in dict. l. *Lucius*, et huic legi, ultra prædictos casus, adde, quòd ubi substitutio vulgaris fit cum dictione taxativa, non continet tacitam pupillarem, ut in dict. l. *jam hoc jure*, §. *sed si alter*, ibi: *in vulgarem tantummodò casum*, Salicet. in l. *precibus*, col. 1. *C. de impub. et aliis subst.* ubi Alexand. col. 2. Item adde, quòd quando prohibitus succedere testatori, daretur substitutus vulgariter, veluti si filio legitimo testatoris substitueretur spurius ejusdem testantis, quòd tunc non includeret tacitam pupillarem, cùm substitutio sit nulla propter incapacitatem substituti, ut tradit Guilliel. Benedict. in repet. cap. *Raynutius*, *de testam.* super verbo *si absque liberis moreretur*, la 2. fol. 293. col. 4.

LEX VI.

Potest pater etiam exhæredato filio pupillariter substituere, et succedet substitutus in bonis aliundè quæsitis pupillo; sed oportet, quòd exhæredatus sit major decem annorum cum dimidio, qui dicitur proximus pubertati, aliàs exhæredatio non valet. Hoc dicit.

(1) *Faciendo su heredero.* Ponit aliùd requisitum in pupillari substitutione, scilicèt, quòd filius instituatur, vel nominatim exhæredetur, adde l. 2. vers. *sed si eos* D. *de vulgar. et pupill.* et vide circa hoc, quæ ponit Bart. in l. 2. in princ. in 7. requisito, D. eod.

(2) *Lo desheredasse.* Adde §. *non solum*, *Instit. de pupill. substitut.*

(3) *Por razon de tal tuerto.* Debet enim exprimi causa, ut in l. 4. tit. 7. infrà ead. *Part.*

dero a fulano, en los bienes que a aquel mio fijo vinieren de parte de su madre, e de los otros sus parientes (4); assi que si el muriere ante que sea de edad de catorze años, que este (5) que establezco por heredero, aya en su logar los bienes sobredichos. Pero para poder el padre desheredar tal fijo como este, ha menester que el moço aya mas de diez años (6) e medio, a que llaman en latin, proximus pubertati; que quier tanto dezir, como que es cercano a ser de edad, e ha entendimiento. Ca si menor fuesse, non lo podria desheredar de lo suyo; porque non lo semeja (7) que puede fazer tuerto a su padre maliciosamente, mas que lo faria por necedad, e por mengua de entendimiento.

LEY VII.

Que fuerça ha la substitucion pupilar.

Tal fuerça ha la substitucion que es dicha pupilar, que aquel que gana la heredad por razon della, deue auer los bienes del moço, en cuyo logar fue establescido por heredero, tambien como si el mismo lo ouiesse establescido por su heredero, en tiempo que pudiesse fazer testamento. E por estas razones, tal substitucion como esta es como otro testamento (1), que faze el padre al moço sobredicho. E heredara tal substituto como este todos los bienes (2) del moço (3), onde quier que los aya; fueras ende, si este que assi es estables-

(4) *De los otros sus parientes.* Vel etiam ex donatione amicorum, ut quia fortè pupillus erat gratiosus, ut dicit Gloss. in dict. §. *non solùm*, *Instit. de pupill. substitut.* An autem ab isto substituto filii exhæredati possit aliquid relinqui, seu possit à testatore gravari, vide l. 3. tit. 9. infrà ead. *Part.*

(5) *Que este.* An autem ab isto substituto filii exhæredati possit aliquid relinqui: seu an possit iste à patre testatore gravari; vide in l. 3. tit. 9. infrà ead. *Part.*

(6) *Diez años e medio.* Semper istæ ll. Partitarum taxant istam ætatem, de qua hîc, ad declarandum jus commune, quando pupillus dicatur proximus pubertati, ut hîc, et in l. 4. tit. fin. infrà ead. *Part.* et l. 9. infra, tit. 1. et l. 8. tit. 3. 7. *Part.*

(7) *Porque non semeja.* Adde, l. *si quis in suo*, §. *legis*, *C. de inoffic. testam.*

LEX VII.

Per pupillarem substitutionem succeditur pupillo in omnibus bonis ei undecumque quæsitis, sicut si ipsemet hæredem instituisset; nisi substitutus sit incapax bonorum aliundè venientium. Hoc dicit.

(1) *Otro testamento.* Et sic reputatur diversum testamentum à paterno; sed intellige quoad quædam, nam quoad quædam etiam est unum, quod declarant Glos. et Bart. et Paul. de Castr. in l. *patris*, *et filii* D. eod. et declarat etiam plenè Angelus Aretin. in §. *igitur*, *Instit. de pupill. substitut.*

(2) *Todos los bienes.* Procedit hoc, etiamsi fuerit substitutus in re certa, non dato alio cohærede universali, ut est casus in l. *cohæredis*, §. fin. D. *de vulgar*, *et pupill.* et intellige etiam, quando fuit facta talis substitutio verbis directis, de quibus in l. *verbis civilibus*, D. eod. ut declarat Alexand. in l. 2. col. 10. D. eod. tit. procedit etiam, etsi substitutus succedat ex tacita pupillari, ut notat Bart. per textum ibi indistinctè loquentem in l. *sed si plures*, §. *ad substitutos*, D. eod. et ne detur inconveniens, ne pupillus pro parte decedat testatus, scilicèt, si substitutus tantùm admittatur ad bona paterna, et pro parte intestatus, si non admitteretur ad alia bona pupilli. Quid autem, si succedat ex expressa vulgari, quæ continet tacitam pupillarem, an in ea veniant bona pupilli, sicut veniunt ex expressa pupillari? Quæstio fuit valde disputata inter Doctor. antiquos, prout latè tradit Alberic. in rubrica D. *de vulgar. et pupill.* col. 14. et seq. vers. *ulterius quæritur*, *etc.* Et ibi dicit, quòd opinio Dyni, quòd omnia veniant, tenetur communiter per Doct. modernos; quod tamen debet declarari, secundum Jacob. de Aret. ut repudiante pupillo hæreditatem patris, statim admittatur substitutus ad bona paterna, et decedente postea pupillo impubere, capiet bona ejusdem ex pupillari tacita, ut in l. *si pupillus*, D. *de acquir. hæred.* et ita tenet Bart. et Doct. communiter in l. 1. col. 9. in 4. *effectu vulgaris substitutionis*, D. eod. Adverte etiam, quòd in ista substitutione pupillari, per quam succeditur pupillo, venient etiam bona testatoris, quamvis esset casus, in quo in tali pupillari expressa non contineretur tacita vulgaris; de quibus casibus tradit Bart. et Alexand. in l. 2. in princ. in 5. principali quæstione, D. eod. hoc probatur in l. *paterfamilias primis tabulis*, et ibi Bart. in princ. D. eod. tenet Alexand. in dict. §. *ad substitutos*; et nil mirum, ex quo per aditionem impuberis bona cœperunt esse unita, l. *sed si plures*, §. *filio*, eod. tit. Quid etiam si succedatur ex vulgari tacita comprehensa in expressa pupillari, an etiam veniant bona impuberis? Dynus tenuit, quòd sic, per textum in l. *qui fundum*, §. *cohæres*, D. *ad leg. Falcid.* Bart. in dict. l. infra, in princ. col. 10. tenet idem in hoc dicendum, quod dictum suprà fuit, quando succeditur ex expressa vulgari, et cùm Bart. communiter Doctores tenent, prout attestatur Socin. in dict. l. 1. col. 3. fol. 15. Veniet etiam in pupillari legitima filii cum prælegatis, l. *ex tribus*, *C. de inoffic. testam.* non tamen habebit substitutus bona per pupillum alienata ante suam mortem, secundum Angel. et Imol. in l. *Marcellus*, §. *res quæ*, D. *ad Trebell.* dummodò alienata sint ex justa causa, et debito modo; aliàs non tenebit alienatio, l. 1. §. 2. vers. *sed nonnullos*, D. *de tutel. et ration. distrah.* vide per Alexand. in dict. §. *res*, *quæ*, et Bald. in l. *nec ei*, §. *eorum*, D. *de adopt.* Item si bona alienata erant talia, quæ sine causa et solemnitate alienari potuissent, juxta l. *lex quæ tutores*, *C. de administ. tutor.* alienatio non revocaretur; nam ut dicit Francisc. de Aret. substitutio pupillaris, quæ inventa est favore pupilli, ut in dict. l. *ex tribus*, *C. de inoffic. testamen.* non debet pupillo tollere facultatem disponendi inter vivos de rebus suis, et sibi præjudicium inducere, l. *quod favore*, *C. de legib.* quod etiam patet, quia talis substitutio est testamentum pupilli, ut dicit ista lex, et nemo ex proprio testamento obligatur ad non alienandum, ut in l. *nemo*, D. *de regul. jur.*

(3) *Del moço.* Probatur hîc, matrem pupilli, etiam quoad legitimam excludi per expressam pupillarem. Adde l. *Papinianus*, §. *sed nec impuberis*, D. *de inoffic. testam.* et clarius habetur in cap. *si pater*, *de testam.* lib. 6. in fin. et hoc tenet Bart. et cæteri Doct. communiter, in dict. 2. l. in princ. in 3. effectu pupillaris substitutionis, D. eod. Archidiac. tamen in dict. cap. *si pater*, dicit hoc procedere jure fori, non jure poli, argumento cap. fin. 17. quæst. fin. juncta l. *nam et si parentibus*, D. *de inoffic. testam.* Socin. in dict. l. 2. col. 8. vers. *circa tertium effectum*, referens hoc dictum Archidiaconi, in confirmationem ejus adducit, quòd videtur contradicere æquitati naturali, quòd mater excludatur in totum, ut patet ex pulchrè adductis per Bald. in l. *precibus*, post princip. vers. *circa tertium*, *C. de impub. et aliis*, et quando lex positiva contradicit naturali æquitati, non ligat in foro conscientiæ, ut voluit notabiliter Innoc. in cap. *quia plerique*, *de immunit. eccles.* Undè infertur, quod non possit substitutus in foro cons-

cido por heredero del moço, fuere ome tal, que non podiesse heredar (4) por derecho los bienes de otri. Ca estonce non los deue auer, si non en aquella manera que las leyes deste (5) libro mandassen.

LEY VIII.

Si muere el moço a quien es dado substituto, como puede heredar el substituto lo suyo.

Muriendo el moço, a quien el padre, o el abuelo ouiesse dado otro heredero substituto, en la manera que dizen pupilar; si este substituto quisiere heredar tan solamente los bienes que fueren del padre del huerfano, e non los que ouiera el moço de parte de su madre, o de los parientes della; dezimos (1), que si este substituto fuesse establescido por heredero en vno con el moço (2) en el testamento de su padre, e otrosi, si le fue dado por substituto (3), que estonce conuiene en todas guisas, que sea otrosi heredero (4) en los bienes del moço, maguer non quiera; o los desampare todos (5). Mas si el moço, quando era biuo, e aquel que fue establescido por heredero en su lugar, se acordassen de so vno, que non quieran entrar los bienes del padre

cientiæ retinere legitimam debitam matri, et quòd per denuntiationem evangelicam ad eam præstandam cogi possit, argumento notatorum per Bart. in Extravagant. *ad reprimendum*, in verbo *per denuntiationem.* Idem tamen Socinus ibidem dicit, istam opinionem Archidiac. esse valdè dubiam, quia lex positiva, quæ non est nutritiva peccati, ligat, et debet servari in foro conscientiæ; allegat Joann. Andr. post S. Thomam, in cap. *quanquam*, *de usur.* lib. 6. et quòd non peccat, qui auctoritate canonis aliquid facit, 23. quæst. 4. cap. *qui peccat*; nec lex canonica permittit aliquid cum peccato, ut in cap. fin. *de præscript.* bona glossa in cap. *cum contingat*, *de jurejuran.* Subdit tamen Socinus, quòd teneatur menti dictum Archidiaconi propter ejus auctoritatem; quia poteris aliquando ratione concordiæ aliquid consequi. Et certè istud dictum Archidiac. videtur durum, cùm legitima etiam filio debita, potest tolli per statutum, ut est conclusio Bart. in l. *Titio centum*, §. *Titio genero*, D. *de condit. et demonst.* cum quo multi Doctor. tenent; licèt communis conclusio sit, quòd possit minui, non autem in totum tolli, ut attestatur Decius, consil. 106. *et pro tenui, etc.* quæ debet limitari, quando filius non haberet, unde se aleret; nam si haberet, in totum tolli posset, secundum Abb. in cap. *Raynutius*, col. 5. *de testam.* et cùm communiter matres habeant ad alimenta aliàs, et prout in plurimum transeunt ad secundas nuptias, justum fuit et æquitati consonum remedium legale, et canonicum providendi filio, et patri, et ejus familiæ per paternam pupillarem substitutionem; et multò fortius hæc procederent in legitima debita matri, ut in totum possit excludi, cui non est ita debita legitima, sicut descendentibus, ut in dict. l. *nam et si parentibus*, et tradit latè, et pulchrè Guilliel. Bened. in repetit. dict. cap. *Raynutius*, in verbo *et uxorem nomine Adelasiam*, fol. 52. cum seq. Si tamen mater esset valdè pauper, ita quòd non haberet alimenta, tunc posset agere contra substitutum pupillarem ad alimenta, qui est hæres filii, ut in l. *si quis à liberis*, §. *item scriptum*, D. *de liber. agnosc.* l. 6. et quæ ibi dixi, tit. 19. *Partit.* 4. et prædictam conclusionem, quòd mater excludatur per pupillarem expressam, extende etiam, si substitutus sit turpis persona, ut probatur in dict. §. *sed neque impuberis*, juncta Gloss. et ibi tenet Angel. Vide quæ dixi suprà eod. l. 5. in gloss. fin.

(4) *Heredar.* Debet enim substitutus esse capax tempore testamenti, et mortis pupilli, et etiam tempore aditæ hæreditatis, ut in l. *si is, qui hæres*, et ibi Bart. D. *de vulgar. et pupill.* et quid si substitutus sit filius naturalis, vel spurius testatoris? Vide l. *si is, qui ex bonis*, D. *de vulg. et pupill.* ibi Bart. et Doctor.

(5) *Deste libro.* Fortè dicit, propter ea, quæ habentur in l. 8. tit. 13. infrà ead. *Partit.* et in dict. l. *si is, qui ex bonis*, D. *de vulgar. et pupill.* et l. 22. tit. 3. ead. *Partita.*

LEX VIII.

Si pater instituat hæredes duos filios, et uno instituto alium substituat, et moriatur institutus, necesse habet substitutus pupillariter omnia bona pupilli agnoscere, nec paterna potest repudiare, et alia adire, vel e contra; si tamen alius tertius fuerit in testamento patris institutus, et mortuus, dum viveret, convenit cum superstite substituto de repudiando bona paterna, tunc mortuo pupillo, substitutus succedit pupillariter in bonis pupilli mortui, et potest, si velit, paterna bona repudiare, et in tali casu habebit paterna bona tertius hæres patris, aliàs non. Hoc dicit.

(1) *Dezimos.* Ortum habet ista lex à l. *quidam eulogio*, *C. de jur. deliber.* et à l. *quæsitum*, et à l. *si pupillus*, D. *de acquir. hæred.* et à l. *pater*, D. *de privileg. creditor.* et à notatis per Azo. in summa *C. de impub. et aliis substit.* col. 3. vers. *an autem institutus.*

(2) *Con el moço.* Idem esset dicendum, si pupillus esset exhæredatus, et iste alius, sive sit extraneus, sive frater pupilli, fuisset institutus in totum, quia in tali casu acceptando paternam, cogitur acceptare pupillarem, secundum Joan. de Imol. in l. *qui patri*, D. *de acquir. hæred.* in l. *quod supra quadrantem*, D. *ad leg. Falcid.* ubi Glossa reputata singularis voluit contrarium; sed cum Joan. de Imol. tenent Alexand. et Jason. in dict. l. *quidam eulogio*, quia militat ratio l. *sed et si plures*, §. *quos possum*, D. *de vulgar. et pupil.* quæ fuit ratio fundamentalis istarum ll. secundum Bart. post Din. in l. fin. D. *de acquir. hæred.* ubi Bart. plenè discutit per latam distinctionem, quam facit in 3. fin. colum. ubi videbis alios casus ultra positos per istam legem.

(3) *Substituto.* Procedit hoc, sive sit expressa pupillaris, sive tacita contenta in vulgari, quia etiam militat ratio dicti §. *quos possum*, de qua in præcedenti glossa, et satis probat ista lex, cum generaliter loquatur, et l. *qui patri*; D. *de acquir. hæred.* ubi Alexand. post Roma. et in dict. l. *quidam eulogio*, ubi etiam Jaso.

(4) *Heredero.* Ipse, si vivat, intellige, et etiam si decesserit ante pupillum, quia adhuc ejus hæres cogitur adire, seu acceptare pupillarem hæreditatem, ut est casus singularis in dict. l. *qui patri*, D. *de acquir. hæred.* Quid si adivit coactus ad petitionem fideicommissarii hæreditatem paternam, an etiam tunc procedat ista lex? Vide Alexand. post Bart. et Rapha. Cuma. in l. *ita tamen*, §. *qui suspectam*, D. *ad Trebell.* tenentes, quòd sic, quia tunc etiam militat ratio dicti §. *quos possum*, licèt Jaso. in dict. l. *quidam eulogio*, dicat, quòd hoc non est sine magna dubitatione.

(5) *Todos.* Id est, ut nec paternam, neque pupillarem substitutionem acceptet; nam si prius acceptet paternam, non poterit posteà deserere eam, et pupillarem, l. *sicut*, *C. de repud. hæred.* Bart. tamen in dict. l. fin. col. 3. D. *de acquir. hæred.* per l. *cum hæreditate*, D. eod. vult, quòd si obvenienti pupillari hæreditate, vellet repudiare paternam, quòd potest hoc facere, ne et habeat pupillarem; cujus dictum videtur approbari per istam legem Partitarum: sed tene contrarium, prout etiam tenuit ipsemet Bart. sibi contrarius in l. *testamento*, *C. de impub. et aliis*, et Ang. in l. *qui patri*, D. *de acquir. hæred.* Joan. de Imo. in dict. l. fin. col. 2. Paul. de Castr. in dict. l. *quidam eulogio*, col. 4.

de aquel moço; si en aquel mismo testamento ouiesse establescido el testador a otro alguno (6) por heredero con ellos, estonce, si muriesse el moço ante que fuesse de edad, el substituto sobredicho heredara por la pupilar substitucion, e non entrara en los bienes del padre del moço, si non quisiere; mas heredarlos ha aquel que fue establescido por heredero con ellos. Pero si el testador diesse substituto al moço, en la manera que es dicha pupilar tan solamente, e non lo establesciesse por heredero de so vno con el fijo, assi como sobredicho es; si el moço quisiere ser heredero en los bienes de su padre, e entrare en ellos (7), conuiene que el substituto sea heredero, tambien en la heredad del testador, como en los otros bienes del moço, si muriere ante que sea de edad; e de otra guisa non lo podria auer (8).

LEY IX.

Como aquel que porfijasse algund moço, puede dar substituto.

Si porfijasse algund ome al fijo de otro, que fuesse menor de catorze años, en aque-

C. de jur. deliber. ubi etiam respondet ad dictam l. *cum hæreditate*, et istam legem Partitæ intellige, ut dixi; vel etiam potest intelligi, quòd si est minor, cùm adivit, et restituatur contra aditionem, sic restitutus utramque hæreditatem deserat. Sed quid si institutus, qui erat minor, restituatur contra aditionem paternæ hæreditatis, et sic restitutus velit habere pupillarem ex substitutione, an possit? Videtur hìc probari, quòd non: contrarium tamen videtur de mente Azo. in summa *C. de impuber. et aliis subtitut.* col. 3. ubi dicit, quòd si impubes adivit paternam hæreditatem, et decessit in pupillari ætate, et ejus substitutus velit in integrum restitui, ut repudiet portionem paternæ hæreditatis delatæ sibi ex persona impuberis, quòd fortè restituetur, sicut etiam pupillus poterat restitui, ut in l. *non solum*, D. *de in integr. restit.* licèt Azo. videtur loqui in casu, in quo erat alius cohæres pupilli, seu in casu, in quo per existentiam sui hæredis tabulæ pupillares erant confirmatæ, ut in l. *si filius, qui patri*, D. *de vulg. et pupil.* Hodie de jure regni videtur idem dicendum, etsi ex testamento paterno hæreditas maneret sine aditione, per l. 1. tit. 2. lib. 5. *Ordinam.* et quia etiam, de jure communi loquendo, si quis restituatur contra hæreditatis aditionem, cùm tamen nudo nomine hæres remaneat, ut in l. *etsi sine*, §. *sed quod Papinianus*, D. *de minor.* ex eo solo remanent confirmatæ tabulæ pupillares, ut tenet Bart. in dict. l. fin. et est etiam de mente ejus in dict. l. *si filius, qui patri*, ubi etiam Joan. de Imol. et Cuma. et alii moderni illud declarant super 1. lectur. illius l.

(6) *A otro alguno.* A contrario ergò si nullus esset datus cohæres, cujus aditione confirmarentur tabulæ pupillares, non posset substitutus habere pupillarem hæreditatem, ut probatur hìc, et in l. *sed si plures*, §. *ex asse*, D. *de vulg. et pupill.* sed opponitur l. *si filius, qui patri*, eod. tit. nam cùm institutus hìc fuerit pupillus, cui datus fuit substitutus cohæres cum eo institutus, licèt uterque repudiaverit paternam hæreditatem, substitutus habere debet pupillarem, cùm existentia sui hæredis pupilli confirmatæ fuerunt tabulæ pupillares; sed dic, quòd talis existentia per dationem cohæredis extranei fuit sublata, ut in l. *apud Julianum*, §. *idem Julianus*, D. *ad Trebell.* et sic de jure communi, cùm non adeatur hæreditas ex testamento paterno, tabulæ pupillares evanescunt; si verò cohæres fuisset alter hæres suus, ut filius in potestate, tunc procederet, quod habetur in dict. l. *si filius, qui patri*, et ita declarat Gloss. et Doctor. in dict. l. *sed si plures*, §. *filio*, D. *de vulgar. et pupill.* Hodie tamen de jure regni, cùm etiam hæreditate non adita valeant relicta, et quæcumque in testamento contenta, videtur, quòd etiam si non esset cohæres, qui adeat, substitutus habere possit pupillarem hæreditatem, per dict. l. 1. tit. 2. lib. 5. *Ordinam.*

(7) *Entrare en ellos.* Est enim tunc juncta, et facta una hæreditas, patris et pupilli, et ideò non potest illam substitutus separare, ut in l. *sed si plures*, §. *filio impuberi*, D. eod. l. *si pater*, D. *de privileg. creditor.* vers. *at cum substitutus*; si verò pupillus, qui solus fuit institutus, abstinuit se à paterna, tunc substitutus benè potest habere pupillarem, dict. l. *si pater*, et l. *si pupillus*, in princ. D. *de acquir. hæred.* si tamen pupillus, qui adivit, poterat restitui contra immixtionem, vel aditionem, poterit hoc beneficio uti ejus hæres, ut in dict. l. *non solum*, D. *de in integrum restit.* Azo. ubi suprà. Bart. post Din. in l. fin. col. 3. ad fin. in 1. membro distinctionis, D. *de acquir. hæred.* sed adverte in hoc, quia glossa magna in vers. *vel melius*, in dict. l. *si pater*, tenuit contrarium per textum; imò quòd ex quo substitutus approbavit voluntatem testatoris, adeundo ex pupillari, videtur etiam approbasse aditionem factam per pupillum, secundum voluntatem testantis; es sic quòd dicta l. *non solum*, habeat locum in successione ab intestato pupilli, non autem in succedente sibi ex substitutione pupillari: et illam glossam sequitur ibi Bart. dicens esse notabilem ad declarationem dictæ l. *non solum*, et idem vult Joan. de Imol. in dict. l. fin. col. fin. D. *de acquir. hæred.* ubi dicit istam esse singularem limitationem ad dictam l. *non solum*; et casum in dict. l. *si pater*, esse in hoc singularem, et non alibi: Alberic. etiam in dict. l. *si pater*, transit cum dicta glossa post Din. Idem tenet Joan. de Imol. sibi contrarius, in dict. l. *si filius qui patri*, et in l. *sed si plures*, §. *filio*, D. eod. ubi etiam Paul. de Cast. tenet primum dictum Azo. et Bart. in dict. l. fin. Alexand. perpendit istam contrarietatem in dict. l. *quidam eulogio*, col. 2. ubi ipse pro concordia opinionum distinguit, quòd, aut sumus in casu, in quo absque aditione seu immixtione pupilli, substitutio pupillaris erat confirmata, ut quia filius erat institutus in potestate absque datione cohæredis extranei, et sic existentia suitatis confirmata erat pupillaris substitutio; et tunc non sequitur ex necessitate, quòd substitutus agnoscendo hæreditatem pupilli ex substitutione pupillari, videatur confirmare immixtionem factam à pupillo; et quòd tunc meritò procedat opinio Bart. in dict. §. *filio*, et in dict. l. fin. secùs verò, si erat necessaria immixtio pupilli ad confirmationem substitutionis; ut quia datus erat filio pupillo cohæres extraneus. Certè iste articulus est valdè mihi dubius, neque ista concordia domini Alexandri multùm stringit, licèt videatur colorata; et fortè in puncto juris verior est opinio Bartoli in dict. §. *filio*, seu in §. *si ex asse*, et in dict. l. fin. quæ, ut dixi, fuit opinio Azonis, cùm dicta l. *non solum*, procedat, sive hæres minoris succedat ab intestato, seu ex testamento; neque de necessitate sequitur, quòd adeundo ex pupillari substitutione, videatur approbare aditionem factam per pupillum de hæreditate patris, cùm posset dici, quòd approbat, ita tamen, ut salvum sibi remaneat beneficium restitutionis sibi competens ex persona minoris, per dict. l. *non solum*, et l. *si pater*, in qua se fundat Glossa ibi; non probat, quòd per hoc excludatur substitutus à beneficio restitutionis, quo et ipse minor in casu, in quo esset necessaria immixtio ad confirmationem tabularum pupillarium, posset restitui; ergo et ejus hæres: et procedit maximè stante hodie dicta l. *Ordinam.* ex qua non egent aditione ex testamento paterno tabulæ pupillares.

(8) *Non lo podria auer.* Habita tamen utraque hæreditate ex agnitione pupillaris, poterit ex persona minoris restitui, ut dixi in gloss. suprà proxima.

LEX IX.

Arrogatio filio, potest arrogans pupillariter substituere

lla manera que es llamada en latin, arrogatio (1); e despues desto le dexasse sustituto en su testamento otro alguno en lugar deste moço, en aquella manera que es dicha, substitutio pupillaris; tal substituto como este non heredara en los bienes del moço. Fueras ende en aquella parte, que el moço deuia heredar de derecho, en los bienes de aquel quel porfijo: que es la quarta parte (2) de todo lo del porfijador, e lo al que le ouiesse dado algund su amigo (3), de aquel que lo porfijo, por amor de aquel su padre adoptiuo. Mas los otros bienes que viniessen a tal moço como este, de parte de su padre natural, e legitimo, o de otra parte, heredarlos han los parientes mas propincos del; si su padre natural non ouiesse (4) ordenado alguna cosa en razon dellos en su testamento.

LEY X.

Porque razones desfallesce la substitucion pupilar.

(20) *Sin fijos.* Iste fuit ultimus casus, quem in materia hujus compendiosæ posuit Azo ubi suprà. Quid autem si istud verbum non fuerit adjectum, sed per verbum commune, puta *substituo*, paganus fecisset istam substitutionem; an tunc infra tempora pubertatis valebit jure directo, et post pubertatem jure fideicommissi? Vel an omni tempore erit fideicommissaria? Ista lex non apperit, quia non posuit istum casum, si substitutio tantùm esset facta quandocumque decesserit, non addens, si sine liberis decesserit; et Azo ubi suprà, dicit hanc substitutionem omni tempore esse fideicommissariam, quia verbum *substituo* adaptatur ad fideicommissum, l. *generaliter*, §. fin. *C. de inst. et subst.* et quia talis interpretatio rem omni tempore valere suadet, l. *quotiens*, D. *de rebus dub.* et idem voluit Gloss. in l. *Centurio*, D. *de vulgar. et pupill.* et in l. *precibus*, *C. de impub. et aliis substit.* etiam Gloss. in dict. cap. *si pater*, et istam dicit communem opinionem Bald. in l. *jam hoc jure*, D. *de vulg. et pupill.* et in aliquibus consiliis relatis à Decio in dict. l. *precibus*, ubi etiam refert alios istam opinionem tenentes. Gloss. tamen in §. *qua ratione*, *Instit. de pupillar. substit.* tenet, quòd si impubes moriatur in pupillari ætate, sit directa substitutio jure pupillaris ætatis, et ita valeat, et matrem excludat; post pubertatem tamen obliquetur: et istam opinionem comprobat, et sequitur post alios quàm plures, quos refert, Alexand. in dict. l. *Centurio*, col. 2. et seq. et multi alii à Decio relati in dict. l. *precibus*, col. 11. Bart. in dict. l. *Centurio*, et in dict. l. *precibus*, tenet primam opinionem, quando mater est in medio, et Bald. in dict. l. *precibus*, col. 2. et multi alii; ita quod Francisc. de Aret. consil. 159. dicat istam esse magis communem opinionem. Alii verò dicunt magis communem opinionem esse contra Bartolum, contra quos insurgit Decius in dict. l. *precibus*, dicens, quòd non facile judicari potest, quæ sit communis opinio, refertque ibi quamplures opinionem Bartoli tenentes, subdens, quòd hæc opinio Bart. habet magnam æquitatem, et per illam justo fœdere distinctionis opiniones concordari possunt; et quia incertum est de communi opinione, judex, qui habet judicare de æquitate deberet, si posset, componere cum matre, quòd ipsa habeat solam legitimam debitam jure naturæ, et non Trebellianicam, et quòd talis concordia videtur juridica in rebus valde dubiis. Guilliel. Benedict. ubi suprà, col. 24. et 25. audacter asserit opinionem Glossæ in dict. §. *qua ratione*, esse communem, ibique eam late defendit, inducens aliquas absurditates, quæ resultarent, si opinio contraria teneretur. Ut dixi, lex ista Partitarum non decidit istum casum, sed casum quando fuit in compendiosa adjectum, *si sine liberis moreretur*, in quo casu etiam loquitur dictum cap. *si pater*, *de testam.* lib. 6. voluitque lex ista in hoc multum esset ponderis, ut etiam si substitutio tali casu concipiatur, etiam per verba directa, obliquetur post pubertatem jure fideicommissi; quæ tamen non obliquaretur, si non addito dicto verbo *substitutio compediosa*, etiam cum verbo *quandocumque* conciperetur, ut ista lex dixit in præcedenti casu. Ergò videbatur concludendum, quòd casus iste remaneat sub dispositione juris communis, et quòd ista lege non decidatur; imò ista lex in finali casu posset induci contra opinionem Glossæ in dict. §. *qua ratione*, cùm velle videatur, quòd verbum *substituo*, quod est commune, tunc intra tempora pubertatis inducat directam substitutionem; post pubertatem verò fideicommissariam, quando fuit facta, *si sine liberis moreretur*, et non aliàs. Ego verò arbitror opinionem Glossæ in dict. §. *qua ratione*, esse veriorem, et magis accedentem voluntati testatoris, et dispositioni jurium, et menti hujus legis Partitarum; nam etsi cùm testator concipit substitutionem compendiosam sub verbo, *si sine liberis moreretur*, per verbum commune, vel directum, et posset dici sensisse de tempore post pubertatem, et non de tempore ætatis pupillaris, in quo non est verisimile pupillum habere liberos, nihilominùs disponit intra pubertatem valere jure directo, et posteà jure fideicommissi; à fortiori idem videtur dicendum, quando hoc verbum non fuisset adjectum, et verba communia conveniunt, tàm directæ, quàm obliquæ substitutioni; unde nihil mirum si mutatis temporibus mutetur ipsa substitutio ex mente testatoris.

(21) *Despues de la edad sobredicha.* Id est, post pupillarem ætatem: à contrario ergò vult, quòd si decedat intra pupillarem ætatem, substitutus admittatur in omnibus bonis, exclusa matre, et cæteris venientibus ab intestato, ex pupillari contenta in compendiosa. Reprobat ergò in hoc ista lex opinionem Azon. in summa, *C. de impub. et aliis substitut.* circa finem, qui interpretatur talem substitutionem omni tempore fideicommissariam, quia talibus verbis non directa, sed fideicommissaria substitutio consuevit de jure, et de facto fieri. Et nisi verba directa traherentur ad fideicommissum, nullo tempore valeret magis, quàm alio; quia etiam illud verbum *sine liberis* innuit, quòd etiam in pupillari ætate substituerit per fideicommissum, quia tunc liberos habere non potest: et istam opinionem Azonis tenet Gloss. in l. *precibus*, *C.* eod. et pro ista opinione Azon. et Gloss. satis facit textus in l. *credendum*, §. *si verò maritus*, D. *qui pet. tutor.* allegatus ad hoc per Baldum contra quemdam repetentem, ut refert Paul. in dict. l. *precibus.* Ista verò lex Partitarum videtur sequi dispositionem capit. *si pater*, *de testam.* lib. 6. ubi idem videtur probari: et ista conclusio, de qua hic in ista lege, tenebatur etiam per Gloss. et Bart. in dict. l. *Centurio*, D. *de vulgar. et pupill.* et Alexand. col. 5. et 6. Salicet. in dict. l. *precibus*, et est de jure communi opinio communis, ut attestatur Guilliel. Benedict. in dicta repetit. cap. *Raynutius*, super verbo *si absque liberis*, la 2. in tractatu *compendiosæ*, antepenult. fol. et etiam Alexand. in dict. column. 6. et istam etiam partem tenet Oldrald. consil. 125. ubi vide.

(22) *Las otras cosas.* Bona scilicet filii, et jura sepulchrorum, de quibus dixi suprà.

(23) *Todos los otros bienes.* Ex hoc videtur, quòd etiam in testamento pagani de jure isto Partitarum non poterit mater ultra legitimam filii deducere quartam Trebellianicam, licèt gravatus fuerit filius sub conditione, ut hic fuit, *si sine liberis decesserit*; et licèt diversis temporibus legitima, et Trebellianica veniant deducendæ, ut est quando filius non gravatur purè, sed sub conditione, vel ad diem incertum; quod videtur contra communem Doctorum asser-

LEY XIII.

De la substitucion a que dizen en latin Breuiloqua, como se deue fazer, e que fuerça ha.

Breuiloqua substitutio en latin, tanto quier dezir en romance, como segundo establescimiento de heredero, que es fecho breuemente (1). E tal substitucion como esta se faze (2) en esta manera. Como si algund testador ouiere dos fijos menores (3) de catorze años, a quien establesciesse por sus herederos, diziendo assi: Fagovos mios herederos a amos a dos, e establezcovos por substitutos al vno del otro de so vno. E en la substitucion que es fecha desta manera contienense quatro substituciones (4), dos vulgares, e dos pupilares. Ca qualquier destos moços sobredichos, que non quiera entrar la heredad, o si la entrare, e muriere ante que sea de catorze años, aura el otro toda la heredad.

LEY XIV.

De la substitucion que es llamada en latin Fideicommissaria.

Fideicommissaria substitutio en latin, tanto quiere dezir en romance, como establescimiento de heredero, que es puesto en fe (1)

tionem in l. *Centurio*, D. *de vulgar. et pupill.* dum ponunt effectus directæ substitutionis, quos non haberet substitutio fideicommissaria. Unde infertur, quòd attento isto jure Partitarum, et Fori, et legum Tauri, quibus permittitur libera dispositio patri in quinta bonorum, vel filio habenti ascendentes legitimos in tertia, non sit locus illi disputationi, an filius, vel pater gravatus à filio possent deducere duas quartas, legitimam scilicèt, et Trebellianicam: in quo articulo magis communis erat Canonistarum, et Legistarum opinio, ut tali casu possint duæ quartæ deduci ex dispositione capit. *Raynutius, de testam.* quod plenius tangam in l. 1. et fin. tit. 11. infrà ead. *Partit.* et licèt à filio legaretur, vel restitui juberetur per patrem testantem quinta pars bonorum, vel à filio tertia, non posset filius, vel pater deducere Trebellianicam, quia ille, cui relinquitur, judicatur legatarius, ut tradit Bart. in l. *si quis servum*, §. fin. cum sequentib. D. *de legat.* 2. Gloss. in l. *mulier*, §. fin. D. *ad Trebell.*

LEX XIII.

Breviloqua substitutio fit sic: *talem, et talem filios meos hæredes instituo, et eos invicem substituo*, et tunc si ambo sunt impuberes, continet duas pupillares, et duas vulgares substitutiones; ita quòd aliquo eorum non adeunte, admittitur alius pro vulgari; et si adeat, et in pupillari ætate decedat, admittitur substitutus per pupillarem substitutionem. Hoc dicit.

(1) *Breuemente.* L. *cum in testamento*, §. *hæc verba*, D. *de hæred. instituend.*

(2) *Se faze.* Fit etiam reciproca verbis, de quibus in l. *si fundum, sub conditione*, §. *his verbis*, D. *de legat.* 1. Bart. in l. *Lucius*, col. 1. D. *de vulg. et pupillar.* ubi etiam vult, quòd fiat etiam juxta formam l. *Titius*, D. *de hæred. instituend.* Quid autem si fiat ultimo morienti, an ex hoc inducatur reciproca substitutio? Vide l. *Titia Sejo*, §. *Seja libertis*, D. *de legat.* 2. plene per Doctor. signanter Socin. in l. *hæredes mei*, §. *cum ita*, D. *ad Trebell.* et l. *vel singulis*, D. *de vulgar. et pupill.* et §. *vel singuli, Instit. de pupill. substitut.* et ultra prædicta ad materiam dicti §. *Seja libertis*, quæ est multùm practicabilis, vide Socin. cons. 113. ad finem, vol. 1. et consil. 238. per ultim. et fin. col. 2. vol. et eod. volum. ubi latissimè, consil. 249. col. 4. 5. 6. et 7. et consil. 104. col. 5. et 7. 3. volum. ubi vide etiam Decium consil. 238. in 1. dubio, et vide quod notat Bart. in l. *quandiu*, la 3. D. *de acquir. hæred.* et nota consilium Alexand. 91. vol. 1. et eod. vol. consil. 105. et consil. 14. volum. 4. column. penult. et fin.

(3) *Dos fijos menores.* Adde l. *jam hoc jure*, D. *de vulg. et pupillar.* et ponit de filiis gratia exempli, et ut ostendat quatuor substitutiones sub ista breviloqua contineri, nam etiam extraneis ita substitui potest, l. *cum in testamento*, §. *hæc verba*, D. *de hæredib. instit.* Item ideo hic dixit, *menores de catorze años*, quia aliud esset, si unus filiorum esset pubes, alter verò impubes, ut in dict. l. *jam hoc jure*, et l. 2. et l. *quamvis*, *C. de impuber. et aliis substit.* l. *in testamento quidem*, *C. de testam. milit.* et potest contingere ista disparitas tripliciter; nam aliquando hæc substitutio fit personis disparibus ab initio, et semper; aliquando personis disparibus ab initio, sed non semper, puta, quia eis postea supervenit æqualitas; aliquando fit personis paribus ab initio, quibus postea inæqualitas contingit; quæ singula prosequere, ut per Guilliel. Bened. in repetit. cap. *Raynutius*, *de testam.* super verbo *si absque liberis*, la 2. in tractat. *breviloquæ*, column. 13. cum sequentibus. Et adverte, quia quando unus filiorum esset pubes, alter impubes, licèt in breviloqua, seu reciproca substitutione adjungeretur compendiosa, ut quia testator dixerit, *quandocumque decesserint*; tamen propter uniformem determinationem talis reciproca cum compendiosa non continebit pupillarem substitutionem, ut est de mente Bart. in l. *Lucius* col. 2. vers. *sed quæro quando*, D. *de vulgar. et pupil.* et tenet Angel. in consil. 151. incipit, *quidam Nicolaus*, et Petrus de Anch. consil. 68. incipit, *subtiliter, et ad plenum*, et Socin. consil. 298. incipit, *quoniam præsens consultatio*, vol. 2. col. 2. ubi dicit, istam esse veram, et communem conclusionem; et adde in ista materia, quæ dixit Alexand. post Bart. in dict. l. *Lucius*, col. 3. vers. *quid autem si testator.*

(4) *Quatro sustituciones.* Item etiam poterit esse, quòd contineat octo, ut si fieret duobus filiis impuberibus mente captis, si substitutio conciperetur per hæc verba, *quandocumque decesserint, eos invicem substituo*, nam contineret duas vulgares, et duas pupillares, et duas exemplares, et duas fideicommissarias, Bart. in dict. l. *Lucius*, col. 2. D. *de vulgar. et pupil.* et est communis conclusio secundum Alexand. ibi: et istæ substitutiones sunt expressæ generaliter, licèt tacitæ specialiter, secundum Bart. in dict. l. *Lucius*, et limita secundum Alexand. ibi in verbo *subsequenter quærit hic Bartolus.* Quid autem, si cum reciproca non jungeretur compendiosa, est tamen clausula codicillaris in testamento, ubi tantùm continetur reciproca, an virtute clausulæ codicillaris substitutio reciproca comprehendat fideicommissariam? Socin. consil. 6. vol. 3. incipit, *in præsenti consultatione*, tenet quòd sic, in 1. et in 2. col. quem vide distinguentem in hoc, post Philip. Corne. in l. *si frater*, *C. de fideicommiss.* et volentem, quòd in clausula codicillari dicatur, quod si non valet, vel valebit jure directo, valeat jure fideicommissi. Vide ibi per eum.

LEX XIV.

Fideicommissaria substitutio fit sic: *talem hæredem instituo, et rogo, vel mando, seu volo quòd post tantum tempus restituat hæreditatem Titio*; tunc institutus restituens potest sibi quartam Trebellianicam retinere: sed si adire recuset, vel restituere, cogitur per judicem ad instantiam substituti hoc facere. Hoc dicit.

(1) *En fe.* Adde §. 1. et §. fin. *Instit. de fideicommis. hæred.* et quod habetur in l. fin. *C. de fideicom.*

de alguno, que la herencia dexa en su mano, que la de a otro; assi como si dixesse el fazedor del testamento: Establezco (2) por mio heredero a fulano, e ruegole (3), o quiero, o mando, que esta mi herencia, que yo le dexo, que la tenga tanto tiempo (4), e que despues que la de, e entregue a fulano. E tal establescimiento como este puede fazer todo ome (5) a cada vno del Pueblo (6), solo que non le sea defendido (7) por algunas leyes de

(2) *Establezco.* Est enim necessaria hæredis institutio, ut in §. *in primis, Instit. de fideicommis. hæred.* et hoc quando constat voluisse testatorem facere testamentum; aliàs secùs, ut in §. *præterea, Institut.* eod. Hodie in regno indistinctè tenebit fideicommissum, etsi constet testari voluisse, et nullam fecerit hæredis institutionem, ut colligitur ex l. 1. tit. 2. lib. 5. *Ordin. Regal.*

(3) *Ruegole.* Quæcumque verba, sive deprecativa, sive præceptiva sufficiunt, ut hic, et in l. *omne verbum, C. commun. de legat.* et in §. fin. *Instit. de singul. reb. per fideicommiss. relict.* l. *Scævola*, D. *ad Trebell.*

(4) *Tanto tiempo.* Intellige, si testator ita voluit, nam si juberet statim hæreditatem restitui, adimplendum ita esset, ut in §. 2. vers. *cum igitur, Instit. de fideicommis. hæred.* Quid autem, si quis gravetur de restituendo post certum tempus, veluti post mortem suam alteri, et interim sic gravatus deportetur, seu ejus bona publicentur, an fiscus capiet bona usque ad mortem naturalem condemnati, et postea restituet, vel an fideicommissarius posset statim condemnatione facta petere bona jure fideicommissi? Textus est, quòd interim fiscus capiat, in l. *Statius Florus*, §. *Cornelio Felici*, D. *de jur. fisci*, et l. *ex facto*, D. *ad Trebell.* facit l. *Divi fratres*, D. *de jur. patron.* et quod hujus legis argumento, et dicti §. *Cornelio Felici*, notat Bald. in l. *antiquitas*, in fin. *C. de usufruct.* Limita tamen istam conclusionem, nisi testator prohibuerit alienationem, præcipiens, ut bona remaneant in familia, seu si constaret ipsum voluisse, quòd bona etiam vivente instituto non transirent in alium; nam tunc statim admitteretur fideicommissarius, et fiscus excluderetur, l. *Imperator*, in princ. et ibi Bart. D. *de fideicommis. libertat.* et tradit latè, et notabiliter Alexand. quem vide 1. vol. consil. 23. incipit, *optimè consideratis.* Item etsi gravatus restituere hæreditatem post mortem suam, intret monasterium, licèt censeatur mortuus mundo, ut in l. *Deo nobis, C. de Episcopis, et Cleric.* non tamen admittetur substitutus, nisi eo naturaliter mortuo, l. *cum pater*, §. *hæreditatem*, D. *de legat.* 2. Bart. in dict. §. *Cornelio Felici*; quod intelligit, et limitat Bart. in dict. §. *hæreditatem*, nisi intrasset monasterium Minorum, qui nec in particulari, neque in communi possunt habere proprium, per Clement. *exivi de paradiso, de verbor. signific.* et idem vult Joann. de Plat. in l. 1. *C. pœn. fiscal. credit. præferr.* ad fin. lib. 10. *C.* et fideicommissum relictum simpliciter post mortem aliquorum, an intelligatur post mortem omnium, vel an admittatur substitutus statim ad partem cujuslibet morientis? Vide l. *Lucius*, §. *Cajo*, D. *ad Trebell.* et l. *codicillis*, in princ. et ibi Bart. notabiliter, D. *de legat.* 2. et l. *hæredes mei*, §. *cum ita*, ubi Bart. et Doctor. D. *ad Trebell.* et communis videtur resolutio, quòd si substitutio fiat post mortem plurium, etiam in tota hæreditate substitutus admittatur post mortem cujuslibet ad illius partem, cùm hæc pluralitas resolvatur in plures singularitates, l. *falsa*, §. fin. D. *de condition. et demonstrat.* l. 2. ad fin. D. *de condit. instit.* quæ tamen conclusio limitatur, nisi adsit persona, quæ ex verisimili mente testatoris sit substituto præferenda; tunc enim mors omnium erit expectanda, et inter substitutos censebitur substitutio reciprocè facta, ex ratione l. penult. *C. de impuber. et aliis substitut.* ubi Alexand. et Decius col. penult. Bart. et Imol. in dict. §. *cum ita*, ubi Socin. fatetur hanc esse communem opinionem: et adde Curtium Juniorem consil. 43. n. 9. Adverte etiam, quòd fideicommissum in dubio videtur relictum ab ipso instituto, licèt post ejus mortem relinquatur, l. *cohæredis*, §. *quod si hæredem*, et ibi notat Bart. D. *de vulg. et pupill.* et probatur in l. 12. suprà eod. An autem fideicommissum relictum post certum tempus, vel sub conditione, possit restitui ante diem, vel pendente conditione? Vide notabilem et magistralem textum in l. *filiusfamilias*, §. *Divi Severus*, D. *de legat.* 1. et ibi Bart. et l. *post mortem*, *C. de fideicommis.*

(5) *Todo ome.* Ita quòd habeat testamenti factionem activam, ut subjicit; de quibus habes in l. 13. tit. 1. ead. *Part.* et per Gloss. in l. *si quæramus*, D. *de testam.* per Abb. in rubric. *de testam.*

(6) *A cada vno del pueblo.* Et etiam ipsis civitatibus, et populis, l. *omnibus*, D. *ad Trebell.* et etiam collegiis, vel ecclesiis, cæterisque piis locis, l. 1. *C. de Sacrosanct. Eccles.* Item et fratribus ordinis Minorum, non ut bona retineant, sed ut illa vendant, ut pretium in alimenta, seu aliam necessitatem suam convertant, secundum Bart. Alexand. et Doctor. in l. *apud Julianum*, §. fin. D. *de legat.* 1. quos sequitur Abb. in cap. *recolentes*, *de statu monachor.* ubi dicit, quòd si emptorem non reperirent, tenerentur illa bona dare pro Deo, vel aliter extra manus ponere, et omnino dimittere. Et adverte, quòd si relinqueretur fideicommissum omnibus hominibus talis civitatis, vel loci, videtur relictum non ipsi civitati, sed singulis habitatoribus civitatis, l. 1. in fin. D. *de colleg. illicit.* et per istum textum; hoc asserit Guillielm. Benedict. in repetit. cap. *Raynutius*, *de testam.* super verbo *si absque liberis moreretur*, la 2. col. 4. Sed contra hoc est textus in l. *civibus*, D. *de rebus dub.* ubi habetur, quòd legatum factum civibus, ipsi civitati videtur relictum: per cives namque civitatis civitas repræsentatur, l. *Lucius*, §. *civibus*, D. *de legat.* 2. et tenet Abb. in cap. *requisisti*, circa fin. *de testam.* et ut considerat Socinus in dict. l. *civibus*, cùm legata fiant ob merita præcedentia, ut in l. *nec adjecit*, D. *pro socio*, et in l. *qui filiabus*, in princ. D. *de legat.* 1. ideo potius censetur factum legatum civitati, in qua possunt cadere merita præcedentia, quæ tamen non possunt considerari in particularibus civibus omnibus; unde in dubio hoc est sequendum, secundum eum. Procederet ergo dictum Guillielm. quando ex conjecturis aliàs constaret, non civitati, sed hominibus civitatis fideicommissum fuisse relictum: quando tamen universitas, seu collegium esset reprobatum, tunc non collegio, sed civibus deberetur, l. *cum senatus*, D. *de reb. dub.* si vero fideicommissum relinquatur canonicis talis ecclesiæ, tunc non ecclesiæ, sed ipsi collegio canonicorum acquireretur, secundum Abb. et Cardinal. quæst. 10. in dict. cap. *requisisti.*

(7) *Defendido.* Ut quia est incapax passivè, juxta id, quod habetur in l. 4. tit. 3. suprà ead. *Part.* et per Glos. in §. *legari*, *Inst. de legat.* et ex ista lege videtur approbari opinio Gloss. in l. *eam quam*, super verbo *coguntur*, *C. de fideicommis.* quæ ibi approbatur per Doctor. communiter, ut non valeat fideicommissum universale relictum ab incapace instituto, quando in totum erat incapax, etsi gravetur ut statim restituat; quod etiam videtur fuisse de mente Azon. in summa, *C. ad Trebell.* col. 1. vers. *quid si institutus*, licèt non benè se firmet, et ejus fundamenta reassumpsit Glos. in dict. l. *eam quam*, ubi Baldus hoc tenet expressè in spurio à patre instituto, et idem tenet Joan. de Imola in l. *si quis solidum*, D. *de hæred. instit.* et Alexand. in l. *cogi*, *hi*, *qui solidum*, D. *ad Trebell.* contra Nicol. de Neapol. qui tenebat contrarium. Adverte tamen, quia cùm præcipuum fundamentum Gloss. et Doctorum sit, quòd cùm institutio non valeat, quæ est initium, et caput testamenti, ut *Inst. de legat.* §. *ante hæredis*, et suprà ead. *Part.* tit. 3. in summa, nihil in testamento scriptum valere debeat, l. *proximè*, D. *de his*, *quæ in testam. delent.* Attenta ista ratione, videtur quòd attento jure regni, de quo in l. 1. tit. 2. *de los testamentos*, lib. 5. *Ordin. Regal.* quòd illa opinio communis non procedat: cùm velit dicta lex Ordinamenti, quòd etiam deficiente hæredis institutione, legata, et fideicommissa debeantur, et licèt illa lex dicat, *si el heredero no quisiere acceptar, etc.* idem videtur velle, etsi adire non potuerit propter incapacitatem, vel aliàs, sicut videmus subintelligi in illo verbo substitutionis vulgaris, *si*

este nuestro libro. Pero dezimos que este que es rogado (8), e establescido en esta manera, que deue dar, e entregar la herencia (9) al otro (10), assi como el testador mando; sa-

hæres non erit; sive hoc eveniat ratione noluntatis, vel impotentiæ, cùm eadem sit ratio, ut tradit Bart. in l. 3. §. fin. D. *de liber. et posthum.* ubi ponit exemplum in spurio instituto. Item etiam quia substitutio in casu noluntatis includit casum impotentiæ, l. *Gallus*, §. *et quid si tantùm*, D. *de liber. et posthum.* l. fin. secundum lecturam Rayn. et Bart. *C. de institut. et substit.* et dixi in l. 2. supra eod. in gloss. super verbo *esso mismo*: et quod dixi in filio spurio instituto, attenta æquitate canonica cap. *cum haberet*, *de eo, qui duxit in matr. quam poll. per adult.* quam etiam visa fuit sequi, l. 5. tit. 19. 4. *Part.* et ibi dixi, non procederet dicta communis conclusio, eo quòd sit capax respectu alimentorum, et ita tenet Alex. in dict. §. *hi, qui solidum.*

(8) *Este que es rogado.* Et si conditio fideicommissi veniat post mortem gravati, tenentur hæredes gravati, vide per Bartol. in l. *sed si sic*, D. *de legat.* 3. et Alex. cons. 22. ad fin. 3. volum. et quid si dies cedat vivente fideicommissario, qui posteà decessit ante aditionem, vel coactionem? vide l. *ille à quo*, §. 1. ubi Gloss. et Doct. D. *ad Trebel.* et l. *Seius Saturninus*, eod. tit.

(9) *La herencia.* Et an in restitutione talis fideicommissi veniant prælegata? Vide l. *Marcellus*, §. *quidam liberis*, et ibi Bart. et l. *Lucius*, §. *pluribus*, D. *ad Trebell.* et tetigi suprà eod. in l. 12. et vide l. *cum virum*, *C. de fideicom.* ubi Glos. distinguit, an prælegata præcedant fideicommissum, vel sequantur; quæ ibi communiter approbatur: et idem per Gloss. in dict. §. *quidam liberis*, ubi Alex. dicit istam esse communem opinionem. Et adverte, quòd eo casu, quo aliàs prælegata non veniunt in restitutione fideicommissi, ut est, quando facta fuit mentio de portione hæreditatis, ut in dict. §. *quidam liberis*; tamen quando major pars hæreditatis continetur in prælegatis, veniunt prælegata in fideicommissum, quia talia prælegata in effectu succedunt loco portionis hæreditatis, secundum Bart. in dict. l. *quid ergo*, la 2. per illum textum, D. *de legat.* 1. et in l. *ex parte*, §. *intestatus*, D. *famil. ercis.* et in dict. §. *quidam liberis*, Bald. in dict. l. *cum virum*, col. 2. et istam dicit esse communem opinionem Decius, consil. 254. incipit, *viso puncto*, ubi hoc eleganter extendit, etsi prælegata facta sint aliquibus, ut faciant de eis ad voluntatem suam; vide ibi per eum: debita tamen à testatore hæredi, licèt prælegentur, non veniunt in restitutione fideicommissi, nisi specialiter dicatur, et tunc quarta Trebellianica ad alia debita sufficiat, ut in l. *Lucius*, §. *maritus*, D. *ad Trebell.* Donationes verò, etiam quæ morte defuncti confirmatæ fuerunt, non veniunt in restitutione fideicommissi, l. *sequens quæstio*, D. *de legat.* 2. nisi sint testamento confirmatæ, vel sit specialiter dictum: quod verò datur hæredi, causa conditionis implendæ, non venit in tali restitutione, l. *qui hæredi*, §. 1. et ibi Bart. D. *de condition. et demonstr.* et quid in donatione inter vivos, quæ fit filio, vide per Bald. in dict. l. *cum virum*, versic. *quæro*, *numquid in substitutione*: hodie per l. 17. *in Ordin. Tauri*, in tertio teneret donatio facta filio in potestate, ut dixi in l. 3. tit. 4. 5. *Part.* unde non veniret in restitutione fideicommissi. Item non veniunt in restitutione fideicommissi ea, quæ quis judicio defuncti non percepit, l. *cum quis*, et ibi Bartol. D. *de dot. præleg.* et non veniunt, nisi ea, quæ quis habet ex ultima voluntate, l. *uxorem*, §. *testamento*, D. *de legat.* 3. et per Jason. in dict. l. *cum virum*; venit tamen, quod hæres debebat defuncto, vide l. penult. in princip. D. *ad Leg. Falcid.* Quid autem de eo, quod capitur ex substitutione vulgari, pupillari, vel exemplari, compendiosa, vel ex jure accrescendi? Vide per Bartol. in dict. l. *Marcellus*, §. *quidam*: ubi etiam vide per Paulum de Castr. quid si captum sit ex alio fideicommisso universali; et adde, quod notat Bart. in l. *liberto*, §. *filium*, D. *de annuis legat.* et Decius consil. 80. incipit, *visis duobus consiliis*, et Bartol. in l. *ita tamen*, §. *qui suspectam*, D. *ad Trebell.* Bald. in l. *ex tribus*, *C. de inoffic. testam.* et in dict. l. *cum virum.* Et an veniat hæreditas delata servo hæreditario? Vide l. *quidam ita*, §. *si quis*, D. *ad Trebell.* et an veniant fructus percepti, jacente hæreditate? Vide per Gloss. in l. *in fideicommissaria*, D. *ad Trebell.* et Glos. in l. *in fideicommissi*, in princip. in verbo *non lucrum*, D. *de usur.* et per Alex. in dict. l. *in fideicommissaria*, col. 5. ubi concluditur, quòd venient tales fructus in restitutione fideicommissi: et vide in materia regulam, quam ponit Bart. per Glos. ibi in l. *si patroni*, D. eod. et eod. tit. l. *debitor*, §. fin. et an veniat dos per patrem data, vel promissa filiæ? Vide l. *à filia*, et ibi Paul. de Castr. D. eod., et vide omninò, quod notat Bart. in l. *Scævola*, D. eod. An autem veniat, quod ex pacto de revendendo hæres habuit? Vide per Decium, consil. 238. incipit, *proponitur, quod nobilis domina*, col. fin. ubi consuluit, quòd sic; quia facta recuperatione, dicuntur esse apud hæredem ex causa prima, allegat Bart. in l. *in diem*, D. *de aqua pluvia arcend.* debet tamen fideicommissarius, secundum eum, solvere pretium, quod dedit hæres, quia videtur reemisse de suis pecuniis, prout in dubio præsumitur, ut notat Bart. per illum textum in l. 2. *C. pro socio*: et an, quæ reperiuntur in hæreditate gravati, præsumantur fuisse hæreditatis, quæ fuit relicta per fideicommissum, tangit Socinus consil. 249. col. fin. 2. vol. incipit, *materia præsentis consultationis*, faciunt notata per Andream de Isern. *de controvers. inter mascul. et famin. de beneficio*, column. fin. et per Speculator. tit. *de locat.* §. *nunc aliqua*, versic. 59. et 62. et quæst. 76. et quæ Decius consil. 146. 3. dubio, et Alexand. consil. 55. col. 8. 4. volum. Socinus, consil. 167. antepen. et penul. column. 2. volum. Et an id, quod filius percepit, agens ad suplementum legitimæ, computetur in eo, quod sibi debet restitui jure fideicommissi? Vide Bartol. quod sic, per textum ibi in l. *liberto*, §. *filium*, D. *de ann. legat.*

(10) *Al otro.* Et si vivente fideicommissario fideicommissum sit delatum, transmittitur ad hæredes, secundum Bart. qui bene hanc conclusionem probat, et sequuntur ibi Doct. in l. *cum filio*, in princ. D. *de legat.* 1. et limita, et intellige, ut per Bart. et Paul. de Cast. in l. *quidam ita*, in princ. ubi bonus textus, D. *ad Trebell.* Fideicommisum vero conditionale ante eventum conditionis non transmitteretur, ut in l. unic. §. *sin autem sub conditione*, *C. de caduc. tollend.* quod etiam Gloss. in l. unic. *C. de his, qui ante apert. tabul.* voluit procedere, etiam si esset de liberis ad liberos; et ita communiter tenetur contra Glossam, quæ contrarium voluit in l. *is cui*, §. fin. D. *de action. et obligation.* ut adducit Bald. in l. *si in personam*, *C. de fideicommiss.* et Guilliel. Benedict. in repet. cap. *Raynutius*, super verbo *si absque liberis*, la 2. in tractatu *fideicommissariæ substitutionis*, folio totius repetition. 342. col. 2. non potest tamen jus fideicommissi universalis cedi, et delegari; et sic procuratori in rem suam non potest fieri restitutio fideicommissi, ut probatur in l. *si mulier ita dotem*, §. *ex asse*, D. *de jure dot.* Dicit tamen Angel. in l. *apud Julianum*, §. *utrum*, D. *ad Trebell.* et sequitur Paul. de Castr. in l. *restituta*, in princ. eod. tit. quod procurator in rem suam, ut cessionarius, cui fideicommissarius cessit jura sua, bene potest petere, ut cedenti fiat restitutio ad commodum cessionarii, licet non possit petere, ut fiat sibi, per dict. §. *si ex asse*, et quod ita obtinuit Bononiæ. Adverte tamen, quod de æquitate juris canonici, ut inferius tangam, non videtur opus esse aliqua actuali verbali, vel reali restitutione fideicommissi: imo illo die fideicommissi cedente, hæreditas transit ipso jure in fideicommissarium substitutum, ut est textus, et ibi ad hoc ponderavit eum Bald. column. 6. in cap. *in præsentia*, *de probat.* et secundum hoc jura jam competentia fideicommissario, cedenti, transirent in cessionarium, qui posset petere, ut actualiter sibi tradatur. Cogita tamen, quia per hoc non videtur recedendum à dispositione dicti §. *ex asse.* et à doctrina Angel. ad quod faciunt dicta Paul. de Cast. in l. *qui ita*, §. 1. D. *ad Trebell.* super glossa, quæ incipit, *ergo*: procuratori tamen fideicommissarii habenti ad hoc speciale mandatum, bene potest fieri fideicommissi restitutio; et tunc jura recta via in fideicom-

cando ende la quarta parte (11) de toda la herencia, que puede tener para si. E esta quarta parte es llamada en latin, Trebellianica. E si este que assi fuesse establescido por heredero, non quisiesse rescebir la heredad, o despues que la ouiere rescebido, non la quisiere entregar al otro, puedele apremiar el Judgador (12) del logar, que lo faga.

TITULO VI.

DE COMO LOS HEREDEROS PUEDEN AUER PLAZO PARA CONSEJARSE, SI TOMARAN AQUEL HEREDAMIENTO EN QUE FUERON ESTABLESCIDOS HEREDEROS, O NON; E COMO SE DEUE FAZER EL INUENTARIO. OTROSI, COMO DEUE SER LA MUGER GUARDADA DESPUES DE MUERTE DE SU MARIDO, QUANDO DIZEN QUE FINCO PREÑADA DEL.

Peligros, e trabajos muy grandes a las veces vienen a los herederos, quando son dañosas las herencias en que fueron establescidos: e mayormente, si las debdas, e las mandas, que son a pagar, son mayores, e montan mas, de quanto vale el heredamiento. E por desuiar los herederos deste peligro, e deste daño, touieron por bien los Sabios antiguos, que pudiessen ante auer consejo, que rescibiessen la heredad, si les era pro, o daño en tomarla. Onde, pues mostramos en los titulos ante deste, de como los herederos pueden ser establescidos en los testamentos, queremos aqui dezir, de como pueden demandar plazo, para demandar consejo, si rescibiran la heredad en que los establescieron. E mostraremos que cosa es este plazo. E a que tiene pro. E quien lo puede demandar. E a quien. E quando. E quanto tiempo deue ser otorgado, para tomar consejo. E en que manera deue tomar la herencia del finado, si el entendiere que le es prouechosa; o desecharla, si la non quisiere.

LEY I.

Que cosa es el Plazo que el heredero deue auer para consejarse, si tomara la herencia, o non; e a que tien pro, e quien lo puede demandar, e quien non.

Deliberare en latin, tanto quier dezir en romance, como auer ome acuerdo por si mismo, o con sus amigos (1), si es bien de fazer aquella cosa, sobre que tomo plazo para consejarse. E tiene grand pro (2) este deli-

missarium transeunt, nec momento resident apud procuratorem, dict. l. *qui ita*, §. 1. D. *ad Trebell.*

(11) *La quarta parte.* Hæc vulgo dicitur Trebellianica, quæ inducta fuit per Senatusconsultum Pegasianum, ut in §. *sed quia*, *Inst. de fideicommiss. hæred.* et de ista habetur D. et *C. ad Trebell.* et in cap. *Raynutius*, *de Testam.* et cap. *Raynaldus*: de hac etiam habetur in l. fin. tit. 11. infra ead. *Part.* ubi vide, quæ in materia hujus quartæ, Deo dante, dicam.

(12) *Apremiar el Judgador.* Et sic, judicis officio fit ista coactio, ut est in §. *quia autem*, *Inst. de fideicommis. hæredit.* l. *quia poterat*, D. *ad Trebell.* quòd si adiret spontè, cogeretur hæreditatem restituere actione directa, vel utili ex eo testamento, Gloss. in l. *restituta*, §. 1. D. *ad Trebell.* et in l. *ex ea*, *C.* eod. tit. Bartol. in l. *legatarius*, §. 1. et in l. *non est cogendus*, D. *ad Trebell.* et quando servus institutus posset cogere hæredem adire, vide distinctionem Bart. in l. *si res aliena*, §. *servus*, D. *ad Trebell.* et hæres, qui coactus adivit, potest cogere fideicommissarium, et ejus hæredem, ut hæreditatem recipiat: et si hæredem non reliquit, bona vendi debent, et creditoribus assignari, l. *si postulante*, in princ. D. eod. hæres namque debet manere sine incommodo, l. *quia poterat*, eod. tit. ubi etiam habetur, quòd hæres; qui coactus adiit, non habet quartam Trebellianicam, adde l. *ita tamen*, §. *qui suspectam*, D. eod. et ab illa l. *quia poterat*, usque ad l. *ex facto*, videbis multa circa istam coactionem hæredis, et in l. *nam quod*, §. *qui compulsus*: videas per Paul. de Castr. usque ad quod tempus possit pœnitere recusans adire, ut possit habere hanc quartam, et legit illum §. sub l. *apud Julianum.* An autem, qui coactus adiit, non solùm perdat quartam, sed etiam jus dicendi fideicommissum esse nullum? Videtur de mente Bart. in dict. l. *apud Julianum*, §. *si de testamento*, D. *ad Trebell.* quòd etiam perdet istud jus dicendi nullum; quod Paul. de Castr. dicit ibi esse singulare, si tamen esset verum, et de veritate hujus dicti dicit se dubitare, et non decidit. Tu vide illum textum, nam ex eo deciditur ista quæstio, meo judicio, ut licèt hæres coactus adeat, adhuc possit dicere de nullitate fideicommissi. Hodie verò in regno isto propter dispositionem l. 1. *Ordinam.* tit. 2. lib. 5. l. 1. ex ipsa lege, hærede nolente adire, vel repudiante, hæreditas vadit ad substitutum fideicommissarium, unde cessabunt hodie istæ subtilitates, et anfractus juris communis super coactione hæredis adire nolentis, et illi circuitus inanes, in quo dicta l. Ordinamenti sequuta fuit æquitatem juris canonici, de qua dixi suprà in gloss. super parte *al otro*; secundum quam æquitatem, ut dicit Guilliel. Benedict. in dict. vers. *absque liberis*, judicatur Parlamento Tolosæ; erant etiam de jure antiquo aliqui casus, in quibus actiones transibant in fideicommisarium, etiam absque alia restitutione, quos vide in l. penult. §. *cum autem*, et ibi per Gloss. *C. ad Trebell.* et per Alexand. in l. 1. §. *sed et quotiens*, D. eod. in quibus, neque etiam in aliis hodie de jure regni non transit possessio, nisi restitutione facta, Gloss. in dict. §. *sed et quotiens*, cum aliis allegatis per Bald. in dict. l. penult. in quæst. fin.

TITULUS VI.

LEX I.

Deliberare idem est, quòd cum amicis consilium, an recipiat hæreditatem, quis habere; et prodest, ut informetur deliberans, an sit ei lucrosa, vel damnosa hæreditas, quoniam deliberationem potest habere is, cui hæreditas est delata; sed si servus est institutus, ejus dominus petere debet deliberationem, et si minor, ejus curator: et debet peti ante aditionem hæreditatis. Hoc dicit.

(1) *Con sus amigos.* Sequitur dicta Azon. in summa *C. de jure deliber.* col. 1. vers. *deliberare.*

(2) *Grand pro.* Deliberatio indiscussos hominum calores refrænat, et à malo judicio retrahit, cap. *anteriorum*, in princ. et ibi Archid. 2. quæst. 6. et in authent. de *appellat. et intra quæ tempor.* collat. 4. in princ. et vide Aristot. 6. *ethicor.* cap. 7. et dicit Bald. in l. *cum precum*, *C. de liber. caus.* quòd ubi præcessit deliberatio, præsumitur, quòd

bramiento a los que son establescidos por herederos en testamento de otri, e aun a los otros (3) que han derecho de heredar, por razon de parentesco, los bienes de alguno que muriesse sin testamento. Ca en tal plazo como este pueden ver, si tomando la herencia, les viene ende pro, o daño. E deuen demandar los herederos plazo para esto, al Rey o al Juez del logar, do es la mayor partida de la herencia (4) del finado. E este plazo deuen demandar, ante que se otorguen (5) por herederos de palabra, o de fecho. Otrosi les pueden pedir, que les fagan mostrar las cartas (6), e los escritos, que pertenescen a la herencia, porque ellos se puedan mejor consejar. E estas cosas, dezimos, que pueden pedir los herederos, quantos quier que sean, vno, o muchos. Fueras ende, si alguno dellos fuere sieruo (7) de otri. Ca el que tal fuesse, non lo puede fazer; ante lo deue demandar su señor por el. Otrosi, quando alguno de los herederos fuesse menor de veynte e cinco años (8), non podria el demandar por si tiempo para demandar, e auer este consejo; mas deuelo demandar por el, aquel que lo ouiere en guarda.

LEY II.

Quanto tiempo deue ser otorgado por plazo a los herederos, para auer el consejo sobredicho.

Un año (1) de plazo puede el Rey dar a los herederos, en que se consejen, si quisieren tomar la herencia, en que son establescidos, o non; mas los otros Juezes les deuen dar nueue meses (2). Pero si entendieren, que en menor tiempo se podria acordar, bien les pueden mengur este plazo, dandoles cient dias (3) a lo menos (4). E si por auentura al-

confessio fuit facta ex certa scientia, adde Bald. in l. *accusationem*, col. 3. *C. de accusat.* et Gloss. in cap. *si quis iratus*, 2. quæst. 3. dicentem per textum ibi, quòd ibi non erratur, ubi ex deliberatione aliquid fit.

(3) *A los otros.* Idem dic in fideicommissario universali, in quem transeunt omnia onera, secundùm Bart. et Paul. de Cast. quem vide in l. 1. §. *ait Prætor*, D. *de jur. deliber.* licèt legatario non datur, ut ibi dicit Glossa.

(4) *La mayor partida de la herencia.* Nota hoc, quia non ita benè aperiebatur per ll. juris communis, quòd terminus ad deliberandum peti debeat coram judice, ubi est major pars hæreditatis, facit l. *si fideicommissum*, in princ. D. *de judic.*

(5) *Ante que se otorguen.* Adde l. *si curatoris*, *C. de jur. deliber.*

(6) *Las cartas.* Intellige tam de debitis, quàm de creditis, et ut exhibeantur instrumenta creditorum hæreditatis, fiet proclama, ut infra tale tempus exhibeantur, ut hæres deliberans possit inspicere, ut dicit Gloss. Bart. et Paul. in l. *Aristo*, D. eod. et post terminum non audientur creditores, si non exhibuerint, l. 1. §. *cum dicitur*, D. *si cui plus quam per leg. Falcid.* et facit secundùm Angel. in dict. l. *Aristo*, quòd si actor in libello faciat mentionem de aliquibus instrumentis, possit petere reus, ut illa exhibeat, ut deliberare possit; et quòd aliàs non tenebitur respondere: et est practica Innocen. in cap. 1. *de probat.*

(7) *Sieruo.* Et si delata sit hæreditas monacho, Abbas, et non monachus petet tempus ad deliberandum; cùm jura loquentia in servis, locum habeant in monachis, secundùm Innoc. in cap. *cum olim*, *de privil.* maximè quia et Abbas solus potest adire hæreditatem sine monacho, ut notat Innoc. in cap. 1. *de probat.* in fin. glossæ magnæ, Paul. de Castr. in l. 1. D. *de jure deliber.*

(8) *Menor de veynte e cinco años.* Non ita benè expressum reperies de jure communi, nam l. *ait Prætor*, D. eod. loquitur in pupillo, et non in adulto: imò videbatur, quòd sicut adultus per se potest adire hæreditatem, ut in l. *puberem*, *C. de jure deliber.* l. 13. infra, eod. in fin. ita etiam posset petere terminum ad deliberandum: unde videtur, quòd ista lex debeat intelligi in adulto habente curatorem, l. *si curatorem*, *C. de in integrum rest. minor.* nam si non haberet, sicut posset adire, posset etiam à judice petere tempus ad deliberandum.

LEX II.

Quando tempus deliberandi petitur à Rege, Rex concedit annum; sed si petatur à judice loci, ubi est major pars bonorum hæreditatis, indulget novem menses, vel minus, si sibi visum fuerit; non tamen minus, quàm centum dies: et si hæres intra tempus deliberationis indultum moritur, ejus hæres habebit reliquum tempus, quod superest. Si verò post tempus illud moritur, si non erat mortuus de liberis, ejus hæres repellitur; si autem erat de liberis, admittitur hæres ejus, tempore lapso non obstante. Hoc dicit.

(1) *Vn año.* Ortum habet à l. fin. §. *et hæc quidem*, *C. de jure deliber.*

(2) *Nueue meses.* An procedit hoc, etiam si hæres sit de liberis testatoris, quibus ad agnoscendam bonorum possessionem dabatur annus, ut in l. 1. per totum, et in §. *largius*, D. *de successor. edict.* et jubetur judici in præfixione hujus termini imitari prætoris edictum, ut in l. *si quis instituatur*, §. 1. D. *de hæred. instituend.* Doct. communiter velle videntur, quòd non possit minus anno dari liberis, ut tradunt Alexand. et Jas. in rubric. *C. de succes. edict.* sed Ludov. Roman. in l. *quandiu institutus*, D. *de acquir. hæred.* et consil. 493. incipit, *in casu consultationis propositæ advertendum*, vult, quòd non habita distinctione inter hæredem suum vel extraneum, hodie tantùm dentur novem menses, per textum in l. fin. §. 13. vers. *sed quia quidam*, *C. de jure deliber.* Ad quem textum respondent Alexand. et Jason, ubi suprà, quòd loquatur in extraneo hærede, videtur de mente hujus legis Partitarum, quòd tam hæredi de liberis, quàm extraneo tantum assignentur novem menses, et non annus ille, qui dabatur de jure prætorio; ex eo quia ista lex, ut patet ex fine, loqui videtur in utroque, et quia istæ ll. Partitarum non curarunt de illis bonorum possessionibus inductis à jure prætorio.

(3) *Cient dias.* Adde l. *itaque*, D. eod. sed an post lapsum termini assignati poterit, si adhuc vivat, adire? Textus cum glossa est, quòd non, in l. *quandiu institutus*, D. *de acquir. hæred.* licèt nullo assignato termino perpetuo possit adire, l. *licet*, *C. de jure deliber.* Gloss. in l. *cum antiquioribus*, *C.* eod. et tenet Azo in summa ejusd. tit. Bald. in dict. l. *licet.* In hoc tamen dic latiùs, quòd si iste terminus assignetur ad petitionem filii exhæreditati, servandum est, quod habetur in l. *scimus*, §. *illud*, *C. de inoffic. testam.* si vero ad petitionem creditorum, tunc post tempus præfixum videtur adire, ut in l. *scimus*, §. penult. *C. de jure deliber.* dixit tamen in hoc Bald. in rubric. *C. de success. edict.* unum verbum singulare, quòd hoc non prodest omnibus, sed solum creditoribus, ad quorum petitionem est terminus assignatus, argument. l. *de ætate*, §. *qui tacuit*, D. *de interr. actio.* vers. *contumax autem*, et l. fin. Tene menti hoc dictum Baldi; non enim reperio Doctores

guno de los herederos muriesse, ante que se cumpliesse el plazo que les era puesto (5), aquel tiempo que le fincaua (6) despues de su muerte, deuelo auer su heredero, para consejarse. Pero si se muriesse despues del plazo (7), ante que se otorgasse por heredero, si este atal era estraño, el su heredero non aura derecho ninguno en la herencia, sobre que el finado auia tomado plazo para consejarse. Mas si aquel que fino descendiesse de la liña derecha (8) del testador que lo establescio por su heredero (9), estonce su heredero puede auer

ibi, qui in hoc ei contradicant: si vero terminus statuatur ad petitionem substituti, tunc elapso termino videtur hæres repudiasse, seu habetur pro repudiante, ut in dict. l. *quandiu*, et ibi Gloss. et Bart. et idem Bartol. in. l. *si quis suus*, D. *de jure deliber.* et in l. *filii mater*, D. *ad Tertul.* Adverte etiam, quòd si hæres sit de liberis, videtur, quòd ex lapsu termini sibi præfixi ad deliberandum, non excludatur à successione per istam legem Partitarum in fine, ubi dicam. Quid autem si motu proprio hæredis, et non ad instantiam alterius petita esset dilatio ad deliberandum; Cynus, et Fulg. in l. fin. vers. *sin autem hoc*, *C. de jure deliber.* dicunt, quod tunc procedet ille textus, scilicet, quod habetur pro adeunte elapso termino; quod limita, et intellige, ut per Alexand. ibi, quando tempus ad deliberandum fuit datum integrum, secùs si fuerit per judicem abbreviatum; quia tunc secundum eum, etiamsi datum esset ad instantiam substituti, non videretur repudiare; vide ibi per eum, qui et aliis modis etiam dictam limitat conclusionem. Adverte etiam, quod si hæres dicat, *credo hæreditatem esse respuendam*, si cum his verbis transeat cursus trium mensium, inducitur repudiatio, vide in l. fin. in princ. cum Gloss. ibi, super verbo *melius*, et ibi Bart. et Paul. et Alexand. *C. de jure deliber.*

(4) *A lo menos.* Innuit, quod iste terminus non possit per judicem abbreviari; non enim hæres sunt præcipitandi, ut in l. 1. §. *largius*, D. *de success. edict.* et ita tenet Bart. in l. *si quis instituatur*, D. *de hæred. instituend.* dicens, quod ex hoc mille processus desvastabuntur: et Bartolum sequitur ibi Joannes de Imol. et idem tenet Bart. in l. *quandiu institutus*, D. *de acquir. hæred.* quod tamen limita, et intellige, ut procedat quoad habendum hæredem pro adeunte, vel repudiante, juxta id quod dixi in gloss. præcedenti; sed quoad hoc, ut curator detur bonis, qui respondeat creditoribus, minor terminus posset præfigi, ut in l. 1. §. *largius*, vers. *sane*, D. *de success. edict.* l. *si curatoris*, *C. de jure deliber.* et tenent Doct. communiter, ubi etiam Jason. et Alexand. in rubric. *C. de success. edict.* ubi Alexand. et Decius volunt, quod ex causa possit judex etiam istum terminum abbreviare, ex regula, quam tradit Bart. in l. 2. D. *de re judic.* cap. *cum sit Romana*, ubi etiam Decius, *de appellat.* et causa posset esse, si aliquid celeritatis requireret, ita ut hæredis longa deliberatio damnum afferat; ut si jussus sit hæres dare alicui alimenta ex die postquam hæreditatem adierit, qui interim periret fame, vel alius casus occurreret desiderans celeritatem, ut etiam tradit Bart. in dict. l. 2. et satis hoc placet.

(5) *Que les era puesto.* Idem dic, etsi nullus terminus esset à judice datus; tunc enim succedit respectu transmissionis juris adeundi annus legalis, de quo in l. *cum in antiquioribus*, *C. de jure deliber.* et ibi Gloss. in verbo *meruerit*, quæ communiter approbatur. Sed pone, quod aliquis sciens hæreditatem sibi delatam, stetit per decem menses, quibus neque adivit, neque repudiavit; qui tamen intra duos menses, qui restabant ad complendum annum, petiit à judice dilationem ad deliberandum, juxta terminos hujus legis, et sic judex dedit ei novem menses, vel centum dies; numquid infra istum terminum à judice præfixum, licèt annus legalis sit elapsus, transmittet jus adeundi ad suum hæredem, ut hic dicit? Baldus in dict. l. *cum antiquioribus*, in 5. quæstione, determinat, quod sic; ubi idem tenet Paul. de Cast. et idem Paulus in l. fin. §. final. *C. de jure deliber.* Jason. tamen ibi tenet contrarium, dicens in contrarium esse textum clarum, et apertum in dict. l. *cum in antiquioribus*, ibi cùm dicit: *ita tamen, ut unius anni spatio eadem transmissio fuerit conclusa*, junctis præcedentibus, in quibus Imperator loquitur etiam quando novum spatium est impetratum à Principe, vel à judice; et ita dicit, quòd tenuit expressè Raphael et Alexand. in l. fin. §. fin. ubi dicit Alexand. in fine glossæ, in verbo *minime positum*, in dict. l. *cum in antiquioribus*, hoc ita voluisse. Tu tene menti istam legem Partitarum, quæ videtur approbare dictum Baldi, et Paul. cùm nullam mentionem faciat, quod transmissio ista concludatur anno; et quia dicta l. *cum in antiquioribus*, non clarè, et apertè, ut dicit Jason. est contra dictum Baldi; imò vult illa lex, quod, etsi dilatio major anno detur à judice, quod posset ex causa per judicem fieri, ex notatis per Bartolum in l. 2. D. *de re judic.* et per Abbatem in cap. 1. col. 2. *de dilation.* sicut etiam posset minuere ex causa, ut dixi suprà in gloss. super parte *alomenos*, tamen respectu transmissionis, non poterit prorogari annus ille per dictam legem: non verò negat illa lex, quod si beneficium judicis jungitur cum beneficio legali, procedat dictum Baldi.

(6) *Que le fincaua.* Et sic, si fuerunt assignati centum dies, et decessit hæres post quinquaginta, hæres ejus poterit adire intra alios quinquaginta, et non postea; quia ubi habetur terminus à judice ad deliberandum, non est tractandum de termino legali anni, et tantum transmittitur residuum illius temporis, quod defunctus à judice habuit, ut etiam declarat Paul. de Cast. in dict. l. *cum in antiquioribus*, ubi etiam vult Gloss. in verbo *meruerit*.

(7) *Despues del plazo.* Intellige de dilatione à judice statuta, vel si non fuit statuta, de annali dilatione à die scientiæ delatæ hæreditatis, juxta dict. l. *cum in antiquioribus*, *C. de jure deliber.* et nota, quod vehemens opinio habetur pro scientia, l. in summa, 5. §. *idem Labeo*, et 2. D. *de aqua et aqua pluv. arcend.* licèt ei non congruat diffinitio scientiæ, quæ tunc habetur, cùm quis novit causas, et principia usque ad elementa, ut tradit Aristot. in princ. *Metaphys.* ita Angel. in dict. l. *cum in antiquioribus.*

(8) *Descendiesse de la liña derecha.* Nam hæreditatem suorum parentum ex paterna, vel materna linea, quilibet de liberis perpetuò potest adire, et perpetuò potest transmittere, etiam ignorans delatam sibi esse hæreditatem, l. *licet*, *C. de jure deliber.* et l. unic. *C. de his qui ant. apert. tabul.* Et adverte cùm hic dicit, *descendiesse*, nam ex hoc videtur decidere quæstionem illam, an liberi transmittant hæreditatem ad ascendentes, ex dispositione dictæ l. unic. de qua per Gloss. in l. 2. *C. ad Orfician.* quæ voluit, quòd transmitteretur etiam ad ascendentes: sed communiter Doctores tenent contrarium ibi, et in dict. l. unic. et in l. *si infanti*, *C. de jure deliber.* et hoc quando transmissio consideratur ex potentia sanguinis, ut est in casu hujus legis, et dictæ l. unic. nam si esset ex potentia suitatis, filius suus hæres nedum transmitteret hæreditatem patris ad matrem, vel alios ascendentes; imò etiam ad quoscumque hæredes extraneos, ut in l. *apud hostes*, ubi Gloss. *C. de suis, et legit. hæred.* Bartol. et Alexand. in dict. l. *si infanti*, et alii multi relati à Decio consil. 331. col. 3. incipit, *pro resolutione casus propositi*, et consil. incipit, *antiqua*; et satis nota.

(9) *Su heredero.* De filio, vel alio ab eo descendenti intellige, qui etiam debet esse hæres; nam si esset exhæredatus, licèt esset de liberis, non fieret in eum ista transmissio, Gloss. et Doct. in dict. l. unic. et propterea ista lex dixit, *su heredero.* Item intellige de liberis legitimis, et naturalibus; nam ad adoptivos non fit hæc transmissio, neque ad naturales non legitimos, quia appellatio liberorum in legali dispositione, non refertur ad naturales, l. *generaliter*, *C. de institut. et substitut.* secundum Angelum in dict. l. unic.

la herencia; maguer aquel a quien heredaua, sea muerto despues del plazo que le fue dado (10) para consejarse.

LEY III.

Como, mientra durare el plazo en que se deue consejar el heredero, non puede vender, nin enagenar ninguna cosa de la herencia.

Vender, nin enagenar (1) ninguna cosa de los bienes del testador, non deue (2) el heredero, mientra durare el plazo que le fue otorgado para acordarse. Fueras ende, si lo fiziesse por mandado del Juez por alguna razon derecha. E esto seria, como si mandasse vender alguna cosa, que fuesse menester para enterramiento (3) del finado, o para gouernar su compañia, o para reparar, o fazer las casas; o para labrar la heredad (4), si entendiere que es menester, o que se menoscabarian, si assi non lo fiziesse: o si ouiessen a pagar algun debdo a dia cierto, e si non caeria porende en alguna pena; o si acaesciesse que ouiessen de fazer alguna cosa otra, que si la non fiziessen, que vernia porende daño, o menoscabo, a los herederos que ouiesen de auer la herencia.

LEY IV.

Como el heredero, que tomo plazo para consejarse, deue tornar la herencia a los que la deuen auer, quando non la quisiesse.

Queriendo auer consejo, si tomara la heredad, o non, el que fuesse establescido por heredero; si acaesciesse, que la non quisiesse

(10) *Muerto despues del plazo, que le fue dado.* Tene perpetuò menti istam legem, quæ vult, quòd ille qui est de liberis testatoris, etsi decedat post terminum sibi à judice præfixum ad deliberandum, non per hoc censetur exclusus ex lapsu termini; imò, et adhuc transmittit jus adeundi ad suos descendentes ex potentia sanguinis, prout hic habetur, et in dict. l. unic. *C. de his qui ante apertas tabul.* et sic ista lex Partitarum in hoc videtur adversari dictis Azon. *C. de jure deliber.* in summa, col. 3. vers. *præter hæc sciendum est*, et Gloss. in dict. l. *cum in antiquioribus*, super parte, *beneficio*, ubi Gloss. dicit, quòd suus, seu qui est de liberis testatoris, perpetuò adit, et perpetuò transmittit ad liberos suos, ut in l. unic. §. *in novissimo*, *C. de caducit. tollend.* et in dict. l. unic. hoc ita dicit Gloss. nisi repudiavit, vel certum tempus adeundæ hæreditatis non præteriit, per textum, quem Glossa allegat in l. *quamdiu institutus*, D. *de acquir. hæred.* Bartol. etiam in l. *ex militari*, §. 1. D. *de testam. milit.* quandò terminus ad deliberandum est statutus à judice, vult idem esse in suo, quòd in extraneo; ubi verò nullum tempus est statutum, tunc dicit ipse, quòd remanet differentia inter suum, et extraneum, quia suus ad quoscumque, et quandocumque transmittit, extraneus infrà annum tantùm: et idem vult Alexand. in dict. l. *cum in antiquioribus*, num. 4. Et sic tam Gloss. quàm Doctor. distinguunt, an terminus ad deliberandum sit legalis, ut annus, de quo in dict. l. *cum in antiquioribus*, ut tunc suus, vel qui est de descendentibus perpetuò transmittat, etiam elapso anno illo: vel an sit terminus statutus à judice, et tunc etiam in suo procedat, ut elapso termino habeatur pro adeunte, vel repudiante, secundum quod habetur in dict. l. *quamdiu*, cum gloss. et dixi suprà super gloss. in verbo *cient dias*; et ut dixi, tam Gloss. quàm Doctores moventur per textum in dict. l. *quamdiu*, intelligentes eam tam in suo, quàm in extraneo: et ut in ista lege Partitarum vides, deciditur contrarium; imò, quòd in hoc sit differentia inter suum, seu descendentem testatoris, et extraneum. Ludovic. verò Roman. quem etiam refert Alexand. in dict. l. *cum in antiquioribus*, in l. *ventri*, D. *de acquir. hæred.* relinquebat cogitandum, an decisio Bartoli in dict. l. *ex militari*, sit vera, et adducebat contra Bartol. quia licèt filius petiisset terminum ad deliberandum, potuisset illi renuntiare, et venire recta via per facultatem adeundi sibi perpetuò concessam, l. *suum*, juncta l. *licet*, *C. de jure deliber.* ergo hæres ejus debet etiam idem posse facere, quia est ejusdem conditionis, cujus erat transmittens, l. *si quis filium*, §. 1. D. *de acquir. hæred.* et idem tenet Fulgosius, ubi vide Jason. in l. *qui se patris*, *C. unde liber.* et vide per Jasonem, in l. fin. *C. de repud. hæred.* in 9. limitat. et dictis Roman. satis favet ista lex Partitarum; menti igitur eam commenda. Et non potest dici, quòd in hoc corrigat aliquam legem juris communis, dicta enim l. *quamdiu*, licèt indistinctè loquatur, non tamen exprimit de suo hærede, seu de descendente, qui perpetuò potest adire, et transmittere: et quatenus dicta glossa, et Doctores intelligebant eam etiam in tali suo hærede, reprobatur hic per istam legem.

LEX III.

Deliberatione pendente non potest hæres vendere rem hæreditariam, nisi ex mandato judicis, et ex justa causa. Hoc dicit.

(1) *Vender, nin enagenar.* Innuit prohibitionem venditionis non comprehendere omnem speciem alienationis: in contrarium videtur textus in l. *statuliberi*, §. 1. D. *de statuliber.* vide per Bald. et Jas. in l. fin. D. *de condict. ob causam*, per Abb. in cap. 1. *de his quæ fiunt à Prælat.* et in cap. 1. *de rer. permutat.* et Joan. de Plat. in l. *quemadmodum*, in princ. *C. de agricol. et censit.* lib. 11. et dixi suprà, 5. *Part.* tit. 5. l. 43.

(2) *Non deue.* Hoc dicit, quia si aliter faceret hæres, videretur adire; unde ne sibi præjudicet, ita ad alienationem procedere debet, l. *Aristo*, §. *si major.* ibi: *sine præjudicio*, et ibi Bart. D. *de jur. deliber.* ubi etiam dicit Paul. de Castr. quòd et requiratur, ut protestetur expressè, quòd non facit animo adeundi, argum. l. 4. D. *quib. mod. pignus, vel hypoth. solvit.* quod non credo, quia satis est adire super hoc judicem, ex quo videtur tacitè hoc protestari, ut probatur in dict. l. *Aristo*, §. 1. et hic. Si tamen hæres infra tempus deliberandi esset constitutus curator hæreditatis, quod fieri posset juxta l. *si quis instituatur*, D. *de hæred. instituend.* §. fin. posset etiam sine judicis licentia ista facere, ut declarat Bart. in l. *ait Prætor*, D. *de jure deliber.* et hoc quando hæres est major; si tamen sit pupillus, licèt datus sit curator hæreditati, nihil posset minuere sine licentia judicis, ut in dict. l. *ait Prætor*, et ibi Bart.

(3) *Enterramiento.* Sumptum est à dict. l. *ait Prætor*, §. 3. vers. *ergo et funeris causa*, D. *de jure deliber.* ubi etiam de his, quæ statim subjicit ista lex.

(4) *O para labrar la heredad.* Angel. in dict. l. *ait Prætor*, §. 1. inducit, ut pro bovibus emendis ad culturam agrorum, et pro ædificiis sarciendis, quæ sunt destructa, possit Prælatus ecclesiæ vendere de bonis ecclesiæ: et intelligitur etiam de Prælatis, qui non possunt alienare inconsulto Principe, seu Papa, ut sunt communiter omnes magni Prælati.

LEX IV.

Si deliberans repudiet, tenetur bona hæreditaria creditoribus, vel successoribus restituere; vel prævia judiciali taxatione jurabunt ipsi in litem super bonorum quantitate. Hoc dicit.

recebir, tenudo es de tornar (1) toda la herencia, e los bienes del testador (2), a los que deuiere algo el finado, o a los que ouieren derecho de la auer. E si por auentura non les quisiesse entregar en los bienes del testador, que passaron a el, estonce aquellos que han derecho de los auer, deuen jurar quantos son, e ser creydos por su jura (3); estimandolos primeramente el Juez, segun su aluedrio, quanta suma deuen jurar.

LEY V.

Como el heredero, non queriendo tomar plazo para consejarse, deue entrar los bienes del defuncto seguramente, faziendo inuentario primero.

Inventario en latin, tanto quiere dezir en romance, como escritura que es fecha de los bienes del finado. E fazen los herederos (1) tal escritura como esta, porque despues non sean tenudos de pagar las debdas (2) de aquel que heredaron, fueras ende en tanta quantia quanto montaren los bienes (3) que heredaran del

(1) *De tornar.* Innuit ista lex, quòd pendente dilatione, quæ datur hæredi ad deliberandum, res hæreditariæ debent esse penes se. Idem probatur in l. fin. §. *si autem hoc*, et ibi notat Alexand. post Fulgos. *C. de jure deliber.* et ibi in vers. *quod si post deliberationem.*

(2) *Los bienes del testador.* Quæ defunctus reliquit tempore mortis; non tamen ea quæ per donationem inter vivos, seu alio contractu hæres habuit à defuncto: sed contractus firmi permanent, licèt hæres repudiet, l. *sicut*, *C. de action. et obligat.* etiamsi fiant in testamento, juxta Gloss. in l. *hæredes palam*, in fin. D. *de testam.* quantumcumque postea irritetur testamentum, argumento l. fin. D. *de rebus eorum*, secundum Bald. in l. *hæredes*, *C. de omni agr. desert.* lib. 11. ubi etiam Joann. de Platea; imò capere posset etiam prælegatum, l. *qui filiabus*, §. fin. et l. sequenti, D. *de legat.* 1. et donationes ratæ manent, ut in authent. *unde si parens*, *C. de inoffic. testam.* casus tamen est specialis in dict. l. *hæredes*, in quo hæreditati renuntians perdit omnia, quæ quocumque titulo à defuncto perceperat, scilicet in hærede scripto à debitore tributario fisci; quam legem Bart. et Joann. de Plat. inducunt in argumentum, quòd institutus hæres à debitore communis perusii, si repudiet ejus hæreditatem, privetur omnibus bonis, quocumque titulo à testatore acquisitis. Lucas tamen de Pen. in dict. l. *hæredes*, intelligit aliter illam legem, scilicet, quod nulla sit specialitas in hærede; nec illa lex dicat, quòd hæres nolens pro minus idoneis prædiis præstare tributa fisco, amittat alia bona, quæ aliàs quocumque titulo sibi à testatore obvenerunt: imò vult illa lex, quod amittat alia bona utilia, quæ à fisco quocumque titulo susceperat; et cùm textus dicit, *ex eisdem bonis*, exponit, scilicet fiscalibus, non testatoris; quia sic esset etiam in alio possessore, l. *qui fundos*, et l. seq. eod. tit. et l. *quæ utilia*, quæ statim sequitur post dictam l. *hæredes*, cum aliis concordantiis allegatis ibi per eum. Angel. etiam in l. 1. D. *de acquir. hæred.* ubi Gloss. allegat dictam l. *hæredes*, dicit istam legem esse peregrinam, et quòd loquatur, cùm ex dispositione legali aliquid defertur; quo casu, licèt illud sit dividuum, non tamen est licitum pro parte acceptare, et pro parte renuntiare; et ideo secundum eum, si ex forma statuti bona immobilia patris condemnati filiis conservantur, ne cogantur mendicare, non possunt acceptare partem eorum, et partem repudiare: quinimo si civitas statuens habet privilegia fiscalia, ut Florentia, coguntur filii talia bona agnoscere, si obnoxia sunt debitis fiscalibus; et nisi illa agnoscant, privantur aliis bonis jam quæsitis à paterna substantia ex alio capite. Alexand. in dict. l. 1. intelligit dictam l. *hæredes*, prout Bart. et Plat. intelligunt, quando bona obvenerunt jure hæreditario, et quod sit specialis casus favore fisci; unde non posset ad alium casum extendi. Tu cogita, quia lex illa utramque intellectum partitur.

(3) *Por su jura.* Intellige, quando hæres non fecit inventarium, prout loquitur l. fin. §. penult. vers. *quod si post deliberationem*, *C. de jure deliber.* de qua ista sumpta est.

LEX V.

Inventarium debet incipere hæres infra triginta dies,

Tom. III.

postquam scit se hæredem, et tenetur perficere infra tres menses; sed si omnia non sunt in eodem loco, datur ei anni spatium ultra illos tres menses; et convocatis legatariis debet scribi per notarium eis præsentibus; et si absint, vel præsentes non veniunt, fiat coram tribus probis testibus hæredem cognoscentibus. Et in ejus principio faciat hæres signum crucis; deinde omnia bona hæreditaria scribantur; et in fine subscribat hæres se ibi omnia bona scripsisse. Hoc dicit.

(1) *Los herederos.* Quid de usufructuario omnium bonorum, an teneatur ad confectionem inventarii, ne aliàs in solidum teneatur creditoribus, et legatariis? Videtur, quod sic; cùm onus æris alieni eum sequatur, licèt non onus legatorum, ut tradit Bart. in l. fin. D. *de usufruct. legat.* et vide per Decium, consil. 418. incipit, *visa*, *et iterum lecta*, in 4. dubio, ubi an possit sibi per testatorem remitti confectio inventarii; de veritate tamen dicti Bartoli in dict. l. fin. videas omninò per Alexand. in l. *usufructus*, D. *ad leg. Falcid.* et per Guill. Bened. in repet. cap. *Raynutius*, *de testam.* in verbo *cætera bona*, 6. et 7. fol. Et nota benè, cùm hic dicit *herederos*, nam succedentes non hæreditario jure, ut illi, quibus bona adjiciuntur causa libertatum conservandarum, vel monasterium occupans bona ingredientis propter ingressum religionis, vel pater occupans bona filii jure peculii, vel fiscus occupans bona confiscati, etsi non faciant inventarium, non tenebuntur in solidum; et idem de executoribus hæreditariis, qui tenent vicem hæredum, ut tradit Joann. Andr. *in addit. ad Specul.* tit *de instrument. edition.* §. *nunc aliqua*, *in addition.* incipienti *Jacob. de Aren.* et Angel. in l. 1. §. *hæc stipulatio*, col. 2. D. *si cui plusquàm per leg. Falcid.*

(2) *Las debdas.* Adde etiam legata, ut in authent. *de hæred. et Falcid.* cap. 2. §. *si verò non fuerit*, collat. 1. et infrà eod. l. 7. et ex ista ratione, quam dicit ista lex, videtur probari, quòd hæres cohæredi, neque universali fideicommissario, non teneatur facere inventarium; quod etiam tenuit Joan. And. *in addit. ad Specul.* tit. *de instrum. edition.* §. fin. *in addition.* super verbo *fecerit*. Contrarium tamen, respectu universalis fideicommissarii, tenet Socin. consil. 51. 3. vol. incipit, *viso testamento*, ubi non allegato hoc dicto Joan. Andr. dicit, quòd licèt lege non caveatur, quòd hæres fideicommissario universali teneatur facere inventarium, tamen concludendum est ex mente Doctorum, quòd teneatur hac ratione, quia tenetur reddere rationem, ut est casus, et ibi Gloss. Bart. et Doctor. in l. *cum tale*, §. *Titius*, D. *de condition. et demonstrat.* sed inventarium est caput rationum, l. 1. §. *officio*, D. *de tutel. et ration. distrahend.* igitur tenetur facere inventarium; et satis hoc placet, ex quo militat eadem, et major ratio, quam in legatis particularibus. Adde Alber. in dict. l. fin. versic. *sin autem dubius*, col. 2. vers. *item quæritur*; vide quod dicit Alexand. in l. *in ratione*, §. *quod vulgò*, col. 8. D. *ad leg. Falcid.* post Rapha. Cuma. ubi vult, quòd licèt hæres ad instantiam fideicommissarii universalis teneatur facere inventarium, tamen si non faciat, non tenebitur ultra vires hæreditarias, neque poterit ob hoc jurari in litem contra hæredem.

(3) *Bienes.* Adde l. fin. §. *et si præfatam*, *C. de jur.*

finado. E deuen començar a fazer este inuentario a treinta dias (4), desque sopieren (5) que son herederos del finado, e hanlo acabar fasta tres meses. Pero si todos los bienes de la herencia non fuessen en vn lugar, estonce bien pueden dar plazo de vn año, demas de los tres meses (6), para reconoscerlos, e meterlos en escrito. E la manera de como deue ser fecha la escritura de tal inuentario, es esta: que se deue escreuir por mano de algun Escriuano publico, e deuen ser llamados (7) todos aquellos a quien mando el testador (8) alguna cosa en su testamento, que esten presentes, quando fizieren tal escrito. E si por auentura, alguno de aquellos que han de auer las demandas fuessse a otra parte (9), o fuere en el lugar, e non quisiere (10) venir quando le llamaren, estonce deuese fazer

deliber. ubi etiam ponitur aliud commodum, quod sentit hæres ex confectione inventarii, scilicèt, quòd sibi non imputatur, si solvat primò venientibus: quod an procedat, etiamsi aliquibus defunctus extorserat usuras (quibus dicebat Archid. in cap. *sanè*, 14. quæst. 3. prius esse solvendum, quam legatariis, licèt primò veniant), vide per Alexand. in dict. §. *et si præfatam*, vers. *item nota*: ubi etiam quid de executore dato ad emendationem damnorum datorum per testatorem, an possit solvere primò venientibus.

(4) *Treinta dias.* Quid si non incipiat inventarium infra triginta dies, sed postea in aliis duobus mensibus inchoavit, et perfecit? Cyn. Bart. et Bald. in dict. l. fin. *C. de jure deliber.* tenet, quòd sufficiat, quia inchoare infra mensem est commissio levis solemnitatis. Albericus tamen et Angel. ibi tenent contrarium, quod etiam tenuit Joan. Andr. *in addit. ad Specul.* tit. *de instrument. edition.* §. fin. in addition. incipienti, *quid si perfecto*, et etiam post multos antiquos, quos ibi refert. Sed Alexand. in dict. l. fin. §. *si verò postquam*, dicit, quòd post factum teneret opinionem, quòd valeat; sed re integra servaret opinionem Joan. Andr. et sequacium.

(5) *Sopieren.* Gloss. in l. fin. in princ. super verbo *delatam*, *C. de jur. deliber.* supplet, *et postquam adita sit hæreditas*, volens, ut tempus confectionis inventarii non currat ante aditam hæreditatem, allegat Gloss. §. *si verò postquam*, in ead. l. qui textus non concludenter hoc probat, quia ibi non dicitur, quando incipiat tempus conficiendi inventarii; et ideò ibi facit mentionem de aditione, quia si non adivisset, non posset hæres conveniri in solidum. Bart. etiam in dict. l. fin. et in l. *statulibero*, §. *si quis hæredi*, D. *de statuliber.* per illum textum tenet opinionem Glossæ; qui textus revera hoc non probat, quia in casu illo non poterat legatarius dare hæredi, ut jussit testator, nisi esset hæres per aditionem: et ista opinio Glossæ, et Bart. est magis communis, secundum Alexand. in dict. l. fin. in princ. col. 3. ubi refert tenentes istam opinionem; et illam etiam tenet Alber. ibidem in verbo, *sin autem dubius*, qui etiam refert Marti. Silla. dicentem, quòd conficiendo inventarium, hæres videtur adire, per textum in l. *pro hærede*, §. penult. D. *de acquir. hæred.* quod tamen non credo verum, neque dictus §. penult. hoc probat; et contrarium probatur in dict. l. fin. §. penult. vers. *quod si post deliberationem*, *C. de jure deliber.* potest namque fieri inventarium citra aditionem hæreditatis, ut ibi colligitur, et in §. *sin autem hoc aliquis*, ejusd. l. Contrariam opinionem, et quòd istud tempus currat à die scientiæ delatæ hæreditatis, tenuit Ricardus Malum. in dict. l. fin. in princ. Specul. et Joan. Andr. tit. *de instrum. edition.* §. fin. Salic. in dict. l. fin. ubi etiam Paul. de Castro, quòd cautum esset observare istam opinionem. Mihi satis placet opinio Gloss. et communis maximè cum temperamento Bartoli in dict. l. fin. quando non malitiosè, et inculpabiliter hæres distulit aditionem; pro qua satisfacit ista lex Partitarum, ibi: *fazen los herederos tal escritura como esta, porque despues, etc.* sentit enim de hærede, qui jam adivit, et qui aliàs astrictus esset omnibus oneribus hæreditariis, et clariùs, et expressiùs probatur in l. 10. infra eod. ibi, *de que ouiere entrado la heredad del testador.* Et idem videtur dicendum de substituto per fideicommissum, ut currat sibi istud tempus à die acceptationis fideicommissi, et non à die scientiæ, licèt Joan. Andr. in dict. §. fin. *in addition. ad Specul.* col. 6. in addition. incipienti, *secundum Uber.* aliud voluerit.

(6) *Tres meses.* In l. fin. in princ. de qua ista sumpta est, dicitur de nonaginta diebus; et sic vult ista lex Partitarum, quemlibet mensem continere triginta dies, cùm fit mentio mensis; et Gloss. voluit apertè in dict. l. fin. in princ. super verbo *sexaginta*. Vide de hoc per Gloss. in cap. *quam sit*, *de elect.* lib. 6. super verbo *mensem*, et per alios relatos per Alexand. in dict. l. fin. quibus adde Bart. in authent. *ut factæ nov. constitut.* collat. 5. et in authent. *ut cum de appellat. cognos.* §. 1. collat. 8. et Rochum in tractatu *de jure patronat.* chart. 11. col. 2. et notatur per Alexand. consil. 114. col. penult. et fin. 5. vol. et per Bald. in l. 1. D. *si quis cautioni.* Videtur tamen ex quo ista lex usa est hoc termino trium mensium, quod etiamsi inventarium perficiatur nonagessimo primo die, quod satis sit, ut in l. *ubi lex*, D. *de regul. jur.*

(7) *Llamados.* Sufficit unica citatio, etsi non sit peremptoria, cùm judex nullam debeat ferre sententiam, sed tantummodo coram eo debet explicari actio inventarii, secundum Angel. in l. 1. §. *hæc stipulatio*, col. 5. D. *si cui plusquàm per leg. Falcid.* ubi etiam vult, quod ista requisitio posset fieri per judicem laicum; et si legatarii, vel creditores sunt sacerdotes, prælati, vel judices assistentes in magistratu, licèt tutiorem dicat esse viam, quod judex laicus scribat superiori illius sacerdotis, vel prælati, si ejus copia de facili haberi potest, quod moneat talem sacerdotem, vel prælatum, quod si sua putaverit interesse, compareat coram tali judice laico ad videndum fieri inventarium.

(8) *El testador.* De citatione creditorum non reperitur textus, qui de hoc faciat mentionem, sed Gloss. in dict. l. fin. in princ. super verbo *cæterorum*, idem voluit, quod in legatariis, et Gloss. in authent. *de hæred. et Falcid.* in §. *sancimus*, in verbo *in fideicommissarios*; et istæ glossæ magis communiter approbantur, secundum Alexand. in dict. l. fin. in princip. in 4. col. qui etiam concludit, quando sunt certi creditores et legatarii, non sufficere generalem citationem, secùs si essent incerti; et si aliqui fuerunt citati, alii verò non, non tenebit inventarium quoad non citatos, ut adducit Bald. in authent. *si omnes*, *C. si minor se ab hæred. abstin.* et an sufficiat citatio procuratoris absentium, vel una tantùm citatio, vide per Bald. in dict. l. fin. §. *cum igitur*, col. 5. Quid autem si plenè, et fideliter hæres fecit inventarium, defuit tamen ista citatio? Vide per Bald. in authent. *sed cum testator*, col. 2. *C. ad leg. Falcid.* qui vult non tenere inventarium; vide tamen in hoc Bart. consil. 154. incipit, *maritus*, col. fin. vide omnino; et ponit etiam Bald. ibi unum bonum verbum, nisi alia sit consuetudo loci in confectione inventarii; et vide eumdem Bald. in fine principii dict. l. fin. et Paulum in §. *cum igitur*, col. 2. et adverte, quod hæres debet facere inventarium coram judice, non ratione decreti, quia non est necessarium, sed propter citandos creditores, et legatarios, vide Bald. in l. 1. col. 2. *C. qui bon. ced. poss.* et speculat. tit. *de instrument. edition.* §. fin. col. 3.

(9) *Fuesse a otra parte.* Id est, absens esset, adde in authent. *de hæred. et Falcid.* cap. 2. §. 1. vers. *si verò absunt*, collat. 1.

(10) *E non quisiere.* Nota hoc verbum, et sumptum est à dictis Azon. *C. de jur. deliber.* in summ. col. 2.

tal escrito ante tres testigos (11), que sean omes de buena fama, e atales que conozcan (12) a los herederos. E en comienço de la carta deue el heredero fazer la señal de la Cruz (13), e de si ha de començar el Escriuano a escreuir, diziendo assi: En el nombre de Dios (14), Padre, e Fijo, e Spiritusanto; e de si, escreuir, e poner en el inuentario todos los bienes de la herencia (15). E en la fin de tal carta deue escreuir el heredero de su mano (16), que todos los bienes del testador son escritos en este inuentario lealmente, e que non fizo ningun engaño. E si por auentura el non sopiere escreuir, deue rogar a alguno de los Escriuanos publicos, que lo escriuan en su logar ante dos testigos.

LEY VI.

Como aquellos que han de rescebir debdas, o mandas de las herencias del finado, si non se acaescieren al inuentario, pueden pesquerir, e saber, si son y puestos todos los bienes.

Legatarios llaman en latin, aquellos a quien manda el testador alguna cosa en su testamento. E si estos atales non se acertassen (1) quando escriuiessen el inuentario, e por auentura dubdassen, que non eran escritos en el todos los bienes del testador; estonce (2) pueden pesquerir, para saber la verdad, tomando la jura del heredero, que non encubrió ninguna cosa, nin fizo engaño ninguno

(11) *Tres testigos.* Sumptum est ex dict. vers. *si verò absunt.*

(12) *Que conozcan.* Sumptum est ex dict. l. fin. §. *cum igitur*, ubi vide per Gloss. et Bart. casus, in quibus requiritur, quòd testes cognoscant contrahentes, seu personas, de quibus testificatur, et ibi per Jason. De tabellione verò an debeat cognoscere contrahentes, vide l. 54. tit. 18. 3. *Partit.* et quæ ibi dixi.

(13) *La señal de la Cruz.* Omissio illius solemnitatis non vitiaret inventarium, Bart. et Bald. et Paul. et Alexand. in dict. §. *cum igitur*, et ista opinio est æquior, et benignior, secundum Alexand. in l. 2. §. *prius*, ubi latè discutit hunc passum, D. *de vulgar. et pupill.* opinio verò contraria, quod requiratur de necessitate ista solemnitas, est magis communis: mihi placet opinio Bart. per adducta per Alexand. in dict. §. *prius*, et maximè per istas ll. Partitarum, quæ conditionaliter non faciunt mentionem hujus solemnitatis, prout videbatur fieri in §. *et si præfatum*, dictæ l. fin. *C. de jur. deliber.* quod erat præcipuum fundamentum Doctorum tenentium partem contrariam: et sic benè faciat pro ista parte l. 1. §. fin. D. *de ventr. inspic.*

(14) *En el nombre de Dios.* Similiter, etsi omitteretur, non vitiaretur inventarium, ex his, quæ dixi in gloss. præcedenti.

(15) *Todos los bienes de la herencia.* Etsi res non sint suæ l. *non tantùm*, D. *de petitione hæred.* Bald. in dict. §. *cum igitur*, col. 4. l. fin. *C. de jur. deliber.* et per Alexand. in l. *si de eo*, §. *si fortè*, D. *de acquir. possess.* et instrumenta ponentur in inventario, juxta formam l. *chirographis*, in fin. D. *de administ. tutor.* Bart. in authent. *sed cum testator*, col. fin. *C. ad leg. Falcid.* et adde Bald. in l. *si quis intra*, *C. de bonis damnator.* et ibi vide, quod tunc dicitur inventarium legitimum, quando omnia continet distinctè, et clarè. Et si hæres unam rem substrahit, an per hoc corruat totum inventarium? Gloss. in authent. *de hæred. et Falc.* §. *si verò non fecerit*, super verbo *lucrari*, dicit, quod sic, quod intelligit Bald. in dict. authent. *sed cum testator*, col. penult. si intervenit dolus, secùs si culpa, nam culpa non nocet, nisi eatenus, quatenus: quinimò secundum eum, nec nocebit culpa levissima, et multò minùs justus error: vide ibi per eum, qui dicit, utile esse facienti inventarium protestari, quòd si quid invenerit in posterùm, in inventario ponet, nam protestatio repellit doli præsumptionem; quod nota, quia aliàs præsumeretur, quod fraus intervenerit, si posteà res aliquæ reperiantur, ut in dict. l. *si quis intra*, et tangit Joan. de Plat. in l. fin. ad fin. *C. de bon. vacant.* lib. 10. nisi dolus excluderetur ex aliis conjecturis; vide tamen, quæ dico in l. 10. infra eod. in 1. gloss. Et quid si non servaret protestationem; imò quod posteà devenit in notitiam, non posuit in inventario? Bald. ubi suprà, dicit, quod non perdet beneficium, nisi quoad illam rem; vide ibi per eum. Item quando nihil reperitur in bonis defuncti, protestatio de hoc habetur loco inventarii, secundum Bald. in l. fin. col. 2. *C. qui bon. ceder. poss.*

(16) *De su mano.* In aliquibus tamen locis de consuetudine istud non observatur, prout dicit Specul. tit. *de instrum. edition.* §. *dicto*, vers. fin. et credo, quod in isto regno ista subscriptio non est de consuetudine, et istam legem intellige, quando hæres per se ipsum conficit inventarium; si verò conficeret per procuratorem, quod potest, ut in l. fin. *sin autem dubius*, in fin. *C. de jur. deliber.* et notat Bart. in authent. *de hæred. et Falcid.* §. *si enim*, collat. 1. tunc ipse procurator faciet istam subscriptionem, ut declarat Paul. de Castr. in dict. §. *cum igitur*, col. 2. Intelligit tamen Paul. de Castr. et sequitur ibi Jaso. quando res non erant præsentes in loco, ubi est hæres, ut tunc demùm possit inventarium confici per procuratorem, ut cantat dictus §. *cum igitur*, in fin. et quod aliàs inventarium fieri non posset per procuratorem: et nota benè, quod non requiritur, quod inventarium fiat uno contextu, ut notat Gloss. in dict. authent. *de hæred. et Falcid.* §. *hinc nobis*, super parte *inventarium*; debet tamen fieri per eumdem tabellionem, ut dicit dicta glossa, quam ad hoc dicit Bart. notabilem, in l. 1. in quæst. 17. D. *de offic. consul.* et alibi dixit Bald. quod confectio inventarii dicitur quid individuum, in §. *vassallus*, *si de feud. fuer. contr. inter domin. et agn.*

LEX VI.

Si legatarii in confectione inventarii non affuerint, possunt judicem requirere, ut per sacramentum hæredis, et testium requirat; an legaliter fuit confectum, et etiam per quæstionem servorum hæreditariorum. Hoc dicit.

(1) *Non se acertassen.* Sive quia erant absentes, vel quia venire noluerint, ut suprà l. proxima; et melius probatur in authent. *de hæred. et Falcid.* cap. 2. vers. *si verò absunt*, collat. 1.

(2) *Estonce.* Non ergò procedit, quod hic habetur, si legatarii fuerunt præsentes confectioni inventarii, ut posteà admittantur ad petendum ea, quæ disponit ista lex. Bald. tamen per textum ibi in l. fin. §. *licentia* in fin. *C. de jur. deliber.* vult contrarium, notans expressè ex illa lege quod præsentia legatariorum, vel creditorum, vel eorum absentia, repleta præsentia trium testium idoneorum, non impedit, contra inventarium posse probari; et est ratio secundum eum, quia res possunt eis insciis occultari, l. *tres fratres*, D. *de pact.* et l. *de his*, D. *de transact.* potest dici, quod ista lex Partitarum, et dictus vers. *si verò absunt*, de quo sumpta est, suppleatur à dispositis in dicto §. *licentia*, l. fin. *C. de jur. deliber.* et sic remedium, de quo hic, etiam competat legatariis et creditoribus, qui fuerint præsentes, si eo uti velint; maximè si de novo supervenit scientia, quod aliquæ res fuerunt occultatæ, argum. cap. *insinuante*, *de offic. delegati.*

en aquel escrito. Otrosi puede fazer jurar a los testigos, que se acertaron, quando se fizo el inuentario, si fue fecho bien, e lealmente. E aun demas desto, pueden pesquerir en los sieruos de la heredad, metiendolos a pena, e a tormento, que les muestren toda la heredad, e les digan todos los bienes del testador quantos eran. E por esta carrera pueden entender, si fue fecho por el heredero lealmente el escrito, o non. E esta pesquisa deue fazer el Judgador del logar, a la demanda de los legatarios sobredichos.

LEY VII.

Como, mientra faze el inuentario el heredero, non le deuen mouer pleyto los que han de rescebir las mandas, e que fuerça ha el inuentario, e que pro viene ende al heredero.

De mientra que dura el tiempo que otorga el derecho al heredero para fazer el inuentario, non pueden mouer (1) contra el pleyto, para demandarle ninguna cosa, aquellos a quien ouiesse mandado algo (2) en su testamento, fasta que aquel tiempo sea cumplido. E esta es vna fuerça que ha el inuentario. Pero por este tiempo sobredicho non se pierde su derecho (3), a ninguno de aquellos que han de auer algo de los bienes del testador. E otra fuerça ha aun el inuentario; que despues que es acabado, non es tenudo el heredero de responder a los que han de recebir las debdas (4) en los bienes del finado, nin a los que mandasse (5) el testador alguna cosa en su testamento, si non quanto montaren (6) los bienes, e la heredad, que fueren escritos en el inuentario. Otrosi dezimos, que non es tenudo el heredero, que fizo tal escrito en la manera que de suso diximos, de dar, o de pagar las mandas que fizo el fazedor del testamento, fasta que sean pagadas todas las deb-

LEX VII.

Durante tempore concesso ad confectionem inventarii, non tenetur hæres creditoribus, vel legatariis respondere; salvum tamen remanebit eis debitum à testatore: nec tenetur hæres ante legatariis satisfacere, quàm omnibus creditoribus satisfecerit. Item utetur Falcidia contra legatarios, si ei non remanet quarta pars hæreditatis: et si primò legatariis, quam creditoribus satisfaciat, si non remanet, de quo extra quartam satisfaciat creditoribus, non contra eum, sed contra legatarios creditores agent, et his non sufficientibus contra hæredem, quatenùs accedit Falcidia retenta. Hoc dicit.

(1) *Non pueden mouer.* Extende, etiamsi hæreditas sit locupletissima, secundum Bald. in l. fin. §. *tum igitur*, in princ. *C. de jure deliber.* Extende etiam, etsi scriptura inventarii sit redacta in publicam formam, si ibi dicatur, inchoatum fuit præsens inventarium, si ibi non dicatur, quòd fuit perfectum et consumatum, si adhuc tres menses ad hoc dati, non sint elapsi; ex quo non apparet, quòd hæres habuerit pro perfecto, et absoluto secundum Joan. de Imol. in l. 1. §. *hæc stipulatio*, D. *si cui plusquam per leg. Falcid.* col. 5. post Angel. ibi col. 6. et satis placet, ex quo ibi non est subscriptio hæredis, juxta formam l. 5. suprà eod. licèt Alexand. in dict. §. *donec*, dicat in contrarium facere l. *si is, qui*, D. *de testam.*

(2) *Mandado algo.* Idem dic in creditoribus hæreditariis, de utrisque enim loquitur l. fin. §. *donec C. de jure delib.* de qua ista sumpta est, et vult etiam ista lex, cùm inferius subdit, *a ninguno de aquellos que han de auer algo.* Et limita istam l. et dict. §. *donec*, in his, qui agunt, ut contra hæredem non audiantur, durante isto tempore confectionis inventarii; et secùs est in his, quæ conveniunt non ut hæredem, sed ut quemlibet alium, ut veluti si agant rei vendicatione, l. *de eo*, §. fin. *ad exhibend.* l. *Nenseniùs*, §. *fundum*, D. *de re judic.* Item limita in hærede convento ad restitutionem usurarum, quas defunctus jussit restitui, vel cavit, secundum formam cap. *quamquam, de usur.* lib. 6. quia agitur de periculo animæ, secundum Alberic. post Richar. in dict. §. *donec.* Et idem, si hæres conveniretur pro expensis funeris, vel pro alimentis relictis pauperibus, qui fame perirent, secundum Angel. et Joann. de Imol. in l. 1. §. *hæc stipulatio*, D. *si cui plusquam per leg. Falcid.* Limita etiamsi ipse hæres voluntariè conveniat debitores hæreditarios, quod facere potest etiam durante dicto tempore, secundum Bartol. in dict. §. *donec*, nam tunc poterit reconveniri à conventis, secundum Ang. in dict. §. *hæc stipulatio*, col. 6. vers. 3. fallit per l. 2. §. *sed si agant*, D. *de judic.* secùs si necessitate compulsus eos conveniret, ut quia debitores hæreditarii fugiebant cum pecunia, vel domus vicinæ minabantur ruinam super domum hæreditariam, ut tradit Ang. ibidem.

(3) *Su derecho.* Impedito namque impedimento juris, vel facti, non currit effectualiter præscriptio, ut hic, et in dict. §. *donec*, et in l. 1. §. fin. *C. de annal. except.* et in cap. *quia diversitatem*, *de concess. præbend.* et vide notata in tractatu *præscript.* fol. 31. col. 2. et 3. et chart. 57. col. 4. et chart. 62. col. 3. et 4. ubi latè, et vide quod tradit ad limitationem Alex. consil. 1. ad fin. 5. vol. limita etiam ut notatur per Jason. in l. *si stipulatus fuerim*, §. 1. col. 1. D. *de verb. oblig.*

(4) *Las debdas.* Adde l. fin. §. *etsi præfatam*, *C. de jur. delib.*

(5) *A los que mandasse.* Adde §. *si verò non fecerit*, in authent. *de hæred. et Falcid.*

(6) *Quanto montaren.* Et nota, quod illud, quod hæres solvit in pœnam contumaciæ, non nocebit legatariis; et licèt conficiat inventarium, non proderit sibi, quominùs teneatur solvere de suo, si nihil restat in hæreditate, solutis debitis et legatis, ut in l. *cum pater*, §. 1. et ibi notat Paul. de Castr. D. *ad leg. Falcid.* Limita etiam legem ex eo, quod notabiliter voluit Ang. cons. 31. incipit, *Dominus Philippus*, col. 3. ubi dicit, quòd istud beneficium inventarii, quòd datur hæredi, competit, quando agitur contra hæredem immediatè ex causa hæreditaria, secùs si debitum hæreditarium sit reformatum ex concordia, et conventione facta cum hærede; quia si hæres postea conveniatur immediatè virtute conventionis, non habebit beneficium inventarii, quia istud solùm datur, cùm ex causa hæreditaria hæres convenitur, et talis causa renovata non dicitur hæreditaria; allegat l. *cum hæreditas*, D. *ad Trebell.* et in simili casu tradit Aretinus, consil. 148. incipit *in quæstione proposita*, col. penul. et tradit Decius ista referens, consil. 137. incipit, *et diligenter pro tenui facultate mea*, col. penul. num. 4. An autem hæres vendens res hæreditarias pro solvendis debitis, vel legatis, teneatur se obligare de evictione, cùm fecerit inventarium? Vide notabiliter per Joan. Andr. *in addition. ad Specul.* tit. *de instrumen. edition.* §. fin. col. 4. et 5. in addition. super parte *fecerit*, ex cujus dictis colligitur hæredem tali casu non compelli vendere proprio nomine, sed ut hæres cum beneficio inventarii; ne damnum patiatur, propter periculum evictionis: et vide per Cyn. in dict. §. *etsi præfatam*, ubi etiam vide Jason. in vers. 4. *utilitas est*, ubi etiam Alb. col. fin. vers. *item*

das (7) primeramente, que el finado deuia. E aun dezimos que puede despues retener para si la quarta parte de los bienes que fincaren despues que fueren pagadas las debdas, a que llaman en latin, Falcidia (8). E si tantos bienes non le fincassen, despues que fuessen assi pagadas las debdas, de que el heredero podria ser entregado cumplidamente de la Falcidia; estonce puede retener para si, e sacar la quarta parte de cada vna de las mandas del testador, fasta que aya su derecho, assi como sobredicho es. Pero dezimos que si el heredero, despues que ha fecho el inuentario de todos los bienes del testador, pagasse ante las mandas, que las debdas (9) del finado, de manera, que le non fincasse a el mas de la quarta parte (10) de la heredad, estonce aquellos que deuen auer las debdas, non pueden primeramente demandar al heredero, que gelas pague; mas deuenlas demandar a los que recibieron las mandas, e ellos son tenudos de les tornar aquello que recibieron, de que se puedan pagar las debdas: e si fuessen tan pocas, que non cumpliessen a pagar las debdas, estonce, por lo que finca dellas, deue el heredero fazer pagamiento, a aquellos que lo han de recebir, de aquella quarta parte (11) que retuuo para si. E esto es, porque el se deuia guardar de fazer pagamiento de las mandas, ante que pagasse las debdas (12); pues que sabia (13), que non abondauan los bienes, para pagarlo todo.

LEY VIII.

Quales espensas non es tenudo el heredero de poner en el inuentario.

Las despensas que el heredero fiziere en

quæritur; ubi etiam vide per eum, quòd ista exceptio beneficii inventarii, si omissa fuit ante sententiam, non poterit oponi in executione sententiæ, vide ibi per eum, vers. *solet etiam quæri*, ubi dicit, quòd ita communiter Doctores tenent. Sed contrarium tenet Joan. Andr. *in addition. ad Spec.* tit. *de instrum. edition.* §. fin. col. 7. *in addition.* incipit, *secundum Uber.* et ista opinio Joan. And. est magis communis; vide per Doct. in l. *ex diverso*, §. 1. D. *solut. matrim.* per Bald. in l. *ab executione*, col. penul. *C. quorum appel. non recip.*

(7) *Las debdas.* Adde l. fin. §. *sin verò creditores*, vers. *licentia*, et ibi Glos. in verbo *acommodare*, *C. de jur. deliber.*

(8) *Falcidia.* Vide in l. 1. tit. 11. infr. ead. *Part.*

(9) *Que las debdas.* Vel si solvisset creditoribus primò venientibus; ut in dict. §. *et si præfatam*; hæc enim est una ex utilitatibus inventarii, quòd sibi non imputatur, si solvat primò venientibus; et intellige, quando hæres ignorabat alios creditores potiores, et sic solvit bona fide, aliàs secùs, si cautionem non exigeret, ut in l. *dolo*, D. *ad leg. Falcid.* et tenet glossa parva in dict. §. *et si præfatam*, et ibi Bart. unde etiam Paul. de Cast. in dict. §. *et si præfatam*, referens Archid. in cap. *non sanè*, 14. quæst. 5. dicit, quòd hæres usurarii, licèt confecit inventarium, non debet solvere primis venientibus, nisi recepta cautione de restituendo; quia scit, vel scire potest alios subesse, et sic esset in dolo quoad illos; et non haberet dictum beneficium inventarii; quod dictum intellige, quando dolo vero vel præsumpto hæres solveret, secùs si bona fide, ignorans alios creditores usurarii, secundum Alexand. in dict. §. *et si præfatam*, referentem Lupum, et Dominic. in cap. *quamquam*, *de usur.* lib. 6. et Hostiens. in summ. *de test.* §. *at quid hæres.* Quid autem executoribus datis ad restitutionem damnorum vel ablatorum post testatorem, vel hæredibus ad hoc gravatis, an possint solvere primò venientibus? Joan. And. *in addition. ad Spec.* tit. *de instrum. edition.* §. *nunc vero aliqua*, col. 33. *in addit.* incipienti, *quæstio facti*, refert Jacob. de Raveti dicentem fatuum talem executorem solventem primo venienti simpliciter, vel sine cautione; vide ibi, cujus dictum sequitur Paul. de Cast. in dict. §. *et si præfatam*, innuens eamdem rationem, ex eo, quia scire debet alios subesse damnificatos, et intelligerem juxta declarationem præcedentis dicti. Numquid autem alii creditores possint retractare solutiones factas aliis creditoribus? Vide in dict. §. *et si præfatam*, et quæ dicit Paul. de Cast. in l. *tutores*, D. *de condition. indeb.* Et quid in creditoribus ejusdem temporis, an possint petere se admitti ad communionem cum his, quibus facta est solutio? Oldrald. dicebat, quòd sic, per l. *et si non expedierit*, §. 1. D. *de bon. auctorit. judic. possiden.* Albericus verò in dict. §. *et si præfatam*, inducit in contrarium l. *pupillus*, in fin. D. *de his, quæ in fraud. creditor.* et sic, quòd nihil abstrahatur à creditoribus, qui vigilaverunt ad suum debitum consequendum: dictum Oldrald. procederet, quando utroque creditore instante, hæres uni gratificavit: aliàs procedere posset dictum Alberici, per dict. l. *pupillus*, et ita est de mente Bald. in dict. §. *et si præfatam*, in final. verbis, licèt paulò ante referens dictum Oldrald. simpliciter pertransierit. Et ista inducit Angel. in l. fin. §. *licentia*, *C.* eod. pro mercatoribus, qui confluunt, et concurrunt contra mercatorem cessantem fugitivum, si sunt aliqui inter eos, qui de proximo ante fugam solutionem receperunt, an debeant receptum communicare cum aliis, prout pluries dicit se vidisse de facto Perusii: vide, quæ dixi in l. 11. tit. 14. 5. *Part.* et in l. 9. tit. fin. ead. *Part.* et an contra emptores rerum hæreditariarum, quibus hæres vendidit, creditores habeant recursum? Vide in dict. §. *et si præfatam*, et vide ibi Paul. de Castr. in versic. 5. *utilitas*.

(10) *Quarta parte.* Nota istam legem, per quam limitatur, quod notat Cyn. in l. 2. *C. qui potior. in pignor. habeant.* et Bart. in l. *is, cui*, §. *postquam*, D. *ut in possess. legat. vel fideicomm.* ubi dicunt, quòd quando hæreditas est solvendo, dato quòd hæres fecerit inventarium, creditores non possunt inquietare legatarios, quibus primò solutum est, sed agere debent contra hæredem; nam procedet, quando apud hæredem, solutis legatis remanet plus quarta Falcidia, secùs si apud hæredem tantùm remaneat quarta ista; nam tunc agent contra legatarios, et non contra hæredem, nisi quando, quod rederent legatarii, non sufficeret ad solutionem debitorum, ut infra subditur: videtur tamen, quòd tali casu legatarii haberent recursus contra hæredem, ut concurrant cum eo in dicta quarta, ita ut solutis debitis de residuo hæreditatis solvantur legata, deducta Falcidia de quolibet legato.

(11) *Quarta parte.* Nam quando hæreditas non est solvendo, neque valent legata, neque hæres detrahit Falcidiam, l. 1. §. pen. D. *ad Trebell.* Glos. in l. fin. §. *et si præfatam*, *C. de jur. deliber.* super parte *Falcidiæ.*

(12) *Las debdas.* Legata enim debentur ære alieno deducto, l. *creditoribus*, D. *de separationibus*, l. *si universæ*, *C. de legat.*

(13) *Sabia.* Vel debebat scire; idem enim, et si ignoraret, nam creditores agunt contra eum ratione talis quartæ, etiamsi non per modum quotæ, sed in una re, vel in certa quantitate hæredi remansisset, ut declarat Paul. in l. 1. §. *si is, qui*, et in §. *si hæres*, et in §. *idem Julianus*, D. *ad Trebell.* nam æs alienum præfertur quartæ, l. *in imponenda*, et l. *irritum*, *C. ad legem Falcid.*

LEY VIII.

Expensas funeris testatoris vel alias justas non tenetur

razon de soterrar (1) aquel cuyo heredero es, o las que fiziere derechamente en otra manera qualquier, non es tenudo de las contar, nin escreuir en el inuentario; pero si acaesciere alguna contienda sobre estas despensas, deue el heredero prouar con testigos ante quien las fizo, o por su jura (2). E si aquel que es establescido por heredero ouiesse alguna demanda, o le deuiesse alguna cosa aquel que le establescio por su heredero, en saluo le finca (3) la demanda, o aquello quel deuia el testador, si el inuentario fiziere, assi como sobredicho es.

LEY IX.

Que pena deue auer el heredero que maliciosamente faze el inuentario.

Maliciosamente faziendo el heredero inuentario, encubriendo, o furtando alguna cosa de los bienes del testador; si esto le fuere prouado, deue pechar doblado, tanto quanto encubrio, o furto, a aquellos que deuian rescebir (1) algo de los bienes del muerto. E mandamos, que tales contiendas como estas, que acaescen en razon del inuentario (2), que las libren los Judgadores, que lo ouieren de fazer, a lo mas tarde, fasta vn año, como quier que los otros pleytos que son llamados

hæres scribere in inventario, sed probet eas per testes, vel proprio juramento; et quod hæredi debetur à defuncto, consequitur hæres facto inventario, sicut cæteri creditores. Hoc dicit. Habuit ortum à l. fin. §. *in computatione*, *C.* eod. tit.

(1) *Soterrar.* Idem in expensis, quas fecisset in curando defunctum, Bald. in l. *in restituenda*, *C. de petit. hæred.* vel in insinuatione testamenti, ut in l. fin. §. *in computatione*, de qua ista sumpta est, *C. de jur. deliber.* vel in eo, quod solvit hæres proxenetis, vel similibus, cùm venderet res hæreditarias, secundum Bart. in l. *ubi purè*, §. fin. D. *ad Trebell.* Et quid de expensis, quas hæres fecit, litigando cum alio contendente, se hæredem, vel creditorem hæreditarium? Vide per Angel. Paul. et Alexand. et Jason. in dict. §. *in computatione*, tenentes, quod deducantur, quando hæres obtineret, et hæreditas non esset solvendo ad omnia, contra Bald. ibi aliter volentem.

(2) *Su jura.* Approbat opinionem Glossæ in dict. §. *in computatione*, super verbo *approbaverit*, contra quam ibi tenebant Cynus, et Alberic. et intellige, quando expensæ essent parvæ, secùs si magnæ; nam tunc requirerentur testes, vel instrumenta, secundum Bart. et communiter Doctor. ibi. Et appellat Angel. ibidem minutas expensas, sumptus quotidianos, puta caenium, oleris, porrinæ, et similium, nam ad hoc difficulter habentur testes continuò; et tandem concludit arbitrio boni viri hoc relinquendum, omnibus hinc inde pensatis.

(3) *Le finca.* An ipso jure, vel quoad effectum? Gloss. in dict. §. *in computatione*, dicit, quòd quoad effectum, quasi impossibile videatur, quòd hæres sibi ipsi sit obligatus, vide ibi per Alexan. et in l. *debitori*, *C. de pact.* ubi tenet opinionem Glossæ, et dicit magis communiter teneri per Doctores. Si tamen aditio hæreditatis facta sit cum beneficio inventarii, vel ante aditam hæreditatem fiat inventarium, tunc confusio actionum impediri videtur ipso jure, quia si confectio inventarii resolvit quoad effectum confusionem factam, à fortiori videtur impedire confusionem fieri, argumento l. *patre furioso*, D. *de his, qui sunt sui, vel alien. jur.* secundum Decium in dict. l. *debitori.* Et nota dictum Bald. in dict. l. *debitori*, col. 2. quòd hæres, qui solemniter fecit inventarium citatis creditoribus, et legatariis, potest implorare officium judicis super separatione bonorum, ut pro ejus debito aliqua res sibi assignetur; imò etiam secundum Bald. in dict. §. *in computatione*, col. 1. vers. *ex hoc sequitur*, hæres possit sibi ipsi solvere, eligendo rem, in qua vult sibi esse solutum pro debito, argumento l. *creditoris*, D. *de distract. pignor.* quod secundum Decium ubi suprà, de plano procedit aliis creditoribus consentientibus; si verò contradicerent, nullam deberet hæres in hoc habere pærogativam, imò similem cum aliis creditoribus debet habere fortunam, ut in dict. §. *in computatione.* Limita istam legem, nisi hæres institutus sit animo compensandi cum eo, quod sibi testator debebat, l. *si compensandi*, *C. de hæred. instit.* Limita etiam in quasi debito ex dispositione legali, ut est illud, quòd pater tenetur dotare filiam, l. *capite trigessimo*, D. *de ritu nupt.* nam si filia institueretur à patre, et gravaretur legatis, non deduceret primò dotem, et posteà falcidiam; sed primò falcidiam, et si ad dotem sufficeret, de illa deberet se dotare; et si non sufficeret, detraheret quatenùs deficeret, per notata in l. *mulier*, §. *cum proponeretur*, D. *ad Trebell.* ita tenet Paul. de Cast. in l. *si debitor*, D. *ad legem Falcidiam*, et vide etiam, quòd idem Paul. notat in l. *quod de bonis*, §. *quod acus*, D. *ad leg. Falcid.* ibi nota istud verbum, et tene menti. Adverte etiam, quòd contra fideicommissarium universalem, etiam non confecto inventario, hæres detrahit, quod sibi defunctus debebat. Vide Paul. de Cast. in l. *ita tamen*, §. *si ex Trebelliano*, D. *ad Trebell.* et Socin. consil. 44. vol. 3. incipit, *non parva difficultas*: alia in ista materia, vide per Alexand. et Doctor. post Gloss. in dict. §. *computatione.*

LEX IX.

Si quid extra inventarium fraudulenter ocultat hæres, tenetur ad ejus duplum his, qui aliquid juris habent in bonis testatoris: et causa inventarii non durat ultra annum, licèt aliæ civiles intantiæ usque ad triennium, criminales usque ad biennium durent. Hoc dicit. Concord. l. fin. *C.* eod. tit. §. *licentia*, cum §. sequent.

(1) *Rescebir.* In l. fin. §. *licentia*, vers. *illo videlicet*, de quo ista lex sumpta est, adjicitur, *vel hæreditatis quantitati computare compellantur*: finge enim hæreditatem locupletem ita, ut ex ea etiam ultra rem illam occultatam vel subrrectam ab hærede, remanet, unde integrè satisfiat creditoribus, et legatariis; et sic melius erit hæredi, quod istud duplum imputetur hæreditati, quia sic manebit sine pœna, quàm quòd ipsis creditoribus et legatariis solvat istam pœnam dupli, ut exponit ista lex Partitarum. Videtur tamen, quòd ista lex suppleri debeat ex illa, cùm ista pœna sit inducta, ut amplius sit in hæreditate, ex quo legatarii et creditores consequantur suum debitum; quod etiam suaderi videtur ex ista lege cùm dicit, *maliciosamente*, et si quando hæres animo fraudandi creditores, vel legatarios surripit, vel ocultat rem hæreditariam; secùs quando nullum ex hoc generaretur præjudicium, et sic fraus, seu occultatio non induceret detrimentum, argumento l. penult. *C. de revocand. his quæ in fraud. alien. sunt*, et l. 7. tit. fin. 5. *Part.* et quæ ibi dixi. Adde etiam, quòd et ultra pœnam dupli punitur hæres surripiens vel occultans, ut perdat falcidiam quoad omnes legatarios, ut in authent. *de hæred. et Falcid.* cap. 2. vers. *sancimus*, et ibi Gloss. super verbo *fortè*; et illud jus Authenticarum est rationabile, quia cùm talis substractio inducat, et augmentet falcidiam quoad omnes, æquum est, ut respectu omnium puniatur, et sic à nemine falcidiam detrahat; et benè potest stare pœna hujus dupli, de qua hic, cum pœna amissionis falcidiæ, de qua in dicto vers. *sancimus*, ut declarat Salic. quem vide in dict. vers. *illo videlicet.*

(2) *Del inuentario.* Nota hoc verbum, ex quo declaratur textus in authent. *de hæred. et Falcid.* cap. *illud quoque*, collat. 1. de quo ista lex sumpta est; nam largius,

en latin, civiles, pueden durar, a lo menos, fasta tres años (3), e los criminales fasta dos años (4).

LEY X.

Como deue pagar las mandas, e las debdas complidamente el heredero, si non fizo el inuentario al plazo que le fue puesto.

Si el heredero, de que ouiere entrado la heredad del testador, non fiziere el inuentario (1) fasta aquel tiempo que de suso diximos, dende adelante fincan obligados, tambien los sus bienes que ouiere de otra parte, como los que ouo del testador, para pagar complidamente las debdas, e las mandas (2) del fazedor del testamento: e non puede retener, nin sacar para si, la su quarta parte de los

quàm hìc disponitur, Gloss. et Doctor. intelligunt illum cap.

(3) *Tres años.* Nota benè; quia habes hìc approbatam de isto jure Partitarum decisionem, l. *properandum*, in princ. *C. de judic.* et non reperies alibi in isto libro Partitarum. Video tamen ista in desuetudinem abiisse, et sicut observatur in curiis ecclesiasticis, ut instantia non expiret triennio, ut voluit Gloss. in dict. l. *properandum*, in parte *triennii*, in fin. et Gloss. in cap. fin. *de dolo, et contum.* Gloss. et Doctor. in cap. *venerabilis*, *de judic.* sic etiam video in curiis regalibus, et certè benè, cùm per hoc parcatur laboribus et expensis partium, et breviori via justitia ministretur.

(4) *Dos años.* Adde l. 7. tit. 29. *Part.* 7. cujus dispositio, et etiam istius in hoc, in desuetudinem abierunt; vide quæ ibi Deo dante dicam.

LEX X.

Hæres intra tempus juris inventarium non conficiens, tenetur creditoribus et legatariis etiam ultra vires hæreditatis, et falcidiæ commodo privatur. Hoc dicit. Habuit ortum à l. fin. *C. de jure delib.* §. *sin vero postquam.*

(1) *El inuentario.* Quid si fecit, sed omissit ponere aliquam rem in inventario fraudulenter, vel malitiosè; an tenebitur in solidum creditoribus vel legatariis, ac si nullum fecisset? Bart. in l. *Paulus*, D. *ad legem Falcid.* tenet, quòd ex hoc hæres perdat beneficium inventarii in omnibus. Angel. verò ibi tenet, quòd solùm perdat beneficium inventarii quoad falcidiam, non verò, ut ex hoc teneatur ultra vires hæreditarias, et idem tenet Paul. de Cast. et Joann. de Imol. et Alexand. Et idem tenet Salic. in l. fin. §. *illo videlicet*, *C. de jure deliber.* in fin. ubi dicit de hoc fuisse quæstionem arduam, et ita se consuluisse; solùm ergo tenetur creditoribus, et legatariis in duplo rerum occultatarum, ut suprà eod. l. proxima, et in amissione falcidiæ. Quid autem si imperfectè fecit inventarium, quia non designavit res, prout habetur in l. 100. tit. 18. 3. *Part.* sed simpliciter dixit, *pono in inventario res, quæ sunt in tali loco*, an gaudebit beneficio inventarii? Videtur dicendum, quòd non, cùm hoc ita sit substantiale, et probatur in l. fin. §. *sin vero postquam*, *C. de jur. deliberand.* ibi: *secundum formam præsentis constitutionis*, paria enim sunt, non facere, vel inutiliter facere, cap. *inter corporalia*, *de translat. Episcop.* cum similib. et adde quod suprà dixi in l. 5. in glos. super verbo *todos los bienes.*

(2) *Las mandas.* Limita nisi agentes contra hæredem in solidum confiterentur, quòd in hæreditate non remansit ultra id, quod hæres asserit; quia contra omnem præsumptionem juris, et de jure, facientem contra hæredem non conficientem inventarium, quòd occultaverit bona, admittitur probatio in contrarium per confessionem partis, ut notant Cynus, et Bart. in authent. *sed jam necesse*, *C. de donat. ante nupt.* et Gloss. in corpore, unde sumitur illa authentica: et ita tenet Bald. singulariter in l. *filium quem habentem*, col. penult. *C. famil. ercisc.* et licèt Bald. ibi loquatur de legatariis, ex ejus mente, et ex dicta ratione idem vult in creditoribus; et ita etiam vult Alexand. in l. fin. §. *et si præfatum*, col. 1. *C. de jure deliber.* ubi etiam Jason. col. 2. vers. *limita tamen.* Dictum Baldi non caret scrupulo, prout etiam tradit Socin. in l. 1. §. *si is qui ante*, D. *ad Trebell.* et Alexand. in l. *in ratione*, §. *quod vulgo*, col. 8. num. 13. D. *ad legem Falcid.* et quia hæres adeundo, videtur quasi contrahere cum creditoribus, et legatariis, l. *apud Julianum*, §. fin. et l. seq. D. *quib. ex caus. in posses. eatur*, et in §. *hæres*, *Instit. de obligat. quæ ex quasi contractu nascuntur*, et sic ex suo quasi contractu ex propriis bonis tenetur: hoc etiam vult ista lex Partitarum ibi, cùm dicit, *tambien los sus bienes*, *que ouiere de otra parte*, *como los que ouo del testador.*

Præterea cap. 2. vers. *sancimus*, in authent. *de hæredib. et Falcid.* qui videtur esse fundamentum dicti Baldi, non videtur se omnino fundare in illa præsumptione subtractionis, ut patet cùm dicit *fortè*, et sic innuit, quòd idem sit, si non subtraxerit; et videtur illa ratio impulsiva, et non finalis, textus cum glossa, et ibi Joann. de Imol. in Clement. 1. *de appellat.* Gloss. in l. *in commodati*, §. *sicut*, D. *commodati.* Hoc etiam suaderi videtur ex l. fin. §. *sin verò postquam*, *C. de jure deliber.* ubi non fit fundamentum in præsumptione surrectionis et occultationis rerum hæreditariarum; imò quia ex quo non fuit hæres usus beneficio inventarii, remanet in antiqua dispositione juris communis, ex cujus dispositione tenebatur creditoribus etiam ultra vires hæreditarias, l. *quæ dotis*, D. *solut. matrim.* l. *si te bonis*, *C. de jure deliber.* et quia in pupillo cessat dicta præsumptio usurpationis, et nihilominus in pupillo etiam non doli capace procedit, ut teneatur ultra vires hæreditatis, cap. 4. §. *pupillis*, in dict. authent. *de hæred. et Falcid.* ut etiam adducit idem Alexand. in l. fin. §. fin. *C. de jure deliber.* in illa quæstione, an ecclesia non conficiens inventarium teneatur ultra vires hæreditarias. Hoc etiam probari videtur ex cap. 2. §. *si verò non fecerit*, in authent. *de hæred. et Falcid.* ibi: "licèt puræ substantiæ morientis transcendat mensuram legatorum datio:" et ibi: "sed dabit ei pœnam exactio suæ malignitatis, cùm transcenderit leges, ex quibus cautè omnia agens nihil poterat damnificari." Fortè posset distingui inter creditores, et legatarios, ut dictum Baldi procedat in legatariis, prout re vera ipse loquitur, et non in creditoribus; et est ratio differentiæ maxima, quia creditores tractant de damno, legatarii verò de lucro. Item quia hæres reputatur eadem persona cum defuncto, ut in authent. *de jurejurando à moriente præstito*, et sicut defunctus tenebatur in solidum, sic et ejus hæres, qui non fecit inventarium; quæ ratio cessat in legatariis, quibus defunctus in nihilo tenebatur; et quia de jure communi antiquo ita erat constituta in hoc differentia inter creditores et legatarios, nam respectu creditorum hæres tenebatur in solidum, etiam si constaret hæreditatem non esse solvendo, dict. l. *quæ dotis*; legatariis verò non tenebatur ultra vires hæreditarias, ut in l. 1. §. *si is qui*, D. *ad Trebell.* l. *in ratione*, la 1. §. *quod vulgo*, D. *ad leg. Falcid.* Gloss. in dict. §. *si vero postquam.* De jure tamen Authenticarum additum fuit, ut etiam similiter legatariis teneretur in solidum, non facto inventario, ut in dict. §. *si vero non fecerit*, et in authent. *sed cum testator*, *C. ad leg. Falc.* et dicta authentica quodammodo se fundat in præsumptione substractionis, et sic in legatariis habere possit locum dictum Baldi attento jure communi; ista tamen lex Partitarum resistit, cùm æquiparet in hoc creditores, et legatarios, nihil asserens de tali præsumptione; imò expressè disponens, ut de propriis bonis hæres teneatur: et in rigore juris istud videtur verius, tam in legatariis, quàm in creditoribus. Tu cogita, quia dictum Baldi fulcitur maxima æquitate, et Doctores magis communiter cum eo transeunt, et adde Paul. in l. *in ratione*, §. *quod vulgo*, ad fin. D. *ad leg. Falcid.* An autem in foro conscientiæ hæres teneatur ad debita ultra vires hæreditarias? Bart. tenet, quòd non, in rubrica, D. *de acquir. hæred.* vers. *et ex hoc sequitur*, allegat Hostien. in

bienes del testador, de las mandas (3); ante las deue pagar enteramente, pues que non fizo el inuentario a la sazon que deuia.

LEY XI.

En que manera deue el heredero tomar la heredad, si entendiere que le es prouechosa.

Tomado auiendo acuerdo el heredero, si le plaze de rescebir la herencia, en que es establescido por heredero de otri, o le pertenesce por razon de parentesco, deuelo dezir llanamente (1), otorgandose por heredero. E aun se puede esto fazer por fecho, maguer non lo diga paladinamente. Esto seria, como si el heredero vsasse de los bienes de la herencia, assi como heredero, e señor, labran-

summa, *de testam.* §. penult. vers. *quid si bona*, et Joann. Andr. in cap. *quamquam*, *de usur.* lib. 6. in novella, et quòd ita tenent Theologi, ut dicit se vidisse in multis sententiis eorum, et idem tenet Bald in dict. l. *filium quem habentem*, col. penult. allegat cap. *parrochiano*, *de sepult.* subdens, quòd si legatarius plus extorqueret, tenetur ad restitutionem in foro conscientiæ, quia ille forus non sequitur jus civile, quia jus civile fundat se in fictione, non in veritate: et ibi subdit, quòd licet ad petitionem hæredis super talibus articulis, quòd nulla alia bona manserunt, nisi talia, non cogantur legatarii respondere, tamen judex optimè faciet, si interroget ex officio, ut obviet iniquæ extorsioni, l. *illicitas*, in princ. D. *de offic. Præsid.* Joan. de Imol. in dict. rubrica, D. *de acquir. hæred.* postquam retulit Angel. in l. 1. §. *hæc stipulatio*, D. *si cui plus quam per leg. Falcid.* volentem, quòd etiam in foro conscientiæ hæres teneatur ultra vires hæreditatis, distinguit, quòd si hæres sciebat vires hæreditatis non sufficere, et nihilominus adivit; quia tunc videtur obligari ex suo quasi contractu, teneatur etiam in foro conscientiæ, cùm videatur se creditoribus obligasse; si autem ignoravit, vel dubitetur, an sciverit, vel ignoraverit, et tunc non teneatur ultra vires hæreditarias, quia tunc non videtur se obligasse ultra vires: cum sententia Bart. transit Alexand. in dicta rubrica, ubi Jason. dicit, ita esse communem opinionem. Fredericus verò de Senis consil. 21. et Joann. de Imol. sibi contrarius in l. *gerit*, D. *de acquir. hæred.* et Paul. de Cast. in dict. rubrica, tenent contrarium, dicentes, nullam in hoc esse differentiam inter forum conscientiæ, et judiciale; lex etenim humana, quæ justa est, etiam in foro animæ est servanda, secundum S. Thom. 1. 2. quæst. 96. art. 4. Gloss. communiter approbata in cap. *quæ in ecclesiarum*, *de constit.* Articulus iste est satis disputabilis, et totum pondus ad decisionem consistit, an lex humana se fundet in præsumptione, vel non; quia si ex præsumptione, non obligaret in foro animæ, ubi veritas attenditur: quòd autem istæ leges de confectione inventarii disponentes, non se fundent ex sola præsumptione, satis liquet ex suprà dictis. Aretin. in dict. rubrica, distinguebat inter creditores, et legatarios, ut etiam dixi in quæstione præcedenti, quæ distinctio fortè posset procedere attento, quòd dictus §. *si vero non fecerit*, moveatur ex præsumptione, et quòd saltim suspicans ita statuit; sed attenta dispositione hujus legis Partitarum, quæ non se fundat in tali præsumptione, videtur de rigore idem debere dici in legatariis, quod in creditoribus; benignior tamen est sententia ita distinguens, cùm fortè ista lex Partitarum habuerit eumdem intentum, quem dictus §. *si vero non fecerit*, de qua ista sumpta est. Tu cogita alios casus, in quibus hæres non convenitur in solidum, licèt non fecerit inventarium, vide per Alexand. in dict. §. et *si præfatam*; et quid de ecclesia, vide eumdem in dict. l. fin. §. fin. et per Gloss. et Doctor. in cap. 1. *de testam.*

(3) *De las mandas.* Non ergo perdet Trebellianicam, vide per Bartol. et Doct. in l. *Marcellus*, §. *quod autem*, D. *ad Trebell.* et Bald. in authent. *sed cum testator*, *C. ad leg. Falcid.* col. 1. neque obstat cap. 2. §. *fiat igitur*, et §. *si verò non fecerit*, in authent. *de hæredib. et Falcid.* cùm dicit *de fideicommissariis*, nam intelligitur de fideicommissis particularibus, non de fideicommisso universali: unde constitutiones loquentes de falcidia amittenda, corrigentes in hoc jus commune, non sunt trahendæ ad Trebellianicam; vide latè per Alexand. in dict. l. *Marcellus* in princ. col. penult. et fin. versic. 3. *quæsivit hic Bartol.* ubi refert plures, qui tenuerunt contrarium; sed ipse residet, quòd non amittat Trebellianicam, dicens esse magis communem opinionem, et satis in istam partem confert hæc lex Partitarum: et vide quæ dixi suprà eod. l. 5. in gloss. 1. Contrariam tamen opinionem, imò quòd hæres non conficiens inventarium privetur Trebellianica, dicit magis communem, et veriorem Decius consil. 236. in 5. dubio, ubi plures istam partem tenentes refert, et idem vult Didacus à Covarruvias in cap. *Raynutius*, §. 2. limit. 16. *de testam.* neque perdet legitimam debitam jure naturæ, Gloss. in §. *si verò non fecerit*, in authent. *de hæred. et Falcid.* tenebitur tamen, dato quòd non perdat legitimam, solvere debita et credita de suo, ut declarat Bart. in dict. §. *si vero non fecerit*, et adde Gloss. in dict. l. fin. §. penult. in gloss. fin. in fin. *C. de jure deliberandi*, ubi Alexand. dicit istam opinionem magis communiter teneri, quæ opinio approbatur per l. 7. tit. 11. infrà, ead. *Part.* diminuuntur ergo legata ratione legitimæ, sed sic diminuta solventur ultra vires hæreditarias, ut per Bartol. et Alberic. in dict. authent. *sed cum testator*, *C. ad leg. Falcid.* ubi declarat Albericus, quæ utilitas erit filio detrahere legitimam, cùm de residuo, et proprio teneatur solvere legata integraliter. Adde etiam Baldum in l. 1. *C. de bon. auctor. judic. possid.* gravato ergo filio legatis, deducetur legitima, et tenebunt legata respectu quintæ partis, et integraliter solvet illa filius, licèt excedant quintum; interesse ergò affectionis ad bona paterna erit utilitas, quam ex hoc consequetur filius, et quia propria bona filii augentur ex deductione legitimæ.

LEX XI.

Potest hæres declarare se verbis hæreditatem adire, vel etiam factis, ut colendo prædia, et alia, quæ citra jus et nomen hæredis, et domini fieri non possunt. Sed si quis, non ut hæres, sed pietatis causa faciat, ut servos hæreditarios curare, vel res, ne perdantur, custodire, non videtur propter hoc adire; debet tamen (ne de hoc dubitetur) prædicta non ut hæres se facere, protestari. Hoc dicit.

(1) *Deuenlo dezir llanamente.* An autem aditio hæreditatis solo animo consistens, non declarata per actum verbi vel facti, obliget hæredem in foro conscientiæ ultra vires hæreditarias? Tangit Angel. Aretin. in §. fin. *Institut. de hæred. qualit. et different.* et vide, quæ dixi in præcedenti lege. Requiritur ergò, ut hic vides, quòd animus adeundi declaretur per actum verbi vel facti, Gloss. et Bart. in l. *gerit*, D. *de acquir. hæred.* et Gloss. in dicto §. fin. et requiritur actus exterior ad declarandum animi motum, nam consilium in corde retentum non facit quem hæredem, quia consensus mentalis tantùm, neque verbo, neque facto demonstratus, non accommodatur actibus hominum, neque reddit actus ipsos essentialiter perfectos, verba sunt Bald. in l. *potuit*, col. 1. *C. de jure deliber.* et ibidem, col. 3. vers. *nonò quæritur*, dicit, quòd si positio fiat alicui, quòd animo adivit hæreditatem, non tenetur ei respondere, nisi positio sonet de animo aliqualiter declarato: et an per hæc verba *ego sum hæres talis*, indicatur aditio? Bald. tenet, quòd sic, in dict. l. *potuit*, col. 2. versic. *sexto quæritur*, post Bart. in l. *si filius familias*, D. *de tutel.* et ibidem vide per Bald. col. 3. vers. *octavo quæritur*, de aditione facta per hæc verba, *adeo*, *si de jure possum*, vel *si prædecessor meus non adivit*: et post tempus datum ad deliberandum, si quis dicat, *puto mihi hæreditatem expedire*, videtur ex hoc adire, l. *omnes*, et ibi notat Bart. D. *ad Trebell.* et idem si dicat, *volo adire*, Gloss. et Bart. in l. *servi electione*, in princ. D. *de legat.* 1. vide Bart. et Doctor. in dict. l. *gerit*.

do la heredad (2), o arrendandola (3), o desfrutandola (4), o vsando della en otra manera qualquier semejante destas (5). Ca por tales señales, o por otras semejantes, se prueua que quiere ser heredero; e es tenudo de guardar, e de fazer todas aquellas cosas, que heredero deue fazer. E esto ha logar, non tan solamente en el que es establescido por heredero, mas en otro qualquier, que ouiesse derecho de heredar algund ome, que muriesse sin testamento. Pero si algund ome, que ouiesse derecho de heredar los bienes de otri, vsasse de la heredad, o de los bienes del muerto, non con entencion de ser heredero, mas mouiendose por piedad (6); assi como en fazer guarescer los sieruos que fueron del testador, si fuessen enfermos; o en darles a comer, o les dar otras cosas que les fuessen menester, o en guardar la heredad, e los bienes della, porque se non perdiessen, nin se menoscabassen; por tal vso como este, dezimos; que non se muestra que quiere ser heredero: pero, porque de tal vsança, como sobredicha es, non nazca ende dubda, si la fizo con entencion de ser heredero, o non; este atal deue dezir (7), e afrontar manifiestamente ante algunos omes, como lo faze por piedad, e non con voluntad de ser heredero.

LEY XII.

Como el fijo se otorga por heredero del padre, por algunas cosas que faze, maguer non lo diga por palabra.

Si el fijo de algund ome que fuesse fina-

(2) *Labrando la heredad.* Samptum est à §. fin. *Institut. de hæred. qualit. et different.* facit, quod notat Gloss. in l. 3. *C. finium regundor.*

(3) *Arrendandola.* Ex eod. §. fin. sumptum est, et ibi notat Bald.

(4) *Desfrutandola.* Adde l. *si filius*, D. *de tutelis*, et ibi Bart. et nota hoc, quòd colligere fructus hæreditatis inducit aditionem; quod limita, nissi possit capi alia conjectura, quòd non animo adeundi fortè fecisset, prout declarat Bart. in l. *gerit*, col. 6. vers. *ad secundum*, et col. 7. ibi: *fructus colligi fecit, et reponi*, D. *de acquir. hæredit.* et probatur in l. 1. *C. de repud. hæredit.* Et tene menti istam legem Partitarum, nam Bart. dict. column. 7. volebat, quòd cùm iste actus colligendi fructus poterat fieri licitè utroque modo, nomine scilicet suo, vel nomine alieno, quòd staretur super hoc declarationi hæredis; nam ista lex vult contrarium; imò quòd cessante protestatione, de qua infrà in ista lege, probaretur aditio; et ita etiam Joan. de Imol. tenet contra Bart. in dict. l. *gerit*, col. penult. per dict. l. 1. *C. de repudian. hæred.* oporteret ergò probari de protestatione, ut dixi, vel quòd probetur, quòd actus iste colligendi fructus non fuit animo adeundi, ut expressè habetur in dict. l. 1. et tradit Bartol. in dict. col. 6. vers. *ad secundum*, et Bald. in dict. l. 1. quem vide.

(5) *Semejante destas.* Ut si possideat res hæreditarias, ut in l. *gerit*, D. *de acquirend. hæred.* et in l. *cum, qui bonis*, eod. tit. et notat Bald. in l. 1. col. 11. *C. qui admil.* in 2. quæst. Alexand. consil. 32. vol. 3. incipit, *viso processu:* et adverte, quòd licèt filius, accepta pecunia, faciat pacem cum occissoribus patris, non per hoc videtur se immiscere, seu adire hæreditatem paternam, neque propter illud, quod accepit, posset conveniri à creditoribus patris, secundum Nicol. de Neapol. in l. *cum tutor*, D. *de tutel. et ration. distrah.* limitat tamen, nisi statutum diceret, quòd occissores debent habere pacem ab hæredibus defuncti, quia tunc filius, accipiendo aliquid, videtur hæreditatem adire: adde l. *quæsitum*, et ibi per Bart. D. *de sepulc. violat.* quòd faciens pacem accepta pecunia de morte patris, seu agens actione injuriarum pro injuria illata patri, non videtur adire: vide etiam per Salicet. in l. *eum, qui, C. arbitr. tutel.* et ibi etiam per Bald. et alios: ubi est textus elegans, quòd etiamsi filius consequatur interesse à tutoribus suis, pro eo quòd abstinuerunt eum ab hæreditate paterna locuplete, non tenetur creditoribus patris; et adde Bart. in l. *si filius, qui patri*, in fin. D. *de vulgar. et pupill.* et vide Joan. de Plat. in l. fin. *C. de primipil.* lib. 12. adde Jason. in l. eadem, §. *Cato*, penult. column. D. *de verbor. obligat.* Nota etiam, quòd et legatarius ex facto non videtur acceptare legatum, nisi sit factum tale, quod fieri non posset citra jus, et nomen legatarii, secundum Bartol. in l. *verò procuratori*, §. *sed si non verò*, D. *de solution.* Sed an pater, qui mortua uxore, retinuit diù penes se dotem maternam, videatur per hoc adire nomine filiorum? Bald. notabiliter dicit, quòd non, in l. *dos à patre perfecta, C. solut. matrim.* contra Bart. in l. *gerit*, D. *de acquirend. hæred.* col. 8. vers. *venio ad quartum*, movetur, quia ista mens est in corde retenta, quæ non accomodatur actibus hominum, et quia aditio hæreditatis requirit actum verbi vel facti; in casu autem isto nihil simpliciter gestum est à patre. Inducit etiam l. *si præteritus*, D. *de bonor. possess. contra tabul.* vide ibi per eum, et per eumdem in l. *cum antiquioribus*, col. 1. *C. de jur. deliber.* et in l. *si certis annis*, ad fin. *C. de pact.* per Bart. in dict. l. *gerit*, et ibi vide distinctionem Joan. de Imol. colum. penult. et fin. Dic etiam, quòd similis modus erit, si solvat creditoribus; nam ex hoc videtur adire, l. 2. *C. de jur. deliber.* et vide, quod notat Jaso in l. *frater à fratre*, col. 17. D. *de condit. indeb.* et idem, si solvat legata, vel solvere promittat; nam videtur adire, secundum Paulum de Castr. in l. *quod de bonis*, §. 1. D. *ad leg. Falcid.* filius etiam recipiendo, quod patri erat debitum, licet naturaliter tantùm, videtur adire, ut vult Bart. et vide ibi per Jason. column. 17. in dict. l. *frater à fratre*, D. *de condition. indeb.* et ibi multum exaltat dictum Bart. Et nota bene, quòd oportet, ut allegetur, quod hæres fuit visus adire, seu adivit; quia ita demùm prædicta procederent, quòd ex actibus, quæ fieri nequeunt citra jus et nomen hæredis, inducatur aditio, si hoc allegetur, ut tradit Alexand. consil. 94. vol. 2. col. 2. vers. *plus dico*, incipit consilium, *in causa, et lite vertente coram arbitris*, vide ibi per eum. Et quid si hæres det eleemosynas pro anima defuncti, an ex hoc videatur adire? Vide per Bart. in dict. l. *gerit*, col. 7. vers. *sed quæro*, et vers. *quæro*, et per Bald. in l. *cum te*, in 1. lect. col. fin. *C. de donation. ante nupt.* quid autem de tutore gerente pro hærede, vide Bald. in l. *potuit*, *C. de jur. deliber.*

(6) *Por piedad.* Concordat cum l. *pro hærede*, vers. *cæterum*, et §. 1. vers. *servus*, D. *de acquir. hæred.*

(7) *Deue dezir.* Sed an si non protestetur, præsumatur aditio? Glossæ in hoc fuerunt contrariæ, in dict. l. *pro hæred.* et quod Doctor. magis communiter tenent, est quòd hoc perpendatur ex qualitate personarum, et casuum, super quo Bartolus facit longum tractatum in dict. l. *gerit*, D. *de acquir. hæred.* vide ibi per eum, et per Joann. de Imol. et hoc idem videtur velle ista lex cum dixit: *porque de tal usança non nazca ende dubda*; et sic innuit, quòd ne veniat in dubium, an fecerit causa pietatis, vel animo adeundi, utile erit, quòd protestetur.

LEX XII.

Si quis de descendentibus in potestate testatoris constitutus fraudulenter abstinens, bona hæreditaria per eum, aut alium substrahi fecerit, videtur per hoc adire alia bona: sed

do, non quisiesse recebir (1) la heredad de su padre, entendiendo que era mucho cargada de debdas; e maliciosamente (2) comprasse los bienes (3) del padre, faziendo esta compra (4) fazer a otri para si; o si traspusiesse, o furtasse (5) algunas cosas de la heredad, o de los bienes della; dezimos, que por razon de aquello que encubrio, o furto, se entendio que rescibio la heredad de su padre, e que es obligado por ella; de manera, que non la puede despues desechar (6), si alguna cosa destas le fuere prouada. E esto ha logar en el fijo (7), o en los otros herederos que descendiessen por liña derecha del finado, e en que eran en su poder (8) a la sazon que fino; mas en los otros herederos, que son dichos estraños (9), que non descienden por la liña derecha, non seria assi. Ca maguer alguno esto fiziesse, non seria obligado porende, a rescebir la heredad; como quier que les seria demandado, que tornen a la herencia lo que tomaron della, assi como en manera de furto.

si hæres fuit extraneus, ut fur de substractione tenetur. Hoc dicit.

(1) *Non quisiesse recebir.* Videtur in istis verbis lex ista approbare intellectum Glossæ, et Din. in l. *is, qui bonis*, D. *de acquirend. hæred.* ad illam legem, scilicèt quòd illa lex loquatur, quando ante abstensionem filius mercatus est bona patris, quasi velit, quòd secùs esset, si post abstensionem, et meritò, quia etiamsi post abstensiones furto surripiat res paternas, non videtur se immiscere hæreditati, et abstensionem revocare, ut in l. *si servum*, §. fin. D. *de acquirend. hæred.* à fortiori debet hoc procedere, si non surripiat, sed emat post abstensionem, licèt mala fide, et malitiosè emat; et cùm dicta lex dicit, *se abstinuit*, dicebat Dinus, id est abstinere potuit. Sed Doctor. communiter in dict. l. *si his, qui bonis*, et in l. 2. *C. de repud. hæred.* tenent contrarium, et intelligunt dictam l. *si is qui*, prout jacet, non violando litteram *abstinuit*, et sic quòd dispositio illius legis procedat etiam post abstensionem; quod etiam voluit glossa 1. in dict. l. 1. *C. de repud. hæredit.* ex eo enim, quòd filius licèt post abstensionem, emit res hæreditarias, præsumatur, mala fide fecisse in damnum creditorum, et abstensionem procedentem non fuisse veram, sed fictam, et simulatam, et quòd censeatur revocata abstensio: et ad l. *si servum*, §. fin. respondent, quòd ibi non constabat, quòd mala fide abstinuit, sicut constat in casu isto; ex quo infert Alexand. in dict. l. 2. in fin. quòd si in casu dictæ l. *si servum*, §. fin. hæreditas, vel meliora bona hæreditatis consistebant in illis rebus, quas filius furto substraxit post abstensionem, præsumeretur similiter abstensionem fuisse factam mala fide, et quòd intelligi debeat revocata, sicut in casu dictæ l. *si is qui*, quod dicit esse notandum, et à Doctoribus non ita tradi: voluntque Doctores, quòd etiam ista mala fides in tribus casibus præsumatur. Primus, quando post abstensionem reperiatur omnia bona possidere, ut dict. l. *si is, qui*, l. *omnes*, §. *Lucius*, D. *quæ in fraud. credit.* Secundus, quando aliquid clam per interpositam personam mercatus est, dict. l. *si is qui.* Tertius, quando invenitur incontinenti post abstensionem possidere; ita Cynus, et Albericus, post Jacob. de Aren. in dict. l. 2. ubi etiam addit Angel. quartum casum, scilicèt, etsi non omnia bona emisset, sed tantùm meliora, vel pretiosiora, quia patratio fraudis est, per l. *summa cum ratione*, in princ. D. *de pecul.* Alexand. ad hoc dicit melius facere notata per Gloss. et Bart. in l. *nomen*, §. 1. D. *de legat.* 3. Alias etiam præsumptiones malæ fidei vide ibi per Baldum. Tu nota istam legem Partitarum, quæ sumpta fuit à dicta l. *si is, qui bonis*, videtur certè approbare intellectum Glossæ ibi, licèt illa glossa communiter à Doctoribus reprobetur. Benè tamen esset concedendum, quòd si ex aliquibus conjecturis constaret de simulata abstensione, idem esset dicendum, cùm ficta, et simulata abstensio perinde haberi debeat, ac si facta non esset: et ex quibus præsumatur simulata, relinquendum esset arbitrio judicis, ex conjecturis traditis per Doctores ubi suprà, et non quælibet earum sufficeret, prout etiam inferius dicam in ista lege.

(2) *Maliciosamente.* Secùs ergò, si bona fide, ut in l. 2. *C. de repud. hæred.* et ista fraus præsumitur, ut subjicit, ex emptione bonorum per interpositam personam.

(3) *Los bienes.* Idem si meliores res, seu majorem partem bonorum, ut dixi in gloss. 1.

(4) *Faziendo esta compra.* Duo ergò requirit lex ista, ut ejus dispositio procedat; omnium bonorum emptio, et quòd per interpositam personam fiat, et idem videtur per l. *si is, qui bonis*, de qua sumpta est. Jacob. tamen de Aren. Cynus, Alberic. Bart. et communiter Doctor. in dict. l. 2. *C. de repud. hæred.* et in dict. l. *si is, qui*, tenent quodlibet istorum sufficere. Primum de emptione omnium bonorum, per dict. l. *omnes*, §. *Lucius*, D. *quæ in fraud. credit.* Secundum per l. *pupillus*, §. *sed si per interpositam*, D. *de auctor. et cons. tutor.* et per dict. l. *si is, qui.* Lex tamen ista Partitarum, imò et dicta l. *si is, qui*, volunt contrarium; non obstat l. *omnes*, §. *Lucius*, neque l. 7. tit. fin. 5. *Partit.* quia loquuntur in eo, qui jam erat obstrictus creditoribus; hic verò filius, necdum erat eis obligatus, quia vel non adierat, ut in casu hujus legis, vel se abstinuerat in casu dictæ l. *si is, qui*, secundum quod communiter Doctores intelligunt: et sic non videtur trahenda dispositio dicti §. *Lucius* ad nostrum casum. Prætereà, quia dispositio dicti §. *Lucius* procedit, quando omnia bona sunt empta valdè minori pretio, quàm valeant, ut dixi in dict. l. 7. neque etiam textus in dict. §. *sed si per interpositam*, induci potest ad casum hujus legis, neque dicta l. *si is, qui*, quia ibi prohibitum erat rem pupilli tutorem clam emere, quod hic cessat, et licet filio nolenti se immiscere, vel abstinenti, emere per se, vel per interpositam personam, aliquas res ex hæreditate; et licèt prohibitum reperiatur emere omnia per interpositam personam, non reperitur ei prohibitum emere unam, vel aliquas particulares res per interpositam personam, unde non sine mysterio dicta l. *si is, qui*, et hæc lex duo ista copulativè requirunt: aliqua tamen possunt concurrere cum quolibet istorum, quæ probarent, seu arguerent fraudem, et tali casu hoc relinquerem arbitrio judicis, cùm dolus ex perspicuis indiciis probetur, l. *dolum*, *C. de dolo*, et lex ista ad arguendam fraudem gratia exempli ponat ista duo.

(5) *Traspusiesse, o furtasse.* Concordat cum l. *si servum*, §. fin. D. *de acquirend. hæredit.* et in hoc etiam clarè patet, quòd lex ista in casu præcedente loquitur, quando filius non se abstinuerat.

(6) *Desechar.* Nota hoc ad limitationem l. fin. infrà eod. et l. fin. *C. de repud. hæred.* ut dispositio illius legis non procedat è contra, si filius velit revocare immixtionem, et adde l. *suus hæres*, et ibi Jason. col. 1. *C. de repud. hæredit.* imò et plus probatur hic, quia etiamsi talis immixtio sit involuntaria, vel quæ à lege potius inducitur, non possit à filio revocari.

(7) *En el fijo.* Cùm enim filio in potestate beneficium abstinendi fuit indultum ex beneficio speciali contra rigorem juris civilis, ut in §. 2. vers. *sed his permittit Prætor*, *Instit. de hæred. qualit. et different.* facilius amittit filius jus abstinendi, quàm extraneus jus repudiandi, cùm faciliùs perdatur beneficium ex jure speciali, quàm concessum ex jure communi, l. *ejus militis*, §. *militia missus*, D. *de testam. milit.* istam rationem ponit Gloss. in l. *si quis extraneus*, in princ. D. *de acquir. hæred.*

(8) *En su poder.* Vide, quæ dixi in l. 22. tit. 3. suprà, ead. *Partit.* de aliquibus effectibus suitatis, qui etiam adhùc hodie durant.

(9) *Estraños.* Concordat cum l. *si quis extraneus*, in princ. D. *de acquir. hæred.*

LEY XIII.

Quales omes, que son estblescidos por herederos, pueden tomar, e ganar la herencia por si; e quales por otorgamiento de otri.

Puede ganar (1), e entrar la herencia, quel pertenesce por testamento, o de otra manera derecha, todo ome que non es sieruo, e que non es en poder de padre, e que non es desmemoriado, e que es mayor de veinte y cinco años (2), e que sabe que aquel cuya heredad quiere entrar, que es muerto. Ca maguer el sieruo puede ser establescido por heredero, non puede el (3) para si ganar, nin auer la heredad, mas para su señor, e con otorgamiento (4) del. E esso mismo dezimos, del fijo que es en poder de su padre; ca si aquel que lo establescio por su heredero, lo faze con intencion que gane la heredad para su padre (5), estonce non puede el fijo (6) ganar la heredad para si, mas para el padre, e con su otorgamiento (7). E tal heredad como esta es llamada en latin, Profectitia. Pero si tal fijo como este sobredicho touiesse herencia de parte de su madre (8), o de otro alguno, que le establesciesse por su heredero, con intencion (9) quel fijo aya la heredad, e non el padre; estonce bien puede el fijo (10) ganar la heredad, e auerla sin otorgamiento de su padre; e aun si el fijo non fuesse en el logar (11), puede el padre entrar la heredad en nome de su fijo; e tal heredad como esta dizen en latin Adventitia; de la qual es el señorio del fijo, e el usufruto del padre mientra biuiere, por razon del poderio que ha sobre el. E tal heredad como esta non puede el padre (12) fa-

LEX XIII.

Paterfamilias compos suæ mentis major vigintiquinque annis, qui scit eum, cujus fuit hæreditas, jam defunctum, et sibi delatam hæreditatem, potest adire: filius tamen familias vel servus, jussu patris vel domini præcedente, adire debet hæreditatem: adventitiam attamen hæreditatem benè potest filiusfamilias adire sine jussu patris, et filio absente, pater potest adire. Furiosus verò, vel demens, hæreditatem non adit, nec infans; sed pater nomine infantis, vel curator nomine furiosi; et mortuo infante, adire potest pater, et acquirere sibi. Minor autem quatuordecim annorum major infante, adire debet cum auctoritate patris vel curatoris, vel judicis, si patrem, vel curatorem non habeat. Si verò sit major quatuordecim annorum, sed minor vigintiquinque, et careat curatore, adire potest salvo sibi restitutionis beneficio. Hoc dicit.

(1) *Puede ganar.* Prosequitur lex ista dicta Azon. *C. de jur. deliber.* et *de acquir. hæred.* in summa, col. 4. vers. *potest hæreditatem adire.*

(2) *Mayor de veynte y cinco años.* Hoc dicit, quia minores non possunt hæreditatem adire, nisi ut infrà ista l. sequitur.

(3) *Non puede el.* Concordat cum §. *item vobis*, versic. *sed si hæres, Instit. per quas pers. nob. acquir.* et cum l. *si quis mihi bona*, in princ. et §. 1. D. *de acquir. hæred.* et l. *placet*, D. eod.

(4) *Otorgamiento. Otorgamiento* in vulgari nostro idem est, quòd licentia, l. 33. tit. 4. 1. *Part.* et licentia idem videtur, quòd jussus, vel præceptum, ut declarat Bart. in l. *si quis mihi bona*, §. *jussum*, D. *de acquirend. hæred.* ubi Bart. voluit, quòd si licentia debet in aliquo actu intervenire, requiritur, quòd præcedat, sicut etiam in jussu; benè facit textus in cap. *licèt, de regul.* et adde Joann. And. in cap. *cum in veteri, de elect.* ubi dicit, quòd ubi requiritur licentia, satis est, quòd interveniat ante, etiam ex intervallo ab ipso actu. Habes ergò hic, et in dict. §. *jussum*, quòd non potest servus hæreditatem adire, nisi præcedat licentia, seu jussus domini, et idem dic in repudiatione hæreditatis, secundum Bart. in l. *qui in aliena*, in princ. et in l. *is, qui hæres*, §. fin. D. *de acquirend. hæred.* et est communis conclusio, secundum Alexand. in dict. §. *jussum*, quamvis Salicet. tenuerit contrarium in l. fin. in princ. *C. de bon. quæ liber.* facit benè textus in l. *servus dotalis*, D. *solut. matrim.* Satis autem dicitur præcedere, si dominus, et servus simul agnoscant, vel repudient hæreditatem, l. *is, qui hæres*, §. fin. D. *de acquir. hæred.* et tenet Angel. in dict. §. *jussum*, et satis probatur hic: et quæ sit ratio quòd iste jussus, seu licentia debet præcedere, neque sufficiat ratihabitio sequens, vide per Bart. et Alexand. in l. *qui in aliena*, in princ. D. *de acquir. hæred.*

(5) *Para su padre.* Adde l. *aditio*, D. *de acquir. hæred.* et l. *sed si plures*, §. *in arrogato*, D. *de vulgar. et pupill.* et Gloss. in l. *cum oportet*, in princ. super verbo *ex ejus substantia*, *C. de bon. quæ liber.* et ibi vide per Bald. col. 2. vers. *quæro*, quando dicatur relinqui filio contemplatione patris; et vide l. *filio*, D. *de condit. et demonstrat.*

(6) *Non puede el fijo.* Approbatur, ut hic vides, communis opinio Glossæ, et Doctor. quòd in profectitia hæreditate jura antiqua remanent incorrecta, Gloss. in l. 1. *C. qui admit.* et in l. fin. D. *quis ordo in bonor. possess. servet.* Bart. et communiter Doctor. in l. *is, qui hæres*, §. fin. D. *de acquir. hæredit.* et Joann. de Imol. et Paul. de Cast. in dict. §. *jussum*, licèt contrarium voluit Bart. in l. fin. §. *similique modo*, *C. de bon. quæ liber.* quem ibi sequitur Paul. de Castr. in princ. illius l. column. 1. idem tamen Paul. in dict. l. *is, qui hæres*, §. fin. et in dict. §. *jussum* sequutus est communem opinionem; et hinc dicebat Bald. in dict. l. *cum non solùm*, in princ. col. 3. vers. *quæro filius meus*, quòd quando filius meus est institutus mea contemplatione, si filius non vult adire, pater non habebit beneficium illius legis, ut recusante filio pater possit adire. Subdit tamen ibi Bald. unum verbum satis notabile, quòd si filius esset absens, vel pater de facto non possit eum compellere, vel si filius esset furiosus, succurrendum esset patri de æquitate illius legis; allegat in argument. l. *neque infantes*, §. fin. D. *fideicommis. libertat.*

(7) *Con su otorgamiento.* Adde dict. §. *jussum*, et l. *qui in aliena*, in princ. D. *de acquiren. hæred.*

(8) *De su madre.* Vel ab avo, vel avia ex linea materna, seu proavo, vel proavia, l. 1. et 2. *C. de bon. mater.* l. 1. *C. de bon. quæ liber.* et idem videtur, si ab avunculo, vel alio cognato ex parte matris, l. *sed si plures*, §. *in arrogato*, et ibi Bart. et Doctor. D. *de vulgar. et pupill.* et adde authent. *item hæreditas*, *C. de bon. quæ liber.*

(9) *Con intencion.* Quia non fuit contemplatione patris, ut suprà dixi in profectitia, sed contemplatione ipsius filii, vel matris filii.

(10) *Puede el fijo.* Concordat cum l. fin. *C. de bon. quæ liber.* et sic est correcta hodie l. *qui in aliena*, in princ. D. *de acquirend. hæred.* quatenus loquitur in hæreditate filii sibi delata per Orficianum: et ita post Din. ibi tenet Paul. de Cast. et adde Gloss. in dict. l. fin. super verbo *recusante*, in princ. et distingue in hoc circa ætatem filii, ut habetur in dict. l. fin.

(11) *En el logar.* De longa absentia intellige, ut in l. fin. §. *ubi autem voluntas*, *C. de bon. quæ liber.* absens enim, et infans æquiparantur; unde sicut addit pater filio constituto in infantili ætate, ut in dict. l. fin. §. *ubi autem pueritis ætas*, et l. *si infanti*, *C. de jur. deliber.* sic etiam si longè sit absens.

(12) *Non puede el padre.* Quid in alia hæreditate, in

zer, que la non aya el fijo; e otrosi el fijo non puede contrastar al padre (13), que non aya el vsofruto della. Mas si el heredero fuesse desmemoriado (14), o loco, o menor de siete años (15), non podria ganar por si mismo la heredad quel pertenesciesse, nin auerla; pero aquellos que lo ouiessen en guarda (16), la pueden entrar en nome del, si entendieren que les es prouechosa. E si el menor de siete años, que es establescido por heredero de otri, fuesse en poder de su padre (17), bien puede el padre (18) entrar la heredad en nome del fijo. E si por auentura muriesse el moço ante que fuesse de edad de siete años, ante quel padre la entrasse; estonce puede aun el padre entrar, e tomar la heredad que era dexada al fijo (19), e auerla para si. E esto es por razon del fijo, que la auia ya como ganada. E otrosi dezimos que ningund moço que fuere menor de catorze años, que estouiesse en poder, o en guarda de otro, non puede ganar, nin tomar la herencia, en que le establesciessen por heredero, a menos de otorgamiento de su padre (20), o de aquel que lo ouiesse en guarda (21). E si por ventura non estouiesse en poder de ninguno, non la puede otrosi ganar sin otorgamiento del Juez del lugar (22). E si el que

qua esset institutus pater; an possit pater excludere ab ea filium, repudiando vel nollendo eam adire, vel an tali casu filius possit eam adire, sicut pater potest recusante filio in casu hujus legis, et dictæ l. fin. Vide per Jason. in l. *cum proponas*, col. 8. *C. de hæred. instit.*

(13) *Non puede contrastar al padre.* Vide in dict. l. *cum non solùm*, in princ. et in §. *sin autem in secunda, C. de bon. quæ liber.* et l. *qui hæres*, §. fin. D. *de acquirend. hæred.* et quod hic dicit, *que non aya el vsofruto.* Adde, quòd imò recusante filio adire hæreditatem adventitiam sibi delatam, pater poterit eam adire, et pleno jure sibi quærere, ut in dict. l. final. in princ. §. *sin autem in secunda.* Quid autem in querela inofficiosi testamenti delata filio, an pater, recusante filio, possit illam intentare? Paul. de Cast. in l. *Papinianus*, in princ. D. *de inoffic. testam.* relinquit super hoc cogitandum, eo quòd querela sit odiosa; videtur, quòd hanc quæstionem decidat textus ille, ut invito filio pater non possit movere querelam inofficiosi: cui legi videtur standum etiam in hæreditate adventitia, cùm quoad querelam non reperiatur correcta: unde per illam legem dicebat Angel. ibi, quod invito monacho exhæredato à patre, monasterium non intentat querelam; et ibi etiam in alia quæstione dicit Angel. quod dicta lex finalis corrigens jura antiqua, non est extendenda etiam ad casum similem. Limitat etiam Bald. in l. 2. *C. ad Tertul.* dictam legem finalem volentem patrem posse adire hæreditatem adventitiam delatam filio, recusante filio, ut procedat, quando filius fuit institutus in totum, secus si pro parte; tunc enim cùm vocetur cohæres per jus accrescendi, ipse præferetur patri venienti, ex privilegio dictæ l. fin. cùm potentius sit jus commune, quàm privilegium: hoc tamen dictum impugnat Joann. de Imol. in l. *si paterfamilias Titium*, col. 7. D. *de hæred. instituend.* et inducit dictam glossam in verbo *recusante*, in dict. l. fin. in princip. quæ vult patrem præferri substituto; vide ibi Imol. qui etiam respondit ad dictam l. 2. §. *si quis ex liberis*, D. *ad Tertull.* in qua Bald. se fundat: vide ibi per eum.

(14) *Mas si el heredero fuesse desmemoriado, o loco.* Adde l. *qui seruum*, et Gloss. in l. *is potest*, D. *de ad acquiren. hæred.* et Gloss. in l. *mutum*, 1. responso, D. eod. adivit tamen hæreditatem ejus curator, ut in l. fin. §. *tali itaque*, et ibi Gloss. *C. de curator. furios.* et vide ibi in §. *sin autem ex alia*, ubi patet, quod hoc debet intelligi, agnoscendo bonorum possessionem; et sic impropriè Gloss. ibi, et in l. *pupillus*, D. *de acquirend. hæred.* dixit, *adit*, ut declarant Angel. Imol. et Alex. in dict. l. *pupillus*, ubi Alexand. quod isto casu hodie erit necessaria bonorum possessio, et si furiosus in furore decedat, habetur pro non agnita: vide in dict. §. *tali*, qui est valdè notabilis. Si tamen furiosus esset sub potestate patris, cùm sit pater ejus legitimus administrator, poterit adire hæreditatem pro furioso, quantum ad quærendum hæreditatem perfectè ipsi furioso, sicut tutor infanti, secundum Bartolum, quem sequuntur ibi Angel. Alexandr. et alii, in l. *si infanti*, *C. de jure deliber.* super gloss. in verbo *quæsita*; vide ibi per Alexand. et adde Bart. in l. *infantis*, in fin. *C. qui admitti ad bonorum possessionem poss.* et nota benè ad limitationem eorum, quæ habentur in dict. §. *tali.*

(15) *O menor de siete años.* Adde l. *pupillus*, *si fari potest*, D. *de acquir. hæred.* et l. *si infanti*, *C. de jur. deliberand.*

(16) *Pero aquellos que lo ouiessen en guarda.* Adde dict. l. *si infanti*, *C. de jure deliber.* sed an ipse infans tutore actore, posset adire? Communiter concluditur, quòd sic, si pupillus fari possit, Gloss. Bartol. Alexand. in dict. l. *pupillus*, D. *de acquir. hæred.* et non repugnat lex ista Partitarum, cùm dicit, *no podria ganar por si mismo*, nam intelligi debet, quando ipse solus sine tutore, non quando tutore auctore. Si verò infans, neque tutorem, neque patrem habuit, et in infantili ætate decessit, vide quæ habentur in dict. l. *si infanti*, *C. de jure delib.* ubi vide per Bald. in 4. column. an transmittat per existentiam suitatis, vel per beneficium restitutionis, vide per eum ubi suprà, column. 5. et in l. unic. §. *in novissimo*, *C. de caducis tollendis*, et an transmittat per l. unic. *C. de his, quæ ante apertas tabul.* vide ibi per Bartol. notabiliter.

(17) *Fuesse en poder de su padre.* Idem dic, si infans esset emancipatus, ut in l. *si infanti*, §. 3. versic. *ea verò*, *C. de jur. deliber.*

(18) *Bien puede el padre.* Adde dict. l. *si infanti*, *C. de jur. deliber.* et idem dic in avo, vel alio ascendente per lineam paternam, ut ibi habetur.

(19) *La heredad que era dexada al fijo.* Videtur velle ista lex, quòd pater debeat adire hæreditatem delatam filio infanti, non aditam vivente filio: dic tamen, quòd satis erit, quòd pater adeat hæreditatem infantis absque eo, quòd aliter adeat hæreditatem, quæ delata erat infanti, quæ numquam fuit adita, ut intelligunt Angel. et Paul. de Cast. et Alexand. in dict. l. *si infanti*, ubi Alex. in 4. notab. Si verò neque hæreditatem infantis pater adiret, non transmitteret hæreditatem sic delatam, si moreretur pater post annum datum ad deliberandum, ut vult Bald. in l. *cum antiquioribus*, col. 3. vers. 7. *quæritur*, *C. de jur. delib.*

(3) *Que sea estraño.* Adde l. *si quis filium*, *C. de liber. præter.* et facit ista lex, quòd per exhæredationem fiat extraneus exhæredatus etiam à bonis, quæ titulo majoriæ fratri majori fuerunt relicta et ejus descendentibus, et his deficientibus, aliis fratribus, ut in tali substitutione non veniat exhæredatus: vide ad hoc bonum textum in authent. *de hæred. et Falcid.* cap. 1. §. *exhæredatos.* Et quid si maledicat filium cum expressione causæ, an ex hoc dicatur ritè exhæredatus? Bald. quòd non, *in proœmio Decretalium*, col. fin. vers. *item quæro numquid pater maledicendo filium*; quod dictum retulit, et sequutus fuit Jason. in dict. authent. *non licèt*, col. 1. *C. de liber. præterit.* et in aliis locis relatis per Guillielm. Benedict. in repetition. cap. *Raynutius*, *de testam.* super verbo *in eodem testamento relinquens*, num. 213. Idem tamen Jason. in l. *si pater tuus*, *C. de hæredib. instituend.* col. 2. tenet contra dictum Baldi, ex quo maledictio non est in genere, sed in specie, allegat l. *quotiens*, §. *si quis nomen*, D. *de hæred. instit.* et ibi Gloss. Et fortè hoc esset verius, dum tamen ex conjecturis constet patrem animo exhæredandi filium maledictionem protulisse, cùm lex non sit imponenda verbis, sed rebus, l. 2. *C. communia, de legat.*

(4) *Que le deuiesse heredar de derecho.* Ex ista lege videtur comprobari dictum Baldi in repetit. l. *pater filium*, col. 6. D. *de inoffic. testam.* et in repetit. l. *in suis*, D. *de liber. et posthum.* et in l. *posthumorum*, ad fin. D. *de injust. rupt. test.* quòd quando exhæredatur, vel præteritur sine causæ expressione ille qui non tenet primum locum in successione, valeat exhæredatio, vel præteritio; et ratio hujus dicti est, quia ille qui non tenet primum locum, non est instituendus, neque exhæredandus, l. *Gallus*, §. *in omnibus*, D. *de liber. et posthum.* l. *si quis filio exhæredato*, in princ. D. *de injust. rupt.* ex quo dicto resultat, quòd si filius emancipatus exhæredavit filium, et etiam exhæredavit, seu præteriit patrem, cujus præteritio habetur pro exhæredatione, ut in dict. l. *pater filium*, et ibi notat Bart. et mortuo testatore filius in judicio inofficiosæ querelæ fuit exclusus per sententiam à querela, et per hoc fuit aperta via querelandi patri, qui tempore mortis non tenuit primum locum, cùm præcederetur à filio testatoris, quod pater non poterit succedere ab intestato, neque dicere testamentum nullum, et habebit necesse intentare querelam inofficiosi testamenti, tanquam ritè exhæredatus, quamvis in sua exhæredatione, vel præteritione non fuerit inserta causa, ut etiam tradit, et notat Alexand. in authent. *non licet*, num. 5. et 6. *C. de liber. præterit.* Et eadem ratione idem videtur dicendum, si pater filium ritè exhæredet causa inserta, nepotem vero ex eo exhæredet sine expressione causæ, quod excluso filio à querela, nepos non poterit rumpere testamentum per jus dicendi nullum, vel per contra tabulas, sed habebit necesse intentare querelam inofficiosi testamenti tanquam exhæredatus, cum exhæredato etiam de jure antiquo sine causæ expressione non dabatur contra tabulas, neque jus rumpendi testamentum, ut in l. *non putavit*, in princ. D. *de bonor. possess. contra tabul.* si vero nepos esset præteritus à patre, tunc ejus præteritio non haberetur pro exhæredatione; imo competeret nepoti jus dicendi nullum, vel contra tabulandi, ut notat Gloss. in l. *illud*, §. 1. D. *de bonor. possess. contra tabul.* et in l. *si is qui*, D. *de inoffic. testam.* et quæ habentur in l. *Gallus*, in princ. et per totam leg. D. *de liber. et posthum.* et procederet hoc, si filius exhæredatus decesserit vivo patre avo nepotis, secùs si superviveret; nam tunc nepoti opus esset querela, ut in l. *si quis filio exhæredato*, in princ. et ibi Gloss. D. *de injust. rupt.* et tradit novissimè latè, et planè Rod. Suar. in repet. l. *quoniam in prioribus*, in 10. ampliatione, fol. 11. vers. *superest*, et fol. sequenti, post Bald. et Doct. in l. *si quis filium*, *C. de inoffic. testam.*

LEX II.

Evacuato testamento, seu annullato, vel infirmato èvacuatur exhæredatio in eo facta; et potest fieri exhæredatio cuilibet ascendentium, et descendentium, dum tamen sit major decem annis cum dimidio. Item collateralis potest præteriri. Hoc dicit.

poder de desheredar (1) a otri de sus bienes. Pero si el testamento en que fuesse alguno desheredado, se rompiese (2) por alguna derecha razon, o le reuocasse aquel que lo fizo, o se desatasse por razon que los herederos que eran escritos en el, non quisiessen entrar la heredad (3) del testador; estonce, el que fuesse desheredado en tal testamento, non le empesceria. Ca, pues que el testamento non valiesse, non valdria el desheredamiento, que fue fecho en el. Otrosi dezimos (4), que todos aquellos que descienden por la liña derecha, pueden ser desheredados de aquel mismo de quien descienden, si fizieren por que, e fueren de edad de diez años e medio (5) a lo menos. E aun todos los otros que suben por la liña derecha, pueden ser desheredados de los que descienden della, en los bienes que pertenescen a los fijos, o a los nietos tan solamente, por esa misma razon. E todos los otros parientes que son en la liña de trauiesso (6), maguer que los vnos pueden heredar a los otros seyendo los mas propincos, si non ouieren fijos, e muriendo sin testamento, con todo esto, qualquier que faga testamento, puede desheredar en el a los otros, si quisiere, tambien a sin razon, como con razon: e puede a otro estraño establescer por su heredero, e heredara todos sus bienes, maguer non quieran estos parientes atales, e aunque el testador non fiziesse mencion dellos en su testamento.

LEY III.

Como deue ser fecho el desheredamiento.

Ciertamente (1), nombrandolo por su nome, o por sobre nome, o por otra señal cierta, deue el testador desheredar a qualquier de los que descienden del por la liña derecha, quando lo quiere fazer; quier sea varon, o quier sea muger (2), o sea en su poder, o non (3), de manera que ciertamente pueda saber, qual es aquel que deshereda. Pero manera y a, en que desheredaria el testador alguno de los que descendiessen del, non nombrandol por su nome. E esto seria, como si el testador ouiesse vn fijo (4) tan solamente, e

(1) *Ha poder de desheredar.* Prosequitur dicta Azon. *C. de liber. præterit.* in summa, col. 1. vers. *potest exhæredare*; et colligitur hic, ad validitatem exhæredationis opus esse, quod fiat in testamento, quia in codicillis neque dari, neque adimi hæreditas potest, l. *quidam*, §. fin. D. *de condit. instit.* et *Instit. de codicillis* §. *codicillis*, et l. *non codicillum*, *C. de testam.* Quid autem si exhæredatione facta in codicillis, codicilli testamento confirmentur, an tenebit exhæredatio? Azon. videtur velle, quod non, ubi suprà, vers. *quod dixi in testamento*, quod est dictum singulare; cui adde, quod notabiliter tradit Joan. And. *in addition. ad Specul.* tit. *de instrum. edition.* §. *compendiose*, col. 15. *in addition.* super parte *habetur*, et Azon. ibi loquitur sub dubio fortè: et vidi semel hoc in causa arduissima, in casu quo pater filiam exhæredaverat extra testamentum in quadam scriptura, et postea contentum in dicta scriptura approbavit in testamento, et refricabatur in dubium validitas dictæ exhæredationis, et pronuntiatum fuit valere dictam exhæredationem; et benè, ex quo testator in testamento in hoc expressè se retulit ad exheredationem contentam in scriptura, per l. *asse toto*, et ibi Joan. de Imol. D. *de hæredib. instit.* Alexand. et Jason. in l. *hæreditatem*, *C. de codicill.*

(2) *Se rompiesse.* Modis, de quibus in l. 1. D. *de injust. rupt.* et in l. 18. et 19. cum sequent. tit. 1. suprà ead. *Partit.* absurdum enim est vigere exhæredationem, ubi testamentum non valet, l. *si patronus testamento*, §. *ex testamento*, D. *de bon. libert.* et adde quæ habentur in l. fin. D. *de liber. et posthum.*

(3) *Entrar la heredad.* Concordat cum l. *filium*, §. *sed cum exhæredatio*, D. *de bonor. posses. contra tabul.* et cum dict. l. *si patronus testamento*, §. *ex testamento*, D. *de bonor. libert.* Hodie tamen de jure regni Ordinamentorum lib. 5. tit. 2. l. 1. tenebit exhæredatio, licèt non adeatur hæreditas ex testamento; nisi dicas, quod illa lex tantùm procedat in his, quæ ab intestato sine testamento poterant fieri, prout dicebat Dinus ibi relatus à Bart. et Doctor. in l. 2. D. *de vulg. et pupill.* quæ certè esset magna restrictio ad dictam l. *Ordinament.* de cujus intentione fuisse videtur, idem velle disponere in casu, quo non adeatur hæreditas per hæredem scriptum, quod disponebatur à jure antiquo juris communis, et Partitarum in casu, quo testamentum rumpebatur ex causa præteritionis vel exhæredationis, ut in authent. *ex causa*, *C. de liber. præterit.* et in corpore unde sumitur, et l. fin. tit. 8. ead. *Partit.* nam etiam tutela non poterat ab intestato relinqui, l. 1. D. *de testam. tutel.* et tamen tutelæ datio conservatur per dict. authent. *ex causa*, et cap. 3. §. *si autem hæc*, vers. *si verò*, in authent. *ut cum de appell. cognosc.* Neque videtur justum, neque consonum rationi, ut in manu hæredis scripti esset eludere exhæredationem filii ingrati, non adeundo; licet istam rationem parvi pendebant ll. juris communis, et Partitarum: stante tamen dicta dispositione Ordinamenti, urgere videtur ista ratio, et quia nemo auderet asserere, stante dicta lege Ordinamenti, vitiari dationem tutelæ non adita hæreditate, quæ tamen, ut dixi, non poterat ab intestato relinqui. Cogita tamen, quia articulus est dubitabilis, et vide quæ dixi in l. 4. tit. infrà proximo, et quod notat Bartol. in l. *illud*, in princ. D. *de bonor. poss. contra tabul.*

(4) *Dezimos.* Prosequitur dicta Azon. ubi suprà.

(5) *De diez años e medio.* Nam ante istam ætatem non potest commitere ingratitudinem, et sic neque poterit exhæredari, l. *si quis in suo*, §. *legis*, *C. de inoffic. testam.* et post decimum annum cum dimidio, lex ista reputat eum doli capacem, quia committere posset omne delictum præter vitium carnis, ut in l. *auxilium*, §. 1. et ibi per Gloss. et Doct. D. *de minor.* l. 9. tit. 1. *Part.* 7.

(6) *De trauiesso.* Concordat cum l. *fratres*, et l. *fratris*, *C. de inoffic. testam*, et in fratre vide l. 12. infrà eod.

LEX III.

Certus et indubitatus debet esse exhæredandus, sive nominatim, sive per signa; idem si habeat unicum filium dicendo: *filium meum exhæredo*; sed si haberet plures, per hæc verba nullus esset exhæredatus. Potest etiam pater cum convitio filium exhæredare, ut si dixerit, *non nominandus*, vel *non filius meus*, *latro*, *gladiator*, *ex adulterio natus.* Et exhæredatio debet fieri purè, sine conditione, et à tota hæreditate; aliàs non valet. Hoc dicit.

(1) *Ciertamente.* Concordat cum l. 1. D. *de liber. et posthum.* et *Instit. de exhæredat. liber.* §. *nominatim.*

(2) *Quier sea varon, o quier sea muger.* Adde l. *maximum vitium*, *C. de liber. præterit.*

(3) *Poder, o non.* Adde dict. l. *maximum vitium*, et §. *sed hæc quidem vetustas*, *Institut. de exhæredat. liber.*

(4) *Un fijo.* Adde l. 2. D. *de liberis et posthum.* per

dixesse: Deshercdo mio fijo. Ca assaz se entiende, que desheredado es, pues que non ha mas de aquel fijo. Mas si ouiere mas fijos, non seria desheredado ninguno dellos por tales palabras (5). Otrosi dezimos, que quando el testador ha vn fijo tan solamente, a quien quiere desheredar, e dizele mal, que lo puede fazer diziendo assi: El malo, o el ladron (6), e el matador, que non meresce ser llamado mio fijo (7), desheredolo por tal yerro que me fizo; ca tal desheredacion como esta tanto vale, como si lo nombrasse señaladamente, quando le desheredasse. E qualquier a quien desheredassen, deue ser desheredado sin ninguna condicion (8), e de toda la heredad lo deue desheredar, e non de vna cosa (9) tan solamente; e si assi non lo fiziessen, non valdria.

LEY IV.

Porque razones puede el padre, o el abuelo, desheredar a los que descienden dellos.

Ciertas razones son, por que los padres (1) pueden desheredar (2) sus fijos; assi como quando el fijo, a sabiendas, e sañudamente, mete manos yradas (3) en su padre, para ferirle, o para prenderle; o si le deshonrrasse

quam dicebat ibi Bart. quòd quando non præcessit nisi unicum tantùm testamentum, sufficit generalis revocatio, etsi nihil dicat de clausula derogatoria in primo testamento contenta; quod dictum reprehendunt ibi Angelus, et Joannes de Imola, et Paulus de Castro, et Alexand. consil. 25. 3. volum. ubi dicit communiter teneri contra Bartolum in hoc: sed adverte, quia Bartol. in dict. l. 2. refert se ad id, quod dixit in l. *si quis in principio testamenti*, D. *de legatis* 3. col. 4. ubi formaliter dicit: sed quæro, si esset ponere casum, in quo sufficeret revocatio generaliter facta dicens, *cassans omne aliud testamentum*, in quo sunt verba derogatoria, et hoc voluit prævalere? Respondeo sic, si unum tantùm præcessit. Et in istis terminis rectè loquitur Bart. ut probatur in l. 22. tit. 1. suprà ead. *Partit.* et quæ ibi dixi: vide etiam Socin. consil. 2. volum. 3. incipit, *in causa testamentaria*, ubi in fin. colum. 3. et in 4. col. defendit dictum Bartoli in dict. l. 2. Sed ego restringerem ad formam et modum, quo posuit in dict. l. *si quis in principio testamenti*, et per hoc quod hìc dicitur, et in dict. l. 2. Dicit etiam Bart. in l. 1. §. 1. vers. *et ideo*, D. *de his quæ in testam. delent.* quòd licèt quando in instrumento sunt plures superscriptiones, ut tollatur suspicio instrumenti, requiritur, quòd notarius dicat, *quæ suprà scripta sunt in tali, et tali parte, mea propria manu subscripsi, et addi*; si tamen est unica tantùm superscriptio, sufficit, si dicit *quod suprascriptum est*, nam ad illum tantùm refertur; vide etiam in simili, quod notat Bald. post Guilliel. in l. *in ipsius*, in fine, *C. famil. ercisc.* Dicit etiam Bartol. in l. 1. §. *inter*, D. *ad leg. Cornel. de fals.* quòd generalis subscriptio habet vim specialis subscriptionis, quando testamentum haberet solum unum casum. Adde etiam in simili, quod notat Paulus de Castro, sic limitans illum textum, in l. *Lucius*, §. *maritus*, D. *ad Trebell.* in vers. *istud faciebat dubium*, et vide l. *fundus quem*, cum l. seq. D. *annuis legat.* quando enim non de alio, nisi de uno necessitas non cogit sentire, clausula generalis ad illud refertur, ut in quæstione notabili tradit Bald. in l. *cam quam*, 9. col. *C. de fideicommis.* vers. *demum quæro*: et dicebat Baldus in l. *liberti*, col. 8. *C. de oper. libert.* quòd si filia, quæ cessit jus, quod habebat super bonis patris, nullum aliud jus habebat, nisi jus dotis maternæ, quòd illud videtur cedere, per l. *fundus qui locatus*, D. *de fundo instruct.* et licèt alias stipulatio intelligi debeat de eo, quod de præsenti debetur purè, et non de debito conditionali, vel in diem, ut in l. *si stipulatus fuerim*, §. 1. D. *de verbor. obligat.* si tamen nullum aliud debitum purum subesset, tunc comprehenderetur debitum in diem, vel sub conditione, ne aliàs dispositio reddatur inutilis, ut tradit Jason. in dict. §. ad fin. colum. 1. vers. 3. *principaliter limita*, argumento dict. l. *fundus qui locatus*: vide etiam in ista materia multa alia per Felinum in cap. 1. col. 5. et 6. *de rescript.* qui tamen non adducit prædicta, quæ tu nota ex longo studio collecta.

(5) *Palabras.* Adde dict. l. 2.

(6) *El malo, o el ladron.* Concordat cum l. *pepercerit*, in princ. D. *de liber. et posthum.*

(7) *Ser llamado mio fijo.* Quid si exhæredet eum dicens, non esse suum filium? Vide l. 1. §. *idem ait*, et ibi Gloss. et Bart. D. *de Carbon. edicto*, et l. *si posthumus*, §. fin. D. *de liber. et posthum.* et dict. l. *et si pepercerit*, in princ.

(8) *Sin ninguna condicion.* Prosequitur notata per Azon. ubi suprà col. 2. vers. *exheredatio autem debet fieri purè*: et etiamsi conditio tacitè insit, non tenet exhæredatio conditionalis, l. *si quis Sempronium*, D. *de hæredib. instit.*

(9) *E non de una cosa.* Concordat cum l. *cum quidam*, D. *de liber. et posthum.*, et sic in exhæredatione non est locus juri acrescendi, secundum Baldum ibi, eo quia exhæredatio inducit privationem, non positionem, et ideò non est habilis ad recipiendum incrementum: vide ibi per Alexand. duas limitationes in ista materia.

LEX IV.

Ingratitudinis multæ sunt species: quatuordecim assignantur, quibus liberi exhæredantur vel prætereuntur à parentibus, ut in hac lege cum duabus legibus sequentibus. Hoc dicit.

(1) *Padres.* Intellige de omnibus parentibus ascendentibus, ut in authent. *ut cum de appellat. cognoscit.* cap. *aliud quoque capitulum*, collat. 8.

(2) *Desheredar.* Et adde, quòd etiam istæ causæ excludunt filium à jure agendi ad supplementum, et à remedio l. *hac edictali*, in princip. *C. de secund. nupt.* secundum Bald. ibi, colum. 3. et ex eisdem causis non cogitur pater ad alimenta filii, ut in l. *si quis à liberis*, §. *idem judex*, D. *de libert. agnoscend.* l. 6. tit. 19. *Partit.* 4. et ex istis etiam causis filius perdit privilegium filii; unde si pater eum occideret, non teneretur lege Pompeja, *de parricid.* et idem si pater committeret aliquam causam ingratitudinis, ex qua posset à filio exhæredari, quia ut in dict. l. 6. perderet jus petendi alimenta, et etiam perdet jus paternum, et filius patrem occidens non tenebitur pœna parricidii, secundum Bart. in l. *Divus*, D. *ad leg. Pompej. de parricid.* ubi idem dicit de collateralibus. An autem extra istas causas hìc expressas, et aliis æquè gravibus vel gravioribus filius possit exhæredari? Vide per Jasonem in authent. *non licet*, *C. de liber. præterit.* colum. 2. ubi dicit, communiter teneri, quòd sic, vide ibi latè per eum; licet Alexand. ibi tenuit contrarium: et pro dicto Alexand. satis urget l. 8. infrà eod. et ibi dicam. An autem sit justa causa exhæredationis, si filius ignominiosam uxorem duxerit? Vide Gloss. et Bart. quòd non, in l. 3. §. *si emancipatus*, D. *de bonor. possess. contra tabul.* et vide, quæ dixi in l. 10. et 11. ubi bonus textus, tit. 1. 4. *Partit.* Et quid si post ingratitudinem commissam filius fuit gratus patri, faciens sibi magna servitia? Vide per Bald. et Salicet. in l. *liberi*, *C. de inoffic. testam.* et si pater exhæredavit filium ex justa causa, et postea se reconciliavit cum eo, quòd videatur adempta exhæredatio, vide per Bart. in l. 3. §. *non solum*, in fin. D. *de adimend. legat.*

(3) *Manos yradas.* In cap. 3. §. *si quis*, in authent. *ut cum de appellat. cognosc.* unde ista sumpta est, dicitur,

de palabra grauemente (4), maguer non lo firiesse; o si lo acusasse (5) sobre tal cosa, de que el padre deue morir; o ser desterrado (6) si gelo prouassen, o enfamandolo (7) en tal manera, porque valiesse menos. Pero si el yerro de que le acusaua fuesse atal, que tangesse a la persona del Rey, o al pro comunal de la tierra, estonce, si lo prouasse el fijo, non lo puede el padre desheredar porende. Otrosi dezimos, que el padre puede desheredar al fijo, si fuere fechizero (8), o encantador (9), o fiziesse vida con los que lo fuessen; o si se trabajase de muerte de su padre (10) con armas, o con yeruas (11), o de otra manera qualquier; o si el fijo yoguyesse con su madrastra, o con otra muger que touiesse su pa-

si quis parentibus suis manus intulerit, ex quo videtur, quòd non sufficeret, si levaret manus minando, si non esset inferendo; sunt enim hæc diversa, ut patet ex l. *item apud Labeonem*, §. *si quis pulsatus*, D. *de injur.* et ibi Angelus, qui dicit, non teneri tanta pœna manus levans contra aliquem, sicut si actum consumasset, per notata per Cynum, et Doctores in l. *si qui non dicam rapere*, *C. de episcopis, et clericis.* In contrarium tamen facit ista lex Partitarum, cùm subdit, *para ferirle, o para prenderle*, et etiam l. 6. tit. 9. *Partit.* 7. ibi, *alçando la mano con palo, o con otra cosa para lo ferir, maguer non lo fiera, fazele muy gran deshonrra.* Primum videtur verius, cum ll. istæ requirant manus injectionem seu illationem, quæ non verificatur in minatione vel levatione manus, quæ non est ita gravis injuria; et istud verbum *mete manos yradas* non benè verificatur, nisi realiter manus inferantur in parentem; facit etiam cap. fin. *de donat.* ibi: *impias manus injecerit*; et etiam ista lex, cùm loquitur de injuria verbali, inferiùs dicit, *maguer non le firiesse*, et sic sentit, primum procedere, cùm actualiter manus sunt injectæ: facit etiam l. 1. §. *si filius*, D. *de obseq. à liber. et libert. parent.* et *patron. præstand.* ibi: *vel impias manus eis infert.*

(4) *Palabras grauemente.* In dict. cap. 3. §. *si gravem*, dicitur, *si gravem, et inhonestam injuriam eis ingesserit*; unde tene menti istam legem Partitarum, quæ hoc exponit in injuria verbali gravi: sic etiam Joann. Andr. in dict. cap. final. *de donation.* super glossa in verbo *atroces*, colum. 3. exponit illum textum, cùm dicit *atroces injurias*, de verbali contumelia, quem ibi sequuntur alii Doctores: sic etiam intelligit dictum §. *si gravem* Alexand. consil 203. volum. 2. incipit, *super themate.* Quæ autem sit gravis injuria verbalis, collige ex notatis in §. *atrox*, *Instit. de injur.* et in l. 20. tit. 9. 7. *Partit.* et ut hic vides, non quælibet injuria verbalis facta per filium sufficeret, sed debet esse gravis: et si vocavit patrem proditorem, dicitur gravis injuria secundum Alexand. in dict. consil. dicens, quòd tali casu non potuisset esse quasi gravior injuria, cùm ex hoc, si verum esset, pater esset decapitandus; nam censetur, quid esse grave, vel leve, ex qualitate pœnæ, l. 2. D. *de public. judic.* l. *auxilium*, D. *de minor.* Gloss. in l. *adeo*, D. *de regul. jur.* cum aliis ibi per Alexandrum allegatis: et multum est in hoc attendenda consuetudo regionis, ut cognoscatur, quæ sit levis, vel gravis injuria, Angel. in l. *lecia*, D. *de accusation.* l. *sunt quædam*, D. *de extraord. crimin.* qui est ad hoc melior textus, quàm sit in jure, secundum Bald. in l. 2. in fin. *C. de noxalib.* Idem si filius vocaret matrem affacturatricem, quæ vulgò dicitur *hechizera:* vide Gloss. juncto textu in l. 1. D. *de obseq. à liber. parent. præstand.* et adde de injuria facta parentibus l. 1. tit. 9. lib. 8. *Ordinam. Regal.*

(5) *Si lo acusasse.* In dict. cap. 3. §. *si eos*, dicitur, *si eos in criminalibus causis accusaverint, quæ non sunt adversus Principem, vel rempublicam.*

(6) *Morir, o ser desterrado.* Non ponitur hoc verbum in dict. §. *si eos*, et per hoc videtur, quòd loquitur de accusatione in capitalibus causis, juxta l. 2. D. *de public. judic.* requiritur ergò, quòd delicti accusatio sit talis, ex qua veniat imponenda mors naturalis vel civilis, ita quòd perdatur vita vel civitas; unde etiam si esset pœna abscissionis membri, cùm impropriè dicatur pœna capitalis, cùm ex eo non perdatur vita vel civitas, ut notat Bart. in dict. l. 2. non possit filius exhæredari, licèt de crimine inferente amissionem membri parentem accusaret: in contrarium tamen facit l. 3. tit. 2. 3. *Partit.* ibi: *fueras ende si entendiesse, que la manda era tal, de que pudiesse nacer muerte, o perdimiento de miembro, o enfanamiento, etc.* Item etiam l. 18. tit. 4. ead. *Partit.* ibi: *de muerte, o de perdimiento de miembro, o de echamiento de tierra.* Item etiam l. 12. tit. 5. *ead. Partit.* ibi: *sobre que pueda venir sentencia de muerte, o de perdimiento de miembro, o desterramiento de tierra para siempre.* Item et expressim l. 11. infra eod. ibi: *o perder algun miembro*; et in multis aliis legibus istarum Partitarum, ubi reperies semper æquiparari pœnam mortis, vel abscisionis membri. Facit etiam ista eadem lex, cùm inferius dicit, *enfamandolo*; unde istam partem credo veriorem, et quia textus in dict. §. *si eos*, non dicit in *capitalibus*, sed in *criminalibus* causis: et si pro injuria verbali gravi potest exhæredari filius, quanto fortiùs ex accusatione ad membri abscisionem? Unde supplenda est in hoc lex ista per alias leges, et quod dicit *desterrado*, intellige de perpetuo exilio; hæc est enim mens istarum legum Partitarum, cùm loquuntur de exilio: et si crimen esset leve, de quo accusaret filius patrem, non videtur, quòd procederet hæc pœna, si ex eo non sequeretur infamia, argumento l. *si magnum*, et l. *si sororem*, *C. de his qui accusar. non poss.* et etiam istius legis Partitarum.

(7) *Enfamandolo.* Ex hoc patet, quòd si ex accusatione, seu condemnatione posset sequi infamia contra patrem, potest filius exhæredari; unde procedit hoc, etiam si parens non accusetur de crimine capitali, sed de alio inferente infamiam, et fortè procederet ex generalitate hujus legis, et ex eo quod habetur in l. *sed si hac*, §. *Prætor ait*, D. *de in jus vocando*, si sequeretur tantùm infamia apud bonos et graves, et facit l. 2. tit. 5. et l. 2. tit. 6. infrà, 7. *Partit.*

(8) *Si fuere fechizero.* In dict. cap. 3. §. *si cum maleficis*, habetur: *si cum maleficis hominibus, ut maleficus versatur*; Gloss. verò in cap. *Quintavallis*, *de jure jurando* posuit separatim istos duos casus: si cum maleficis versatur, si maleficus efficiatur: et istud intellectum approbat ista lex.

(9) *Encantador.* Qui sunt incantatores, habes in l. 1. §. *medicos*, D. *de var. et extraordinar. cognit.* ibi: "non »tamen si incantavit, si imprecatus est, si (ut vulgari ver»bo impostorum utar) *exorcizavit*, non sunt ista medicinæ »genera, tametsi sint, qui hos sibi profuisse cum prædica»tione affirment," de his etiam vide *C. de malefic. et mathematic.* per totum, ubi Angel. in l. *eorum*, notat per incantationem animum mulierum ad libidinem flecti: et subdit, ideò non truferis, cùm audis istas facturas fieri, quia veræ sunt; vide etiam ibi in l. *multi*, ubi Angel. summat, *qui Dæmonis incantavit, aliàs invocavit, vel per imagines cereas incantavit, punitur*; ibique subdit super glossa: Nota benè contra facientes imagines ceræ, qui pingendo eas, vitas hominum labefactant, et ideò non derrideas ista.

(10) *Se trabajasse de muerte de su padre.* In dict. cap. 3. §. *vel vitæ*, habetur, *vel vitæ parentum suorum per venenum vel alio modo insidiari tentaverit*, et punitur hic attentatum, licèt non sit sequutus effectus.

(11) *Con yeruas.* Venenosis scilicèt, ut in l. *ejusdem*, §. 1. ubi Bart. distinguit genus veneni, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* l. *quod sæpè*, §. *veneni*, D. *de contrahend. emption.* l. *capitalium*, §. *venerari*, cum gloss. D. *de pœnis.*

dre paladinamente por su amiga (12); o si enfamasse (13) el fijo a su padre, o si le buscasse tal mal (14), por quel padre ouiesse a perder gran partida de lo suyo, o a menoscabar. Ca por qualquier destas razones que sean puestas en el testamento (15) del padre, o del abuelo, si fuere prouado, deue el fijo, o el nieto, perder la herencia, que pudiera auer de los bienes dellos, si non ouiesse fecho por que. Otrosi dezimos, que seyendo el padre preso por debda que deuiesse, o de otra manera, si el fijo non le quisiere dar en quanto pudiere (16), para sacarlo de la prision (17), que le puede desheredar el padre. E esto se entiende de los fijos varones, e non de las mugeres. Ca a las mugeres (18) defiendeles el derecho, que non puedan fiar a otri. E aun puede el padre desheredar el fijo, si le embargare que non faga testamento. Ca, si el padre fiziere despues otro testamento, puedelo desheredar en el por esta razon. E demas dezimos, que aquellos a quien tiene el padre en voluntad de mandar algo, e non lo puede fazer (19) por embargo que le fizo el fijo, puedenlo acusar por esta razon; e si lo prouaren, deue perder el fijo (20) aquella parte que deuia auer de la herencia del padre, e ser del Rey. E cada vno de los otros a quien queria mandar algo en el testamento, deuelo auer, segund que fallaren en verdad, que el testador auia voluntad de les mandar, si el testamento ouiesse fecho.

LEY V.

Como el padre puede desheredar al fijo, si se fiziere juglar contra su voluntad, e de las otras razones por que lo puede fazer.

Iuglar (1) se faziendo alguno contra voluntad de su padre, es otra razon por quel padre puede desheredar su fijo; pero si el pa-

(12) *Por su amiga.* Vide, quæ dixi in l. fin. tit. 24. supra, 4. *Partit.* in gloss. antepenult.

(13) *O si enfamasse.* Suprà dixit de ista infamia, quæ sequeretur ex accusatione criminali, nunc verò loquitur de infamia extrajudiciali. Adverte tamen, quòd in dict. cap. 3. §. *si delator*, unde ista l. sumpta est, hoc non sic habetur, sed dicitur ibi: *si delator contra parentes filius extiterit, et per suam delationem gravia eos dispendia fecerit substineri*; unde videtur dicendum, quòd ista lex Partitarum restringatur ad formam, et dispositionem illius, de qua sumpta est; vel dic, quod hæc lex apertiùs declaret illam: et sic, si ex diffamatione, vel ex delatione filii parens substineat magnam jacturam suorum bonorum, filius possit exhæredari, et iste videtur verus sensus hujus litteræ; vel dic, quòd etiam hæc lex velit, quòd non solùm quando ex tali diffamatione, vel delatione actualiter parens substinuit talem jacturam, verùm etiam si ex parte filii diffamantis, vel deferentis fuit data occasio, ut hoc fieri posset, filius possit exhæredari; et probatur ibi, cùm dicit: *porque el padre ouiesse a perder, etc.* Et idem crederem, si ex tali diffamatione, vel delatione immineret periculum parenti substinendi aliquam pœnam corporalem à judice per sententiam, cùm talis pœna sit major quavis pecuniaria, l. *in servorum*, in fin. D. *de pœn.* Si verò crimen, de quo filius diffamaret parentes, esset leve, unde ista sequi non possent, non videtur, quòd filius possit exhæredari ex diffamatione extrajudiciali citra accusationem, argumento l. 8. tit. 6. 7. *Partit.* et hujus l. suprà, cùm dixit de injuria verbali gravi. Tu cogita, quia passus iste in terminis, quibus lex ista loquitur, dignus est consideratione; vel dic, quòd si ex diffamatione filii etiam extrajudiciali parenti sequeretur infamia facti juxta formam l. 2. tit. 6. 7. *Partit.* quòd etiam ex ista causa filius posset exhæredari, ex verbis et mente istius legis Partitarum hic et superiùs, cùm dixit: *enfamandolo, etc.* licèt de jure communi hoc non ita reperiatur cautum, quando infamia sequeretur citra accusationem: sed potest dici, quòd cum diffamare aliquem, sit eum injuriari, ut in l. *item apud Labeonem*, §. *ait Prætor, ne quid infamandi causa*, D. *de injur.* hoc idem comprehendebatur de jure communi, cùm in dict. cap. 3. §. *si gravem*, dictum fuit *si gravem et inhonestam injuriam eis ingesserit*: benè tamen placet, ut dixi, quòd diffamatio de crimine levi non sufficeret ad exhæredationem per prædicta.

(14) *Le buscasse tal mal.* Deferendo parentem, ut dixi, et habetur in dict. cap. 3. §. *si delata*, et ex generalitate hujus legis Partitarum idem esset, si alio modo, quàm ex delatione hoc damnum procuraret parentibus.

(15) *Puestas en el testamento.* Et non tenetur exhæredans in testamento, exprimere locum, et tempus commissæ ingratitudinis, vel delicti per filium, quia hoc non reperitur jure expressum; hæres tamen debet probare locum, et tempus, argumento l. *item exigit*, D. *de dolo*, et l. *Prætor*, in princ. D. *de injur.* et cap. *præsentium*, *de testib.* lib. 6. et secundum Alexand. ubi refert consilium quoddam Baldi in consil. 203. 2. vol. vers. *confirmo*, et idem tenet Socin. 3. vol. consil. 105. colum. fin.

(16) *En quanto pudiere.* In dict. cap. 3. §. *si quemlibet*, dicitur: *in quantum esse qui petitur, probatur idoneus*, unde non esset inspiciendum, an se obliget ultra quintam partem bonorum, dato quòd habeat filios legitimos, non enim hoc est donare, sed id facere, ad quod filius ex debito pietatis, et ne exhæredetur, tenetur; facit l. *non usque adeò*, D. *si quis à parente fuerit manumis.* vide per Bald. in l. 2. *C. si in fraud. patron.*

(17) *De la prision.* Idem si ab excommunicatione, cum sit gravius ligamen animæ, quàm corporis, secundum Joan. Fab. in authent. *si captivi*, *C. de episc. et cleric.*

(18) *Ca a las mugeres.* Nota istum textum ad id quod dixi in l. 3. tit. 12. 4. *Partit.* in glos. quòd ob piam causam mulier non possit pro alio fidejubere. Nota etiam, quòd licèt renuntiando Vellejano, et legibus disponentibus mulierem non fidejubere pro alio, perdat hoc beneficium, ut in dict. l. 3. non tamen, licèt non renuntiet, poterit à patre in hoc casu exhæredari per istam legem, quæ noluit eam adstringere ad talem renuntiationem; quod multum nota ad similia.

(19) *E non lo puede fazer.* Quia decessit in ipsa prohibitione sine possibilitate faciendi liberè testamentum, ut declaratur in dict. cap. 3. §. *si convictus*, ibi: *si autem in ipsa prohibitione.*

(20) *Perder el fijo.* Sequitur Glos. in dict. §. *si convictus*, et l. 1. D. *si quis aliquem test. prohib.* et l. 2. *C.* eod. et vide suprà ead. *Part.* tit. 1. l. 26. et 27. et quæ ibi dixi.

LEX V.

Octava causa exhæredationis est si quis se fecit joculatorem, patre hoc officium non exercente. Nona, si pro pretio cum homine, aut cum fera bestia propugnavit. Decima, si patre filiam majorem viginti quinque annis maritare nolente, ipsa meretricalem vitam elegit. Undecima, si filius patrem furiosum alimentare, seu custodire noluit. Hoc dicit.

(1) *Iuglar.* Istos in dict. cap. 3. §. *si præter*, appellat

dre fuesse juglar (2), non podria esto fazer. Esso mismo seria, si el fijo contra la voluntad del padre lidiasse por dineros (3) en campo con otro ome, o se auenturasse por precio a lidiar con alguna bestia braua. E otrosi, quando el padre quisiesse casar su fija, e la dotasse, segund la riqueza quel ouiesse, e segund que perteneciesse (4) a ella, e a aquel con quien la queria casar; si ella contra su voluntad del padre, dixesse que non queria casar (5), e despues desto fiziere vida de mala muger en puteria (6), poderla y a el padre desheredar (7) por tal razon. Pero si el padre alongasse el casamiento de su fija, de manera

mimos, ut sunt saltantes, et repræsentantes in scena, ut in l. 2. §. *ait Prætor*, D. *de his*, *qui notant. infam.* et hos ibi Angel. vocat joculatores, et repelluntur isti à promotione ordinum, ut in cap. *maritum*, 33. dist. ibi: *aut in scena lusisse dignoscitur*, quod notanter Bald. in l. *si fratres*, *C. ex quibus caus. infam. irrog.* limitat in majoribus ætate; et quòd parcendum sit minoribus, ut illi possint promoveri ad ordines; et istos Baldus vocat joculatores. Et idem videtur quoad istam legem, ut intelligatur de majoribus, non de minoribus, per dict. l. *si fratres*: et donare istis histrionibus vitium est immane, cap. *donare*, 86. dist. et vide Chrysost. super Matthæum *Homil.* 49. colum. penult. et fin. et intellige istam legem, quando filius in hac professione permanserit, prout etiam habetur in dict. §. *si præter*. Videtur etiam ista lex limitanda in his jaculatoribus, qui sine delectu sui ludibrium faciunt; isti enim sunt infames, ut in dict. §. *ait Prætor*: qui autem cum delectu, ex eo quòd in loco omnes intrare non possunt ad videndum, ut est exemplum, cùm in militia, et actu doctoratus alicujus magna fiunt convivia, et intra domum canitur vel salitur; tales enim non sunt infames, ut declarat Angel. in dict. §. *ait Prætor*: et hoc etiam probatur in l. 4. tit. 6. 7. *Partit.* ubi declaratur de istis joculatoribus pretio recepto, seu causa quæstus; requiritur enim, quòd assuefecerint se in arte ista, ut declarat Innocen. et ibi Abb. loquentes quoad promotionem ordinum, in cap. *cum decorem*, *de vita et honest. Cleric.* secùs autem secundum eos, ubi in occulto hoc fecissent, maximè ad complacentiam infirmi. Idem dicit Innocent. si semel, vel pluries in publico hoc fecerit, dummodo non assuefecerit se; quod Abbas ibi limitat, nisi in publico saltim bis illam artem causa quæstus exercuerit, nam efficeretur infamis, argumento l. *palam*, D. *de ritu nuptiar.*

(2) *El padre fuesse juglar.* Nam nihil dolosus doloso, nihil Catilina Cetego, ut etiam tradit Gloss. in dict. §. *si præter.*

(3) *Lidiasse por dineros.* Ut erant arenarii, l. *in arenam*, *C. de inoffic. testam.* et in dict. §. *si præter*, sunt enim infames, qui causa quæstus in certamina descendunt, dict. l. 2. §. fin. D. *de his*, *qui notant. infam.*

(4) *Segund la riqueza quel ouiesse, e segund que perteneciesse, etc.* Tene menti istam legem, ut scias qualiter dicatur, quòd pater dotet competenter filiam, et adde l. *si filiæ pater*, D. *de legat.* 3. non ergo legitima erit meta dotis; vide quod dixi in l. 8. tit. 4. in gloss. super parte *a otro*, circa fin. 5. *Partit.*

(5) *Que non queria casar.* Hoc idem habetur in dict. cap. 3. §. *si alicui*, ibi: *et illa non consenserit.* Quid tamen si hoc non contigit, scilicet quòd pater antea quàm filia pervenisset ad ætatem 25. annorum, non se obtulit maritare et dotare filiam, quia fortè facultas non se obtulit, vel aliàs hoc fieri non potuit, seu factum non fuit etiam negligenter per patrem; an tunc filia luxuriosam vitam eligens ante 25. annos, possit exhæredari à patre? Ista littera videtur innuere, quòd non; quod verò subditur, *pero si el padre alongasse el casamiento*, innuit contrarium, cum pater non videatur negligens, neque culposus usque ad illam ætatem: et ita intelligit hoc Gloss. in dict. §. *si alicui*, et est glossa finalis super parte *si alicui*: et est de mente Glos. in cap. *Quintavallis*, *de jurejurand.* et probatur in l. *si filiam*, cum authent. *ibi posita*, *C. de inoffic. testam.* et ad istam legem, et ad dictum §. *si alicui*, in verbo *si alicui*, potest dici, quòd intelligantur, quando pater hoc fecisset, etiam quando filia haberet ætatem 25. annorum, et per eam stitisset, nolens nubere cum eo, quem pater volebat; et si filia esset minoris ætatis, supplendum ad hoc esset *maximè*, quia idem esset, si pater ante dictam ætatem ad hoc se non obtulisset.

(6) *En puteria.* In dict. §. *si alicui*, non ponitur istud verbum, sed dicitur: *luxuriosam degere vitam elegerit*; unde videtur, quòd lex ista Partitarum requirat, ut locum possit habere exhæredatio, quòd filia in lupanari turpiter vivat, ad hoc l. *ancillarum*, D. *de petitione hæred.* et sic quòd in loco publico meretricetur; quod videtur durum, cùm sufficere debeat ad causam exhæredationis, quòd filia vitam luxuriosam etiam extra locum lupanaris faciat; et istud videtur verius, et juxta ll. juris communis, et mentem ipsarum, de qua ista sumpta est. Intellige ergo istam legem juxta dictas ll. juris communis, dict. l. *si filiam*, *C. de inoffic. testam.* et dict. §. *si alicui*, et quòd hic dicit, *en puteria*, non intelligas pro loco publico lupanaris, sed intellige, quòd filia faciat malam vitam meretricando; et sic quòd intelligatur, *en puteria*, id est luxuriosè vivendo, seu meretricando; et probabitur filiam luxuriosè vivere per locum à communiter accidentibus, ut quia passim juvenes accedebant ad juvenculam cum fama publica, secundum Bald. 2. vol. *consilior.* consil. 253. neque excusabitur secundum eum, si dicat, quòd non potuit cognosci, quia erat arcta; nam licèt stuprum non sit consummatum, sufficit conatus, allegat cap. 1. §. *item si fidelis*, *quib. mod. feud. amittat.* et quòd sine contactu corporalis immixtionis potest vita luxuriosa, indecens, et inhonesta intervenire, l. *non tantum*, §. *si emancipatus*, D. *de bonor. possess. contra tabul.* l. *athletas*, §. *Pomponius*, D. *de his*, *qui notant. infam.*

(7) *Desheredar.* Sed an mater, quæ similiter esset meretrix, posset filiam ob meretricatum exhæredare? Bald. post Bart. per textum ibi in l. *in arenam*, *C. de inoffic. testam.* dicit, quòd non; idem tamen Bald. in l. *si filiam*, *C.* eod. dicit, quòd si tempore mortis mater erat correcta, et ad honestam vitam redacta, quòd tunc poterit filiam exhæredare, cùm non debeat tunc reputari turpis persona, et ultima consuetudo inspicienda sit, l. *mella*, §. 1. D. *de adimen. legat.* et idem tenet ibi Angel. post Guilliel. per l. *imperialis*, in princ. et §. *tales*, *C. de nupt.* Quid autem in ipsa filia, quæ ob luxuriosam vitam poterat exhæredari, si ipsa ante testamentum patris, eo vivo, ad honestam vitam rediit, an etiam tunc poterit exhæredari? Videtur quod non, ex notatis per Specul. tit. *qui filii sunt legitim.* §. 1. col. 4. vers. *quid si ipsa pœniteat de peccato*, ubi concludit, tali casu patrem teneri ad alimenta, et sic vult, quod non possit exhæredari, cùm ista ambulent pari passu, l. *si quis à liberis*, §. *si quis ex his*, D. *de liber. agnos.* et similiter tali casu pater tenebitur eam dotare, secundum Abb. in cap. *Quintavallis*, col. 2. *de jurejur.* quia causa dotis non minus favorabilis est, quàm causa alimentorum. Baldus novell. in suo tractat. *de dote*, fol. 13. col. 2. in 16. speciali privilegio, vult idem in dote, licèt non alleget Abb. ubi supra, et respondit ad dictum §. *si alicui*, dicens, quod illa dispositio non debet extendi ad istum casum dotis, ne matrimonium impediatur; et sic innuit, quod licèt filia tali casu adhuc possit exhæredari, deberet tamen dotari, ne matrimonium impediatur. Alexand. verò de Imola relato dicto Hostiens. in l. 1. col. 9. num. 33. infert ex eo, quòd filius, qui ingratitudinem commisit, adeo quòd exhæredari possit, si tamen vivo patre pœnitentiam agat, vel ante testamentum conditum, non poterit exhæredari; et satisfacit pro hoc dicto seu illatione Alexand. dictus §. *si præter*, ibi: *et*

que ella passasse de edad de veinte e cinco años (8), si despues desto fiziesse ella yerro, o enemiga de su cuerpo, o se casasse contra voluntad de su padre, non podria el desheredarla por tal razon; porque semeja, que el fue en culpa del yerro que ella fizo, porque tardo tanto que la non caso. E otrosi dezimos, que seyendo algun ome furioso, o loco, de manera que andouiesse desmemoriado, e sin recabdo; si los fijos, o los otros que descienden del por liña derecha, non le guardassen, o non pensaren del en las cosas quel fuere menester; si otro estraño se mouiesse (9) por piedad, e que ouiesse duelo del, doliendose de su locura e de su mala andança, e lo lleuasse a su casa, e pensasse del; si este atal despues desto rogasse, e afrontasse a aquellos que descendiessen del furioso sobredicho, que pensassen de su pariente; si ellos non lo quisiessen fazer, e el furioso muriesse sin testamento, este sobredicho que lo lleuo a su casa, e que penso del, deue auer todos sus bienes del furioso: e los parientes que lo desampararon, non deuen auer ninguna cosa. E si por auentura, este atal tornasse en su memoria ante que muriesse, podria desheredar por esta razon, a aquellos que lo deuian heredar por derecho, si non errassen contra el. E aun dezimos, que si este atal que fuera desmemoriado, ouiesse fecho testamento en antes que cayesse en la locura, e en aquel testamento ouiesse establescido por herederos a sus fijos, o algunos de los otros que descendiessen del por liña derecha; si el furioso muriesse despues en casa del estraño que pensaua del, non vale el testamento quanto es en el establescimiento de los herederos; ca non deuen ellos (10) auer la heredad, mas aquel estraño que penso del, e le ayudaua, en cuyo poder murio. Mas bien valdria el testamento, quanto en las otras mandas que el testador sobredicho ouiesse fecho en el.

LEY VI.

Como el padre, o el auuelo pueden desheredar a sus fijos, o a sus nietos, si non le quisieren sacar de captiuo.

Captiuando (1) algun ome, o muger, que ouiesse fijo, si los fijos fuessen negligentes (2), non auiendo cuydado de redemir su padre, o su madre, o lo dexassen captiuo, podiendolo redemir, si despues desto saliere este atal de poder de los enemigos, puede por esta razon desheredar sus fijos. Mas si por auentura muriesse en poder de los enemigos, aquellos que le deuien heredar, que fueron negligentes en sacarle de captiuo, non deuen heredar (3) ninguna cosa de los sus bienes. Mas el Obispo de aquel logar, onde era natural este que murio en la captiuidad, deue entrar todos sus bienes, e fazer ende escrito cierto de quantos son; e despues desto, deuelos vender todos, e

in hac possessione permanserit; et facit quod notat Bald. in l. *fratres*, vers. *quæro quid si institutus*, *C. de inoffic. testam.*

(8) *Que ella passasse de edad de veynte e cinco años.* Quid si de consuetudine patriæ filiæ maritantur usque ad vigesimum annum, et filia post istud tempus nupsisset, patre ignorante vel contradicente, cum indigno; an propter hoc possit exhæredari? Baldus novell. in tractatu *de dote*, in 16. speciali privilegio, fol. 13. col. 2. tenet, quod non, ne aliàs per indirectum tollatur ipsi filiæ libertas matrimonii, quam libertatem non potest impedire jus civile, ut notatur in cap. 1. *de sponsal.* ubi Abb. hoc tenet; secùs tamen secundum eum, si filia non expectavit tempus consuetum secundum morem patriæ, vide ibi per eum: (licèt non in ista materia), quod attendi debeat consuetudo patriæ circa ætatem, qua mulieres maritentur, vide per Alexand. consil. 20. col. 2. vol. 2. incipit, *viso processu*; ætas tamen ista 25. annorum expectabitur, adhuc etiam stante dicto more regionis, si filia inhonestam vitam elegerit meretricando, secundum Bald. novellum, ubi suprà.

(9) *Otro estraño se mouiesse.* Quid si nullius procuraret furiosum? Dic quod etiam adhuc hæreditas est auferenda filiis, ut notat Gloss. in authent. *liberi*, *C. de episcopal. audient.*

(10) *Non deuen ellos.* Intellige, si sint majores decem et octo annorum, ut infrà eod. l. proxima.

LEX VI.

In hac l. ponitur duodecima causa exhæredationis, si filius patrem captivum redimere valens nolit. Hoc dicit.

(1) *Captiuando.* Sive capiatur ab hostibus, sive à latronibus, seu piratis, seu alia privata persona, quia ille qui patitur, quem in carcere mori, videtur eum necare, secundum Bald. in auth. *si captivi*, *C. de Episcopis*, *et cleric.* et idem dic, si condemnatus à judice detineatur in carcere, ut tædio carceris affectus veniat soluturus, l. 1. *C. qui bonis ceder. poss.* l. 3. §. *tutores*, D. *de suspect. tutor.* Bald. ibidem, col. 1. quia ex quo carcer pecunia redimitur, habebit locum ista lex; secùs, si detineatur in carcere, ut quia est ei inflicta pœna perpetui carceris, vel ad tempus, quia non cadit luitio, nisi inveniatur compositio, vel si detineatur pro investigatione delicti, l. 2. *C. de exhiben. reis*, Bald. in dict. authent. *si captivi*, et etiam Paul. de Cast.

(2) *Negligentes.* Quid si ipse carceratus, vel captivus fuit similiter negligens, quia ipse poterat se redimere sine aliorum auxilio, et neglexit? Bàld. in dict. authent. *si captivi*, dicit, quod tunc parcendum est aliis, si eum non redimant, argum. l. 5. D. *mandati*, et cap. 2. *de fidejus.* Si tamen constaret, quod ipse noluisset redimi, tunc diceretur filius, vel conjunctus negligens, si ipse non redimat; et ipse, vel hæres scriptus privaretur hæreditate ejus, argum. l. *is qui reipub. causa*, la 2. et quod ibi notatur, D. *ex quib. caus. major. etc.* secundum Bald. ubi suprà.

(3) *Non deuen heredar.* In dict. cap. 3. §. *si unum de prædictis*, dicitur, *illos ad successionem ejus venire non patimur:* in authent. *si captivi*, *C. de Episcopis et cleric.* dicitur, *sed etiam lege denegatur ejus succesio*, ex quo patet, quod tales filii, vel conjuncti, seu hæredes scripti sunt insuccessibiles ipsi captivo ipso jure absque alia sententia; unde supervacua est quæstio, quam in hoc ponit Bald. in dict. authent. *si captivi*, an isti sint indigni, et insuccessibiles ipso jure, vel per sententiam, ut etiam advertit ibidem Paul. de Cast.

dar el precio en redencion de captiuos (4). Ca, pues que este que era señor, non se aprouecho de sus bienes, nin fue redemido dellos, bien es que sean otros redemidos (5) en su logar. E lo que diximos en esta ley de los fijos, entiendesse tambien de los otros parientes, que auian debdo de parentesco con el captiuo. Otrosi dezimos, que si alguno, ante que cayesse en captiuidad, ouiesse fecho testamento, en que ouiesse establescidos algunos por sus herederos; si muriesse en poder de los enemigos, non lo queriendo ellos redemir, non valdria el testamento quanto en el establescimiento de los herederos, mas valdra (6) en las otras cosas, segund diximos en la ley ante desta, que fabla del furioso. E la pena, que diximos en esta ley, e en la que fabla del furioso, deuen auer tan solamente los parientes, e los herederos, que son mayores de diez e ocho años (7), e non los otros que fuessen menores desta edad, maguer errassen assi como sobredicho es. E non se pueden ende escusar los herederos sobredichos, maguer digan, que non rescibieron mandado de los captiuos, para vender (8), o obligar sus cosas, por razon de quitallos. Ca sin su mandado las podrian ellos vender, e obligar, tambien como las sus cosas proprias; assi como dize en el titulo de los Captiuos, en las leyes (9) que fablan en esta razon.

LEY VII.

Como el padre puede desheredar al fijo, que se tornare Moro, o Judio, o Herege.

Herege (1), o Judio, o Moro, tornandose el fijo, o el nieto, si el padre fuesse Christiano, bien lo puede desheredar por esta razon: mas si el padre fuesse Herege, o de otra Ley, e los fijos, e los nietos fuessen Catholicos (2), estonce el padre es tenudo de establescer (3) a estos fijos atales por herederos, maguer non quiera. E si por auentura el pa-

(4) *El precio en redencion de captiuos.* Non ergo hæreditas devolvitur ad sequentem in gradu, ex quo lex ista aufert existenti in primo gradu, ad quem hæreditas pertinet, et defert eam ad Episcopum, vel ecclesiam in redemptionem captivorum; quia cùm lex privat, potest, in quem vult, conferre, secundum quod declarat Paul. de Cast. in dict. authent. *si captivi.*

(5) *Bien es que sean otros redemidos.* Nota istam rationem, quæ etiam ponitur in juribus, unde ista lex sumpta est, scilicet in dict. authent. *ut cum de appellat. cognosc.* §. *si unum de prædictis*, et potest ad alia induci.

(6) *Mas valdra.* Tenet enim ejus testamentum, licèt capti ab hostibus, quia fingitur decessisse præambula hora captivitatis, l. *lex Cornelia*, D. *de vulg. et pupill.*

(7) *Mayores de diez e ocho años.* Et non competit eis restitutio in integrum, si post istam ætatem etiam ante vigesimum quintum annum negligant, secundum Bald. in dict. authent. *si captivi*, col. 2. et sufficit, si patre existente captivo ista ætas compleatur, secundum eum ibidem; quia obsequium filii erga patrem habet tractum successivum, non instantaneum.

(8) *Vender.* Istud verbum non ita exprimitur in dicto §. *si unum de prædictis*, neque in dict. authent. *si captivi*, ubi dicitur: "qui autem redimere student, si proprias non habeant pecunias, super quibuslibet rebus ipsius in eam causam rectè contrahunt." Et sic limita istam legem, quando isti filii, vel conjuncti proprias non haberent pecunias, et inducit Bald. in dict. authent. *si captivi*, ad fideijussorem non habentem unde solvat, et timentem se poni in carcerem, quod possit vendere bona principalis, l. *si procuratorem*, §. *si ignorantes*, D. *mandat.*

(9) *En las leyes.* Non ita benè, sicut hic, ibi hoc explicatur.

LEX VII.

Hæc lex ponit decimam tertiam causam exhæredationis, scilicet si filius fiat Hæreticus, Judæus, vel Maurus. Hoc dicit. Habuit originem ab authent. *ut cum de apellat. cognosc.* cap. 3. §. *si quis de prædictis*, el 2.

(1) *Herege.* Adde dict. §. *si quis de prædictis*, et cap. *excommunicamus*, §. *credentes*, *de hæretic.*

(2) *Catholicos.* Adde l. *cognovimus*, *C. de hæret.* et in dict. §. *si quis de prædictis*, et sic habes quod filii catholici succedunt patri hæretico. Contrariam tamen cavetur de jure canonico, ut in cap. *vergentis*, *de hæret.* et in cap. *filii*, et in cap. *quicumque*, §. *hæretici*, *de hæret.* lib. 6. habetur etiam in authet. *Gazaros*, *C. de hæred.* idem tamen, quod in ista lege Partitarum, habetur etiam in l. 2. tit 26. 7. *Part.* An autem in hoc servabimus jus canonicum, vel istas ll. Partitarum? Diversæ opiniones fuerunt circa hoc; nam Gloss. 23. quæst. 7. in summ. dixit correctas esse leges in hoc disponentes, ut orthodoxi filii haberent bona parentum hæreticorum: et sequuntur ibi Archidiac. et Joan. de Fantu. Gofred. autem tenuit contrarium, scilicet, quod in bonis temporalibus serventur leges, et non canones, nisi in terris subjectis Romanæ ecclesiæ, etiam quoad jurisdictionem temporalem, ita notavit in summa, tit. *de hæret.* §. *quid si hæretici filios habeant*: et istud etiam voluit Joan. Andr. in dict. cap. *vergentis*, ubi dixit, quod in terris Imperii serventur in hoc ll. sæculares, quæ majori æquitate nituntur. Abb. verò ibidem dicit, mirandum esse de opinione Joan. Andr. quia non habet in se rationem et probabilitatem, cùm in dicto cap. *vergentis*, Papa expressè faciat mentionem de terris Imperii, et mandet Principes sæculares ad hoc compelli; neque curandum est in hoc casu de legibus, cum crimen hæresis sit merè ecclesiasticum, ut in cap. *ut inquisitionis*, versic. *prohibemus*, *de hæret.* lib. 6. et pœnæ impositio spectat ad judicem ecclesiasticum, non ad sæcularem, §. *in hoc*, 24. quæst. 2. et istud etiam tenet Alber. in dict. l. *cognovimus*, *C. de hæret.* et tenet Gloss. quam ibi Doct. communiter sequuntur, in dict. cap. *vergentis*; hoc etiam voluit glossa finalis in cap. *cum secundum leges*, *de hæret.* lib. 6. Adverte tamen, quia de jure antiquo minus dubitationis ista quæstio habere videbatur, stante dispositione dictæ authent. *Gazaros.* Attentis verò istis ll. Partitarum majus dubium videbatur; sed adhuc tenendum est, quod juris canonici dispositio in hoc servetur, cùm istud crimen sit merè ecclesiasticum, et jus canonicum hanc pœnam filiis infligit, considerans pœnam filiorum esse parentum, l. *isti quidem*, D. *quod met. caus.* et cùm idem sit in crimine læsæ majestatis temporalis, quanto magis divinæ, ut in dict. cap. *vergentis*; et ita in practica servatur: et adde Joan. Lup. de Palac. Rub. in repetit. cap. *per vestras*, super textu, col. 340. in formis minoribus, vers. *ex istis*, ubi vide per eum, an filii de æquitate debeant alimenta habere à fisco, vel filiæ dotes? Et ibi etiam, quid in filiis ante delictum hæresis à patre commissum natis.

(3) *Establescer.* Innuit hæreticum possse condere testamentum, vide l. 16. tit. 1. sup. ead. *Part.* et quæ ibi dixi.

dre ouiesse fijos que fuessen Christianos, e otros que lo non fuessen, otrosi los Catholicos deuen heredar (4) del padre, e los otros non auran ende ninguna cosa. Pero si despues desto se tornassen a la Fe (5), deuenles dar su parte de la heredad. Mas los frutos (6) que ouieren lleuado los Catholicos, entre tanto que los otros fijos fuessen Hereges, e non creyan en la nuestra Fe, non los pueden demandar. E si por auentura el padre, e los fijos fuessen Hereges, e los otros parientes (7) mas cercanos fuessen Catholicos; estonce, los que creen bien, auran la heredad, e non los otros. E si por aventura alguno fuesse Herege, el, e todos los otros parientes que ouiere, tambien los que descienden por la liña derecha, como los que suben por ella, e otrosi los de las liñas de trauiesso, fasta el dezeno grado; si este Herege atal fuere Clerigo (8), estonce heredara la Eglesia todos sus bienes, si los demandare fasta vn año (9), despues que fuere dado por Herege. E si passare vn año, e la Eglesia non los demandare, estonce auerlo ha el Rey. E si este atal fuere lego, aura el Rey otrosi todos los bienes.

LEY VIII.

Que fuerça ha el desheredamiento, quando es fecho derechamente.

Si el padre deshereda a su fijo por alguna razon qualquier, de las que diximos en las leyes ante desta, si fuere prouada (1), dezimos que deue perder porende el fijo la heredad del padre. Otrosi dezimos, que como quier que el padre pusiesse muchas razones destas sobredichas contra su fijo, quando lo desheredare: si non pudiere todo prouargelo, el, o el heredero que fuesse escrito en el testamento, abonda que sea prouada la vna cosa (2) tan solamente. Mas si por alguna otra

(4) *Los Catholicos deuen heredar.* Vide suprà in glos. 2.

(5) *Tornassen a la Fe.* Innuitur hic, quod bona debent restitui hæreticis reversis ad fidem; adde Gloss. 23. quæst. 7. in summa, quæ dicit, quod licèt bona sint ablata hæreticis, si tamen revertantur ad fidem, ex misericordia eis restituuntur, ut in cap. *ipsa pietas*, 23. quæst. 4. et nota, cùm dicit, *ex misericordia*, nam de rigore non sunt eis restituenda, ut voluit Archidiac. in cap. *si vos*, 23. quæst. 5. Adde etiam quod habetur in cap. *ad abolendam, de hæret.* et in cap. *ut officium*, versic. *si vero*, *de hæretic.* lib. 6. et cap. *ut commissi*, vers. *necnon*, et ibi Archidiac. eod. tit. et lib. et vide Dominic. in cap. *cum secundum leges, de hæret.* lib. 6. et pragmaticam Regum Catholicorum datam Cordubæ, anno Domini 1487.

(6) *Los frutos.* Facit, ut ei, cui jubentur bona restitui, veluti bannito, vel aliàs damnato, non debeant restitui fructus, et adde Alber. in authent. *idem de Nestorianis, C. de hæretic.*

(7) *Parientes.* Hoc etiam corrigitur per jus canonicum; quia nec filiis reservantur bona parentum hæreticorum, ut dixi suprà in gloss. 2.

(8) *Clerigo.* Adde cap. *excommunicamus*, §. 1. *de hæret.* ubi vide Abb. et Joan. de Ana. ubi videbis, quid faciendum de bonis clerici hæretici.

(9) *Fasta vn año.* Nota de annali præscriptione, ut etiam notat Gloss. in dict. §. *si quis de prædictis.* An autem leges istæ regiæ hoc tempus ecclesiæ præfinire possint, non est sine dubio, ex his, quæ habentur in cap. *quæ in ecclesiarum*, et in cap. *ecclesia S. Mariæ, de constit.* licèt in contrarium adduci possent ea, quæ cumulat Guilliel. Benedict. in repet. cap. *Raynutius*, super verbo *et uxorem nomine Adelasiam*, num. 240. cum sequenti. Vide quæ dicam in l. 2, tit. 26. *Partit.* 7. in gloss. penul.

LEX VIII.

Legitima causa exhæredationis à testatore inserta, et ab hærede probata, tenet exhæredatio: et si plures causæ inserantur, sufficit unam legitimam probari. Hoc dicit.

(1) *Si fuere prouada.* Adde l. *omnimodo*, *C. de inoffic. testam.* et in authent. *non licèt*, *C. de liber. præter.* et in corpore, unde sumitur, in authent. *ut cum de appell. cognos.* cap. 3. §. ult. vers. *sive igitur*; et dicit Angel. in authent. *de nupt.* §. *ingratitudinem*, collat. 4. quod sit cautus advocatus, ut semper contra filium exhæredatum faciat causam ingratitudinis probari; nam etiamsi pater in exhæredatione filii causam ingratitudinis non inseruerit, licèt testamentum ob hoc non teneat, et succedatur ab intestato, utpote exhæredatione non legitimè facta, tamen adhuc filius exhæredatus, probata causa ingratitudinis, excludetur à successione intestati, per textum in dicto §. *ingratitudinem.* Et istud dictum Angel. dicit singulare Jas. in dict. authent. *non licet*, in 7. limitat. et transibit ibi cum eo. Ego tamen semper dubitavi de veritate hujus dicti, quia videtur contra textum in dict. authent. *ut cum de appellat. cognos.* §. *aliud quoque capitulum*, collat. 8. et dict. vers. *sive igitur*: et contra ll. 4. et 10. tit. 7. *Part.* 6. et quia ingratitudo non excludit à successione intestati, l. *cognatis*, D. *unde cognati*, et tenent Guillielm. Bart. Bald. et alii in l. *fratres*, *C. de inoffic. testam.* ubi respondent ad dictum §. *ingratitudinem*: et tenet etiam, et late probat hoc Franciscus de Aretin. in l. 3. §. *filius quoque*, D. *de liber. et posthum.* tenet etiam Socin. consil. 105. incipienti, *viso processu in causa querelæ*, 3. vol. col. fin. De jure tamen isto Partitarum ingratitudo excludit fratrem etiam à successione intestati, ut in l. 12. infrà, eod. ubi vide, et quæ dixi in l. 10. infrà eod.

(2) *Una cosa.* Adde dict. vers. *sive igitur*, et cap. 4. §. *si tales*, in authent. *ut cum de appellat. cognos.* et facit ad illud dictum singulare Innoc. in cap. *in præsentia, de renuntiat.* quòd sententia lata expressa duplici causa, si una sit vera, licèt alia sit falsa, tenet sententia ex causa vera; et adde Bald. in l. 2. §. *ignominiæ*, D. *de his*, *qui notant. infam.* et inducit Bart. dictum vers. *sive igitur*, quòd si in libello plura simùl narrantur, vel mandantur, quorum alterum per se sufficit, non esse necesse omnia probari, sed alterum tantùm, et remittit ad notata in cap. *licèt causam*, *de probation.* et in cap. 2. *de rescript.* ubi vide Abb. et latè per Felin. col. 16. et 17. cum sequenti. An autem videatur quis se adstringere ad probandum eo modo, quo in libello narrat? Vide Bart. in l. *habebat*, in princ. D. *de institor.* et in dubio nemo videtur se adstringere, nisi quatenùs agere desiderat, ut tradit Bald. in l. *edita*, in 2. lectura, col. 2. *C. de edend.* et nota etiam, quòd licèt quis se adstringat ad probandum, non per hoc fundat intentionem adversarii agentis, Bald. in l. 1. *C. si advers. credit.* et vide, quod notat Jaso post Salicet. in l. *cum virum*, *C. de fideicom.* Item nota, quòd licèt pars se adstrinxerit ad probandum per testes, et instrumenta, poterit congruo tempore facere positiones, Bald. in l. 2. §. *quod observari*, *C. de juram. calumn.* vide notabilia in ista materia per Bald. in l. 1. penult. colum. *C. de condit. indeb.* ubi ad intellectum dicti cap. *licèt causam*, in verbo *se adstringit*, et ibi dat regulam, quòd ad qualitatem probandam numquam videtur quis se adstringere, nisi quando qualitas mutat speciem actionis vel exemptionis, vel facit aliquem admitti ad id, ad quòd aliàs non admitteretur: et dat etiam aliam regulam, quòd quan-

razon qualquier (3), que non fuesse de las sobredichas en estas leyes, desheredasse el padre a su fijo, non le valdria tal desheredamiento.

LEY IX.

Como, quando el fijo es desheredado en el comienҫamiento del testamento, o en la fin, se entiende que es desheredado en todos los grados de la herencia.

Grados llaman en latin, al establescimiento del heredero que es fecho primeramente, e a la substitucion que fazen despues, quando dan substituto a aquel heredero, e esto es puesto por semejanҫa (1). Ca, assi como ha en la escalera muchos grados, quel vno esta ante del otro, assi en los establescimientos de los herederos ha grados, que esta vno ante quel otro, en que son llamados substitutos: onde, si el padre deshereda su fijo, en ante del primero grado (2), o despues (3) de todos los grados de los herederos institutos, e substitutos en su testamento, entiendese (4) que es desheredado de todos estos grados sobredichos.

do plura requiruntur loco unius causæ finalis, tunc omnia sunt probanda conexim; secùs si resultent plures causæ finales, vide ibi per eum: et in causa criminali adstringere se ad ea, quæ non sunt de natura punitionis, nihil operatur, Gloss. in dict. cap. *licèt causam*, et Bald. in dict. l. penult. Vide etiam in ista materia, quod notat Bald. in l. 2. col. 1. *C. de probat.* et in l. 2. col. 6. *C. de servit.* et in l. *frustra*, et in l. *cum te minorem*, *C.* eod. tit. et in l. *testium*, col. 3. *C. de testib.* et in l. *si non*, *C. de contrahenda empt.* et Bart. in l. *qui uxori*, §. *quid tamen*, D. *de adulter.* et quod dicit Bald. in l. 1. 14. et 15. col. *C. qui accusar. non poss.* et in l. fin. *C. de fal.* et in l. fin. col. 12. *C. de edicto divi Adrian. toll.* et in l. *minoribus*, *C. de his, quibus ut indignis*, et Joan. de Plate. in l. 2. *C. de delator.* lib. 10. nota hæc, quæ collegi longo studio, et poterunt prodesse, cùm casus se obtulerit.

(3) *Otra razon qualquier.* Nota valdè istam legem, nam per ea videtur reprobari illa communis opinio, de qua dixi in l. 4. in gloss. 2. suprà, isto tit. scilicèt, quòd ex aliis causis æquè gravibus vel gravioribus, quàm in istis legibus expressis, filius possit exhæredari; nam hic apertè confunditur illa communis opinio, cùm dicit, *otra razon qualquier*: et satis benè etiam, quod dicitur in dict. §. *aliud quoque capitulum*, in princ. in authent. *ut cum de appell. cognos.* per quem textum hoc idem voluit Alexand. in dict. authent. *non licet*, col. 2. num. 4. Sed ista lex Partitarum probat hoc clariùs, cùm dicit, *qualquier*, de cujus dictionis natura est, quod intelligatur universaliter, nihil excipiendo, ut in cap. *solitæ*, *de majorit. et obedient.* tradit latè Jason. in l. *quodcumque*, D. *de verbor. obligat.* non enim sequitur ita generaliter intelligendo, aliqua inhumanitas, imò favor et exclusio exhæredationis, quæ est odiosa, ut notat Gloss. per textum ibi in l. 2. D. *de liber. et posthum.* neque sequeretur aliquid absonum, neque oporteret per aliam legem aliquam restrictionem facere; imò expressè excluduntur omnes aliæ ingratitudines per ll. expressæ, ut in dict. §. *aliud quoque capitulum*, et sic cessant limitationes, quæ dantur ad id, quòd habetur in dicto cap. *solitæ*. Hanc etiam opinionem ultra Alexand. ubi suprà, tenuit Hostiens. in summa, *de testam.* §. *qualiter infirmetur*, in 6. col. ibi: *sed et si alia causa*, quem Felinus dicit ad hoc à nemine allegatum, in cap. *pastoralis*, column. 1. *de rescript.* et facit, quod notat Salicet. in l. *fratres*, in 3. opposit. *C. de inoffic. testam.* Quid autem de filia, vel filio, quæ nupsit contra voluntatem patris, an possit exhæredari? Vide l. antepenult. et penult. tit. 1. 4. *Part.* et quæ ibi dixi. Quid autem si exhæredatio fieret in favorem filii, vel ipso filio volente? Vide per Alexand. quòd tunc etiam extra istos casus teneat, in authent. *non licèt*, col. 1. et 2. *C. de liber. præterit.*

LEX IX.

Exhæredatus ante substitutionem, vel post omnes gradus substitutionis, videtur ab omnibus gradibus exhæredatus. Hoc dicit.

(1) *Por semejanҫa.* Adde l. *Jurisconsultus*, §. *gradus*, D. *de gradib. affinitat.*

(2) *Ante del primero grado.* Azo *C. de liber. præterit.* in summa, dicit. Item fieri debet exhæredatio ab omnibus hæredibus, non ab unius persona tantùm, D. *de liber. et posthum.* l. 3. §. *filius.* Item fieri potest ab omnibus gradibus hæredum, quod est, si fiat exhæredatio ante gradus omnes, vel post gradus omnes, vel intra gradus: et est tunc inter gradus, quando persona præcedens exhæredationem est in alio gradu, quàm persona, quæ sequitur exhæredationem, dict. l. 3. §. *filius*, et §. *ante*, et §. *in eo*, et *C.* eod. l. 1. et vide de hoc per Gloss. et Doctor. in dict. l. 1.

(3) *O despues.* Adde dict. §. *filius*, et dicta l. 1. *C. de liber. præterit.*

(4) *Entiendese.* Ita quòd dicebat Gloss. in dict. l. 1. quòd nec probatio in contrarium admitteretur, cùm exhæredatio facta fuit post omnes gradus; sed communiter Doctores ibi tenent contrarium, et in dict. §. *filius.* Si verò exhæredatio fiat à persona unius ex hæredibus, non valet, ut dixi in gloss. 1. cum enim exhæredatio sit ab hæreditate exclusio, ut in l. *quidam cum filium*, D. *de verbor. obligat.* non valet, si à persona tantùm fiat, argum. l. *cum quidam*, D. *de liber. et posthum.* et quia si respectu illius, à quo fit, valeret, et respectu alterius non valeret, esset dicere, quòd quis decederet pro parte testatus, et pro parte intestatus, contra regulam l. *jus nostrum*, D. *de regul. juris.* Si tamen unus tantùm esset institutus, tunc valeret exhæredatio, licèt ab illius persona etiam proprio nomine nominata fieret, arguendo à contrario ex dispositione dicti §. *filius*, et l. *non putabit*, §. *si ab uno ex hæredibus*, D. *de bonor. poss. contr. tabul.* l. *si à primo*, D. *de liber. et posthum.* et idem esset, si plures essent instituti, et ab omnibus etiam proprio nomine nominatis fieret exhæredatio, ut probatur in l. penult. D. *de injusto rupto.* Item ex ista lege cum ejus concordantiis, nota, quòd clausula in principio, vel in fine apposita, refertur ad omnia in scriptura contenta, et adde l. *si quis ex argentariis*, §. *si initium*, D. *de edend.* et l. *talis scriptura*; et ibi plenè notata, D. *de legat.* 1. Item clausula in medio capitulorum posita, refertur ad præcedentia, et sequentia, ut in dict. §. *filius*, et cap. *secundo requiris*, *de appellat.* et procedunt prædicta etiam in pœnalibus dispositionibus, quando ipsamet clausula continet dispositionem pœnalem, adeo quòd non potest dispositio censeri repetita sine pœna; sed quando pœna esset distincta à dispositione, tunc non refertur ad capitula sequentia, gloss. magna in Clement. 2. ad fin. juncta glossa fin. *de vita, et honest. clericor.* est tamen Gloss. contraria in cap. *de multa*, *de præbend.* quam dicit veriorem ibi Abb. col. fin. ubi nota, quòd si in fine alicujus statuti finalis fit aliqua additio, quòd pœna apposita in principio videtur repetita in illa aditione, ex quo enim adjicitur, videtur, quòd sit pars illius statuti, quod intelligit, cùm ponitur in statuto verbum *adjicientes* vel simile; vide latè in materia per Alexand. in dict. l. *talis scriptura*, et per Felin. in cap. *causam quæ*, *de rescript.* ubi etiam Abb. column. 2. vide etiam per Abb. in cap. *ecclesia vestra*, 6. notab. ubi bonus textus, *de election.* et quod dicit Gloss. in cap. *constituimus*, 3. quæst. 5. et vide, quod dicit Bald. notabiliter in l. 1. *C. de legitim. hæred.* et in §. penult. *si de feud. fuer. controv. inter domin. et ag-*

LEY X.

Como el testamento en que el padre non deshereda a su fijo, nin fabla del, non vale.

Præteritio, en latin, tanto quiere dezir en romance, como pasamiento que es fecho calladamente, non faziendo el testador mencion en el testamento, de los que auian de heredar lo suyo por derecho. E esto seria, como si el padre establesciesse algund estraño (1), o otro su pariente por su heredero, non faziendo enmiente de su fijo, heredandolo, nin desheredandolo (2). Pero el testamento que fuesse fecho en esta manera, non valdria (3); e porende ha menester, que quando el padre

nat. et per Bart. in l. *si servus*, §. *eritque differentia*, D. *de vi bonorum raptor.* et in l. *mariti*, §. *hoc quinquennium*, D. *de adulter.* et in l. *si legatum*, D. *de annuis legat.* et in l. fin. §. penult. D. *de libertat. legat.* Adde etiam de pœna in fine apposita Joan. de Plat. in l. penult. *C. de aquæ ductu*, lib. 11. et quod etiam de clausula in fine apposita dicit Bart. in authent. *ut liceat matri, et aviæ*, §. fin. collat. 8. et notabiliter per eumdem Bart. et Paul. in l. fin. ubi bonus textus, D. *de reb. dub.* et Bald. in l. 1. D. *de constitut. Princ.* et quod dicit Bald. in l. *quisquis*, *C. si certum petat.* et adde, quod habetur in cap. *inquisitioni*, *de appel.* Et nota, quod quando commodè non possunt referri verba clausulæ sequentis ad præcedentes, non fit ista relatio, seu repetitio, l. 1. §. 8. vers. *hoc edicto*, D. *de postul.* Gloss. et Doctor. in l. *si idem cum eodem*, D. *de jurisd. omn. judic.* Item quando præcedentes clausulæ habent suam propriam, et specialem determinationem, generalis clausula sequens non refertur ad illas, l. *doli clausula*, D. *de verb. obligat.* l. *talis scriptura*, et ibi Bart. D. *de legat.* 1. cap. *cum dilecti de donat.* ubi Cardinal. et Imol. Bald. in l. 1. *C. de legitim. hæred.* et quando verba, quæ sunt in ultima clausula, non sunt per se principaliter posita, sed ad aliam dispositionem qualificandam, ut quia conditionalis modus inseritur legato ultimo loco apposito, tunc ad ultimo loco positum tantùm refertur, l. *filium*, D. *quando dies legat. cedit*, Bart. in l. fin. D. *de rebus dub.* Item neque referuntur, quando ex tali relatione annullaretur præcedens dispositio, Paul. de Castr. in dict. l. fin. et in l. 1. *C. de liber. præterit.* Item si clausula apponitur in medio alicujus capituli, ad solum illud capitulum refertur, dict. l. 3. §. *filius*, Glos. Bart. et Doctor. communiter in dict. l. 1. *C. de liber. præterit.* Abb. in dict. cap. *secundo requiris*, et eleganter consil. 75. incipit, *illud de jure quæritur.* In his locis reperies in ista materia multa notanda, quæ sparsim dispersa hic collegi, quæ cum casus occurrerit, dabunt tibi honorem.

LEX X.

Si in exhæredatione causa specialiter non designatur, vel designata non probatur, repellitur institutus, et succedit exhæredatus; licèt hæres, quando non est expressa causa per testatorem, se offerat justam causam exhæredationis probaturum: et idem si filius est præteritus. Hoc dicit.

(1) *Estraño.* Idem dic, si institueret alios filios, et unum præteriret, l. *si post mortem*, §. fin. D. *de bonor. poss. contra tabul.*

(2) *Heredandolo, nin desheredandolo.* Habes hic, quòd præteritus dicitur, qui non fuit institutus, neque exhæredatus, unde licèt de eo aliàs facta sit mentio in testamento, dicitur filius præteritus, l. *quidam*, et ibi notat Bart. *C. de fideicom.* idem Bart. in l. 3. *C. de liber. præterit.* Bald. in authent. *ex causa*, column. 1. *C.* eod. et procedit etiam, si relinqueretur hæreditas filio præterito per fideicommissum, l. *ita tamen*, §. *qui rogatus*, et ibi Bart. et Paul. D. *ad Trebell.* An autem filius, cui pater in vita dedit suam legitimam, possit adhùc tanquam præteritus dicere testamentum nullum? Bart. in l. *Gallus*, §. *et quid si tantùm*, col. 4. vers. *præterea posito*, dum allegat l. *Papinianus*, §. *quarta*, D. *de inoffic. testam.* velle videtur, quòd non, et ibi etiam notant alii Doctor. post eum: ille enim, cui non debetur legitima, non potest regulariter impugnare testamentum, eo quòd tunc nulla sibi fit injuria, et ita etiam consulendo tenet Alexand. consil. 180. incipit, *visis duobus instrumentis*, vol. 5. col. 2. Decius, consil. 86. num. 2. Tu adde, quòd hoc probatur in l. *cum quæritur*, *C. de inoffic. testam.* et limita, nisi turpis persona esset à patre instituta; nam tunc filius, etiam si sibi sit relicta integra legitima, poterit agere querela ad residuum odio instituti, per l. *Paconius*, D. *si quis à parente fuer. manum.* idem tenet Paul. in l. *fratris*, *C. de inoffic. testam.* sicut etiam est in fratre, instituta turpi persona, secundum eumdem Paul. quod nota. Contrarium tamen in fratre voluit Salicet. in l. *fratres*, *C. de inoffic. testam.* 4. quæst. ad fin. idem etiam volens in filio, et respondet ad l. *Paconius*, quòd loquitur, quando pater ex toto erat præteritus: et istud etiam in fratre tenet Bart. in §. 1. in authent. *de hæred. et Falcid.* et Angel. in dict. l. *fratris*, et istud videtur verius, tàm in filiis, quàm in fratribus.

(3) *Non valdria.* Intellige, sive filius præteritus sit in potestate ut in l. *inter cætera*, D. *de liber. et posthum.* et l. 1. D. *de injust. rupt.* sive sit emancipatus, hodie per jura authenticarum, et per istam legem indistinctè loquentem, et tenet Bart. in dict. l. 1. et in l. *Gallus*, §. *in omnibus*, D. *de liber. et posthum.* Limita tamen istam legem per textum singularem, secundum Bart. ibi in l. *si duobus*, §. *si prius*, D. *de bonor. poss. cont. tabul.* et per illum textum inferebat quidam solemnis advocatus, et satis doctus, quòd si pater habens facultatem faciendi majoriam in primum filium vel secundum, et eorum descendentes, quòd si fecit per viam testamenti majoriam in primum filium, et ejus descendentes, et deinde mortuo isto filio, relicto nepote ejus filio, pater fecit secundam testamentum, in quo præteriit quemdam alium filium, monachum novitium fortè in ordine Sancti Francisci, et fecit illam majoriam in secundum filium, quòd tenebit majoria secundo loco facta, et non prima, per illum textum; quod procederet, si teneremus opinionem Paul. de Castr. consil. 327. incipit, *dubium facit*, vol. 1. §. *si quis autem*, l. *hac consultissima*, *C. de testam.* procedat, etsi in primo testamento essent instituti venientes ab intestato; cujus contrarium tenet Alexand. in dict. §. *si quis autem*, in fin. ut dixi in l. 22. tit. 1. suprà, ead. *Partit.* fortè tamen conservaretur majoria secundi testamenti, quando non esset facta per viam institutionis, per authent. *ex causa*, *C. de liber. præter.* secùs si per viam institutionis; cogita. Et quid si pater tendens ad mortem, fecit majoriam in filium, ipsumque gravavit, ut daret mille filio spurio; contigit, quòd testamentum, in quo facta est majoria, rumpitur ex causa præteritionis, vel allegatur aliàs, quod ille spurius non potest habere, quia haberet plusquam filii legitimi, et sic est obtentum; cujus lucro cedent ista mille, an majoriæ, vel ad lucrum aliorum filiorum? Et videtur, quòd lucro filiorum, per textum in l. *hi quibus*, secundum lecturam, Gloss. 2. et Bart. in l. 3. §. *item si quis*, D. *de legat. præstand.* Quid autem si filius præteritus taceat per annum, an excludatur à jure dicendi nullum? Gloss. in l. *si impubes*, §. fin. D. *de Carbonian. edict.* vult, quòd excludatur: et cum illa glossa transit Bart. in l. *filio præterito*, col. penult. versic. *si verò tanto tempore non taceat*: et hoc etiam tenet idem Bart. in l. *uxoris*, *C. de posthum. hæred. instit.* et l. *nonnumquam.* Bald. verò in l. 1. *C. de legitim. hæred.* argumento illius legis, dicit Bartolum pessimè locutum in hoc, in dict. l. *filio præterito*, et ponderat, quòd Gloss. in dict. §. fin. l. *si impubes*, dixit *interim*, ex quo patet fuisse de mente Glossæ, quòd adhùc dici possit testamentum nullum; interim tamen donec dicatur nullum, et postquam per cursum anni præteritus est exclusus contra tabulas, benè valet testamentum æquitate Prætoris; ita quòd interim institutus

quisiesse que vala su testamento, e ouier sabor de desheredar su fijo en el, que muestre razon cierta por que lo faze, nombrandola, diziendo señaladamente (4) que por aquella razon lo deshereda; ca de otra guisa non valdria (5) el testamento. Pero dezimos, que maguer diga el padre en su testamento razon cierta, por que deshereda su fijo, o su nieto, que non deue ser creydo, a menos de la prouar (6) el mesmo, o aquellos que establescio por sus herederos. E si por ventura el padre non dixesse en su testamento razon cierta, por que desheredaua a los que descienden del, o por que non fazia enmiente dellos (7) en su testamento, non la podria despues mostrar (8) el heredero, nin deue ser oydo sobre esta razon; maguer diga, que el prouara contra el fijo, que erro en tal manera contra el padre, por que deuia ser desheredado: ante dezimos, que el fijo deue auer la heredad de su padre, e el otro estraño, que fue escrito en el testamento, non deue auer ninguna cosa.

LEY XI.

Por quales razones puede el fijo desheredar al padre, de los bienes que ouiesse apartadamente, e por quales non.

Ocho razones son ciertas, por que los fi-

etiam movet actiones, et lucratur fructus hæreditatis; et istum dicit esse casum singularem in dict. §. fin. incipienti, *quæsitum*. Et idem tenet Bald. in l. 2. col. 1. *C. de bonor. poss. cont. tabul.* ubi Alexand. col. 9. versic. *juxta prædicta est videndum*, tenuit idem post Bald. Ang. Paul. de Castr. et Ludovic. et Francis. de Rampo. et Imol. in dict. l. *filio præterito*, et alios per eum relatos, ubi latè de intellectu dicti §. *quæsitum*; et cùm per præteritionem filii testamentum sit nullum, non potest hæreditas adiri, vide in l. *ventre*, D. *de acquir. hæred.* et in l. *illud*, §. fin. D. *de bonor. poss. cont. tabul.* quæ notat Gloss. et ibi Doctor. in l. 2. *C. de bonor. posses. cont. tabul.* in gloss. fin. Et quid si filia præterita nolit dicere testamentum nullum; an possit petere dotem ab extraneo hærede instituto? Vide Bald. quòd sic, in l. fin. *C. de dot. promiss.* An autem præteritus possit approbare testamentum in præjudicium fratrum, quibus est aperta via? Vide per Bald. in dic. l. 2. *C. de bonor. poss. contra tabul.* col. 1. ubi tenet, quòd non, per l. *si post mortem*, §. fin. D. *de bonor. posses. contra tabul.* in quo sunt opiniones: vide per Alexand. in dict. l. 2. col. 2. vers. *subsequenter quæritur*.

(4) *Señaladamente.* Adde dict. authent. *non licèt*, et in corpore, unde sumitur, et intellige, et limita, quando filius venit per modum hæredis, secùs enim, si beneficio legis vocetur ad aliquid; nam tunc repellitur ingratus, etsi nulla fieret expressio causæ, ut in l. fin. et ibi Baldus, 2. lectur. *C. de secundis nupt.*

(5) *Ca de otra guisa non valdria.* Approbatur hic opinio Joan. de qua in authent. *ex causa*, *C. de liber. præterit.* et est opinio communis, de qua per Bart. et alios, in l. 1. D. *de testam.* et per Bald. et Salicet. in dict. authent. *ex causa*, et reprobatur opinio Fulgosi ibi, et Joan. de Imol. in dict. l. 1. qui dicebant, quòd etiam hodie, quando filius est exhæredatus sine expressione causæ legitimæ, nihilominùs valet testamentum, et opus sit, illud per querelam rescindere.

(6) *De la prouar.* Vide, quæ dixi in l. 8. suprà eod. et est liquido probanda ingratitudo, ut in dict. l. fin. *C. de secund. nupt.* ubi Bald. quòd non possit in defectum probationis deferri juramentum, ex quo lex exigit liquidam probationem: et ratio hujus legis est ideò, quia filii habent legitimam à lege; et ideò est probanda, et non statur solo dicto testatoris, aliàs verò staretur etiam sine alia probatione, ut in l. *Divi*, et ibi Bart. D. *de adimend. legat.*

(7) *O porque non fazia enmiente dellos.* A contrario ergò si præteritio fieret causa legitima ingratitudinis inserta, teneret testamentum, et probata causa filius excluderetur, vide per Gloss. in authent. *de hæred. et Falcid.* §. *exhæredatos*, et formam apponendi causam in præteritione ponit Bald. in authent. *ex causa*, column. 6. *C. de liber. præterit.* ut si testator dicat, *talem filium meum ideò non institui, quia me vulneravit*: vel si dicat, *ideò eum prætereo*, vel *non instituo*, *neque exhæredo*, *quia*, *etc.* si enim apponeret verba privativa, tunc esset exhæredatio, et non præteritio, et cùm ista lex Partitarum indistinctè loquatur, videtur, quod, etiam hoc procedat, etsi filius in potestate sit præteritus, dummodo causa legitima præteritionis inseratur. Glossa tamen in dict. §. *exhæredatos*, super verbo *voluit*, tenet contrarium in filio in potestate; imo quod testamentum ipso jure non valeat, si prætereatur filius in potestate etiam causa expressa; quam glossam ad hoc dicit singularem Alexand. in dict. authent. *non licet*, col. 4. ubi dicit, hanc esse communem opinionem; licèt asserat benè esse fatendum secundum Angel. ibi, et Paul. de Cast. in authent. *ex causa*, *C. de liber. præter.* et in l. 3. eod. titul. quod si causa expressa in præteritione probaretur, excluderetur filius à jure dicendi nullum, sicut excluditur à querela, quando probatur causa expressa in exhæredatione: vide ibi latè per Alexand.

(8) *Non la podria despues mostrar.* Nota benè ad id, quod dixi in l. 8. suprà, eod. in gloss. 1. et adde in authent. *ut cum de appellat. cognosc.* cap. 3. §. fin. vers. *sive igitur.* Quid autem si nullo condito testamento, pater decedat; an ingratitudo probata per succedentes ab intestato repellet filium ingratum à successione intestati? Ista lex non aperit, quia loquitur, quando fuit conditum testamentum, et in eo non fuit servata forma in exhæredatione, vel præteritione filii; quo casu vult, quod licèt res reducatur ad causam intestati, filius succedat patri, et non hæres scriptus; quando vero non fuit à patre factum testamentum, sed decessit ab intestato, lex ista nihil dicit: quo casu videtur dicendum, quod si ingratitudo possit probari per succedentes ab intestato, repelletur filius; sicut etiam repelleretur frater in successione ab intestato fratris, ingratitudine probata, ut infrà eod. l. 12. in fin. et isto casu salvari potest dictum Angel. in §. *ingratitudinem*, in authent. *de nupt.* de quo dixi suprà eod. in l. 8. In contrarium tamen facit l. *omnimodo*, *C. de inoffic. testam.* ubi habetur expressè, quod ingrati non repelluntur à successione, nisi testator eos exhæredaverit; nam si nullam eorum, quasi ingratorum, fecerit mentionem, non licebit ejus hæredibus, ingratos eos nominare: sed potest responderi, quod illa lex similiter loquitur, quando fuit conditum testamentum, et non loquitur, quando succeditur ab intestato, quia testator non fecit testamentum: licèt adhùc posses instare, si filius non repellitur à successione, redacto testamento, in quo filius non fuit ritè exhæredatus, ad causam intestati, et sic in casu, quo pater ostendit signa ingratitudinis, ut in l. *si defunctus*, *C. de suis, et legitim. hæred.* à fortiori non debet excludi, quando nulla mentio facta fuit, neque exhæredationis, neque ingratitudinis. Item quod id, quod lex duodecima statuit in fratre, non videtur extendendum ad filios, seu alios descendentes, seu ascendentes, quibus debetur legitima, et hæreditas est eis quasi debita, l. *scripto*, D. *unde liberi*, et inter quos est major pietas, quàm inter fratres; et istud videtur tenendum tanquam æquius, et verius.

LEX XI.

Hæc lex ponit octo casus ingratitudinis, quibus filius

jos pueden por qualquier dellas, desheredar sus padres, e sus madres, o los parientes de quien descienden, de aquellos bienes que fueron suyos propriamente. E pues que en las leyes ante desta mostramos las razones por que los padres pueden desheredar los fijos, porende conuiene que mostremos, quales son estas ocho razones. E dezimos, que la primera razon es, si el padre se trabaja de la muerte de su fijo, acusandole que auia fecho tal yerro, por que deue morir, o perder algun miembro (1); fueras ende, si la acusacion fuesse fecha sobre cosa que tocasse a la persona del Rey. E la segunda razon es, si el padre se trabaja (2) de muerte de su fijo, queriendolo matar con yeruas, o con fierro, o con algund maleficio, o de otra manera qualquier que fuesse. La tercera es, quando el padre yoguiere con la muger, o con la amiga (3) de su fijo. E la quarta (4) razon es, quando el fijo quiere fazer testamento, de los bienes de que ha poder de lo fazer con derecho, e el padre lo estorua por fuerça, de guisa que lo non pueda fazer. La quinta es, si el marido se trabaja de muerte de su muger, o la muger de muerte de su marido, dandole yeruas, o de otra manera qualquier. Ca por tal razon puede el fijo destos desheredar (5) qualquier de los que desto se trabajasse. E la sesta razon es, quando el padre non quiere proueer al fijo desmemoriado (6), o loco, de las cosas que le son menester. La setena es, quando el fijo cayesse en catiuo, e el padre non le quisiesse redemir. Ca desheredarle puede por tal razon el fijo. E todas aquellas cosas que dichas son en las leyes (7) deste titulo, que fablan del padre, quando cae en catiuo, que deuen ser guardadas en los bienes del padre, essas mesmas han lugar, e deuen ser guardadas en los bienes del fijo que cayere en catiuo, si muriesse en catiuidad, o si saliesse ende ante que muriesse. La octaua razon es, quando el padre es Herege (8), e el fijo es Catholico; ca puedelo desheredar el fijo por esta razon. E sobre todo dezimos, que quando el fijo quiere desheredar a su padre, que ha menester, que diga señaladamente (9) alguna de las ocho razones sobredichas, por que lo faze, e que sea aueriguado; e si non lo fiziere assi, non valdra el testamento (10) quanto en el desheredamiento del, mas las mandas, e las otras cosas (11) que el testador establesciesse en el testamento, son valederas.

LEY XII.

Como el ome puede desheredar a sus hermanos, con razon, o sin ella.

Las razones por que pueden ser deshere-

potest parentem exhæredare: et habuit ortum ab authent. *ut cum de appell. cognos.* cap. *justum autem perspeximus.*

(1) *O perder algun miembro.* Hoc non dicitur in dict. cap. *justum autem*, in authent. *ut cum de appellat. cognos.* à quo ista lex sumpta est; solum dicitur, *si parentes liberos in interitum vitæ tradiderint*, unde tu nota istam legem in hoc, et ad id, quod dixi in l. 4. suprà eod. An vero etiam sit justa causa exhæredationis in filio contra parentem, si parens eum criminaliter de gravi crimine accusaverit, inferente exilium vel infamiam, licèt non possit sequi mors, vel membri mutilatio, prout etiam habetur in filiis, suprà eod. in dict. l. 4. et in cap. 3. §. *si eos*, in authent. *ut cum de appellat. cognos.* videtur, quod sic, ex natura correlativorum, nam pater et filius sunt correllativa, quia non potest stare unum sine alio, quæ est regula cognoscendi correlativa, ut tradit Jason. in l. 4. §. *Cato*, col. 19. D. *de verbor. obligat.* ubi ponit exemplum de patre et filio, et domino et servo; et etiam in pœnalibus, et in correctoriis fit extensio de uno correlativo ad aliud, ut late dicit Jason. in l. fin. *C. de indicta viduit. tollend.* In contrarium tamen facit ista lex et dictus §. *si eos*, quæ voluerunt diversificare istum casum inter patrem et filium: et quia major reverentia debetur à filio patri: et gravius est filium accusare parentem, quàm parentem filium; et quando in correlativis est diversa ratio, dispositum in uno non extenditur ad aliud, Bart. in dict. §. l. fin. per l. fin. *C. de rescindend. vendit.* Unde etiam dicebat Bald. in l. *quicumque*, col. 4. *C. de servis fugitiv.* quòd si statuto cavetur, quòd filii bannitorum expellantur de civitate, non expellentur filiæ fœminæ; quia non est eadem ratio præsumenda, ex quo minor audacia est in mulieribus, ut in l. *quisquis*, *C. ad leg. Jul. majest.* Præsumitur etiam, patrem non ita pravè filium accusaturum, cùm nullus amor vincat paternum, l. fin. *C. de curator. furios.* l. *isti quidem*, D. *quod met. caus.* facit optimè l. *si filius*, et quod ibi Bald. *C. de patria potestat.*

(2) *Se trabaja.* Adde, quod habetur supra eod. l. 4. et in dict. cap. *justum autem*, §. *si parentes.*

(3) *Amiga.* Adde dict. cap. *justum autem*, §. *si pater*, et suprà eod. l. 4.

(4) *La quarta.* Adde dict. cap. §. *si parentes filios*, et suprà eod. l. 4.

(5) *Desheredar.* Nota istam causam, et an possit hoc casu filius accusare parentem, qui tale delictum commisit? Vide quæ notat Salicet. in l. *iniquum*, *C. qui accus. non pos.* et quæ dicam in l. 2. tit. 1. 7. *Partit.*

(6) *Desmemoriado.* Adde dict. cap. *justum autem*, §. *si liberis*, et authent. *liberi*, *C. de episcop. audient.* et suprà eod. l. 5.

(7) *En las leyes.* Suprà eod. l. 6. et in dict. cap. *justum autem*, et authent. *si captivi*, *C. de episc. et cleric.*

(8) *Herege.* Adde dict. cap. *justum autem*, §. *si quis*, et suprà eod. l. 7.

(9) *Señaladamente.* Adde dict. cap. *justum autem*, et in authent. *non licet*, *C. de liber. præter.*

(10) *Non valdra el testamento.* Approbat opinionem communem, de qua per Alexand. in authent. *ex causa*, colum. 3. *C. de liber. præterit.* contra Joan. de Imol. qui aliud voluit in l. *filio præterito*, D. *de injust. rupt.*

(11) *Mas las mandas, e las otras cosas.* Adde dict. cap. *justum autem*, §. *si tales*, et in authent. *ex causa*, *C. de liber. præterit.* et l. fin. tit. 8. infrà ead. *Partit.*

LEX XII.

Potest frater fratrem suum in testamento suo præterire, seu exhæredare cum causa, vel etiam sine causa, nisi malæ vitæ, aut diffamatum instituat, vel servum; tunc enim per querelam inofficiosi rupto testamento succedet frater, nisi

dados los parientes que descienden, e que suben por la liña derecha, mostramos fasta aqui. E agora queremos mostrar, en que manera pueden ser desheredados los que estan en la liña de trauiesso, assi como los hermanos. E dezimos, que el vn hermano puede desheredar al otro con razon, e sin razon (1). E aunque non fiziesse mencion del en el testamento, puede dexar lo suyo a quien quisiere, quando non ouiere fijos, nin otros que descendiessen del de la liña derecha, nin padre, nin auuelos; fueras ende, si establesciesse por su heredero atal ome, que fuesse de mala vida, o enfamado (2). Ca estonce non valdria el establescimiento de tal heredero; ante dezimos que el hermano (3) puede quebrantar el testamento (4), e auer la heredad (5) de su hermano, prouando esto ante el Judgador assi como deue. Pero tres razones (6) son, por que se non quebrantaria el testamento en que el hermano ouiesse establescido por su heredero a ome, maguer fuesse enfamado (7), o de mala vida. La primera (8) es, si el testador ouiesse desheredado a aquel su hermano, por razon que se ouiesse trabajado de su muerte en alguna manera. La segunda es, si en algun lugar, o tiempo, le ouiesse acusado criminalmente a muerte, o perdimiento de miembro. La tercera es, si le ouiesse fecho perder la mayor partida de sus bienes; e aunque los non perdiesse, si non finco por el de gelos fazer perder. Ca por qualquier destas tres razones sobredichas, que fueren aueriguadas, puede el vn hermano desheredar al otro, maguer establesciesse a ome mal enfamado por heredero. E aun dezimos, que si pudiere ser prouado, quel hermano erro contra el otro en alguna de las tres maneras que diximos, que si el hermano a quien es fecho el yerro, muriesse sin testamento (9), non podria el otro

in fratris morte captavit, aut eum criminaliter de casu mortis, vel membri accusavit, vel majorem partem bonorum eum perdere fecit, aut posse suum ad hoc posuit: nec in aliquo istorum casuum vivus potest succedere fratri ab intestato, si probetur. Hoc dicit.

(1) *Sin razon.* Adde l. 2. suprà, eod. et l. *fratres*, et l. *fratris*, *C. de inoffic. testam.* et authent. *de hæredib. et Falcid.* in princip. et in l. 1. D. *de inoffic. testam.* et *Institut.* eod. §. 1. vers. *soror.*

(2) *De mala vida, o enfamado.* Adde dict. l. *fratres*, ibi: *si scripti hæredes infamiæ, vel turpitudinis, vel levis notæ macula asperguntur*, et l. 2. tit. infrà proximo, et dicuntur turpes personæ meretrices, ut in l. *Paconius*, in princ. D. *si quis à parent. fuer. manum.* et omnes infames, sive sit infamia facti, vel juris, Gloss. et Doctor. in dict. §. *soror*, et in dict. l. *fratres*, Joan. Fabr. etiam in dict. §. *soror*, dicit comprehendi etiam excoriatores equorum, lusores, ebrii, brigosi, dissoluti, et malæ vitæ et inhonestæ: unde etiam mulier, quæ passa est secum commisceri, licèt sine quæstu, sed solùm ardore libidinis, dicetur turpis secundum eumdem Joan. Fab. Item et usurarii secundum Bald. et Salic. in l. *improbum*, *C. de his, qui notant. infam.* Item filius ex sacerdote, secundum Jason. qui alios refert in dict. l. *fratres*, ad fin. et idem si frater instituerit suam concubinam, vel aliquem exbannitum, aut damnatum de vulnere, seu aliqua violentia, vel de alio maleficio infamiam irrogante, ut tradit Angel. in dict. l. *fratres*, in princ. et in l. 1. in fin. D. *de inoffic. testam.* et adverte cùm Angelus dicit condemnatum de vulnere; nam si non esset condemnatus ex eo, quòd tantùm vulneravit, non censetur vilis persona, quia hoc non probatur jure, ut dicit Philipp. Corn. consil. 176. in causa *querelæ*, 4. volum. num. 8.

(3) *El hermano.* De utroque conjuncto intellige, vel saltim consanguineo ex eodem patre, non de uterino tantùm, prout habetur in dict. l. *fratres*, de qua ista sumpta est. Item intellige de fratre nato ex legitimo matrimonio, secundum Bald. et Salicet. et Jas. in dict. l. *fratres*, et Angel. in l. D. eod. non ergo procedet in fratre naturali, licèt legitimatum per rescriptum Principis, secundum Salicet. et Jason. in dict. l. *fratres*, per l. *communium*, in princ. *C. de natural. liber.* Intellige etiam de fratre primi gradus, non de filiis fratrum, l. *fratris*, *C. de inoffic. testam.*

(4) *El testamento.* Idem dic, si faciat frater, donationem inofficiosam turpi personæ, vide Gloss. et ibi Bart. in authent. *de immens. donation.* collat. 7. in gloss. super verbo *filiorum*: et intellige sive frater sit præteritus, sive exhæredatus, secundum Salicet. et Paul. de Cast. et alios in dict. l. *fratres*. An autem rupto testamento per querelam à fratre præterito vel exhæredato, debeantur legata, per authent. *ex causa*, *C. de liber. præterit.* et ut habetur suprà eod. l. proxim. et l. fin. tit. 8. infrà, ead. *Partit.* Salic. disputat in dict. l. *fratres*, quæst. 4. et dicit de rigore juris non deberi, sed quòd pars contraria est æquior, et quod iste articulus egeret decisione principali; vide ibi laté per Jason. dum tenet communem opinionem esse, quòd legata non debeantur, et sic quod dicta authent. *ex causa*, non habeat locum in fratribus turpi persona instituta; et benè facit ad hoc dicta l. fin. tit. 8. infrà eod.

(5) *La heredad.* Approbatur hic opinio Guilliel. relati à Paul. de Cast. in dict. l. *fratres*, ut non solùm revocetur testamentum per querelam quoad legitimam fratri debitam, sed etiam quoad omnia bona; et idem tenet Bart. seu ille, cujus est illa lectura in authent. *de hæredibus, et Falcid.* in princ. col. 3. per l. *Paconius*, D. *si quis à parent. fuer. manumiss.* in princ. Et quid si aliquid fuit fratri relictum, an tunc agat tantùm ad supplementum, sicut etiam agit filius, per l. *omnimodo*, *C. de inoffic. testam.* et l. 5. tit. 8. ead. *Partit.* Glossa, quòd tantùm agit ad supplementum, in dict. l. *omnimodo*, super verbo *personis*; et ista est magis communis opinio, ut attestatur Corneus, consil. 176. *in causa querel.* 4. vol. et tenet Bart. in dict. authent. *de hæredib. et Falcid.* in princ. col. 3. licet contrarium tenuerint Guilliel. et Salicet. in dict. l. *fratres*.

(6) *Tres razones.* Sumptum est ex authent. *de nupt.* cap. 46. §. *ingratitudinem*, et cap. 47. collat. 4. An autem vilitas vitæ, et infamia, quæ ante dictum §. *ingratitudinem*, repellebat fratrem egentem querela, ut in l. *in arenam*, *C. de inoffic. testam.* hodie eum repellet? Salicet. disputat in dict. l. *fratres*, in 3. oppos. et concludit quòd sic, et quòd talis causa non sit correcta, cùm sit quædam causa intrinseca à lege inventa per correlationem ad turpitudinem instituti; unde potest dici innata per regulas juris naturalis, et civilis, quibus dicimus nihil dolosius doloso, licèt ergo repellantur secundum eum aliæ causæ similes istis expressis, quæ ex rei natura non veniunt, sed à facto extrinseco, non repellitur dicta causa extrinseca, et velut innata.

(7) *Enfamado.* Approbat quod Glossa in tertio intellectu dicit in dict. cap. 47.

(8) *La primera.* Aliquantulum latiùs ponuntur hic istæ tres causæ, quàm in dict. cap. 47. ubi tantum dicitur: "qui mortem voluit fratri, aut criminalem inducere contra » eum inscriptionem, aut substantiæ ejus properavit inferre » jacturam"; ideo tene menti istam legem.

(9) *Sin testamento.* Habes hic, quòd ingratitudo ex causis suprà scriptis, repellit fratrem etiam à successione ab intestato, et sic approbat ista lex primum intellectum Glossæ

que auia errado contra el, demandar, nin heredar ninguna cosa de los bienes del, por razon del parentesco.

LEY XIII.

Por que razon deuen perder los herederos la herencia que deuian auer.

Seis razones principales mostraron los Sabios antiguos, que por cada vna dellas deue perder el heredero la herencia del finado. La primera (1) es quando el señor de los bienes fue muerto (2) por obra, o por consejo de algunos de su compañia, si el heredero, sabiendo (3) esto, entrasse la heredad (4), ante que fiziesse querella (5) al Juez de la muerte de aquel cuyos bienes queria heredar. Mas si al testador ouiessen muerto otros estraños (6) que non fuessen de su compaña, bien podria su heredero entrar la herencia, e despues fazer querella de la muerte del, fasta cinco años (7). E si fasta este tiempo non la

Ley 6. tit. 19. lib. 10 Novis. Recop.

in dicto §. *ingratitudinem*, quem etiam ibi tenuit Angelus. Bartolus tamen et Bald. et alii post Guilliel. in l. *fratres*, *C. de inoffic. testam.* reprobant communiter dictum intellectum, et tenent, quòd ingratitudo non repellat fratrem à successione ab intestato, et etiam Angel. in l. 1. in fin. D. *de inoffic. testam.* ut etiam dixi in l. 8. suprà, eod. in glos. 1. Ideo tu tene menti istam legem Partitarum approbantem dictam glossam, cujus opinionem etiam tenet Salic. in dict. l. *fratres*, quæst. 8. de cujus mente etiam est, quòd hoc procedat, si frater ostendit signa ingratitudinis contra fratrem ingratum, per l. *si defunctus*, *C. de suis et legitim. hæred.* et si ingratitudo duravit; quæ esset magna restrictio ad istam legem indistinctè et generaliter loquentem, et fortè sufficeret, quòd ingratitudo tacitè, vel expressè non sit à fratre remissa: et quia l. *si defunctus*, non loquitur in fratre, sed in avia, ubi requiritur exhæredatio, vel præteritio cum insertione causæ, ut in authent. *de hæred. et Falcid.* cap. 1. §. *exheredatos*, et suprà eod. l. 4. et 10. Et ut hic vides, juncta l. 10. suprà eod. leges istæ Partitarum apertè voluerunt constituere differentiam inter exhæredationem vel præteritionem, quæ fit inter ascendentes et descendentes absque insertione causæ, et inter eam, quæ fit inter fratres: ut primo casu, etsi ingratitudo probetur, non excludantur descendentes vel ascendentes à successione ab intestato, quando non fuit facta exhæredatio, vel præteritio cum insertione causæ; frater verò repellatur propter ingratitudinem à successione intestati, etsi in præteritione nulla sit incerta causa: et adde, quæ dixi suprà eod. in l. 10. In aliis verò cognatis, ingratitudo non repelleret à successione intestati, ut in l. *cognatis*, D. *unde cognati*, et per Salicet. in dict. l. *fratres*.

LEX XIII.

Ponuntur in hac lege sex casus, in quibus hæres institutus perdit hæreditatem: primus, si quis ope, vel consilio familiæ interficitur, et ante aditionem hæres sciens querelam judicialem non apposuit. Si autem ab extraneo interficitur, potest hæres adire, et intra quinquennium conqueri, aliàs aufertur ei hæreditas, et applicatur Regi.

(1) *La primera.* Hic tractat materiam senatusconsulti Syllaniani, in quo continetur, quòd neque adire hæreditatem, neque bonorum possessionem petere hæres debet, nisi vindicaverit necem defuncti, et quæstionem habuerit de familia, et supplicium ex ea sumpserit, id est pœnam capitalem postulaverit imponi, cùm domino potuerit succurrere; neque enim hæres per compendium suum familiæ facinus debet occultare in l. 3. §. *quod ad causam*, cum sequent. et §. *non tantum*, D. *ad Syllan.* et in l. *si ea*, *C. de his quibus*, *ut indign.* et licet lex ista præcepit, dedit tamen beneficium hæredibus, ut si ipsi interim decessissent, transmittant jus adeundi ad successores suos, l. penult. *C. de his quibus*, *ut indign.* et in dict. l. 3. §. *eleganter*, et §. fin. et tradit Azo. *C. de his quib. ut indign.* in summa.

(2) *Muerto.* Quid si non appareat? Vide l. *et si percussor certus*, §. *si unus*, et ibi Angel. D. *ad Syllanian.*

(3) *Sabiendo.* Nam secùs si ignoraverit, ut in l. *si ideo*, et in l. *cum fratrem*, *C. de his quibus*, *ut indign.*

(4) *Entrasse la heredad.* Approbat opinionem Hugo. relatam per Gloss. in l. *in cognitione*, D. *ad Syllan.* et reprobat opinionem Joann. et Azon. de qua etiam ibi per Gloss. et opinionem Hugo. approbat Glossa in l. *si ea*, *C. de his quibus ut indign.* et in l. 3. §. *quod ad causam*, D. *ad Syllan.* et pro ista opinione est textus in l. *necessarios*, §. *non alias*, D. eod.

(5) *Querella.* Innuit sufficere accusationem proponi, absque eo quòd expectetur, quòd supplicium summatur ab occisoribus, vel servis, qui dominum non juvarunt; adverte tamen, quod Salicet. in l. *cum fratrem*, *C. de his quibus*, *ut indig.* in 2. oppos. quærit de hoc, an quando defunctus necatur à familia, sufficiat quæstionem priùs haberi de familia, et ea habita statim hæreditas adiri possit, an verò necesse sit supplicium expectari? In quo dicit, quòd textus videntur contrarii: nam in l. 3. §. *quod ad causam*, et in l. *necessarios*, §. 2. D. *ad Syllan.* videtur textus requirere, quòd supplicium expectetur; sed in dict. l. 3. §. *non tantum*, et in l. *si ea*, *C. de his quibus ut indign.* videtur textus exigere solùm quæstionem haberi; et refert quòd quidam illos textus supplent per primos, et sic volunt, quòd supplicium semper debet expectari in necato palam; si vero clam, quòd tunc sufficiat quæstionem haberi. Ipse verò Salicet. quando necatur palam à familia, vult, quòd ante vindicatam mortem defuncti, hæres non possit adire, et sic quòd supplicium expectetur; si verò clam, dicit necessariò prius haberi quæstionem de familia, et quæstione habita, si confessio aliqua sufficiens habetur, tunc expectetur supplicium, aliàs si nihil sufficiens ex tortura ab eis haberetur, tunc possit adire impunè, neque aliter sit de supplicio quærendum; et cum dictis Saliceti transit ibi Alexand. Et certè hæc distinctio est satis æqua ad concordiam dictarum ll. et secundum eam videtur hæc lex intelligenda, et limitanda, et supplenda per alias leges: et nota hoc benè, quia jura et Doctores videntur loqui diversimodè, et etiam ista lex breviter in hoc transit: et si casus occurrerit, cùm hac notula sublevabis laborem in intellectu dictarum ll. et Doctor. et etiam hujus legis.

(6) *Estraños.* Non distinguit ista lex sive clam, sive palam occisus sit ab extraneo: et sic videtur, quòd utroque casu ante vindicatam mortem defuncti hæres possit adire, cujus sententiæ fuit Azo. ut patet ex dictis ejus, *C. de his quibus ut indig.* et refert Gloss. in l. *cum fratrem*, *C. de his quibus ut indig.* sed opinio Azon. videtur esse contra casum in l. *minoribus*, ad fin. *C.* eod. ut in dict. l. *cum fratrem*, dicunt Bartol. Salicet. et Paul. de Cast. Et sic volunt, quòd quando occiditur palam ab extraneo, hæres non possit adire ante vindicatam mortem defuncti, et supplicium sumptum, et cùm ista lex non dicat, sive palam, sive clam occisus fuerit ab extraneo, limitari et intelligi debet juxta id, quod habetur in dict. l. *minoribus*: et ita limitatur et intelligitur infrà eadem lex ibi: *la segunda razon es.*

(7) *Fasta cinco años.* Istud quinquennium non arctat hæredes ejus, qui occisus fuit à familia sua, quia solùm tali casu statuitur, quòd hæredes non adeant ante quæstionem de familia habitam, et mortem ultam, ut dixi suprà in glos. super parte *querela*, et ita vult Paul. de Cast. in l. 1. col. 2. *C. de his quibus ut indign.* ibi cùm dicit, ante autem quàm adeat, non videtur, quod debeat sibi aliud tempus præfigi, cùm Senatusconsultum imponat sibi hanc necessitatem, antequam adeat: unde sufficit sibi abstinere ab aditione, absque eo quòd compellatur citiùs vindictam facere: et idem videtur dicendum quando occisus fuit palam ab extra-

fiziere, deuela perder (8), e deuegela tomar el Rey, assi como a ome que la non meresce (9). La segunda razon es, quando el heredero abre el testamento (10) de aquel que lo establescio, ante que fiziesse la acusacion de los matadores del, seyendo sabidor de los que le auian muerto. Pero si non lo supiesse, o fuesse aldeano necio (11), estonce non perderia la herencia por esta razon. La tercera es, si fuesse sabidor en verdad, que el testador fuesse muerto por obra, o por consejo, o por culpa del heredero (12). La quarta es,

neo, quia cùm sibi jubeatur, ne adeat ante ultam mortem defuncti, ut dixi suprà in glos. proxim. idem erit tunc dicendum, sicut in occiso à familia: et idem tenet Salic. in dict. l. 1. in 4. oppos. ibi; ante aditam hæreditatem statuere non potest, quia totum tempus anterius est ei pro dilatione datum ad accusandum, neque punitur si non accusat, nisi adeat. Et tene menti istam legem Partitarum præfigentem hoc tempus quinquennii hæredi, quando defunctus occisus fuit ab extraneo, à die aditæ hæreditatis; nam de jure communi hoc non ita reperitur, imò ut dicit Azo *C. de his quibus ut indign.* in summa, quòd cùm non sit determinatum tempus, judex statuet suo arbitrio, vel quòd fortè inerit tempus, quo quis potuit accusare, vel esse tempus quinquennii, ut D. *ad Syllan.* l. *in cognitione*, et istud ultimum approbatur hic: Glossa etiam in dict. l. 1. voluit tempus esse arbitrarium; vide ibi per Doct. Tene ergò menti istam legem Partitarum, ita prolixum tempus statuentem, et fortè ex causa posset à judice arctari, l. *si quis homicidii*, *C. de accusat.* et in l. *Prætor edixit*, §. *si dicatur*, D. *de injur.* et quia ex causa dilationes à jure statutæ moderantur, juxta notata in cap. 1. *de dilat.* ubi Abb. col. 2. et in cap. *cum sit Romana*, *de appellat.*

(8) *Deuela perder.* Adde l. *propter veneni*, D. *ad Syllan.* et l. 1. et l. *cum fratrem*, *C. de his quib. ut indign.* et l. 1. tit. 3. lib. 5. *Ordinam. Regal.* ubi etiam ab hac pœna lex illa excipit minores, et fœminas, et requirit, quòd occisor sit in provincia, ita quòd possit accusari: et adde l. *minoribus*, *C. de his quibus ut indign.* et l. 3. §. *si quis ignorans*, D. *ad Syllan.* ubi idem habetur in rustico; licèt contrarium, et malè tenuit Paulus de Castr. in dict. l. 1. secundum Alexandr. ibi ad fin. et Jason. in l. *si ea*, *C.* eod. et habetur in rustico infrà eadem lege ibi: *la segunda razon.* Item limita, nisi sit præventus ab alio in accusando, l. *sororem*, *C.* eod. Limita etiam in filio instituto hærede, quia si ejus pater occidit testatorem, filius institutus non debet accusare patrem, nec tenetur ulcisci necem defuncti contra proprium patrem, et si adeat, nece inulta, non redditur indiguus, secundum Alberic. post Pileum ab eo relatum in rubrica, *C. de his quibus ut indign.* allegat textum notabilem in l. *si adulterium cum incestu*, §. *liberto*, D. *ad leg. Jul. de adult.* quod dicit singulare Jason. in dict. l. 1. col. 2. dicens, quòd ab alio non didicit nisi ab Alberico: ego etiam didici à Joan. And. *in addit. ad Speculat.* in rubrica, *de successión. ab intest.* col. 1. ubi refert dictam quæstionem Pilei: et addit Jason. in dict. l. 1. idem dicendum è contra, si filius occidisset, et pater fuisset institutus, per rationem dicti §. *liberto*, in fin. Et limita etiam ut infrà eod. l. proxima. Quid autem si ipsemet hæres occidit, an teneatur se deferre? Bald. dicit quòd non, in l. 1. *C. in quibus causis in integr. restit. non est necessar.* et ibi quod nullus nisi fiscus potest referre istam quæstionem hæredibus vindicantibus necem defuncti; hæres tamen qui occidit, licèt non judicetur indignus ex eo, quòd se non defert, erit tamen indignus ex eo, quòd occidit, secundum Bald. ubi supra, et habetur infra ista lege ibi: *la tercera.* Vide etiam in ista materia leges 15. et 16. infrà, eod. fiscus verò non tenetur ulcisci mortem defuncti, secundum glossam singularem in l. *recusare*, §. *si fisco*, in verbo *vindicaverit*, D. *ad Trebell.* Adverte tamen, quòd Andr. de Isern. in tit. *quæ sint regal.* in vers. *et quæ indignis*, vult contrarium, imò quòd fiscus accuset occisores de homicidio, si non sit alius, qui accuset, per textum in l. 1. *C. ubi caus. fiscal.* ibi cùm dicit, neque bona à fisco peti posse priusquam de crimine constiterit apud eum, cui convictis pœnam irrogare licet: et tene menti illum textum, et dicta Andr. de Isern. quia opinio dictæ glossæ communiter ibi tenetur per Doctores; non tamen allegant, neque respondent ad textum in dict. l. 1. Adde etiam, quòd et ista pœna privationis procedit in his, qui loco hæredum sunt, ut in l. *ei qui*, cum l. sequenti, D. *de his quib. ut indign.* ubi vide per Bart.

(9) *Que la non meresce.* Habes hic quòd regulariter applicari debet fisco id quod aufertur ab indigno, et adde l. *Papinianus*, §. *meminisse*, D. *de inoffic. testam.* et ibi per Paul. de Castr. et l. *qui contra*, et ibi Bald. *C. de incest. nupt.* limita tamen, ut in l. fin. infrà, eod. et quæ ibi dixi.

(10) *Abre el testamento.* Non sufficeret sola apertura testamenti, nisi etiam hæreditatem adeat, ut ex hoc perdat hæreditatem, ut tenet Bartol. in l. *in cognitione*, D. *ad Syllan.* et dixi suprà ead. l. in gloss. super verbo *entrasse la heredad*; ideo supplendum hic est, *et hæreditatem adierit*: nisi fortè velis dicere, quòd per istam l. Partitarum concordentur opiniones Hugo. et Joan. et Azon. de quibus dixi in dict. glos. videlicet, ut opinio Hugo. procedat, quando hæres ignorat occisores, ut non sufficiat apertura tabularum; opinio vero Joan. et Azon. procedat, quando hæres scivit, qui essent occisores, et tunc sola apertura sufficiat; sed magis placet primum dictum, ut suppleatur ista lex per dictum §. *non aliàs.*

(11) *Aldeano necio.* Nota benè, quia non parcitur rustico, nisi quando est ignorans, seu quando est rusticus opere, et conversatione, l. *athletæ*, §. *de rusticis*, D. *de excusation. tutor.* l. fin. *C. de testam.* Baldi in l. 2. col. 5. *C. de rescind. vend.* rusticus namque, qui sagax est, non excusatur prætextu rusticitatis, secundum glossam notabilem in dict. §. *de rusticis*, et notat Bald. in l. 1. *C. de interdict. matrim. inter pupill. et tutor.* in utraque lectura ubi Glossa præsumit contra rusticum facientem actum clam.

(12) *Del heredero.* Azo in summa, *C. de his*, *quib. ut indign.* col. 2. sic dicit, multò magis aufertur hæreditas hæredi, si ipsemet occiderit testatorem, nam aufertur ei, si ejus negligentia et culpa testator decesserit, D. eod. l. *indignum*: tu adde l. *cum ratio*, in fin. D. *de bonis damnatorum*, et l. *Lucius Titius*, in fin. D. *de jur. fisci*, et ibi Bart. et l. *si sequens*, in princ. et §. fin. D. *ad Syllan.* et ibi Bartol. et l. 8. tit. 1. infrà, 7. *Part.* et l. penul. tit. 9. lib. 3. *Foro Leg.* et l. *his consequenter*, §. 1. D. *famil. erciscund.* ubi colligitur, quòd licèt hæreditas possit ab occisore defuncti auferri, velut ab indigno, nihilominus interim, antequam fiscus auferat, ipse est hæres cum effectu, et exercet actiones hæreditarias, et notat Bald. in l. *hæreditas*, col. 3. *C. de his quibus ut indign.* ubi etiam ait, quòd si non occidit, sed vulneravit, succedet efficaciter, ex quo non reperitur exhæredatus, ut in authent. *ut cum de appel. cognos.* cap. *aliud quoque*, et in l. fin. *C. de revoc. donat.* vide etiam ibi per eum. Quid si non occidit testatorem, sed ejus uxorem, vel liberos, vel fratrem testatoris: et an portio fratris interficientis accrescat alteri fratri, vel an confiscetur? Vide ibi per eum. Adverte etiam, quia si frater occidit fratrem, hæreditas occissi debet confiscarí, non venire ad sequentes in gradu, ut etiam ex ista lege Partitarum colligitur, quia ipsum jus adeundi transit ad fiscum, ut in dict. l. *his consequenter*, §. 1. nam jura sanguinis non absorbentur propter crimen, sed succedit fiscus, secundum Bald. in l. *cum quam*, col. 3. vers. *hæc faciunt ad quæstionem*, *C. de fideicom.* et idem secundum eum si filius patrem interfecit, quia non succedit nepos, sed fiscus. In feudo tamen paterno, si frater occiderit fratrem suum, feudum non confiscaretur, sed transiret ad alios agnatos, ut notat Gloss. in cap. 1. *si vasal. feud. privetur*, *cui deferat.* Bald. *in cap.* 1. §. *similiter*, num. 4. *quib. mod. feud. amit.* ex quo inferes ad majoriam; et sic filius occisoris succedet

quando el heredero yoguiesse (13) con la muger (14) de aquel que le establescio por heredero. La quinta es, si el heredero acusasse el testamento, o la escritura en que fue establescido, diziendo que era falso (15), siguiendo esta acusacion, fasta que diessen juyzio (16) sobre ella. Ca, si fuesse fallado el testamento por verdadero, perderia el porende la herencia. Esso mismo seria, si el heredero fuesse Personero, o Abogado (17), para seguir tal acusacion como esta, contra el testamento en que fuesse establescido. Fueras ende si lo fiziesse por pro, o por mandado del Rey (18), o si fuesse guardador (19) de algund huerfano, e razonasse contra el testamento por pro del, ca estonce non le

in majoria, vide bonum textum in l. *post legatum*, §. *si pater*, D. *de his quæ ut indig.* et l. *in servitute*, §. *si quis bonorum possessionem*, D. *de bonis libert.* et in ead. l. in §. *si patroni filius*, et l. *Divi fratres*, et ibi Bart. D. *de jure patron.* et l. 1. §. *si filium*, D. *de bon. posses. contra tabul.* et Bart. in auth. *ut cum de appell. cognosc.* §. *si quis de prædictis*, col. 8. Gloss. et Bart. in l. 1. D. *si quis aliq. test. prohib.* Sed an si filius occisoris moriatur sine filiis, succedet pater occisor? Et textus videtur quòd non in dict. l. *Lucius*, D. *de jure fisci.* Adverte tamen, quia ista lex loquitur in bonis, quæ habentur à patre, non in his quæ habentur ab antiquioribus titulo majoriæ, sed ad ea quæ habentur à progenitoribus antiquis: quòd indignus paterna hæreditate perdat illa, facit l. *si ex patronis*, §. *Julianus*, D. *de bon. libert.* Item ex quo pater fuit exclussus, propter delictum, perpetuò debet esse exclusus, quia causa exclusionis fuit perpetua; facit ad hoc quod notat Bald. in §. *quin etiam Episcopum, vel Abbatem*, Socin. consil. 9. 2. vol. col. 10. Petrus Parisius consil. 72. vol. 4. num. 101. cum tribus seq.

(13) *Yoguiesse.* Azo in summa, *C. de his quibus ut indig.* col. 2. dicit fortè idem, et si gravissimam injuriam ignoranti testatori fecerit, puta cum uxore sua concubuit, nam etiam tunc adimeretur ei legatum; et fortè adimetur ei hæreditas, ut D. *de adimend. legat.* l. 3. §. fin. sed argumentum contra est in eod. tit. l. *ex parte*: Bald. etiam in l. *fideicommissum*, *C. de fideicommiss.* dicit, quòd si non offenderit testatorem vivum, sed ejus memoriam, ut quia stupravit viduam? Et concludit post Glossam, quòd perdit legatum, et multo fortius, si testatore vivente, cum ea adulteretur: sive ergo hoc fiat testatore vivente, sive eo mortuo, videtur, quòd procedit, quod hic habetur, et ista lex loquitur indistinctè, undè utrumque casum complectitur. Bartol. etiam in dict. l. *ex parte*, concludit, quòd propter causas inimicitiæ tantùm possit quis à successione repelli, quando hæres institutus præbuit causas inimicitiæ, ut quia occidit filium testatoris, vel fecit sibi aliquid gravissimum; si tamen testator, vel extraneus dedit causas inimicitiæ, et non ipse institutus, tunc habet locum, quod habetur in dict. l. *ex parte*, quia non repellitur ab hæreditate; et ita solvit, quod Azo reliquit insolutum: hoc etiam quod in ista lege disponitur, tenuit Gloss. in l. *sororem*, *C. de his quib. ut indign.* Adverte tamen pro intellectu hujus legis, quia videtur, quòd intelligi debeat, quando hæres post mortem defuncti concubuit cum ejus uxore; nam si vivente testatore hoc fieret, et eo ignorante, tunc revocaretur institutio, et legatum ex præsumpta voluntate testatoris, quod si scisset, revocasset, ut notat Glossa in dict. l. *fideicommissum*, *C. de fideicomm.* et quia tunc legatario, vel hæredi instituto, adhuc non erat aliquid quæsitum, neque testamentum confirmatum, non potest dici, quòd auferatur ab eo, tamquam ab indigno, ita dicit notabiliter Bart. in l. 1. D. *de his quib. ut indign.* Bart. tamen loquitur ibi in legato: et aliud videtur dicendum in hæreditate, quæ non potest adimi voluntate nuda sine solemnitate, ut in dict. l. *ex parte*, et in l. *militis codicillis*, §. *veteranus*, D. *de testam. milit.* et tenet Paul. de Castr. in l. *fideicommissum C. de fideicom.* ubi vult, quòd hæreditas tunc applicetur fisco, auferendo ab hærede, ut ab indigno, prout etiam voluit Baldus. Alexand. verò in l. *sororem*, *C. de his quib. ut indig.* dicit hoc, quòd applicetur tunc fisco, esse contra textum in dict. l. *ex parte*, et contra mentem Glossæ, et Doctor. in dict. l. *hæreditas*, *C. de his quib. ut indign.* dum reprobant solutionem secundam Glossæ ad dict. l. *ex parte*, et sic vult, quòd tunc hæreditas non applicetur fisco, sed remaneat penes hæredem; unde articulus iste redditur dubius ex conflictu istarum opinionum, videtur dicendum, quòd ista lex indistinctè procedat, ut dixi, et est de mente Bartol. in dict. l. *ex parte*, et mente Doctorum in dict. l. *fideicommissum*, ubi, ut dixi, Baldus tenet expressè, et fuit etiam de mente Azon. et quia lex ista generaliter loquitur, et quia videtur absurdum, ut hæreditas maneat apud hæredem ita indignum.

(14) *Con la muger.* Idem videtur, si cum filia, vel nuru, ut in l. 9. tit. 26. 4. *Part.* et quæ ibi dixi.

(15) *Que era falso.* Adde l. *qui cum major*, §. *accusasse*, D. *de bon. libert.* et l. *alia causa*, *C. de his quib. ut indign.* et vide per Azon. *C. de his quib. ut indign.* in summa, col. 4. vers. *est secunda causa*, ubi hoc intelligit in hærede majore viginti quinque annorum; nam minori ætati ejus qui accusavit, parcitur, l. *post legatum*, §. *ætati*, D. *de his quib. ut indign.* et argumento l. *minoribus*, *C.* eod. Quid autem si non dicat falsum, sed intentet bonorum possessionem contra tabulas, an procedet quod hic habetur? Vide per Alexandr. in dict. l. *alia*, et Gloss. et Doctor. in l. *is qui contra*, D. *de vulgar. et pupill.* et nota, quòd in impugnante aliud instrumentum extra testamentum, vel codicillos, non procederet, quod hic disponitur l. *qui Romæ*, §. *Seja*, D. *de verb. obligat.* Paul. et Alexandr. in dict. l. *alia.*

(16) *Diessen juyzio.* Imponente finem liti intellige; nam si appellavit, et pendente appellatione destitit, idem est, ac si in prima instantia destitisset, argumento l. *qui cum major.* §. *accusasse*, D. *de bon. libert.* Gloss. in l. *Papinianus*, §. *meminisse*, D. *de inoffic. testam.* ita etiam declarat Azo ubi suprà; sufficit enim, ut evitet istam pœnam, sive à principio, sive pendente appellatione desistat: et ita est intelligenda, et limitanda lex ista Partitarum ad terminos juris communis, unde sumpta est. Quid autem si desistat post conclusionem in causa? Cynus in dict. l. *alia*, voluit, idem esse, ac si lata esset sententia, quia causa censetur consumpta post conclusionem in causa, per l. *quamvis indubitati*, *C. ad leg. Jul. de adulter.* unde cautela est secundum eum, quod expectet sententiam, et postea appellet, et deinde ante conclusionem in causa renuntiet, seu desistat, quia sic non patietur pœnam privationis, per dict. §. *accusasse*, et idem tenet ibi Bald. allegans glossam notabilem in l. 1. in princ. in gloss. 2. ad fin. D. *de action. empt.* si tamen ille, qui desisteret ante sententiam post conclusionem in causa, non agebat litem improbam, et ita ex actis appareat, excusaretur renuntians post conclusum in causa, secundum Paul. de Cast. et Alex. in dict. l. *alia*, per textum in dict. §. *meminisse*, ibi: *lite improba perseveraverit*; per quem textum etiam deciditur, quid si sententia esset lata contra absentem contumacem.

(17) *Personero, o Abogado.* Adde l. *post legatum*, §. *sunt qui putant*, D. *de his quib. ut indign.* et l. fin. 1. ratione, D. *de inoffic. testam.*

(18) *Del Rey.* Vide in §. *sunt qui putant*, vers. *advocatum fisci*: et nota istam legem Partitarum, cùm dicit, *por pro, o mandado del Rey*, nam ex disjunctiva vult, quod etsi non necessitetur ex necessitate officii, excusetur procurator, vel advocatus fisci assumens hoc officium solùm pro utilitate fisci: excusabitur ergo quicumque procurator, vel advocatus, etsi non sit ille, qui ad ista est deputatus à Rege; et sic extenditur dispositio dicti versiculi *advocatum fisci.*

(19) *Guardador.* Adde §. *si tutor*, *Institut. de inoffic.*

empesceria. La sesta (20) razon es, quando el testador rogasse al heredero en poridad (21), que diesse aquella heredad, en que le establesciesse, a algun fijo (22), o a otro, que lo non podia heredar (23), por que le era defendido por la ley. Ca si el heredero, cumpliesse tal ruego (24), o mandamiento del testador, e la entregasse al otro, perde-

testam. et l. *cum quædam mulier*, D. *de administrat. tutor.* ubi vide Bald. idem volentem in quolibet legitimo administratore.

(20) *La sesta.* Adde, quæ tradit Azo *C. de his, quib. ut indign.* in summa, col. 4. vers. *est alia causa tertia.*

(21) *En poridad.* Secùs si palam, ut in l. *non intelligitur*, in princ. D. *de jure fisci*, ubi vide bonum textum, quando dicatur fieri clam, vel palam; et nota quòd licèt fiat promissio de restituendo incapaci in publico instrumento, si tamen roguntur testes et tabellio, ut teneant in secreto, dicitur fieri clam, secundum Bart. in l. *non intelligitur*, §. *tacita*, D. *de jure fisci*, et in l. *in fraudem*, D. *de his, quib. ut indign.* ubi ponit hæc verba. Idem dicerem, si fieret instrumentum publicum adhibitis testibus et notario, in quorum fidem posuit, quòd hoc secretum tenerent, tunc enim satis est tacitum fideicommissum; id enim dicitur fieri clam, quod taliter fit, quòd non potest devenire in notitiam adversarii, secundum Bart. in dict. §. *tacitè*, et adde Decium consil. 399. column. fin. et in dubio, quando non certificavit personam, cui restitueretur, est aliqualis præsumptio, quòd reliquerit incapaci; non tamen tanta, quòd sufficiat, nisi aliter probetur, secundum Gloss. in l. *Lucius*, §. *in testamento*, D. *de legat.* 1. et ibi Bart. et idem Bart. in l. *quem hæredi*, in fin. D. *de rebus dub.* et licèt non sufficiat hoc ad probandum tacitam fidem fuisse accommodatam, si tamen testator rogat hæredem, ut restituat, cui vellet, non poterit hoc casu spurium eligere, quia tunc videretur capere à testatore, l. *unum ex familia*, in princ. D. *de legat.* 2. et tenet Bart. in l. fin. col. 2. D. *de his, quibus ut indign.* Vide etiam in ista materia per Salicet. in l. *etiam*, vers. *item quæro*, *C. de fideicommis.* qualiter hoc probetur: et quid si testator habens filium spurium instituat uxorem, et roget, ut post mortem restituat, quibus vellit, quæ postea instituit spurium filium testatoris; an præsumatur, quòd per eam fuit tacita fides ad hoc accommodata? Bart. dixit, quòd non, in dict. §. *in testamento*, qui etiam ita consuluit per multas rationes in consilio, quod incipit, *Cechus Despoleto*: adde quæ notat idem Bart. in l. *si his, qui*, D. *de vulgar. et pupill.* et tradit Alexand. consil. 51. incipit, *viso themate*, ad fin. in 2. vol. et quæ notat Bald. in l. *eam quam*, col. 10. vers. *subjungitur talis quæstio*, *C. de fideicom.*

(22) *Fijo.* Spurio et incapaci, ut sequitur: et adde l. *non intelligitur*, §. *tacita*, D. *de jure fisci*, et Bald. in l. *etiam*, vers. *modo quæro*, *C. ad leg. Falcid.* Sed an si testator filio spurio reliquit palam, applicetur fisco? Vel remaneat apud hæredem scriptum, vel ad quos bona debeant, devenire? Vide Bart. in l. fin. col. 2. vers. *quæro, et revoco in dubium*, D. *de his, quib. ut indign.* ubi etiam tractat, an sit aliquis modus relinquendi filio spurio; vide ibi per eum.

(23) *Que lo non podia heredar.* Quid si poterat capere tempore testamenti, sed non tempore mortis, vel è contra? Vide l. *non intelligitur*, §. *quando autem*, D. *de jure fisci*, et l. *in fraudem*, §. 1. D. *de his quib. ut indign.*

(24) *Cumpliesse tal ruego.* Et inferius dicit, *e la entregasse*: innuit apertè ista lex, quod ex sola accommodatione tacitæ fidei de dando incapaci, si hæres ei non traderet hæreditatem, non auferetur hæreditas ab hærede, ut indigno, neque perderet hæreditatem, et secundum hoc superflua esset disputatio Bartoli in dicta l. fin. D. *de his, quib. ut indign.* quid debeat facere in conscientia ille, qui est tacitè rogatus de dando incapaci, ubi concludit legaliter, ut ipse dicit, loquendo salva ratione Theologorum, quod debeat dare fisco secundum conscientiam, neque potest dare spurio, vel retinere, quia tenendo, dicitur malæ fidei possessor, l. *eum qui*, D. de eod. si malæ fidei est, omne, quod non est ex fide, peccatum est, ut in cap. fin. *de præscript.* ex quo Bart. vult apertè, quod ex sola tacita fide, etiam absque traditione, hæres patiatur istam pœnam: quod tamen dictum Bartoli, cùm dicit non posse retinere in conscientia, et quòd tenetur pandere fisco, non caret scrupulo, cùm verus hæres sit, et in pœnam ll. hanc hæreditatem fisco deferunt, et pœna in foro conscientiæ non solvitur, glossa vulgaris et notabilis in cap. *fraternitas*, 12. quæst. 2. et contra hoc dictum tenet Didac. à Covarruv. *in suo epitome matrimonial.* 2. part. cap. 8. §. 5. vers. 5. hinc constat, quod secundum eum ipse spurius possit in foro conscientiæ talia bona retinere, si sibi ab hærede tradantur, etiam si præcessit fides de restituendo, vide ibidem vers. 3. *infertur.* Sed fortè dictum Bartoli veriùs est, ex quo iste hæres non habet voluntatem defuncti, neque sibi relinqueret, nisi fidem tacitam præstitisset, unde non potest dici, quòd si verus hæres. Item quod subdit dictus Didacus, quòd spurius potest retinere salva conscientia, si sibi ab hærede tradatur, videtur contra ea, quæ dixi suprà cad. l. in glos. super parte, *en poridad*, quòd scilicèt iste spurius non ab hærede videatur capere, sed à testatore, et cùm sit incapax etiam in foro conscientiæ tenebitur restituere, prout etiam ipse Didacus fatetur, quòd spurius non potest cum bona conscientia retinere res sibi à patre donatas, vel relictas, ut tradit ubi suprà, vers. 1. et respondet ad glossam dicti cap. *fraternitas.* Tu cogita super his, et adde Lucam de Penn. in l. 1. *C. de his, qui se defer.* lib. 10. col. 2. ad fin. ubi ponit quæstionem, an ille, qui commissit aliquod crimen, propter quod debeat perdere bona sua, si crimen sit occultum, teneatur ipse se deferre in foro conscientiæ, et hoc revelare; et ibi refert distinguentem Bartolum, an bona publicentur ipso jure, vel per sententiam. Tu vide in hoc de confiscatione ipso jure, quod non liget in foro conscientiæ, ut teneatur se prodere, quæ tradit Didacus à Covarruv. in dicto suo *tractat. matrimoniali*, part. 2. cap. 6. §. 8. et Jacob. Septimacensis *in suo tractat. de hæresi*, cap. 9. num. 27. cum sequent. et hoc etiam probari videtur ex l. *non intelligitur*, in princ. D. *de jure fisci*, ubi totum pondus fit in accommodatione tacitæ fidei de restituendo incapaci, et idem probatur in §. *quando autem*; probatur etiam in dict. l. *eum qui*, in princ. D. *de his, quibus ut in indign.* ubi habetur: «eum qui tacitum fideicommissum in fraudem legis suscepit, eos quoque fructus, quos ante litem motam percepit, restituere cogendum, respondi, quia bonæ fidei possessor fuisse non videtur," pondera verbum *quoque*, nam expressè sentit de hærede, qui possidebat, et adhuc non restituerat convento. Item quia reputat eum malæ fidei possessorem, et sic teneatur ad fructus etiam ante litem motam: hoc etiam probat textus, juncta secunda expositione Glossæ ibi in l. *etiam*, *C. ad leg. Falcid.* et ibi Salicet. expressè notat dicens: Nota, quòd non expectatur, ut fidei accommodator solverit, sed sufficit, ut solùm fidem accommodaverit, ut patet ex secunda expositione, quam facit Glossa super verbo *administrasse*, quod tene cordi; hæc sunt verba Saliceti. Probatur etiam hoc in l. *Imperator*, §. fin. D. *de fideicommissar. libertatib.* hoc etiam probatur in l. *in tacitis*, D. *de legat.* 1. ubi Joan. de Imol. notat tria requisita per illam legem, ut quis dicatur in fraudem fidem accommodare, scilicèt, quòd factum sit clam, et quòd hæres secreta cautione se obligaverit, et quod sit fides accommodata de restituendo non capaci, et quòd nisi prædicta interveniant, non habet locum aliqua pœna; et sic, quòd solvat incapaci, vel ne, non est in consideratione; ibique refert Jacob. de Aren. Rayner. et Bald. inferentes, quòd si non interveniat cautio aliqua, sed fortè nuda pollicitatio, vel nulla penitùs appareat cautio, quòd tunc non habebit locum aliqua pœna; et quòd sic Doctores prædicti videntur sentire, quòd licèt hæres accommodasset tacitè fidem, si tamen se non obligavit cautione privata, vel chirographo, non habebit locum pœna, et per consequens non applicabitur fisco, quod dicit esse singulare in materia, si

ria (25) porende el derecho que auia en la heredad. E por qualquier destas seis razones sobredichas pierde el heredero la herencia, e deuela auer el Rey: e por estas mismas razones quel heredero deue perder la herencia, por esas mismas perderian las mandas (26) aquellos a quien fuessen fechas.

LEY XIV.

Que galardon deue auer aquel que non puede ser por derecho establescido por heredero, nin rescibir manda, si alguno lo faze su heredero, o le manda algo, e el mismo lo descubre ante que sea acusado dello.

Si alguno de aquellos a quien defienden las leyes deste nuestro libro, que les non pueden fazer mandas, nin establescer por herederos, acaesciere que gela fagan encubiertamente, segun diximos en la ley ante desta, si este atal fuere a la Corte del Rey (1), e dixere assi: Tal manda que me fizo fulano ome,

esset verum; ipse tamen tenet in hoc contrarium per dict. l. *non intelligitur*, §. *tacitè*, cum ibi notatis per Bart. et per Bart. in l. fin. D. *de his, quib. ut indign.* ubi Gloss. et Bart. videntur velle, quòd nedum per cautionem privatam recognitam potest probari de accommodatione tacitæ fidei, sed etiam per confessionem ejus, qui dicitur rogatus, et istud dictum Imolæ videtur verius, maximè stante lege Ordinamenti hujus regni, incipienti, *E como quier.* Hæc omnia probant, peccatum hæredis, à quo pœna privationis descendit, consistere in sola fidei accommodatione tacita de restituendo non capi; unde videtur, quòd ista lex Partitarum supplenda sit juxta ll. juris communis, de quibus sumpta est, cùm in hoc nulla diversitas opinionum fuit inter Glossatores, neque alios scribentes in jure communi. Et sic, quòd si hæres rogatus solvit non capaci, confiscetur hæreditas, ut hic; et idem si non solvit, sed tacitam fidem accommodabit de dando non capaci per dictas ll. et sic secundum utramque expositionem Glossæ in dict. l. *etiam*, et quòd ista lex in hoc nolit corrigere, quæ erant de jure communi, patet ex l. 5. tit. 11. infrà ead. *Partit.* ubi punitur hæres ex sola accommodatione tacitæ fidei, nisi sit filius in potestate, vel servus testatoris: vel dic, quod ista lex Partitarum decidat casum singularem, qui non ita clarè reperiebatur decisus de jure communi, scilicèt quod si hæres secretò fuit rogatus de restituendo incapaci, non tamen constat, quod hæres suam fidem ad hoc accommodavit; si tamen hæres processit ad actum restitutionis in persona indigni, tunc talis hæreditas restituta applicatur fisco, et hæres perdit jus, quod in hæreditate habebat; ut enim hic vides, non dicitur, quod hæres fidem accommodavit, sed quod rogamen tacitum testatoris implevit, restituendo incapaci; et licèt de hoc videatur casus singularis in l. *si postulante*, §. fin. D. *ad Trebell.* non tamen est ita clarus, et Bald. illum textum ad hoc allegavit in l. *eam quam*, col. 6. *C. de fideicom.* vers. *sed quæro*, ubi quærit, quid si dignus rogatus est restituere indigno, vel in minori parte digno? Et respondet, quod si rogatus accommodavit tacitam fidem, succedit fiscus, sed si non accommodavit, non succedit; quod dicit esse verum, si res stet in actu verbi, sed si rogatus processit ad actum restitutionis in persona indigni, seu incapacis, tunc illud, quod restitutum est indigno, applicatur fisco, per dict. l. *si postulante*, §. fin. quem textum dicit unicum in jure; casus ergo ille, quando hæres accommodavit tacitam fidem de restituendo incapaci, non deciditur hic, et remanet sub dispositione juris communis, l. *commodissimè*, cum similibus, D. *de liber. et posthum.*

(25) *Perderia.* Libertates tamen in testamento relictæ deberentur, l. *Imperator*, §. fin. D. *de fideicommiss. libertat.* et non veniunt prælegata in bonis, quæ auferuntur ex causa fideicommissi, l. *eum, qui*, §. fin. D. *de his, quib. ut indign.* et numquid ille, qui tacitam fidem accommodavit in uno nummo, censeatur indignus tota hæreditate? Bald. quod sic, in l. *etiam*, *C. ad leg. Falcid.* sed in contrarium est textus in l. *hæres, qui tacitam*, D. *de his quibus, ut indign.* Quid autem si testator, qui tacitè rogavit, erat presbyter, hæres verò institutus laicus, qui bona restituit, seu tacitam fidem accommodavit; cui fisco, an ecclesiæ, vel imperii, bona applicentur? Bald. in l. *si quis presbyter*, *C. de Episcop. et Cleric.* vers. *secundo inducitur ista lex*, dicit, quòd fisco regio, ex quo bona auferuntur de manu hæredis laici, et cui erat jus quæsitum; si tamen hæres esset presbyter, applicarentur ecclesiæ secundum eum, qui arguit à sententia judicis ad sententiam legis; quia cùm per sententiam judicis bona clericorum non possunt fisco imperii applicari, sic idem est dicendum in sententia legis: et cum dictis Bald. transibit ibi Paul. de Castr. et Joan. de Plat. in l. 1. col. 2. *C. de bon. vacant.* lib. 10. Et nota, quòd licèt testator roget secretò hæredi, ut de bonis propriis det tantum incapaci, habebit locum hæc pœna, si tantumdem hæredi à testatore relinquitur, quantum rogatur restituere, secundum Joan. de Plat. in l. 1. circa fin. vers. *item limita*, *C. de delator.* lib. 10. per l. *sed si hoc*, §. 1. D. *de condit. et demonstrat.*

(26) *Las mandas.* Nota benè istam regulam, quæ etiam probatur ex juribus allegatis superiùs in qualibet ex prædictis sex causis.

LEX XIV.

Si incapaci testator aliquid relinquat fraudulenter jure institutionis, sive alias, et is antequam recipiat, Regis curiæ hoc revelet, habebit in præmium medietatem hæreditatis, vel legati ad minus. Hoc dicit.

(1) *A la Corte del Rey.* Non aperit coram quo delatio sit facienda, et de jure communi ista delatio fieri debebat coram procuratore Cæsaris, ut in l. 1. *C. de his, qui se defer.* lib. 10. et in l. 1. et 2. *C. ubi caus. fiscal.* fortè in regno sufficiet, seu fieri deberet coram his, qui præsident in judiciis rerum fiscalium, et patrimonii regni, qui vulgò dicuntur *Contadores Mayores*, qui videntur successisse in locum procuratoris Cæsaris, cùm cognoscant de causis fiscalibus, et inter fiscum et privatum, prout de jure communi faciebat procurator Cæsaris, et sic in audientia istorum debet fieri ista delatio: et non videtur sufficere, si fiat coram procuratore fiscali, prout etiam tradit Lucas de Penna in l. 1. ad fin. *C. de his, qui se defer.* lib. 10. vel dic, quod potest fieri ista delatio coram procuratore Regis, vulgo dicto *Mayordomo Mayor*; ad istum namque pertinet inquirere, et scire reditus, et jura Regis, ut habetur in l. 17. tit. 9. 2. *Partit.* et videtur successisse in locum procuratoris Cæsaris; et huic dicto consonare videtur l. 16. infrà eod. non tamen ut videmus, de facto cognoscit de causis, sicut cognoscebat procurator Cæsaris: vel dic, quod sufficiet, si delatio fiat in regio Consilio. Et cùm ista lex non exprimat coram quo fiat, sed tantùm dicat, ad Curiam Regis, videtur, quod sufficeret in quocumque Auditorio regali se deferat, ita quod etiam procuratori fisci notificetur, ut causam prosequatur, ut notat Gloss. in l. 1. in princ. super parte *recessum*, D. *de jure fisci.*

segund me fazen entender, non la puedo auer segund derecho, fazed della lo que touieredes por bien. Por esta bondad que fizo, en descobrir (2) lo que le era mandado en poridad, que lo non quiso rescibir (3) contra defendimiento del derecho, dezimos que deue auer la meytad (4) a lo menos de lo que le fue mandado, o de la herencia (5), en que fue establescido por heredero en testamento de otro.

LEY XV.

Por que razones se puede escusar el heredero, que non pierda la herencia, maguer non sea vengada la muerte del testador, a quien hereda.

Vengança, diximos, que es tenudo de demandar el heredero de la muerte del testador: e si non lo fiziesse assi, que pierde porende la heredad que deuia auer del. Pero cosas y ha en que la non pierde por tal razon. Esto seria, como si el heredero querellasse la muerte, mas el Juez, o el Señor de la tierra, non quisiesse (1) llegar la querella a derecho. Esso mismo seria, si acusasse a aquellos que sospechasse que le auian muerto, e diessen la sentencia contra el heredero assoluiendo los acusados, e quitandolos de la acusacion que auian fecho dellos. Ca, maguer non se alçasse (2) de tal juyzio, non perderia porende la heredad. Otro tal seria, si el heredero fuesse menor (3) de veinte e cinco años; o si aquellos que ouiessen muerto al testador, non podiessen ser fallados (4) para fazer justicia dellos. Ca, por qualquier destas razones sobredichas en esta ley, que non fuesse tomada vengança de la muerte del testador, non perderia la heredad porende, porque se entiende que non finco por el.

LEY XVI.

Como, quando el Rey, o su Mayordomo, recabda las herencias de los herederos, que non las merecen, a que dizen en latin, Indigni, es tenudo de pagar las debdas, e las mandas, a los que fueren señores dellas.

La desconoscencia, e el yerro que el heredero faze, en non querer vengar por juyzio la muerte de aquel a quien hereda, non deue empescer a los otros, que non auian culpa. E porende dezimos (1), que el Mayordomo (2), o el Procurador de Camara del Rey, que ouiere a recabdar los bienes que estos atales deuen heredar, assi como sobredicho es, porque los non merescen auer, que deue pagar las

(2) *En descobrir.* Statuitur præmium se deferenti, ut hic, et in l. 1. *C. de his, qui se defer.* lib. 10. et in l. *edicto*, D. *de jure fisci*, et in l. *Senatus*, §. 2. et in l. *cum tacitum*, D. *de jure fisci*; sic etiam revelantibus proditionem præmium assignatur in l. *quisquis*, *C. ad leg. Jul. majestat.* l. *in testamento*, et ibi Bald. ubi etiam de revelantibus occisores, D. *de hæredib. instituend.* Adverte tamen, quòd quidam sunt ita totaliter incapaces, quòd etsi se deferant, non consequuntur præmium, ut hæretici, damnati in metallum, deportati, ut notat glossa 1. in l. 1. in princ. D. *de jure fisci*, et vide eod. tit. l. *edicto*, §. *eos.*

(3) *Que lo non quiso rescibir.* Innuit, quòd si jam recepit, quòd etsi se deferat, non consequetur præmium; contrarium tamen habetur in l. *edicto*, in princ. D. *de jure fisci*; et ita etiam est intelligenda ista lex, cùm sit eadem, imò et major ratio, cùm durius sit relinquere jam habita et possessa, quàm habenda: et nota, quòd ista confessio sufficit quoad sui præjudicium, licèt quoad præjudicium aliorum non sufficiet absque alia probatione, ut declarat Bartol. in dict. l. *edicto*, in princ.

(4) *La meytad.* Adde dict. l. *cum tacitum*, et l. *senatus*, §. *senatus Adriani*, D. *de jure fisci*, lex tamen 1. *C. de his qui se defer.* dicit *tertiam*, quæ loquitur in hærede rogato, non in fideicommissario; ideo distingue, ut per Alberic. et Bartol. in dict. §. *senatus*, et per Joan. de Plat. in dict. l. 1. et per Angel. Aret. in princip. *Institut. de fideicommis. hæredit.*

(5) *Herencia.* Intellige dimidiam dodrantis, ut in dict. l. *cum tacitum*, et vide in materia distinctionem Bartoli, et aliorum, quos suprà in gloss. proxim. retuli.

LEX XV.

Si hæres accusat occisorem ejus cui successit, et judex ei justitiam non administravit; aut succumbens, non apellavit; vel si occisor non invenitur; aut hæres est minor viginti quinque annorum, nec accusavit, non aufertur ei hæreditas propter hoc. Hoc dicit.

(1) *Non quisiesse.* In supremo domino, vel judice, ex cujus negligentia non esset superior, cui fieret querela de negligentia, vel judicis malitia planè procedit; si verò esset judex inferior, querelandum esset coram superiori, nam si inferior gravat denegando jus, potest adiri superior, ut cogat judicem, ut parti petenti reddat jus, ut in authent. *ut different. judic.* cap. *si vero*, collat. 9. vel ut ipse sibi justitiam faciat, cum ex negligentia devolvatur jurisdictio ad superiorem, ut in authent. *de quæstore*, cap. 3. §. *si vero forsan*, et ibi Bart. collat. 6. et per Joann. de Plat. in l. *nemo carcerem*, *C. de exactor. tribut.* lib. 10.

(2) *Non se alçasse.* Adde l. *propter veneni*, §. fin. D. *ad Syllan.* et intellige secundùm Bartolum ibi, quando sententia est benè lata, vel est dubium, quia tunc præsumitur pro sententia, vel si excusaretur propter inopiam; aliàs si malè esset lata, appellare tenetur, et etiam tenetur, si pars adversa appellavit, ei respondere, secundùm Gloss. et Angel. ibi, et si appellavit, prosequi tenetur, l. *minoribus*, *C. de his quibus ut indign.*

(3) *Si el heredero fuesse menor.* Adde l. *minoribus*, *C. de his quibus ut indign.*

(4) *Non podiessen ser fallados.* Adde l. 3. §. *si quis ignorans*, D. *ad Syllanian.*

LEX XVI.

Hæreditate per Regem ab hærede defuncti necem non vendicante evicta, hæres satisfaciet creditoribus juxta vires hæreditarias, et legatariis, retenta falcidia, quam erat hæres habiturus. Hoc dicit.

(1) *Dezimos.* Prosequitur notata per Azon. *C. de his quib. ut indig.* in summa, col. fin. vers. *et est sciendum.*

(2) *El Mayordomo.* Facit ad id, quod dixi suprà eod. l. 14. in gloss. 1.

debdas (3) que fincaron del testador, fasta en aquella quantia, que montare lo que el rescibio (4) de la herencia. Otrosi dezimos, que deue pagar las mandas (5) que fueren escritas en el testamento del finado, fasta en aquella suma, que montare lo que la Camara del Rey rescibio de aquellos bienes, tirando ende la quarta parte (6) para el Rey, segun que la deue retener para si el heredero; e esta quarta parte se deue sacar de las mandas, quando non fincare tanto de la heredad, de que se podiesse entregar della.

LEY XVII.

Por quales razones, la herencia que el heredero perdiesse por yerro que ouiesse fecho, non la deue auer el Rey.

Cuydarian (1) algunos, que todas las cosas que son tomadas a los que las non merescen, que deuen ser de la Camara del Rey. E porende dezimos, que cosas y ha (2), en que non seria. E esto seria, como si dixesse el testador, e mandasse a algun ome alguna cosa señaladamente; e despues desto dixesse, que rogaua a aquel ome, que fuesse guardador de sus fijos, a que llaman en latin, Tutor. Ca si este atal non quisiesse ser guardador de los moços, non merescia auer la manda. Pero tal manda que se toma a este, por razon que era desconosciente al fazedor del testamento, sera de los huerfanos (3) sobredichos, e non del

(3) *Las debdas.* Adde l. *non possunt*, D. *de jure fisci.*

(4) *Lo que el rescibio.* Et sic fiscus, licèt non conficiat inventarium, non tenebitur ultra vires hæreditatis, ut hic et in dict. l. *non possunt*, et in l. 1. §. *an bona*, D. *de jure fisci*, ubi hoc notat Bart. et Alber. in dict. l. *non possunt*, colligit, quòd si alicujus malefactoris bona ad fiscum perveniant, non tenetur ultra quam ad eum pervenit, et intellige quando jure devolutionis, quia vacantia, seu confiscationis fiscus succederet, quia tunc non dicitur in hæreditate succedere, l. 3. §. *eadem constitutio*, D. *de fideicommissar. libert.* cum Glossa ibi, et ideo non tenetur ultra vires hæreditatis, ut in dict. l. 1. §. *an bona*, et hic, et ita intelligit Bart. in rubr. D. *de acquir. hæred.* vers. *et ex hoc apparet*; unde secùs esset, quando fiscus succederet, ut hæres, et jure hæreditario.

(5) *Las mandas.* Adde l. *cum fisco*, D. *ad Syllan.* et l. *dicitur*, D. *de jure fisci.*

(6) *La quarta parte.* Adde l. *Marcellus*, §. fin. D. *ad Trebell.*

LEX XVII.

Si legatarius constitutus tutor in testamento recuset officium, perdit legatum, pupillo applicandum, et si testamentum celat, perdit legatum, hæredi acquirendum. Item hæres tamquam filius institutus, si apparet non esse filium, perdit hæreditatem, consanguineis defuncti proximioribus, applicandam; quibus non existentibus Regi applicatur: idem si infidelis, vel hæreticus instituatur. Item filio patrem furiosum alimentare nolente, applicatur hæreditas extraneo de eo curante, et hærede captivum non redimente distribuitur hæreditas in redemptione captivorum. Hoc dicit.

(1) *Cuydarian.* Prosequitur notata per Azon. in summa, *C. de his quib. ut indign.* col. fin. vers. *præter hoc ad majorem notitiam hujus tituli*, et vide notabiliter per Bart. in l. fin. penult. et fin. colum. D. *de his quib. ut indign.* et per Gloss. in l. *hæreditas*, *C.* eod.

(7) *Lo quebrantasse.* Sive per querelam, sive per jus dicendi nullum, vel per bonorum possessionem contra tabulas; sic etiam Doctores communiter intelligunt textum in cap. 3. §. fin. vers. *sive igitur*, in authent. *ut cum de appellat. cognos.* dum loquitur de recisione, ut accipiatur diversimodè, id est, ipso jure, quando à principio testamentum fuit nullum. Et de recisione per remedia recisoria, quando fuit validum, facit textus cum glossa in l. 2. D. *de offic. proconsul.* et satis hoc probatur in l. 11. tit. suprà proximo, ad fin. legis; verbum enim semel positum aliquando propriè, vel impropriè ponitur, Glos. in dict. l. 2. et sic etiamsi filius in potestate prætereatur, conservantur legata per istam legem, et per dictam authenticam *ex causa*, et in corpore, unde sumitur, licèt Oldrald. consil. 138, incipit, *thema tale est*, *Durandus habens quatuor filios*, in prima quæstione contrarium tenuit per fundamenta, quæ ibi videbis: et tenuerunt etiam alii Doctores antiqui, inter quos fuisse videtur Azo. *C. de inoffic. testam.* in summa, column. penult. vers. *hodie autem non videtur.* Et fundamentum istorum est, quia cùm tunc legata non pendeant ab institutione per se ipsa, detecta nullitate subsistere non possunt, et quòd textus in dict. vers. *sive igitur*, dum tractat de conservatione legatorum, non loquitur de præteritis, sed de exhæredatis, vel de emancipatis præteritis, qui laborant in rumpendo per contra tabulas. Magis communis opinio tamen est in contrarium, secundum Alexand. in dict. authent. *ex causa*, column. 10. versic. *extra gloss. est videndum*, qui respondet motivis antiquorum, et Joan. de Imol. qui tenuerunt contra communem, et sustentat opinionem communem. Ista tamen lex Partitarum videtur velle, quòd tunc legata, et cætera hic contenta conserventur, quando fuit filius exhæredatus; patet expressè, cum dicit, *que como quier que el fijo*, *o el nieto fuesse desheredado*, et sic apertè videtur approbare opinionem Azon. et Oldraldi, et aliorum antiquorum: nisi sustentando communem opinionem dicas, quod istud verbum *exhæredatio* largè summitur pro exclusione ab hæreditate facta tacitè, vel expressè, prout respondet Bartol. in l. *filio præterito*, colum. 2. D. *de injust. rupt.* et quia negari non potest, quin ista lex, et dict. vers. *sive igitur*, in vers. *sin autem hæc observata*, habeant locum, quando filius fuit exhæredatus à patre sine expressione causæ, quod tunc legata conserventur, ut dicit Gloss. in dict. authent. *ex causa*, ubi latè hoc probat Bart. vers. *expediti sumus de contrariis* circa verbum *præteritionis*, et quia l. 1. suprà isto tit. æquiparat exhæredationem perperam factam, et præteritionem, et ita est, quod exhæredatio facta sine causa, tanquam non solemnis, haberi debet pro præteritione paterna, l. *non putavit*, §. *non quævis*, D. *de bonor. posses. contra tabul.* ergo ista l. et dict. vers. *sive igitur*, habent locum in præteritione paterna, quæ ut largo modo dixi, dicitur exhæredatio: et quia hoc expressum habemus in patre exhæredato à filio sine causa, quod conserventur legata, et cætera præter exhæredationem, in l. 11. tit. 7. suprà ead. *Partit.* igitur idem dicendum in filio non ritè exhæredato, vel præterito, et hoc videtur tenendum. Quid autem si pater fecit testamentum, in quo filium præteriit, et neminem hæredem instituit, an habebit locum ista lex, et dicta authentica *ex causa*? Gloss. in l. 1. §. fin. D. *de vulgar. et pupill.* vult, quod non, quam ibi notat Bart. et sic, quod authentica *ex causa* non habeat locum, quando quis fecit testamentum, et nemo in

sobredichas, con todo esso las mandas (8) que fueron y escritas, e las libertades, que fuessen y mandadas, e otorgadas a los sieruos, non se embargan, nin se desatan por esta razon. E sobre todas las razones que auemos dichas, en este titulo, dezimos que el yerro que el padre pusiere al fijo en el testamento para deseredallo, quel heredero quel establesciere, es tenudo de lo probar, assi como diximos en el titulo (9) de los Desheredamientos.

TITULO IX.

DE LAS MANDAS QUE LOS OMES FAZEN EN SUS TESTAMENTOS.

Mandas fazen los omes en sus testamentos, por sus animas, o por fazer bien a algunos, con quien han deudo de amor, o de parentesco. E pues que en los otros titulos ante deste fablamos de los herederos, que heredan todos los bienes de aquellos que los establescieren. E otrosi de los desheredamientos, que se fazen a derecho, o a tuerto, contra aquellos

eo fuit hæres institutus. Et idem tenet Bart. allegans dictam glossam in dict. vers. *sive igitur*, et Alexand. post alios in dict. §. fin. et idem si testamentum sit nullum ratione non rectæ institutionis, ut in quæstione Angel. in l. *Gallus*, §. *ille casus*, D. *de liber. et posthum.* hodie tamen per l. *Ordinam.* tit. *de los testamentos*, l. 1. etiam nemine instituto, conservantur legata, et alia in testamento contenta, et sic non procedet dispositio illius glossæ, et cùm lex ibi dicit, *quebrantasse*, intellige quoad institutionem, ut in dict. authen. *ex causa*, de qua sumpta est. Sed est pulchrum dubium, an saltem quoad quintam partem, in qua poterat institui extraneus, filio exhæredato, vel præterito, conservabitur institutio? Et videbatur, quod sic, per textum in l. *filium*, §. *sed et si portio*, D. *de legat. præstand. contra tabul.* tu dic, quod in nullo conservabitur quoad institutionem, quando exhæredatio non fuit ritè facta, vel filius fuit præteritus, qui erat in potestate; vel si erat emancipatus, fuit præteritus sine causa, quia cum istis casibus testamentum sit nullum, ut notat Gloss. in authent. *de hæred. et Falcid.* §. *exheredatos*, in nullo tenebit quoad institutionem, et hæreditas æquis portionibus veniet ad liberos, et successores ab intestato: si vero exhæredetur filius, vel prætereatur causa inserta, et sit emancipatus, est majus dubium, cùm tali casu tenebat testamentum, et opus erat remedio recisorio. Sed etiam adhùc videtur idem dicendum in isto casu, et ita probatur in dict. vers. *sive igitur*, in princ. et in cap. 4. §. *si tales*, nam rupto testamento, quia causa non est probata, testamentum redditur nullum quoad institutionem, et hæreditas æquis portionibus deveniet ad liberos, ut ibi habetur, et ita vult Alexand. in dict. authent. *ex causa*, col. fin. vers. *limitatur etiam ista authent.* et adde Bald. in l. *et in epist. C. de fideicom.* dum tenet, quòd etiam si pauperes sint instituti, filio præterito, præteritus filius dicet testamentum nullum, et pauperes instituti nihil consequentur, allegat dict. authent. *ex causa*.

(8) *Mandas*. Extende etiam in legatis relictis sub falsa demonstratione, juxta l. *si non designata*, *C. de fals. causa adject. legat.* secundum Salicetum ibi; licèt ibi contrarium voluit Angelus: et opinionem Saliceti approbat Alexand. in dict. authent. *ex causa*, colum. antepenult. Utrum autem legata relicta filio præterito, qui testamentum rupit, debeantur? Gloss. movit istam quæstionem in l. *maximum vitium*, *C. de liber. præter.* super verbo *totius substantiæ*, et ponit opiniones, non se firmans. Bart. in l. *filium*, §. 1. D. *de legat. præstand.* refert, quòd Martin. Silla disputavit hanc quæstionem, et tenuit, quòd non debeantur ei, qui impugnavit testamentum; cujus opinionem tenet ibi Bart. quem videas plenius in hoc loquentem, et idem tenentem in dict. authent. *ex causa*, colum. 9. et in princ. 10. et ista opinio Bartoli tenetur per Alexand. post alios quamplures per eum relatos, in dict. l. *maximum vitium*, ad fin. Quid etiam si unus ex filiis esset institutus, et ab eo legatum relictum, et alii præteriti, vel exhæredati rumpant testamentum; an tale legatum debeatur ab omnibus, vel solùm ab instituto? Vide textum cum glossa in l. *nonnunquam*, §. 1. D. *de legat. præstand.* Quid etiam si testator fecerit primum testamentum validum, et secundum fecit invalidum propter vitium præteritionis; utrum hoc casu hæredes scripti in primo testamento tenebuntur præstare legata relicta in secundo? Bart. in l. *si jure*, D. *de legat.* 3. simpliciter tenet, quòd sic, volens, quòd authentica *ex causa*, etiam habeat locum in isto casu: contrarium tamen tenet Angel. in consil. 186. incipit, *Berta habens virum*, motus ex eo, quòd dicta authentica et in corpore, unde sumitur, corrigit jura antiqua eo casu, quo rupto testamento vadit hæreditas ad succedentes ab intestato: ergo cùm simus in correctoriis, non debet fieri extensio ad similem casum. Et istam opinionem Angeli post alios sequitur Alexand. in dict. authent. *ex causa*, col. fin. limitans post Bart. nisi in secundo testamento esset clausula codicillaris, licèt in hoc contrarium etiam tenuit Bald. in l. *si filius, qui in potestate*, in ultimo dicto, D. *de liber. et posthum.* et in dict. authent. *ex causa*, colum. 12. vers. 5. *quæro*, et Joan. de Imol. in cap. *cum esses*, *de testam.* 5. charta. Quid autem in donationibus, causa mortis, an conserventur similiter sicut legata? Vide Bald. quòd sic, in l. *licèt*, ad fin. *C. de pact.* vide etiam Bald. in l. 2. col. 3. *C. quib. res judic. non nocet*, et Bart. in dict. authent. *ex causa*, colum. antepenult. *de substitutione pupillar.* Vide l. 10. tit. 5. suprà ead. *Partit.* ubi etiam vide, quæ dixi in exemplari substitutione. De fideicommisso universali, an conservetur? Bart. tenet, quòd sic, in l. *ita tamen*, §. *quotiens*, D. *ad Trebell.* post Gloss. ibi, et idem tenet Bald. in dict. authent. *ex causa*, col. 10. vers. *secundo oppono*, et ibi dicit, quòd filius habebit legitimam, et reliquum vigore fideicommissi restituet, et hanc dicit communem opinionem Alexand. in dict. authent. *ex causa*, col. 5. et in dict. §. *quotiens*, colum. 4. dicit, hanc esse magis communem opinionem: moventur ad hoc Doctores, quia per dictam authenticam cætera firma manent, et appellatione cæterorum venit fideicommissum universale, ut in dict. §. *quotiens*, et l. *si servum*, §. 1. D. *si quis omiss. caus. testam.* et hoc videtur tenendum etiam stante ista lege Partitarum, quæ non ita largè dicit de cæteris in testamento contentis, et suppleri debeat in hoc per alias ll. juris communis, quibus ista noluit derogare, et benè confert ad hoc l. 11. in fin. suprà, tit. 1. ibi cùm dicit, *mas las mandas*, *e las otras cosas*: et de aliis etiam, quæ veniunt sub appellatione cæterorum, vide per Bald. in dict. authent. *ex causa*, col. 10. Alias etiam limitationes ad istam legem et dictam authenticam, vide per Guilliel. Benedict. in repetit. cap. *Raynutius*, *de testam.* in verbo *in eodem testamento relinquens*, fol. 227.

(9) *En el titulo.* Vide in l. 4. et 10. supr tit. 7.

TITULUS IX. DE LEGATIS.

LEX I.

Legatum est quædam donatio in testamento, vel codicillo relicta, et potest legari ei, qui potest hæres institui. Item si legatarius non sit capax tempore testamenti, sufficit quòd sit capax et liber tempore mortis testatoris. Hoc dicit.

que deuen heredar. Queremos aqui dezir de las mandas, que dexa el testador de cosas señaladas en su testamento. E mostrar que cosa es manda. E quien la puede fazer. E quien non. E en que manera. E de que cosas. E como se puede reuocar, o desatar. E quien la puede demandar, despues que fuere fecha. E en que tiempo. E en que lugar.

LEY I.

Que cosa es manda, e quien la puede fazer, e a quien, e en que manera.

Manda es una manera de donacion (1), que dexa el testador en su testamento, o en cobdicilo, a alguno por amor de Dios, o de su anima, o por fazer algo aquel a quien dexa la manda. Otra donacion fazen, a que dizen en latin, donatio causa mortis, que quier tanto dezir, como cosa que da el testador a otro, cuydandose morir. E desta fablamos en el titulo de las Donaciones (2). E puede fazer tal manda, o tal donacion, todo ome que ha poder de fazer testamento, o cobdicilo (3). Otrosi dezimos, que a todos aquellos puede ser dexada manda, que pueden ser establescidos por herederos (4); e quales son los que pueden esto fazer, e quales non, mostramos cumplidamente en las leyes que fablan en esta razon, en el titulo de los Testamentos (5), e en el titulo de los Establescimientos de los herederos (6). Pero dezimos, que maguer acaesciesse, que alguno ouiesse tal embargo en el tiempo que le mandassen algo en el testamento, que estonce non lo pudiesse auer de derecho, si en el tiempo que muriesse (7) el testador, fuesse libre de aquella razon que gelo embargaua, non deue perder la manda que le fue dexada, ante la deue auer.

LEY II.

Quando muchos herederos son establescidos en el testamento, como el vno dellos puede auer la manda que le dexasse el testador, maguer non quisiesse ser heredero.

Muchos herederos de so vno dexando algun ome en su testamento, si mandasse alguno dellos señaladamente alguna cosa, demas que a los otros herederos, dezimos que este atal, maguer desamparasse la heredad del fazedor del testamento, que deue auer por razon que era establescido por heredero con los otros, non se le embarga porende, que non aya la manda (1) de la cosa señalada, que le dexo el testador. Fueras ende, si le fuesse de-

(1) *De donacion.* Adde l. *legatum*, D. *de legat.* 2. et *Instit. de legat.* in princ. ubi etiam additur *ab hærede præstanda.* Quid autem si ipse testator in vita rem legatam tradat legatario, an tunc transeat in novam donationem, et incipiat esse donatio inter vivos? Dinus voluit, quod sic; Rayner. quem sequitur Alberic. in dict. l. *legatum*, tenet contrarium, imò quod adhuc retineat suam naturam legati: vide ibi per Bartol. distinguentem, an solvat simpliciter, vel exprimendo ex causa legati.

(2) *En el titulo de las Donaciones.* In l. fin.

(3) *Cobdicilo.* Adde l. 2. D. *de legat.* 1. et l. *tam is*, D. *de donat. caus. mort.* prohibitus ergò testari, vel codicillari, non poterit legata, vel fideicommissa relinquere: unde Cardinales, qui non possunt testari nisi de licentia Papæ secundum consuetudinem Romanæ Curiæ, ut voluit Hostien. in summa, tit. *de pœnit. et remis.* §. *cui confitendum*, vers. *cui autem debent*, vel Episcopi de rebus ecclesiæ intuitu acquisitis, ut in cap. 1. *de testam.* non poterunt legata, nec fideicommissa de talibus rebus relinquere: de qua materia vide notabile consilium Socin. 3. vol. consil. 91. et Socin. junionis consil. 89. 1. vol.

(4) *Por herederos.* Adde §. *legari*, *Instit. de legat.*

(5) *En el titulo de los testamentos.* Vide in l. 13. cum sequent.

(6) *En el titulo de los Establescimientos de los herederos.* Vide in l. 3. et 4. et 5.

(7) *Muriesse.* Adde l. *si mihi et tibi*, §. *regula*, D. *de legat.* 1. et l. *si servus ejus*, D. *de acquir. hæred.* et l. *si cognatis*, D. *de reb. dub.* et l. *si deportati servo*, D. *de legat.* 3. 1. respon. et l. *non intelligitur*, D. *de jure fisci*, §. 1. et Gloss. in dict. l. *si cognatis*, et approbatur hic opinio illorum qui in legatis dicebant capacitatem spectandam in legatario tempore mortis, ut tradit Lucas de Penna in l. 1. *C. de delator.* lib. 10.

LEX II.

Pluribus hæredibus in testamento relictis, si uni eorum testator singulariter aliquid legat, et is velit hæreditatem repudiare, potest; sed nihilominus legatum habebit, nisi testator prohibuit legatum repudianti hæreditatem. Hoc dicit:

(1) *La manda.* Concordat cum l. *qui filiabus*, §. fin. cum l. sequenti, D. *de legat.* 1. et eod. tit. l. *filio quem pater*, et cum l. *miles*, §. *pro parte*, D. *de legat.* 2. et cum l. *cum responso*, *C. de legat.* et istud est utile, quando hæreditas est multùm implicata, et hæres institutus vult potius prælegatum, quia lites execratur, secundum Bald. et Joan. de Imol. in dict. §. fin. Hinc orta fuit decisio l. *Tauri* 21. quòd filius melioratus in tertio, et quinto honorum potest acceptare meliorationem, et repudiare hæreditatem, et habetur etiam in l. 29. de dote et aliis donationibus; tamen in casu dictæ l. 21. detrahitur pro rata æs alienum, sive melioratio facta fuerit in certa re, sive in certa parte bonorum, et in hoc est illa lex singularis et notanda; et benè facit l. *si quis servum*, §. fin. cum l. sequent. D. *de legat.* 2. Et certè quando melioratio est in quota bonorum, satis ratio suadet quòd melioratus pro rata teneatur ad debita, cùm bona dicantur deducto ære alieno; l. *subsignatum*, §. *bona*, D. *de verbor. sign.* l. *mulier bona*, D. *de jur. dot.* Quando verò fuit melioratus in re certa, non militat ista ratio, et cum sit legatum rei particularis, legatarius non videbatur teneri ad debita, argumento l. 1. *C. si cert. pet.* et benè confert, quod notat Bartol. in l. fin. D. *de usufruct. legat.* vers. *quæro quid si legatur*, ubi dicit, quòd si legatur tertia pars honorum mobilium et immobilium, videtur legatum certarum rerum, quia et jura et actiones non continet, et sic talis legatarius non debet gravari oneribus creditorum, ut in §. *si quis una*, *Inst. de fideicomm. hæredit.* l. *si hæreditatem*, §. 1. D. *mand.* et in donationibus

fendido señaladamente en el testamento, que non ouiesse la manda (2) si dexasse la herencia, non queriendo ser heredero della.

LEY III.

Como el fazedor del testamento puede obligar a aquellos a quien manda algo en el, que den a otri, fasta en aquella quantia que les dexa.

Puede el testador mandar, e obligar en su testamento, o cobdicilo, a aquel que establesciere por su heredero (1), que de, o pague alguna cosa a otri. Esse mismo mandamiento puede fazer todo ome a aquellos que han derecho de heredar lo suyo, si muriere sin testamento (2). E estos herederos lo deuen cumplir luego (3) que son apoderados de la herencia del finado. E aun dezimos, que si el testador mandasse a alguno de aquellos a quien el ouiesse dexado de lo suyo señaladamente, que de aquello que le mandaua, que diesse alguna cosa a otri, tenudo es de lo cumplir (4), fasta aquella quantia (5) que montasse aquello que el auia dexado por manda. E non tan

donatarius non obligatur creditoribus hæreditariis, sed hæres donatoris, l. *æris*, et l. *si patri*, *C. de donat.* et l. 2. *C. de revocand. his quæ in fraud. credit.* quod procedit necdum in donatione rei particularis, sed etiam in donatione tertiæ, vel quintæ partis bonorum, prout latè consuluit Decius consil. 237. incipit, *in casu proposito.* Et fortè ratio illius decisionis fuit, quia cùm omnia bona, excepta quinta parte, sint legitima filiorum juxta ll. hujus regni, si legatarius vel donatarius partis bonorum haberet talem partem liberam ab onere creditorum, filiis fieret præjudicium in sua legitima, ex qua deberent solvere creditoribus, cùm legitima intelligatur deducto ære alieno, l. §. *Papinianus*, §. *quarta*, D. *de inoffic. testam.* Et ideo ne fiat præjudicium filiis in legitima, legatarius vel donatarius tertiæ partis, vel quintæ bonorum in effectu tenetur ad debita, quia debet prius detrahi omne æs alienum, ut tradit Paul. de Cast. in dict. l. *si quis servum*, §. fin. sicut enim revocantur legata propter æs alienum, ut in l. fin. §. *sin verò*, vers. *licentia*, *de jur. deliber.* sic etiam revocantur propter debitum bonorum subsidium, l. *ex facto*, §. *unde scio*, D. *de hæred. inst.* et notat Gloss. in dict. l. 1. *C. si cert. petat.* quæ ratio ita militat, si tertium vel quintum assignetur in omnibus bonis, sive in certa re particulari. Et hæc nota pro declaratione, et intellectu dictæ legis Tauri, et eorum, quæ tradunt Doctores in locis de quibus suprà; nam ubi cessaret istud præjudicium in legitima filiorum, si donaretur, vel legaretur certa res, tunc nihil detraheretur de re donata vel legata ratione æris alieni. Sed hæres teneretur, quando hæreditas esset solvendo, nam si non esset solvendo, tunc procederet, quod habetur in dict. l. fin. §. *sin verò*, vers. *licentia*, *C. de jur. deliber.* non ergo est dicendum, quòd dicta lex Taurina corrigat ll. juris communis, et dicta Doctorum, prout in hoc dixit quidam ex interpretibus dictarum ll. Tauri; imò ejus dispositio conformis est cum jure communi: et cave ne decipiaris, cùm legeris dictum consilium Decii, cùm vult, quòd de donatione tertiæ vel quartæ partis bonorun non detrahatur æs alienum pro rata, sed quòd totum onus spectet ad hæredem, quia hoc esset falsum, et contra textum in dict. l. *si quis servum*, §. fin. cum l. sequenti, et contra glossam ibi communiter approbatam; quæ licèt loquatur in legato, idem est dicendum in donatione, cùm legatum sit donatio, suprà eod. l. 1. et quia est eadem ratio, cùm bona intelligantur deducto ære alieno, et Bartolus quem ad suum propositum allegat Decius in dict. §. fin. non negat, imò assentit, quòd de tali legato deducendum sit æs alienum; et quando facit differentiam in legato omnium bonorum, et partis bonorum, est respectu Trebellianicæ, et respectu deducendi pro rata æs alienum, ut in legato omnium bonorum intelligatur non deducto ære alieno, et sic universaliter transeant in eum debita, et credita; secùs autem in legato partis bonorum, ut tunc deducatur æs alienum.

(2) *Que non ouiesse la manda.* Adde l. *sed si non*, D. *de legat.* 1. cum ll. sequentib. quas vide.

LEX III.

Possum gravare hæredem meum ex testamento, vel ab intestato aliquid alii dare, et etiam legatarium usque ad legati valorem: sed si filium majorem decem annorum cum dimidio exhæredo, ei dato substituto pupillariter, non possum substitutum in aliquo dando gravare. Item hæres hæredis, vel legatarii tenetur, sicut is cui successit. Hoc dicit.

(1) *Su heredero.* Adde l. 1. §. *sciendum*, et l. *si ita fuerit*, D. *de legat.* 3. et *Inst. de legat.* in princ.

(2) *Sin testamento.* Adde dict. l. *si non fuerit*, et l. *si quis*, et l. *conficiuntur*, in princip. D. *de jur. codicill.* à filio tamen præterito, licèt suus hæres erit, fideicommissum relinqui non potest, l. *ex filio*, et ibi vide Bart. D. *de legat.* 3. l. *quidam*, *C. de fideicomm.* dicebat tamen Bald. in l. 1. *C. de bonor. possess. contra tabul.* in 2. oppos. quòd si testator gravat præteritum sub conditione, si hæreditas ad eum pervenit, quòd valet; secùs si eum non putat successurum, et tamen gravat, argumento l. *sed et si sic*, §. 1. D. *de legat.* 3. quod dictum videtur contra dict. l. *ex filio*, et idem Bald. contrarium ibi voluit, quia ex quo præteritus nominatim est gravatus, non tenet legatum, neque conservaretur per authent. *ex causa*, et l. fin. suprà tit. 8. Si tamen generaliter gravaret venientes ab intestato, ut puta, si apposuit clausulam codicillarem, tunc præterito succedente valeret etiam legatum. Et idem vult Angel. in dict. l. 1.

(3) *Cumplir luego.* Nam hæreditatis aditio moram legati quidem petitioni facit, licèt cessioni diei non, l. *hæredis*, D. *quando dies legat. ced.* et rei legatæ verè dominium transit ab adita hæreditate, et quæ rei legatæ accedunt, l. *si tibi homo*, §. *cum servus*, D. *de legat.* 1. et ibi vide per Bart. quid de fructibus, et accessionibus rei legatæ ante aditam hæreditatem: et vide etiam in materia Bartolum latè in l. *in fideicommissaria*, in princ. D. *ad Trebell.* et l. *si quis bonorum*, et ibi Bart. Ang. et Imol. D. *de legat.* 1. et Bart. et Imol. in l. *servo legato*, in princ. D. *de legat.* 1. et Bald. in l. *grege*, D. *de legat.* 1. et in l. fin. §. *sed quia*, *C. communia de legat.*

(4) *Tenudo es de lo cumplir.* Adde dict. l. 1. §. *sciendum*, D. *de legat.* 3. et l. *ab eo*, *C. de fideicom.*

(5) *Fasta aquella quantia.* Adde l. 6. infrà eod. nam in eo quod excedit, non tenet gravamen, ut in dict. l. *ab eo*, et in l. *cum quis uxori*, §. 1. D. *de dot. præleg.* et l. *facta*, §. *si Titius*, D. *ad Trebell.* Quid autem de fructibus, quos habuit; an etiam in illis possit gravari? Videtur, quod sic, ut in dict. §. 1. et ibi vide Bartol. hoc intelligentem, quando constaret hoc fuisse de mente testatoris, aliàs secùs, ut in l. *quod his verbis*, in princ. D. *de legat.* 3. et adde l. *filiusfamilias*, §. *apud Marcellum*, D. *de legat.* 1. et l. *Stichus*, §. *Titia*, D. *de alim. et cibar. legat.* et textus notabilis, ubi vide glossam fin. et ibi Paul. de Castr. in l. *quod de bonis*, §. *quod acus*, D. *ad leg. Falcid.* et ad istam legem adde etiam l. *Imperator*, §. *si centum*, D. *de legat.* 2. ubi ponit regulam, quod oneratus in quantitate non potest ultra gravari, quàm sit quantitas, et ejùs usuræ, et l. *si cui*, D. *de fideicommiss. libert.* et eod. tit. l. *generaliter*, §. *si quis alienum*, ubi bonus textus in l. *si debitor*, in princ. et in §. *in fideicommissaria*, et in istis ll. habetur una limitatio in ista materia, ut procedat, quando quantitas cum quantitate compensatur; secùs si cum specie propria, velu-

solamente son obligados a cumplir esto que diximos, los sobredichos en esta ley, mas avn los herederos dellos (6). Fueras ende, si el testador deshercdasse su fijo menor de catorze años, e mayor de diez años e medio (7) por alguna razon derecha; e establesciesse a otro por heredero del moço, en los bienes que le viniessen de parte de su madre, en tal manera, que si el moço muriesse ante que fuesse de edad de catorze años, este que fuesse establescido por heredero, lo heredasse; e mandasse a este atal, que de los bienes que heredasse del moço, diessse alguna cosa a otro: tal mandamiento como este non obliga al substituto (8), nin es tenudo de lo cumplir. Ca assaz abonda (9) al padre de poder desheredar su fijo, e establescer otro por heredero en lugar del, en los bienes que el fijo gano de otra parte.

ti si pecunia accepta, rogatus sit servum proprium manumittere, vel rem propriam quamquam majoris pretii restituere, nam legato percepto, tenetur, etsi plus res sua, vel servus valeat, ut infrà eod. l. 6. et in dict. §. *si centum*, et in dict. l. D. *de fideicomm. libert.* et idem dicendum, si legaret speciem propriam animo compensandi cum debito, quod legatario debebat; nam legato percepto non poterit legatarius dicere, quod species sibi legata valet minus, quàm quantitas sibi debita, et quod ideo petit residuum, glossa notabilis in l. *creditorem*, D. *de legat.* 2. quæ ad hoc allegat dict. §. *si centum*: et illam glossam dicit ibi singulariter notandam Rapha. Cuma. Et Joan. de Imol. dicit eam menti tenendam, cum qua secundum eum transeunt Dinus, et Bartolus: idem tamen Joan. de Imol. sub dubio fortè dicit, quod dicta glossa videtur contra l. *civitatibus*, §. fin. D. *de legat.* 1. cum ibi notatis Paul. de Castro in l. *cum ab uno*, D. *de legat.* 2. et in l. *si compensandi*, *C. de hæred. instit.* distinguit, quod, aut testator legat aliquid animo compensandi, et plus non didicit, et tunc dato, quod legatarius legatum agnoscat, non tenetur compensare, nisi pro rata valoris rei legatæ, l. penult. §. fin. D. *de alimentis et cibar. legatis.* Aut adjecit testator, quod nihil amplius petere possit, et tunc si agnoscat legatum creditor nihil amplius petere poterit, dato quod legatum minus valeat, quàm sit debitum; et cum hoc dicto Pauli videtur transire Alexand. cons. 132. incipit, *viso instrumento divisionis*, 2. vol. Consideranda sunt verba, quibus debitor legat speciem animo compensandi cum quantitate; nam si diceret, *lego pro debito*, seu *loco debiti*, satis apparet, quod prohibeat, ne plus petat: vide in hoc, quod tradit Salicet. in l. fin. *C. de his quæ sub mod. legat.*

(6) *Los herederos dellos.* Dupliciter potest hæc littera intelligi, vel quòd hæres hæredis teneatur ad legata, sicut etiam ipse hæres, quia hæres hæredis testatoris est hæres, l. *si quis filium*, §. fin. D. *de acquir. hæred.* l. fin. *C. de codicil.* vel quòd etiam ab hærede hæredis, vel legatarii possit legari, vel fideicommitti, l. *si fuerit*, §. 1. cum l. sequenti, D. *de legat.* 3. et in hunc sensum loquutus est Azo. *C.* eod. in summa ad fin. 1. col. cujus dicta prosequitur ista lex.

(7) *Diez años e medio.* Nam ante istam ætatem non posset committere causam ingratitudinis, ut habetur supra tit. 7. in l. 2. et notat Gloss. in §. *non solum*, *Instit. de pupillari substit.*

(8) *Sustituto.* Concordat cum l. *ab exhæredati substituto*, D. *de legat.* 1. et cum l. *cum quidam*, *C. de legat.* et adverte quia ista lex non exprimit, an hoc procedat, et si pater filio exhæredato aliquid legaverit, ut neque respectu talis legati substitutus exhæredati possit gravari, quod tamen clarè exprimit dicta l. *cum quidam*, et l. *qui fundum*, §. *qui filios*, D. *ad leg. Falcid.* quæ extensio ita fuit mirabilis Doctoribus scribentibus in dictis legibus, quòd neque ipsi, neque Glossa sciverunt dare rationem illius dispositionis, et meritò, cùm illa dispositio adversari videtur juribus disponentibus, quòd quando pater filio exhæredato legat, potest eum gravare ratione talis legati, l. *cohæredis*, §. *cum filiæ*, D. *de vulg. et pupill.* et l. *ab eo*, *C. de fideicomm.* si ergo potest legare ab exhæredato, multo fortius ab ejus substituto, l. *si fuerit*, §. 1. D. *de legat.* 3. et supra in ista lege hoc satis colligitur. Ex quo fortè videretur dicendum, quòd cùm talis extensio careat ratione, et ista lex Partitarum illam hic non expressit, quod non sit servanda in his regnis talis dispositio tanquam ratione carens, et non approbata istis ll. Partitarum: in contrarium tamen videtur, quia ista lex sumpta est à dictis Azon. *C. de legatis*, in summa, ad fin. 1. col. nam cùm tractat, à quo possit legari, subjungit: *Item ab hærede hæredis mei, et ab hærede legatarii mei*, ut D. *de legat.* 3. l. *si fuerit*, §. 1. nisi in casu quando filium impuberem exhæredavi, et eidem substitui, item ei legatum reliqui; nam licèt exhæredatum, cui reliqui legatum, possum onerare, non tamen onero substitutum ejus, ut infra eod. l. *cum quidam*: hæc sunt verba Azonis. Et sic ista lex cùm posuerit dictam regulam, quòd ab hærede hæredis vel legatarii possum legere, excipit istum casum, et licèt non exprimat quando datum fuit legatum exhæredato, satis hoc videtur includere, cùm istum casum ponat pro fallentia regulæ, quia aliàs non esset casus fallentiæ in casu, quo ab hærede legatarii legaretur; et cùm ista lex non reprobet talem dispositionem juris communis, neque hoc dicat, videtur velle, quòd illud remaneat, nam si aliud voluisset, expressisset, prout fecit in casu l. 9. tit. 13. infra ead. *Partit.* Et limita istam legem dupliciter: primò per textum in dict. l. *qui fundum*, §. *qui filios.* Secundò, per textum in l. *in ratione*, la 1. §. fin. D. *ad legem Falcid.* secundum Bald. Angel. et Alex. in dict. l. *cum quidam*, ubi etiam Jason. adducit aliam limitationem, quæ secundum eum fuit Joan. Fab. in §. *non solum*, *Institut. de pupil. substitut.* quando filius fuit exhæredatus bona mente, et ad provisionem filii, ut tunc possit legari etiam ab ejus substituto in relictis sibi, quod Joan. Fab. non dicit, sed Angel. de Aret. hoc infert attenta ratione dictæ l. *cum quidam*, quæ fuit in exhæredantis odium: et licèt Jason. ibi dubitet de hoc dicto, ex eo quia ratio injuriæ exhæredationis non videtur bona ratio, nam cùm filius exhæredatus sit ille, qui immediatè patitur injuriam exhæredationis, ipse est, à quo non deberet posse legari attenta injuria exhæredationis, non ab ejus substituto, qui nulla injuria afficitur; tamen dictum Angeli videtur sustentabile, ex quo lex ista Partitarum approbare videtur dictam rationem, ut dicam in gloss. sequenti.

(9) *Abonda al padre.* In istis verbis, quæ hic ponuntur, videtur approbari illa ratio, quod dispositio dictæ l. *cum quidam*, et dict. §. *qui filios*, l. *qui fundum*, D. *ad leg. Falcid.* sit in odium exhæredantis; quæ fuit opinio Azon. quam ibi ponit Glossa, quæ secundum Alexand. ibi est magis communis. Et certe ratio ista applicata ad casum hujus legis, in qua nihil exprimitur de legato facto filio exhæredato, satis concludit; quando verò legatum est relictum, non solum non concludit, imò auget difficultatem, quia si hoc est in odium exhæredantis, à fortiori non deberet valere fideicommissum ab ipso exhæredato, quàm si fieret ab ejus substituto, ut dixi in gloss. præcedenti.

LEY IV.

Como el fazedor del testamento puede obligar a los herederos de aquellos a quien manda algo en el, que den a otro, fasta en aquella quantia que les dexa.

Si el testador, quando establesciesse por su heredero a alguno, dixere en su testamento assi: Quien quier que sea heredero de mi heredero, mando que de a fulano tantos marauedis; o si dixesse: Ruego a aquel que ha de heredar lo mio, que mande a su heredero, que faga, o de tal cosa (1) a otro: que tal manda, dezimos, que vale, e es tenudo de la cumplir aquel que heredare los bienes del heredero del testador. Mas si en el establescimiento del heredero dixesse el testador: Establezco a tal ome por mi heredero; e si acaesciesse que fulano (nombrandolo señaladamente) heredare los bienes deste mi heredero quando muriere, mando que de tal cosa, o tantos marauedis, a tal ome; dezimos, que tal manda non vale (2), nin es tenudo aquel a quien nombro, de la pagar. E esto es, porque este atal non es heredero del otro, por juyzio del testador, mas por auentura (3), e porende aquel non es obligado de pagar tal manda. Ca ningund ome non puede obligar a otro, que de alguna cosa por el, si non le ouiere el dado algo (4) de lo suyo.

LEY V.

Por que razon el heredero non es tenudo de pagar las mandas, que el señor de la herencia ouiere dexadas.

Diximos (1) en las leyes ante desta que todo heredero es tenudo de cumplir las man-

LEX IV.

Possum meum hæredem, vel legatarium gravare, ut hæredi suo quid dare, vel facere mandet; sed si dico, mando, quod si talis fuerit hæres mei hæredis, det tali tantum, non valet, quia non judicio meo est hæres, et quia quem non honoro, onerare non queo. Hoc dicit.

(1) *O de tal cosa.* Et dato, quod ipse hæres rogatus à testatore non roget hæredem suum, ut det vel faciat, debetur fideicommissum, ut ista lex vult, et etiam D. *de legat.* 3. l. *si fuerit*, §. *si quis*, et ibi notat Bald. et facit ad quæstionem, ut si condens majoratum gravet successorem, ut etiam ipse talem rem vel quantitatem ponat in majoratu, quod licèt ipse successor non ponat, haberi debeat pro apposita, ex quo successor habuit majoratum; vel saltim compelletur ipse, vel hæres ejus, ut ponat: quod videtur intelligendum, juxta ea quæ dixi suprà in l. proxim. in gloss. super verbo *fasta aquella quantia.*

(2) *Non vale.* Adde l. *sed et si sic*, D. *de legat.* 3. et sic habes, quod nominatim à persona non honorata non potest relinqui fideicommissum, licet postea à casu fortunæ ille succedat præter judicium testatoris; ex quo infert Bald. in dict l. *sed et si sic*, quam legit sub l. *si fuerit*, §. *si quis*, quod si testator dicat, *instituo filium meum hæredem, et si decesserit cum filia hærede, rogo quòd illa filia det centum*, quod non tenet istud fideicommissum; debet ergo secundum eum verba gravaminis dirigere in ipsum filium institutum hoc modo: *si decesserit cum filia hærede, rogo ipsum filium institutum, quòd det centum*, quod dicit multum esse advertendum in forma gravaminis; quod dictum, vel est corruptum in meo libro, vel non videtur esse verum, nam ex quo ego possum legare, et fideicommittere ab hærede hæredis mei, ut suprà l. proxim. et in dict. l. *si fuerit*, §. 1. talis filia hæres potuit sic gravari: quando verò non adjiceretur *cum filia hærede*, sed tantum, *cum filia*, tunc procedere posset dictum Baldi. Et in materia majoriæ multum debet attendi ad formam gravaminis, et fideicommissi, juxta ea quæ notat Bart. in dict. l. *sed et si sic*, et in l. *Centurio*, col. 12. vers. *quæro ulterius*, D. *de vulgar. et pupill.* et quia est dubia illa decisio Bartoli: vide latè per alexand. consil. 105. 1. vol. et consil. 185. 2. vol. et Cornel. consid. 184. vers. *et licet Bart.* et 3. vol. consil. 24. et Decium consil. 27. dicentem, quod in illo puncto communis opinio est contra Bart. et idem dicit consil. 421. Paulus tamen in consil. 3. vol. 1. consuluit secundum illam doctrinam Bart. et Alex. licèt se fundet ex aliis etiam mediis, consil. 64. 5. vol. ubi refert Rapha. dicentem opinionem Bartoli esse communem. Sunt etiam consideranda verba fideicommissi, an gravamen videlicet sit scriptum in rem, et sic hæreditas sit gravata vel ne; nam tale gravamen in rem scriptum afficit rem, ad quemcumque vadat, ut in eleganti quæstione tradit Bald. in l. *precibus*, col. penult. vers. *extra quæritur*, *C. de impuber. et aliis substit.* et bene facit l. *planè*, la 2. §. *qui rogatus*, in fin. D. *de legat.* 1. quòd quando ab initio fideicommissum est utile, quia est impositum ei, cui potuit imponi, licet alii acquiratur hæreditas facto illius, cui erat impositum, non ideo expirat oneris impositio, argumento l. *à patre*, D. *de legat.* 3. et l. *si alienus*, D. *de legat.* 2. et notat Alberic. post Dinum, in dict. l. *sed et si sic*: et adverte quod quando aliquid est relictum alicui ad certum tempus, et post illud tempus alii, videtur gravari primus legatarius, licèt verba gravaminis ad eum non referantur, l. *codicillis*, in princ. et ibi Bart. D. *de usufruct. legat.*

(3) *Por auentura.* Sic et aliàs: notat Gloss. quòd non proficit fieri facto in l. 2. D. *de condit. et demonstrat.* et tradit Gloss. in cap. *remittuntur*, §. *hinc notandum*, super parte *non nisi*, 23. quæst. 5. et ignoranter præsentans bannitum non gaudet præmio statuti, l. *si is qui*, §. *quod si servus*, et ibi Bart. D. *de acquir. rer. domin.* et in l. *genero*, D. *de his qui notant. infam.* et per Bald. in l. *si quis hæredem*, *C. de instit. et substit.* Vide tamen in hoc, quod de interficiente exbannitum, etiam si ignoret bannum, notat Bartolus per textum ibi, in l. *inter omnes*, §. *rectè*, vers. *ultimo hanc*, §. *allego*, D. *de furt.* et adde de eo, qui in veritate est judex delegatus, sed ipse non scit, an teneat sententia, Bart. in l. *multum*, D. *de condit. et demonst.* et Nicol. de Neapol. in l. *quæro*, D. *de eo qui pro tutor.* Et de processu contumaciæ punitivo, an valeat, quando judici non constitit de contumacia? Bart. tenet, quòd non, quia ignorat fundamentum sui processus; vide per eum in dict. l. *multum interest*, et in l. *si finita*, §. *Julianus*, D. *de damno infect.* per Abb. in cap. *quoniam contra falsam.* col. 6. *de probat.* Et an in contractibus oporteat conditionem potestativam impleri ex proposito? Vide Jason. quòd non, in l. *cum filiusfamilias*, in §. *in hac*, in princ. D. *de verbor. obligat.*

(4) *El dado algo.* Vide suprà in l. proxim.

LEX V.

Si quis ab intestato moriturus dicat coram testibus, quòd Titius, qui est ei ab intestato successurus, det p. c. aureos, si ille nolit esse hæres, alius ulterioris gradus succedens hoc tenetur solvere, secùs si sit ejusdem gradus: idem dicendum est de liberto. Hoc dicit.

(1) *Diximos.* Prosequitur dicta Azon. *C.* eod. in summa, col. 2. vers. *licet autem dixerim.*

das de aquel cuyos bienes hereda, quier los herede por razon de testamento, o sin testamento. Pero casos y a, en que non seria assi. E esto seria, como si algund ome, que non fiziesse testamento, dixesse assi ante testigos: A fulano (2) que es mi pariente mas propinco, que ha derecho de heredar lo mio, mandole, que de tantos marauedis a tal ome. Ca si este atal non quisiesse ser heredero de los bienes de aquel que le esto mandaua, e lo entrasse otro, que fuesse mas cercano pariente despues del (3), non seria obligado este postrimero heredero de pagar tales mandas; como quier que lo fuera el primero, a quien el auia nombrado, si ouiere recebido la heredad. Mas si este (4) que tomo la herencia del muerto, era en egual grado de parentesco que el otro que la desecha, estonce dezimos, que es tenudo (5) de cumplir la manda sobredicha, tambien como lo fuera el otro, si ouiesse tomado la herencia del finado. Otrosi dezimos (6), que si algund ome que fuesse aforrado de su señor, non ouiesse fijos (7) que heredassen lo suyo, nin fiziesse testamento, mas dixesse assi: Ruego a fulano, que fue mi señor, que ha derecho de heredar (8) lo mio, que de tantos marauedis, o tal cosa, a tal ome. Ca si acaesciesse, que este señor atal muriesse en ante que entrasse la heredad del aforrado, maguer la entrassen sus fijos despues, non son tenudos de pagar las mandas que el aforrado ouiesse assi dexadas; como quier que lo fueran, si su padre ouiesse entrado tal herencia, ante que muriesse.

LEY VI.

Si el fazedor del testamento diesse su sieruo a otro, en manera que le aforrasse, e le mandasse que diesse alguna cosa a otro, como non es tenudo de lo fazer.

Si el fazedor del testamento diesse su sieruo a otro, en tal manera que lo aforrasse luego, e por esta razon, que gelo daua, lo quisiesse agrauiar, rogandole, o mandandole, que diesse alguna cosa a otro, dezimos (1) que non le puede agrauiar, nin es tenudo (2) de pagar la manda aquel a quien diesse el sieruo en esta manera: mas si gelo diere, diziendo

(2) *Fulano.* Hic ponitur casus l. 1. §. fin. D. *de legat.* 3.

(3) *Despues del.* Id est, qui erat in gradu sequenti. Et sic collige, prout notat Gloss. in l. *si Titio et Mævio*, §. *Julianus*, et ibi notat Bald. D. *de legat.* 2. quòd ab intestato ille demum videtur venire ex tacita voluntate defuncti, qui est proximior tempore mortis, non ille qui est ulterior in gradu. Adde tamen, secundum Bald. quod notatur in l. 1. §. *vel maximè*, D. *de collat. bonor.*

(4) *Mas si este.* Hic ponitur casus l. *si Titio et Mævio*, §. *Julianus*, D. *de legat.* 2. et approbatur hic secunda positio glossæ, quæ fuit Azon. quam etiam tenuit Dinus, et Alberic. ibi.

(5) *Tenudo.* Videbatur dicendum contrarium, ex quo legatum nominatim fuit relictum nomine proprio ab eo, qui repudiavit; unde portio hæreditatis ejus sine onere transire debebat ad cohæredes ab intestato, ut in l. *pater meus*, §. *quod alicujus*, D. *de legat.* 2. et ita tenet Bart. in dict. §. *Julianus*, et etiam Joan. de Imol. et est communis opinio, prout attestatur ibi Paul. de Cast. et idem Paul. in l. *licet Imperator*, D. *de legat.* 1. Unde dicendum est, quòd ista lex sit expressa contra illam communem opinionem, et quòd approbetur hic opinio Azon. de qua per Gloss. in dict. §. *quod alicujus*, scilicèt quòd ille §. corrigatur, si intelligatur in hæreditate caduca vel quasi caduca, per rescriptum Severi, de quo fit mentio in l. *si Titio et Mævio*, §. *Julianus*, D. *de legat.* 2. et in l. *non justam*, *C. ad Trebell.* quam opinionem Azonis tenet Paul. de Castr. in dict. l. *licet Imperator*, et in dict. §. *quod alicujus*; et sic attenta dispositione hujus legis est dicendum, quòd quando aliquis est institutus, vel nominatus de his, qui succedunt ab intestato, etsi legata nominatim, et proprio nomine fuerint relicta à tali hærede instituto, vel ab intestato succedenti, licèt de rigore verborum non debeantur à substituto, vel alio succedente ab intestato, etsi sit in pari gradu cum eo, à quo est legatum, ut in dict. §. *quod alicujus*, tamen ex rescripto dicti Imperatoris, qui fuit interpretatus contrarium de æquitate, et ex conjecturata mente defuncti debentur, ut in dict. §. *Julianus*; quàm æquitatem amplectitur ista lex Partitarum. Et istam opinionem, ut dixi, ut procedat etiam de jure communi, latè comprobat Paul. in dict. l. *licet Imperator*, ubi etiam aliter respondet ad dictum §. *quod alicujus*, ut procedat, quando legata non habuerunt originem in persona nominatim gravati, quia non erat in rerum natura tempore gravaminis; quod in casu hujus legis cessat, cùm hic vivebat, sed repudiavit hæreditatem. Vide plenè per Alexand. in dict. l. *licet Imperator*, col. 2. et 3. ubi refert Rapha. et Cristofor. de Cast. idem tenentes cum Paul. et dicit utramque opinionem esse sustentabilem, sed quod non sit recedendum à communi opinione. Tene ergo menti istam legem Partitarum, quæ decidit istud dubium contra dictam communem opinionem.

(6) *Dezimos.* Concordat cum dict. l. 1. §. *sed et si à patrono*, D. *de legat.* 3.

(7) *Fijos.* Vide in l. 10. tit. 22. 4. *Partit.* ubi etiam ponit de fratre.

(8) *Heredar.* Vide in dict. l. 10. et in §. *sed nostra*, *Instit. de succes. libert.*

LEX VI.

Legato servo, ut statim legatarius eum manumittat, non potest legatario hujus prætextu aliquod onus imponi; secus si post tempus est manumittendus, tunc potest apponi ejus considerato servitii commodo: nec etiam servo in testamento manumisso, cui nihil aliud relinquitur potest onus imponi. Sed legatarius rogatus servum suum manumittere, si legatum recepit, etiam si minus valet, tenetur; sed si est alienus, non tenetur pro eo plusquam recepit, dare. Item legatarius quantitatis non potest in majori quantitate gravari. Hoc dicit.

(1) *Dezimos.* Prosequitur dicta Azon. *C.* eod. in summa, col. 2. vers. *si tamen servum tibi legavero.*

(2) *Nin es tenudo.* Concordat cum l. *planè si filium*, §. fin. D. *de legat.* 1. nam non est locupletior, qui libertum habet, ut ibi per Glossam, is enim demum pecuniam ex causa fideicommissi præstare cogendus est, qui aliquid ejusdem generis, vel simile ex testamento consequitur, verba sunt illius legis; quæ regula, secundum Baldum ibi, non ita bene alibi reperitur. Joann. de Imol. Paul. etiam de Castr. ibi notat, quòd ex jure patronatus non dicitur quis locupletior, ut propter ipsum possit pecuniariter gravari. Adde quod notatur in l. *naturalis*, §. fin. D. *de præscript. verb.*

assi, que le daua el sieruo so tal condicion, que se seruiesse del, e le fiziesse libre, fasta algund tiempo (3), o dia cierto, estonce bien lo podria rogar, que diesse alguna cosa a otro; e aquel que recibiesse el sieruo en esta manera, tenudo es de pagar tal manda como esta, fasta aquella quantia (4), que montare la ganancia quel vino por razon del sieruo, o del seruicio que recibio del, desde el dia que lo recibio fasta el dia que lo aforro. Otrosi dezimos, que si el señor franqueasse por si su sieruo, e non le diesse ninguna cosa de sus bienes, que por razon del aforramiento (5) non lo puede agrauiar, mandandole que de alguna cosa a otro en razon de manda. E aun dezimos, que si algund ome rogase a otro, que aforrasse su sieruo, dexandole en su testamento alguna cosa de lo suyo porque lo fiziesse, si despues desto recibiesse el señor del sieruo aquello que le auia mandado, maguer el sieruo valiesse mucho mas que aquello que auia recebido, tenudo es de aforrarlo (6); porque semeja (7), que pues que lo recibio, que se tuuo por pagado dello. Pero si tal sieruo fuesse ageno (8), e valiesse mas que aquello que le dieron, de guisa que el señor non lo quisiesse dar por tanto; estonce aquel, a quien rogaron que lo aforrasse, non es tenudo de dar por el mas de aquello que recibio. E si por este precio non lo puede auer, deuelo guardar, e trabajarse (9) todauia, de lo auer por aquel precio, si pudiere; ca tales cosas son, que non puede ome acabar en vn dia, que las acaba en otro. Mas si algund testador dexasse marauedis ciertos en su testamento a algund ome, e mandasse a aquel a quien los dexo, que diesse a otro mas de aquello que el le auia dexado, dezimos, que este atal non es tenudo de pagar ninguna cosa, demas de aquella quantia que recibio, maguer ouiesse recebido (10) aquello que el testador le mando.

LEY VII.

Como el heredero deue caber el ruego del testador, mandandole dar a otro, fasta en aquella quantia que recibio del.

En vno con su fijo establesciendo el fazedor del testamento a otro por su heredero, diziendo assi: Ruegote, que quando tu murieres, que establezcas (1) a este mio fijo por heredero en vno con tus fijos. Si este atal recibiesse la heredad del testador sobredicho, tenudo es de complir tal ruego como este, fasta quanto monta la herencia en que fue establescido por heredero, con los frutos que recibio della. Otrosi dezimos (2), que faziendo algun ome alguna manda a otro de cosa cierta, diziendole assi: Ruegote, que despues que auras recebida, e auida tal cosa, que yo te mando dar, que la des a fulano. En tal caso como este dezimos, que tenudo es este a quien es fecha tal manda, si la ouiere, de la dar al otro, a quien el testador mando que fuesse dada. E si auer non la pudiere este que recibio el ruego del fazedor del testamento, deue otorgar al otro el derecho que en ella ha, porque la pueda demandar, e auer. E si acaesciere, que a este atal ouiesse el testador man-

(3) *Fasta algund tiempo.* Concórdat cum l. *si mulier*, §. *Julianus*, D. *de legat.* 3.

(4) *Fasta aquella quantía.* Adde l. 3. suprà eod.

(5) *Por razon del aforramiento.* Adde dict. l. *plane si filium*, §. fin. D. *de legat.* 1. cùm enim libertas sit res inestimabilis, non potest gravari onere pecuniario, vel estimabili: et ex hoc allegatur illa lex, quòd finiti ad infinitum nulla est proportio, secundum Bald. et Paul. ibi.

(6) *Aforrarlo.* Concordat cum l. *si legatario*, et cum l. *generaliter*, §. *si quis alienum*, D. *de fideicommis. libert.* et l. *si debitor*, in princ. et §. *in fideicommissaria*, eod. tit.

(7) *Porque semeja.* Adde l. *Imperator*, §. *si centum*, D. *de legat.* 2. et in l. *sed si non servus*, D. *ad leg. Falcid.* et dixi suprà eod. in l. 3. et facit hoc, secundum Bald. in dict. l. *Imperator*, §. *si centum*, quòd damnatus in testamento vendere rem, non possint intentare remedium l. 2. *C. de rescinden. vendit.* quod Imol. ibi intelligit, et limitat, quando esset à testatore designatum pretium certum: vide ibi per eum.

(8) *Ageno.* Adde l. *si cui*, et l. *generaliter*, §. *si quis alienum*, D. *de fideicomm. libert.*

(9) *Trabajarse.* Adde l. *deberi*, *C. de fideicommis. libert.* ubi ponitur etiam ista ratio, quam hìc ponit ista lex, quæ potest induci, ut gravatus per fideicommissum, ut emat talem rem, et ponat eam in majoria, quòd licèt dominus rei ab eo requisitus, ut vendat, nolit vendere, et ita respondeat, quòd propter hoc non liberatur gravatus, sed teneatur ad tale gravamen, si in posterum res talis possit haberi, ut ponatur in majoria: vide etiam per Bald. in dict. l. *deberi*, ubi hoc inducit ad alia, quæ sunt notanda: neque obstabit l. *pater filium*, §. *fideicommissit*, D. *de legat.* 3. quia ibi defuit spes possibilitatis adimplendi jussa defuncti propter dissolutionem collegii.

(10) *Maguer ouiesse aquello recebido.* Nota hæc verba, et adde quæ habentur suprà eod. l. 3. An autem posset deducere sumptus, quos fecit in consequendo legatum? Videtur, quòd sic, argumento l. *si legatarius*, D. *de legat.* 3. An autem filia possit gravari in dote recepta, ut eam restituat? Vide l. fin. §. *fideicommissit*, aliàs incipit, *filiæ fideicommissit*, D. *de legat.* 2. et quod ibi dicit Bartol. et Bald. in l. *cum virum*, *C. de fideicomm.*

LEX VII.

Possum rogare illum, quem cum filio meo institui hæredem, ut filium meum cum suis instituat; et tenetur quatenus ei accedit cum fructibus indè perceptis. Item legatarius certæ rei, rogatus eam alii restituere, tenetur, si eam habet; aliàs ad cedendum actionem tenetur substituto: et si plus quàm res illa ei relinquitur, et habeat, et sua culpa res restituenda perditur, vel negligentia in petendo imputetur; tenebitur substituto; sed si aliud ei legatum non fuit, non tenetur, nisi de dolo. Hoc dicit.

(1) *Que establezcas.* Potest enim quis gravari, ut aliquem hæredem instituat, ut hic, et in l. *Imperator*, §. *cum quidam*, D. *de legat.* 2. de quo ista lex sumpta est.

(2) *Dezimos.* Concordat cum l. *Imperator*, in princip. *de legat.* 2. et cum l. *si legatarius*, D. *de legat.* 3.

dado alguna cosa otra apartadamente para si, demas de aquello que le ouiesse rogado quel diesse al otro, si ouiesse ya recebido aquella suya, e fuesse negligente en demandar lo que deuia auer por el otro, si se perdiesse por su culpa (3), dezimos que estonce tenudo es de la pechar. Mas si apartadamente non le ouiesse mandada ninguna cosa, maguer por su culpa se parasse mal la manda, quel deuia recabdar, e el otro deuia auer, estonce non seria tenudo de le fazer emienda ninguna por esta razon. Fueras ende, si le fuesse prouado, que se perdiera por algund engaño (4) quel ouiesse fecho.

LEY VIII.

Como quando el fazedor del testamento dexa a algund ome por su heredero, non puede dexar mandas al sieruo del.

Si el señor de algun sieruo fuesse establescido por heredero de otro, non podria el fazedor del testamento despues mandar ninguna cosa de las suyas al sieruo del heredero (1); fueras ende, si gela manda con condicion, o fasta dia, o tiempo cierto, diziendo assi: Mando tantos marauedis, o tal cosa, a tal sieruo de mio heredero, si acaesciere quel aforrare su señor fasta tal dia; o poniendole otra condicion semejante desta. Ca, si acaesciere que se cumple la condicion, aura el sieruo la manda, e non de otra guisa. Mas si el sieruo (2) de alguno fuesse establescido por heredero de otri, si aquel mismo que lo establescio, mandasse alguna cosa al señor; estonce dezimos, que si en ante que entrasse la heredad el sieruo, le aforrasse su señor, o lo vendiesse, estonce aura el señor la manda, e el sieruo la heredad.

LEY IX.

Como la persona de aquel, a quien es fecha la manda, deue ser nombrado ciertamente.

La persona de aquel a quien es fecha la manda, deue ser puesta, e nombrada ciertamente, de guisa que puedan saber qual es, o por su nome, o por otras señales; ca si cierta non fuesse, non valdria la manda. E esto seria, como si el testador ouiesse dos amigos (1),

(3) *Por su culpa.* Concordat cum l. *si servus legatus*, §. *cum quid*, D. *de legat.* 1. et intellige de culpa levi, quia est ad similitudinem contractus, ut ibi habetur, et tenet ibi Albericus; habes ergo hic, et in dict. §. *cum quid*, de qua culpa teneatur legatarius fideicommissario: de qua autem teneatur hæres legatariis, et fideicommissariis, dic, ut in l. *cum res*, §. *culpa*, D. eod. De qua vero teneatur executor legatariis, vide per Bald. in dict. §. *cum quid*, ubi concludit, quod si erat mixtus executor, ut quia aliquod commodum sibi remanebat ex testamento, tunc teneatur etiam de levi culpa; si autem sit merus executor, ut quia nullum commodum habebat ex testamento, et quod tunc solum teneatur de dolo, et lata culpa, per illum textum juncta l. *quod Nerva*, D. *deposit.* et facit ista lex, ut possessor majoricatus teneatur ipse, et ejus hæredes ad resartionem damnorum, quæ culpa sua evenerunt in rebus majoriæ. Sic etiam Prælatus tenetur resarcire ecclesiæ omne damnum, quod contigit propter ejus negligentiam, Glos. in authen. *idem de Nestorianis*, *C. de hæretic.* Et notat Joan. de Plat. per textum ibi in l. unic. *C. de colon. Illyrician.* lib. 11. in fin. Adde etiam de Prælato dimittente per negligentiam rem ecclesiæ præscribi, Gloss. in cap. *placuit*, el 2. 16. quæst. 3. et Abb. in cap. *ex præsentium*, *de pignor.* in 3. notab. et in cap. 2. *de donat.* et in cap. 1. col. 3. *de in integr. restitut.* et per Francisc. Balb. *in tractatu præscrip.* charta 43. col. 2. et dicebat Gloss. in cap. *sæpe fit*, 21. quæst. 2. clericum posse privari ecclesia, si negligit agros, vel alias utilitates ecclesiæ. An autem compensetur tale damnum illatum in rebus majoriæ, vel ecclesiæ cum lucro, sive melioramentis in alia re factis? Vide quæ notantur in l. 1. *si negotia*, D. *negot. gest.*

(4) *Engaño.* Vel lata culpa, quia est ad similitudinem contractuum bonæ fidei, ut in dict. §. *cum quid*, et l. *si ut certo*, §. *interdum*, D. *commodat.*

LEX VIII.

Servo hæredis non potest pure legari, sed ad diem, vel sub conditione sic; et si liber fuerit, cùm cesserit dies legati, habebit illud. Sed si servo instituto, ejus domino quid legetur, et ante aditionem efficiatur liber, habebit dominus legatum, et servus hæreditatem. Hoc dicit.

(1) *Al sieruo del heredero.* Idem dic, si legetur servo testatoris, ut in l. *servis*, *C. de legat.* et idem dicendum in monacho, et monasterio, vel è contra, sicut hic dicitur de servo, et hærede, Joann. Fabr. in §. *an servo*, in fin. *Institut. de legat.* Sed an ad alimenta valeat relictum proprio servo? Vide l. *servos*, et ibi Bart. D. *de aliment. et cibar. legat.* Et an à patre possit legari filio? Vide in l. *filiam*, D. *de aur. et argen. legat.* et in l. *ubi pure*, in princ. D. *ad Trebell.* et in l. *cum filio*, ubi per Bart. col. 1. in fin. D. *de legat.* 1. ubi Bart. vult, quod si pater, ad quem pervenit hæreditas mediante filio, gravetur restituere hæreditatem filio, quod censetur rogatus restituere post mortem patris, non ante: allegat l. *epistolam*, §. 1. D. *ad Trebell.* ubi etiam Paul. de Castr. refert hoc dictum Bartoli; licèt si pater esset institutus, et gravatus restituere, videretur gravatus purè. Et sic non valeret de jure Digestorum, per §. *an servo*, *Instit. de legat.* de quo ista lex sumpta est, nisi apposuerit verba, per quæ voluerit diferre in tempus, quo esset effectus sui juris: de jure vero novo tanquam adventitia quoad proprietatem filio quærerentur, et sic valeret gravamen, ut etiam vult Joan. Fab. in dict. §. *an servo.*

(2) *Mas si el sieruo.* Rationem diversitatis inter istum, et primum casum ponit textus in dict. §. *an servo*, quia in casu isto hæreditas delata servo est separata à legato mihi facto; quod non est, quando servo meo est legatum à me instituto, quia legatum non separatur ab hæreditate. Et ibi declarat Ang. scilicet quod quando dominus est hæres institutus, et legatum ejus servo, hæreditas et legatum pendent à sola voluntate domini; quando vero institutus est servus, tunc non pendet à sola voluntate domini, quia etiam concurrere debet voluntas servi in adeundo, ut in l. *cum proponas*, *C. de hæred. instit.*

LEX IX.

Si legatur Titio, et sunt duo Titii, nec de quo sensit testator apparet, non valet legatum propter incertitudinem; sed ubi de persona constat, error nominis vel pronominis non nocet. Hoc dicit.

(1) *Dos amigos.* Concordat cum l. *si quis servum*, §. *si inter*, D. *de legat.* 2. et cum l. *si fuerit*, D. *de reb. dub.* et exponit Alberic. in dict. §. *si inter*, quando erant amici tes-

que ouiesse el vno nome assi como el otro, e dixesse assi: Mando a fulano mio amigo tantos marauedis, o tal cosa; e non dixesse el sobrenome de aquel a quien lo mandaua. Ca pues que non se puede saber (2) ciertamente, qual de aquellos sus amigos quisiera el testador que ouiesse aquella manda, porende non vale, nin es el heredero tenudo (3) de la cumplir. Pero si fuesse cierta la persona de aquel a quien fuesse mandada, maguer errasse (4) el testador en el nome, e en el sobrenome, de aquel a quien la fiziesse, non empesce tal yerro, nin se embarga porende la manda.

LEY X.

En quales cosas pueden ser fechas las mandas.

De las personas (1) que pueden fazer mandas diximos en las leyes ante desta, e otrosi de los que las reciben. E tal manda como esta es llamada en latin, de legatis primo. E agora queremos mostrar, de quales cosas pueden ser fechas las mandas, a que dizen en latin otrosi, de legatis secundo. E dezimos, que el testador puede fazer mandas, tambien de las cosas suyas, como de las de aquel que establesce (2) por su heredero. E porende tenudo

tatoris pari amicitia: bonus textus, licèt ipse non alleget, in dict. l. *si fuerit*, ubi expressè notat Socinus, quod debetur majori amicitia conjuncto; licèt postea arguit in contrarium, quod dictus §. *si inter*, indistinctè loquatur, et non benè se firmat. Secùs vero, si unus non est amicus, alter sic, cùm propter meritum et amicitiam legetur, l. *neque adjecit*, D. *pro socio*; et benè confert quod notat idem Alberic. in l. *si servus plurium*, §. fin. col. 2. D. *de legat.* 1. ubi inducit illum textum ad quæstionem, quam dicit habuisse de facto de quodam, qui fuerat electus ad quoddam officium, qui vocabatur Lanfrancus Fustini, et duo erant qui tali nomine vocabantur, et petebant se admitti ad tale officium, quod si unus erat consanguineus electoris, alter non, quod præferendus sit consanguineus. Capitur enim conjectura ex consanguinitate, et amicitia, ut in dict. §. fin. et subdit ibi notabile verbum, quòd quando elector declarat, de quo senserit, standum sit ejus declarationi in dubio, argumento l. *in prætoriis*, D. *de prætor. stipulat.* et in l. *in ambiguis*, D. *de regul. jur.*

(2) *Non se puede saber.* Facit ad quæstionem de partu gemino, de qua tetigi in l. 2. tit. 15. *Partit.* 2. de incertitudine verò circa res, vide Gloss. et Doctor. in dict. §. *si inter.*

(3) *Nin es el heredero tenudo.* Posset tamen ipse, si vellet, eligere cui solvat, ut probat textus cum glossa in dict. §. *si inter.* Et si ita solveret hæres, legatarius possideret titulo pro legato, et non titulo pro donato, ut ibi declarat Bart. Quod optimè confert ad quæstionem in materia majoriæ, ut si aliqua incertitudo oriatur ex verbis institutionis majoriæ, quis sit vocatus à constituente, et de communi assensu illorum, qui prætendunt jus ad bona majoriæ, declaretur quis eorum succedat, quòd videtur succedere titulo majoriæ, et cum vinculis, et gravaminibus in institutione majoriæ expressis, et non titulo pro donato. Tene menti, et ut hic vides, approbatur glossa dicti §. *si inter*, cùm glossa exposuit dictum verbum *debet*, id est potest: et est magis communis expositio, licet Bald. ibi, quòd necesse habeat hæres alterum eligere, seu alteri gratificari, quia convictus est per probationes. Cujus dictum Joan. de Imol. ibi dicit fortè esse verius, quia probatio est facta cum hærede, non autem est facta per unum legatarium cum alio, et res inter alios acta aliis non nocet, l. 1. et 2. *C. quib. res judic. non noc.* poteris tamen ex dicto Imol. esse cautus, ut cùm hæres super solutione talis legati vocetur in jus per unum ex istis legatariis, quòd faciat alium legatarium evocari, et amborum processus cumulari, ut sic probationes fiant; tàm cum hærede, quàm cum legatario. Quid autem si alter ex amicis petiit, alter non, vel repudiat? Vide per Bart. in dict. §. *si inter*, et si quis opponat contra hoc, quod in ista lege habetur, de cap. *duobus*, *de rescript.* lib. 6. ubi habetur, quòd si sunt duo impetrantes in eadem ecclesia, in omnibus pares, et eamdem datam habentes, quòd capitulum debeat et teneatur alterum eligere; solve, ut per Paul. de Castr. in dict. §. *si inter*, quòd ibi quilibet eorum habebat voluntatem Papæ; hic verò non quilibet habebat voluntatem testatoris; sed unus tantum, de quo erat incertitudo.

(4) *Maguer errasse.* Concordat cum §. *si quis in nomine*, *Instit. de legat.*

LEX X.

Si testator rem alienam, quam legat, scit esse alienam, tenetur hæres eam emere, et legatario de scientia testatoris probanti dare; et si non potest eam habere, solvat juxta æstimationem arbitrio duorum bonorum virorum. Si verò ignoravit alienam, non valet legatum, nisi servo alieno libertatem, aut uxori, vel consanguineo relinquat legatum. Hoc dicit.

(1) *De las personas.* Prosequitur notata per Azon. *C.* eod. in summa, col. 3. vers. *hucusque satis de personis.*

(2) *De aquel que establesce.* Concordat cum §. *non solum*, *Instit. de legat.* et l. *unum ex familia*, §. *si rem tuam*, D. *de legat.* 2. ubi habetur, quod hoc procedit, etiamsi testator leget rem hæredis ut suam scienter vel ignoranter; et etiamsi testator in tali re hæredis jus aliquod, vel partem habeat, nam et quoad totam rem valet legatum, l. *cum filius*, §. *dominus*, D. *de legat.* 2. ubi Bart. et Doctor. Quod planè procedit ubi testator simpliciter legaret rem hæredis, secùs si diceret rem talèm meam lego, secundum Joan. de Imol. in dict. §. *si rem*, et Bart. et Jason. in l. *servi electione*, §. fin. D. *de legat.* 1. non tamen rei hæredis legatæ ipso jure transiret dominium, sicut quando legatur res propria, ut notat Gloss. in l. *Papinianus*, D. *de servit.* reprobata glossa, quæ voluit contrarium in l. 2. *C. commun. de legat.* quæ communiter reprobatur per l. *si quis inquilinos*, §. *cum servum*, D. *de legat.* 1. An autem testator possit obligare rem hæredis? Variæ fuerunt opiniones, de quibus per Alexand. in l. *si hæredis servus*, col. 2. D. *de legat.* 1. ubi Alexand. dicit conclusivè, quòd aut defunctus nomine hæredis obligavit bona hæredis, et tunc procedat opinio, quòd possit obligare, quæ fuit opinio Petri, et Angel. in l. *assiduis*, *C. qui potior. in pign. habeant.* et Bald. et Angel. in dict. l. *si hæredis*; aut non obligavit nomine hæredis, et tunc procedat opinio contraria, quæ fuit Cyn. et Salic. in dict. l. *assiduis*, per textum in l. *si Titio*, D. *de pignor.* et per l. *rem alienam*, 2. respons. D. *de pign. actione.* Idem tamen Alex. consil. 173. vol. 2. incipit, *viso themate*, quod etiam est repetitum 3. vol. consil. 91. indistinctè tenet, testatorem posse obligare rem hæredis, et quòd hæres adeundo hæreditatem testatoris, videtur dictam obligationem approbasse, l. *cum à matre*, *C. de rei vendic.* l. *si creditoribus*, *C. de serv. pign. dat. manum.* et pignus solo consensu etiam absque traditione constituitur, l. 1. D. *de pign. actione*, l. 3. D. *in quib. caus. pign. tacitè contrah.* Potest etiam testator prohibere alienationem rei hæredis, sicut propriæ, ut probatur in l. *si quis ita sit legatus*, §. 1. D. *de manumis. testam.* quem textum ad hoc allegat Paul. de Cast. in dict. §. *si rem tuam.* Et facit, ut testator possit gravare hæredem, ut rem ponat in majoricatu facto per testatorem, vel ab alio, à quo testator habuit; et prohibere

es el heredero, de dar, e de pagar las cosas que assi dexasse, o mandasse, aquel que lo establescio; quier sean suyas del heredero, quier del testador. Otrosi dezimos, que si el fazedor del testamento mandasse cosa agena a otri: sabiendo que non era suya, nin de su heredero, tenudo es el heredero de la comprar (3), e de darla a quien fue mandada.

ejus rei alienationem, sicut si esset propria, facit l. *uxorem*, in princ. D. *de legat.* 3. Facit etiam ista lex, ut habens à Rege licentiam faciendi majoricatum sub vinculis, et gravaminibus sibi placitis, possit majoriam etiam facere de rebus hæredis; quod benè nota.

(3) *De la comprar.* Concordat cum §. *non solum, Inst. de leg.* et *C.* eod. l. *cum alienam*, et D. *de leg.* 3. l. *non dubium*. §. fin. et l. *Mævius*, §. *fundo*, D. *de leg.* 2. ubi habetur, quando ususfructus fundi legati erat alienus. An autem dispositio istarum LL. procedat de jure canonico? Doctores latè insistunt in dict. l. *cum alienam*, et in cap. *filius noster, de testam.* propter varios intellectus illius capituli; et videtur quòd prædicta dispositio procedat in utroque foro, ut in cap. *si Episcopus*, 12. quæst. 5. et quòd dictum cap. *filius*, procedat in suo casu speciali, in quo loquitur, videlicèt quando res aliena est legata ecclesiæ in pretium sepulturæ, prout textus ille cantare videtur; quod videtur quodammodo execrabile juxta textum in cap. *abolendæ*, *de sepult.* et ideo Papa ibi noluit tale legatum rei alienæ admittere, etiam quoad æstimationem, ne locus sacer, vel religiosus ad sepulchrum vendi videretur. Et licèt non ita dilucidè, istum intellectum voluit tenere Angel. in dict. l. *cum alienam*: vult etiam, licèt non ita clarè, Didacus à Covarruvias in relectione sua dict. cap. *filius noster*, ad fin. dicens, ita colligi perlecta epistola Beati Gregorii, de qua illa Decretalis sumpta est, et quòd ad hoc ipse animadvertit, et certè Angelus, ut credo, jam animadverterat in dict. l. *cum alienam*. Contra istum intellectum tamen facit, quòd relinquere aliquid ecclesiæ etiam gratia sepulturæ, non est prohibitum, ut probat textus in dict. cap. *filius*, et ibi notat Abb. neque hoc prohibetur aliquo jure, ex quo non intervenit venditio sepulturæ ex conventione, sed liberabiliter testator elargitur, unde nulla lex divina, neque canonica hoc vetat; Papa tamen ibi movetur, ne quid fiat contra leges Dei, et sic patet, quòd dictus intellectus procedere non possit. Præterea, si locus sepulturæ, de quo in dict. cap. erat sacer seu religiosus, etiam per ll. sæculi non potest vendi, quia non est in comercio, l. *in tantum*, §. *sacræ*, D. *de rer. divis.* l. 13. infrà eod. et sic Papa ibi non potuit ex hoc moveri contra leges civiles, execrando venditionem loci ad sepulchrum, cùm etiam ipsæ ll. hoc execrentur, unde pro nunc magis placet intellectus Baldi, quem dat ad illum textum in repet. l. 1. col. 14. vers. *item pono tertium casum*, *C. de sacros. eccles.* scilicèt, quòd licèt attento jure civili, legatum factum ecclesiæ dicatur factum conjunctæ personæ, et sic etiamsi ignorando rem esse alienam fiat à testatore, debeatur, ut in dict. l. *cum alienam*. Hoc tamen non procedat de jure canonico, ex eo quòd Deus istas præsumptiones et improprietates, quòd aliàs esset relicturus, etsi sciret rem alienam, non curat, ne eatur per istas simulationes: et istud dicit esse casum illius capituli, quod secundum eum Canonistæ simplices non intelligunt. Et licet Abb. in dict. cap. *filius*, in 5. lectur. reprobet istum intellectum, motus ex quibusdam levibus fundamentis, mihi satis placet; nam in primis iste intellectus non divinat, licèt enim ibi non fiat mentio de ignorantia, in dubio illa præsumitur, et non scientia, l. *verius*, D. *de probat.* imò, ut in ista lege habetur, legatarius tenetur probare scientiam, et sic de jure ignorantia præsumitur. Item nihil repugnat, quòd etiam jura civilia intelligantur etiam de conjunctione spirituali, quæ major et favorabilior est, quam carnalis, ut in cap. *inter corporalia*, *de translat. Episc. vel elect.* et quia etiam si testator ignoranter leget rem alienam non conjuncto, si tamen diligit eum, ut proximum seu conjunctum, tenet legatum, ut dixit Guilliel. de Cug. in dict. l. *cum alienam*, et sequitur ibi Alexand. procedit etiam, quando legatum fit ad pias causas, seu pro anima, ut latè tradit Alex. in dict. l. *cum alienam*, col. 2. Item, licèt non reperiatur expressum de jure civili, quòd debeatur æstimatio, quando legatur res aliena ecclesiæ à testatore ignorante rem esse alienam, satis hoc constat, cùm expresserit in conjunctis, et cùm expresserit quando legatur pro libertate: et placet iste intellectus, quando hæres à quo fieret ecclesiæ legatum rei alienæ, erranter esset filius, et non ita dives, prout fuit in casu dicti cap. *filius noster*, argumento cap. fin. 17. quæst. ultim. quia noluit Papa tale lucrum cum damno filiorum extorquere, licèt de rigore juris civilis poterat: et sic quòd cum isto temperamento procedat intellectus Baldi. Tu qui majus otium habueris, labora, si possis alium meliorem intellectum venire ad illud capitulum, erga quod ita Doctores illustres insudarunt; neque obliviscaris unum intellectum ex ibi traditis per Doctores, quem etiam tenet Archid. in cap. *una sola*, 33. quæst 5. secundum quem poteris inferre, quòd si legaretur res alicujus majoriæ, non debeatur æstimatio, vide l. *si quis inquilinos*, in princ. D. *de legat.* 1. et cogita circa prædicta, si posset dici, quòd aut res est prohibita alienari ex facultate Principis, et non debeatur æstimatio, l. *apud Julianum*, §. *constat.* et ibi Gloss. Bart. et Doctor. D. *de legat.* 1. si verò majoria esset facta sine facultate, in casu quo posset fieri, et tunc si legatum factum fuit scienter, debeatur æstimatio; ut notat Gloss. et Bart. in l. *unum ex familia*, §. *si fundum*, D. *de legat.* 2. ibi vide Paul. de Cast. et in casu in quo non debetur æstimatio, si legaret rem majoriæ, vel talem rem aliam, quæ non esset majoriæ, teneret legatum per textum in l. fin. §. fin. D. *qui et à quibus*, glossa notabilis in cap. *multorum*, 26. quæst. 2. in verbo *aut certe*, et l. *non utique*, in princ. D. *de eo quod certo loco*, et ad quæstionem prædictam, quòd legata re majoriæ scienter, debeatur æstimatio, vide Joan. Fab. in §. *non solum*, in fin. *Instit. de legat.* loquentem in re feudali, et ibi vide ad intellectum dicti cap. *filius*, in 2. col. ibi: *in hoc potest dici.*

Sed pone quòd testator per viam legati reliquit possessori majoriæ aliquam rem, et gravavit eum, ut præstaret alteri aliquam rem majoriæ, et quòd aliàs, si non præstet, pereat legatum; an teneat tale gravamen? Videtur, quod non, cùm hoc sit impossibile, et ipse incideret in pœnam, stante dispositione majoriæ, quòd non possit permutari: tu dic, quòd saltem debetur æstimatio, secundum Bald. in l. *apud Julianum*, §. *constat*, D. *de legat.* 1. ubi et Joann. de Imol. dicentes quòd licèt gravamen sit de impossibili, debet impleri voluntas testatoris in aliud simile: et sic dico, quòd debetur æstimatio, ut in l. *non dubium*, §. fin. D. *de legat.* 3. et vide quæ dixi in l. 10. tit. 26. in gloss. magna, versic. *quid autem si alieni*, 4. *Partit.* Sed pone, quòd pater fecit majoriam per viam testamenti de re unius filii, qui erat in ejus potestate, in alium filium, moritur postea iste filius cujus erat res, an reconvalescet relictum hoc in majoriam? Vide in ista quæstione ad ejus decisionem Bart. et Doctores, signanter Paul. de Cast. qui subtiliter considerat post glossam 1. ibi in l. *servum filii*, D. *de legat.* in princ. Quid autem si pater rem quam posuit in majoria, emerat, et non solverat pretium in totum, vel pro parte, an teneatur ad prætium solvendum ille cui relinquitur majoria, vel hæredes defuncti? Bald. dicit, quod hæres, in l. *cum alienam*, *C. de legat.* vers. *dubitatur tamen.* Et si evincatur res majoriæ, an hæredes teneantur, vide textum in l. *cum pater*, §. *evictis*, D. *de legat.* 2. Bald. in dict. l. *cum alienam*, *C. de legat.* vers. *ulterius*, in fin. Quid autem si quis legat fundum dotalem, an debeatur æstimatio? Glos. in l. *dotalem*, D. *de testam. milit.* dicit, quòd non; Bart. tamen ibi tenet contrarium, et Bald. novel. *in tractatu de dote*, part. 7. privil. 22. fol. mihi 34. col. 4. Paul. Alexand. et Jas. in l. *apud Julianum*, §. *constat*, D. *de legat.* 1. Bald. in dict. l. *cum alienam*, ubi hoc dicit communiter teneri: et procedit secundum Doct. ut Baldus dicit in l. 3. *C. de jure dotium*, col. 2. vers. *sed tunc quæro*, etsi maritus sit ille, qui legat rem dotalem. Idem tamen Bald. et Ang. in

Mas si el testador, a la sazon que la mando, cuydasse que era suya, e fuesse agena; estonce el heredero non es tenudo de la comprar, nin de darle la estimacion della. E para saber la verdad, si el testador sabia que aquella cosa era agena quando la mando, ha menester, que aquel a quien es fecha la manda, que lo prueue (4); e si lo prouare, deuela comprar el heredero, e dargela, si gela quisieren vender. E si por auentura non la pudiere auer por compra, o le demandassen por ella mayor precio de lo que vale, estonce el heredero deuele dar tanto por ella, a aquel a quien fue mandada, quanto apreciaren (5) dos omes buenos, que podria valer. Mas si non pudiere prouar, que el fazedor del testamento sabia que aquella cosa que mandaua era agena, estonce non deue auer (6) ninguna cosa por razon de tal manda, aquel a quien fue mandada. Fueras ende si fue fecha manda de tal cosa a tal persona que ouiesse allegança (7) con el fazedor del testamento: assi como si la fiziere a su muger, o algund ome que fuere pariente del mismo; ca en tal caso como este, entiendese, que si el testador sopiesse que la cosa que mandaua a alguna de las personas sobredichas, que era agena, que le mandaria dar, o comprar de sus bienes propios, tanto quanto asmassen que podria valer aquella cosa agena. Esso mesmo seria, si el fazedor del testamento mandasse aforrar algun sieruo ageno, cuydando que era suyo; ca tenudo es el heredero, de comprar tal sieruo como este, e de aforrarlo (8).

dict. l. *dotalem*, et Salicet. l. *cum alienam*, *C. de legat.* et Joann. de Imol. in dict. §. *constat*, intelligunt quando extraneus legaret, secùs si maritus, qui tantùm videtur legasse jus suum, licèt ejus morte periturum, juxta illam opinionem, quæ est magis communis, de qua per Bartol. et Alexandr. in l. *quod in rerum*, §. 1. D. *de legat.* 1. quæ opinio, quando testator sciebat verè vel præsumptivè, jus suum per ejus mortem expirare, mihi videtur insipida; unde contra eam tenuit Joann. de Imol. et multi alii relati per Alexand. et ipsemet Alexand. in dict. l. *quod in rerum*, secundum quam opinionem procederet quod dixi, et si maritus sit, qui legaret fundum dotalem. Quid autem si legetur res furtiva? Dic, quòd tenet legatum, quia potest redimi à domino, secundum Bald. in l. 1. in fin. *C. de usucap. pro emptor.* Si verò legetur res feudalis, per errorem juris credens se legare posse, non debetur aliquid, l. *Sticho*, D. *de usufruct. legat.* si ex certa scientia valet legatum, ut debeatur æstimatio, secundum Bald. post Odofred. *de feud. succession.* in princ. Vide in hoc per eumdem Bald. in cap. 1. §. *donare*, *qualiter feud. alien. poter.* col. 1. vers. *sed ego quæro*, ubi dicit, nihil deberi, quia ex quo testator legat jus suum, quod morte finitur, inutile est legatum, l. *uxor patri*, *C. de legat.* Et si quis tantùm habens habitationem, eam legat? Dic, quòd non valet, ut per Bald. in l. *habitatio*, *C. de usufruct.* per dict. l. *uxor patrui*, circa cujus legis materiam vide per Alex. cons. 9. 2. vol. col. fin. et quòd notat Abb. in cap. *quid autem*, *de jure patron.* Et in donante, an videatur tantùm donare jus, quod habet in re? Vide Alex. cons. 47. vol. 3. quando tamen quis habet aliquam partem, vel aliquod jus in re, quod illud tantum videatur legare, vide l. *servi electione*, §. fin. D. *de legat.* 1. et textum notabilem in l. *qui quatuor*, §. *qui fundum*, D. *de legat.* 3. et l. *Sticho*, et ibi Bart. D. *de usufruct. legat.* et l. *si domus*, §. fin. D. *de legat.* 1. et eod. tit. l. *quod in rerum*, §. 1. Et limita istam legem, nisi testator credidisset rem, quam legabat esse suam ex aliquo titulo speciali, qui jam extinctus erat, ut in l. *Sticho*, ad fin. D. *de usufruct. legat.* et ibi Gloss. et Bart. Et adde quod tradit Abb. in dict. cap. *filius noster*, de eo, qui habet jus pignoris tantùm in re, quam legat. Et adverte, quòd leges disponentes, quòd videtur quis legare respectu juris, quod habet in re aliena, procedunt, quando testator sciebat illud jus, nam si ignorabat, tota res, vel ejus æstimatio debebitur; textus est, et ibi Bart. et Paul. de Cast. in l. *servum filii*, D. *de legat.* 1. in §. 1. et vide eumdem Paul. in l. *si domus*, §. *de evictione*, et §. fin. D. eod.

(4) *Que lo prueue.* Et sic legatario incumbit probatio, quod testator sciverit rem esse alienam, ut hic, et in §. *non solum*, *Inst. de legat.* et quando præsumatur scientia, vel ignorantia in testatore in ista materia, vide per Bald. in dict. l. *cum alienam*, col. fin. vers. *dubitatur.*

(5) *Quanto apreciaren.* Adde dict. §. *non solum*, *Instit. de legat.* et l. *non dubium*, §. 1. et l. *qui quatuor*, §. fin. D. *de legat.* 3. et l. *alienus*, D. *ad leg. Falcid.*

(6) *Estonce non deue auer.* Limita, nisi legaverat rem alienam, quam suam putabat, animo compensandi etiam cum debitore naturali tantùm, quia censetur velle sibi deberi æstimationem, si res evincatur, et quod in omnem casum voluerit eam habere; ita notabiliter Paul. de Cast. in l. *hæres percepto*, D. *ad Trebell.* per textum ibi, quem dicit esse expressum casum.

(7) *Allegança.* Concordat cum dict. l. *cum alienam*, et cum l. *prædia*, *C. de fideicomm.* et l. *Quintus*, §. fin. D. *de auro et argen. legato*: et vide per Gloss. in dict. l. *cum alienam.* Quæ dicatur conjuncta persona, et usque ad quem gradum, vide ibi per Alexandr. Et an sufficiat, quod sit conjuncta persona tempore testamenti, licèt postea desierit? Vide per Bald. in dict. l. *prædia*, col. fin. ubi vult, quod sic; vide ibi per eum. Et an si filius instituatur in re certa aliena, possit dicere testamentum nullum? Vide Baldum notabiliter in l. *scimus*, in princip. *C. de inoffic. testam.* col. 2. vers. *extra quærit*, ubi post Guilliel. vult, quod non, etiamsi isto casu error induxit patrem ad relinquendum rem alienam; quod limitat, nisi res non esset in commercio, vel non esset in rerum natura. An autem re evicta agat legatarius de evictione? Vide in l. *si domus*, §. *de evictione*, D. *de legat.* 1. et in l. *cum pater*, §. *evictis*, et ibi Bart. D. *de legat.* 2. et per Gloss. et Doctor. in dict. l. *cum alienam.* Limita tamen singulariter, et intellige, quando legans sciebat jus, quod habebat in re legata; si vero credebat nullum jus habere, et legavit rem alienam, tunc non restringetur ad jus, quod habebat, sed debebitur pleno jure, secundum Bartol. et Paul. de Castr. in l. *servum filii*, §. *si quis rem*, D. *de legat.* 1. quod nota ad majoriam, si aliquis fortè habens jus pignoris, quod ignorabat, de tali re constitueret majoriam. Et vide etiam per Paul. in l. *si domus*, §. *de evictione*, et §. fin. D. *de legat.* 1. Et vide omnino ad prædicta, quæ dicit Paul. in l. *unum ex familia*, §. *sed et si fundum*, D. *de legat.* 2.

(8) *Aforrarlo.* Concordat cum l. *Paul.* 1. respon. D. *de fideicommis. libert.*

LEY XI.

Como el fazedor del testamento, puede fazer manda de alguna cosa, que fuesse empeñada.

Manda (1) faziendo el testador de alguna cosa suya (2), que el sabia (3) que era empeñada, o obligada a otri por menos de lo que valiesse, tenudo es el heredero de la quitar de los bienes del finado, e de darla a aquel a quien fue mandada. Otrosi dezimos, que si tal cosa era empeñada por tanto, o por mas de lo que valiesse, que estonce la deuria quitar el heredero del testador de los bienes de la herencia, quier sopiesse que tal cosa era empeñada (4), o non (5), quando la mandauan. Mas si por menor precio de quanto valia, yazia tal cosa en peños, si el testador non lo sabia quando la mando, deuela quitar de lo suyo aquel a quien es fecha la manda (6).

LEY XII.

Como de las cosas que non son aun nascidas, puede ser fecha manda.

Pueden fazer manda los fazedores de los testamentos, de las cosas que son nascidas a la sazon que las mandan, e aun de las que pueden nascer (1) despues que las mandaren, assi como los frutos de la tierra, e de los arboles. Otrosi de los fijos de los sieruos, e de los ganados, e de las bestias. Pero dezimos, que si los fazedores de los testamentos fiziessen manda de tal cosa, de que non fuessen ciertos (2),

LEX XI.

Testatore rem suam pignoratam minori pretio valoris scienter legante, tenetur eam hæres luere de bonis defuncti, et legatario dare: idem si pro majori quàm valet, vel pro tanto etiam ignoranter erat pignori data, tenetur enim hæres luere de bonis testatoris, sed si pro minori pretio erat pignorata, testatore ignorante, luetur pecunia legatarii. Hoc dicit. Habuit originem à §. *sed et si rem suam*, *Instit.* eod. tit. et à l. *si res obligata*, D. *de legat.* 1.

(1) *Manda.* Concordat cum l. *si res obligata*, D. *de legat.* 1. et cum l. *prædia*, *C. de fideicommis.* et cum §. *sed et si rem*, *Institut. de legat.*

(2) *Suya.* Quid si legaret rem alienam, quæ erat obligata? Vide per Bart. in l. *si tibi homo*, in princip. D. *de legat.* 1. Et poteris illum textum, qui est singularis inducere ad quæstionem, an si possessor majoriæ leget majoriam sequenti in gradu, quòd operetur hoc, ut si res majoriæ erat obligata jure pignoris alicui ex facultate Regis, quòd hæredes defuncti legantis teneantur luere talem rem, per illum textum, qui non est alibi, secundum Paul. de Cast. ibi post Dinum.

(3) *Que el sabia.* Et in facto proprio præsumitur scientia, l. *quamquam*, D. *ad Vellejan.* quod limita, nisi in facto antiquo, vel multùm implicito, secundum Bart. in dict. l. *si res obligata.* Et istud de facto antiquo sublimita tripliciter, ut per Alexand. ibi. Quid autem si testator obligavit rem post testamentum? Dic, quòd tunc hæres tenetur eam luere indistinctè, l. 3. *C. de legat.*

(4) *Enpeñada.* Intellige, sive sit obligata pro debito hæreditario, sive pro debito alieno alicujus tertii, secundum communem opinionem contra Bart. in dict. l. *si res obligata*, cùm illa lex et ista indistinctè loquantur: et eo casu quo erat obligata pro debito alieno, et onus luendi spectat ad legatarium, tenetur hæres cedere legatario actionem, quam habebat hæres contra illum tertium, per l. *apud Julianum*, §. *idem Julianus*, D. *de legat.* 1. Si verò res fuit obligata pro debito hæredis ante mortem testatoris, tunc distinctio hujus legis non habet locum; quia indistinctè tenebitur hæres ad luendum, cùm non luendo videatur esse in dolo, et culpa, l. *cum res*, §. *culpa*, D. eod. et ita tenent Angel. et Raphael, et Paul. de Cast. et Alexand. in dict. l. *si res obligata*, licèt Joan. de Imol. ibi voluerit, quòd etiam in isto casu procedat distinctio illius legis et ejus dispositio, cùm indistinctè loquatur. Sed opinio prædictorum videtur verior et æquior, quam etiam tenuit Bart. in l. *prædia*, *C. de fideicomm.* et pro ista opinione facit ista lex Partitarum, ibi cùm dicit, *de los bienes del finado*, nam si pro debito hæredis fuerat obligata, etiam de propriis bonis hæres teneretur, et sic erit ista una limitatio hujus legis: alias duas limitationes ponit Bald. in dict. l. *prædia*, scilicet quando res esset obligata facto legatarii, et quando quid universale, ut peculium, vel apotheca, puta, pannorum, legatum esset, nam tunc onus luendi non spectat ad hæredem, sed ad legatarium.

(5) *O non.* Quia legatum esset quasi inutile, si legatario incumberet onus luendi. Et ideo tunc spectat ad hæredem, etiamsi testator ignoravit rem fuisse obligatam: et ita etiam intelligebat Glossa dict. l. *si res obligata*, ubi ista est communis opinio Doctor. et Azon. *C.* eod. in summa, col. 3. licèt contra dictam rationem facit l. *et si æquo*, D. *de legat.* 1. pro ratione prædicta tamen optimè facit l. *qui concubinam*, §. *qui hortos*, D. *de legat.* 3. ubi bonus casus. Ang. verò quem sequuntur Raphael, et Paul. de Cast. et Alex. in dict. l. *si res obligata*, aliter intelligit illam legem, videlicèt, quòd si aliquid potest esse superfluum soluto ære alieno, tunc indistinctè hæres luere teneatur, quoniam videtur esse in culpa non luendo, et faciendo, sicut quilibet diligens paterfamilias fecisset, licèt testator hoc ignoraverit; quando verò nihil supersit deducto ære alieno, tunc quia hæres non potest dici esse in culpa, non tenebitur hæres luere, eo quòd in effectu esset legare rem alienam, et quæ quodammodo videtur exivisse de patrimonio testatoris, nisi quando legatarius esset conjuncta persona: et occasionem huic varietati inter istos Doctores dedit littera illius textus, ubi Glossa supplet textum cum dictione *non*, cùm textus dicit, *vel potest aliquid esse superfluum*, supplet Glossa, *vel nisi non potest aliquid esse superfluum*; et sic, ut littera textus intelligeretur planè, Angel. discessit à lectura Glossæ; sed revera ibi in littera debet esse illud *non*, et ita vidi in alia impressione, et illam litteram cum suppletione non sequitur ista lex Partitarum: tene menti.

(6) *La manda.* Limita, et intellige, nisi esset conjuncta persona, seu talis cui aliàs testator relicturus esset, nam tunc hæres luere tenebitur, ut in l. *prædia*, *C. de fideicommis.* et Gloss. et Doctor. communiter in dict. l. *si res obligata.*

LEX XII.

Possunt legari fructus nascituri. Et si res de qua dubitatur an vivat, legetur, cavet hæres de ea restituenda, cùm eam habuerit, et quæret eam suis expensis. Hoc dicit. Habuit originem ab *Institut.* eod. tit. §. *ea quoque*, et D. *de legat.* 1. l. *quod in rerum*, in princ.

(1) *Nascer.* Prosequitur ista lex notata per Azon. *C.* eod. in summa, col. 3. vers. *item legari potest*, et concordat cum l. *quod in rerum*, in princ. D. *de legat.* 1. et ibi Glossa allegat concordantias.

(2) *Ciertos.* Et sic tempore testamenti jam dubitabatur, esset in rerum natura, vel ne; unum tunc sufficit cavere legatario, ut hic, et in l. *servo legato*, §. fin. D. *de legat.*

si era biua, o non, assi como de sieruo, o de otra cosa que fuesse en otra parte; estonce el heredero deue dar recabdo a aquel a quien fue mandada tal cosa, que si la pudiere auer por alguna manera, que gela de. E aun dezimos, que el heredero se deue trabajar a su costa (3), por cobrarla.

LEY XIII.

De quales cosas non puede ser fecha manda.

Las cosas sagradas (1) que pertenescen a la Yglesia: otrosi las cosas que son señaladamente de los Reyes (2), assi como los palacios, e las huertas, e los cilleros, que son cosas que non deuen ser vendidas, nin enagenadas en ninguna manera sin mandado dellos (3); otrosi las plaças, e los exidos, e

1. et notat Glossa communiter approbata in l. *cum servus*, D. eod. Si autem sciatur, quòd res sit in rerum natura, sed sit in loco remoto, debet hæres suo sumptu eam rem perquirere, et dare legatario, ut in dict. l. *cum servus*, per quam limitatur l. *cum res*, §. 1. D. eod. et quod notatur per Gloss. in l. *quod legatur*, D. *de jud.* quòd satis sit hæredi præstare legatario rem eo loco, quo erat tempore testamenti; nam hoc fallit, quando res tunc temporis fuisset in loco multùm longinquo, ne aliàs si diceremus legatarium suo sumptu cogi prosequi rem legatam, inutile redderetur legatum, et ita notat Joan. de Imol. et Alexand. in dict. l. *cum servus*, ubi attestatur Alexand. ita communiter teneri; quod tamen ibi limitat Paul. de Cast. ut procedat quando testator scivit rem esse in longinquo, secùs si ignoraverit; et ita intelligit dictam l. *cum res*, §. 1. et cum ista limitatione Pauli de Cast. transit ibi Alexand. asserens probari in l. *servus legatus*, in princ. D. eod. et mihi satis placet, nisi in casu quo propter expensas prosecutionis legatum totaliter redderetur inutile, argumento l. *si res obligata*, D. eod. et l. suprà proxima, et quæ ibi dixi, tunc enim sumptu hæredis debet perquiri: quando verò servus legatus fugit post testamentum, vel mortem testatoris, vide per Gloss. in dict. l. *cum servus*, et ibi Bart.

(3) *A su costa.* Adde dict. l. *servo legato*, §. fin. D. eod. et facit ad id, quod dixi suprà in fin. glossæ præcedentis.

LEX XIII.

Res sacra, aut Principis, vel ædibus affixa, seu servus christianus infideli non potest legari, nec debetur æstimatio: idem si res legata postea sine hæredis culpa venit ad casum, quo legari non possit. Hoc dicit.

(1) *Cosas sagradas.* Prosequitur dicta Azon. *C.* eod. in summa, col. 4. vers. *licèt autem dixerim*, et adde l. *et liberi hominis*, D. *de contrah. empt.* et l. *apud Julianum*, §. *constat*, D. *de legat.* 1. et l. 15. tit. 5. *Partit.* 5. et 3. *Partit.* l. 7. tit. 28.

(2) *De los Reyes.* Rex habet duplex patrimonium; unum, quod dicitur privatum, et appellatur patrimonium Cæsaris, quod habet tanquam Titus, non tanquam Princeps, seu Rex, vel Imperator; aliud est patrimonium fiscale, quod habet tanquam Princeps, l. *procurator*, et ibi Cynus, *C. de edend.* l. 2. §. *hoc interdictum*, D. *ne quid in loc. pub.* et l. 1. D. *de offic. procur. Cæsar.* ll. 1. et 2. cum ibi notatis, *C. si advers. fiscum*, l. *procurator*, *C. ubi caus. fiscal.* et tradit Alexand. 4. vol. consil. 6. ponderatis his quæ in supra scripto; cui adde quæ dixit Lucas de Penna in rubric. *C. de feud. rei priv.* lib. 11. dixit etiam Bald. in l. 1. *C. de hæred. vel action. vend.* de duplici patrimonio Principis, quòd unum appellatur fiscale, puta, introitus et exitus cameræ fiscalis; aliud appellatur totius patrimonii regalis, de rebus quæ sunt in æterno patrimonio Principis: videtur ergo intelligenda ista lex, de his quæ sunt in perpetuo patrimonio Regis, et non in his, quæ ad aliquem Principem competerent jure privati patrimonii, veluti ad Titium, vide l. 1. tit. 17. 2. *Partit.* et quæ ibi dixi. Item non procedet in his, quæ jure confiscationis Principi applicarentur, ita quòd non essent redacta in formam patrimonii Principis, prout exprimit etiam textus in dict. §. *constat.* Et in terminis, quòd ea quæ confiscantur, non dicantur de dominio seu patrimonio principis, tenet Andr. de Iser. *de prohibit. feud. alien. per Freder.* vers. *neque dominus*, col. 3. et idem vult Carolus Molendinus in gloss. sua *consuet. parisiens.* §. 3. num. 14. ubi dicit, quòd dominium Regis est inalienabile, et extra commercium privatorum, quoniam non est Principis, sed majestatis suæ, et reipublicæ; tamen feuda et subfeuda, et alia quæcumque immobilia ab eodem dominio dependentia, quæ jure confiscationis vel commissi ad Regem deferuntur, possunt liberè per eum alienari, et in perpetuum concedi; quoniam hujusmodi accessiones, et obventiones licèt dependerent, et moverentur à dominio regio, et per confiscationem vel commissum factæ sunt Principis, tamen non sunt de dominio antequam dominio incorporentur, et ideo possunt per Principem alienari. Allegat etiam And. de Iser. ubi suprà, et in cap. 1. in princ. col. 2. *de his qui feud. dar. pos.* et constitutionem regni Siciliæ Frederici II. quæ incipit, *Constitutionem*, et ibi Matthæum de Afflict. et licèt lex ista declaret aliqua eorum, quæ sunt in patrimonio Principis, veluti palatia et hortos Principis, intellige, ut dixi, quando essent in perpetuo patrimonio Principis, non de aliis, licet sine ejus consensu non possent alienari, cùm in hoc non interveniat consensus, ut consensus Principis, sed ut consensus cujuslibet privati: et nota benè, quia Doctor. non ita benè declarant. Item etiam rebus hic enumeratis, adde reditus regales, de quibus in l. 6. tit. 28. 3. *Partit.* sunt enim et illa in perpetuo patrimonio Regis, et regni, et sunt impræscriptibilia, ut ibi habetur, et dixi latè; et quia magis furiosus videretur ille, qui legat reditus tales, quàm ille qui legat fundum Albanum, vel hortos Sallustianos Principis, qui reputatur in dict. §. *constat*, videri furiosus, et ut dicit And. de Iser. in dict. vers. *neque dominus feudi*, col. 1. sub appellatione dominii Principis etiam de ejus numero sunt panes civiles dohanæ gabellæ demania ad victum Principis ordinata, prout etiam dixit dicta l. 6.

(3) *Sin mandado dellos.* Adde dict. l. *apud Julianum*, §. *constat*, D. eod. et à contrario videtur hic, quòd patrimonium regale possit alienari per Principem, seu de ejus mandato, et sic arguebat And. de Iser. in dict. cap. *imperialem*, in dict. vers. *neque dominus feud.* col. 1. qui tamen concludit, quòd si in grave præjudicium regni, et dignitatis, hæ alienationes fierent, et dignitas regis graviter læderetur, non valerent, juxta ea quæ habentur in cap. *intellecto*, *de jurejur.* vide quæ dixi in l. 10. tit. 18. 3. *Partit.* et in l. 28. tit. 11. ead. *Partit.* Habes etiam hic, et in dict. §. *constat*, quod reputantur impossibilia, ea quæ dependent ex sola voluntate Principis, et vide ibi per Bart. et Paul. de Castr. Alex. et Jason. inferentes ad aliquas quæstiones, quas ibi vide, et per Bald. in l. *cum alienam*, col. 2. *C. de legat.* vers. *item dubitatur*, et adde Bald. in l. 1. col. 3. *C. de institution.* dicentem, quòd si relinquitur sub aliqua conditione, quæ non potest existere nisi per dispositionem Principis, quod talis conditio habetur pro non adjecta, nisi quando esset talis conditio, quæ esset de substantia, ut si pater reliquit filio sub conditione legitimationis, l. *in tempus*, D. *de hæred. instituend.* Et adde Bart. in l. *continuus*, §. *cum quis*: in fin. D. *de verbor. obligat.* quod id, quod non potest obtineri, nisi fiat nova lex per civitatem, reputatur impossibile; quod Doct. limitant, nisi in eis quæ de facili Princeps concedere consuevit, ut notat Paul. in l. *continuus*, §. *cum quis*, D. *de verb. oblig.* Alex. et Jason. in dict. §. *constat*, per l. *quidam relegatus*, in

las otras cosas que son comunales (4) de las Cibdades, e de las Villas, e otras cosas semejantes, non se pueden mandar (5). Otrosi dezimos, que nin los marmoles (6), nin los pilares, nin las pilas, nin las puertas, nin madera, nin ninguna de las otras cosas, que son puestas, e ayuntadas a casas (7), e a los otros edificios, non pueden ser mandadas en testamento a otri. E si algund ome fiziesse manda dellas, o de otras semejantes non vale, nin es tenudo el heredero de dar aquella cosa nin la estimacion della (8). E esto es defendido, porque tales cosas como estas fazen mas apuestas (9) las Villas, e los Lugares, do son; e porende non se deuen por tal razon arrancar en ninguna manera. E aun dezimos, que quando el fazedor del testamento mandasse su sieruo Christiano a otro que fuesse Judio, o Moro, o Herege, que tal manda non es valedera (10). E si por auentura algun testador mandasse a otro en su testamento alguna cosa, que fuesse de tal natura, e de tal condicion, quando la mandaua, que lo podia fazer de derecho, e despues desto se camiasse a otro estado, que fuesse atal, que si estonce fuesse por fazer el testamento, que la non podria mandar; dezimos, que non valdria tal manda (11). E esto seria, como si mandasse alguna cosa, que non fuesse sagrada quando la mandaua, e acaesciesse que la sagrassen des-

princ. D. *de reb. dub.* et l. *interdicit*, D. *de condit. et demonst.* et per textum in dict. §. *constat*: et per illam legem et istam potest dici, quod si possessor majoriæ legat rem aliquam majoriæ alicui, etiamsi leget eam scienter, non debeatur æstimatio, quando in tali majoria intervenit prohibitio Principis, ne res illæ alienentur, quia cùm sine Principis licentia non possint alienari, non debetur æstimatio. Quid tamen si legaret talem rem et aliam, quæ non erat majoriæ, sed libera, alternativè? Videtur quod tunc debeatur res illa, quæ est libera, per textum in l. fin. §. fin. D. *qui, et à quib.* et facit glossa notabilis in cap. *multorum*, 27. quæst. 2. in verbo *aut certe*, et l. *non utique*, post princ. D. *de eo quod cert. loc.* licèt in contrarium faciat l. *quæ sub conditione*, §. *sed si sub jusjurandi*, D. *de condit. institut.* et quod ibi Bart. dicit in fin, principii.

(4) *Que son comunales.* Id est in publico usu, ut platea, forum, et illa, quibus promiscuè utuntur, ut hìc, et in dict. §. *constat*; secùs ergo de aliis, cujus usus non est publicus, licèt sint in patrimonio populi, ut in l. *sed Celsus*, D. *de contrah. emption.* et l. fin. *C. de venden. reb. civit.* lib. 11. et vide quæ dixi in l. 15. tit. 5. *Partit.*

(5) *Non se pueden mandar.* Et sic neque debebitur æstimatio; quod limita nisi de voluntate testatoris tacita, vel expressa aliud constaret, ut in §. *si quis inquilinos*, et ibi notat Gloss. D. *de legat.* 1. et Gloss. in §. *non solum*, in vers. *sed si talis*, *Institut. de legat.* et tenet Alberic. in dict. §. *constat*; sed illa glossa communiter reprobatur, secundum Bald. et Joan. de Imol. ibi. Adverte tamen, quia Alberic. ut dixi, tenet illam glossam, et idem vult in dict. l. *si quis inquilinos*, ubi idem videtur velle Paul. de Cast. tenet etiam Joan. Faber in dict. §. *non solum*, et Azon. *C.* eod. in summa, col. 4. fortè potest dici, quòd in re sacra, cujus non est æstimatio, si legetur, non debetur æstimatio, etsi testator voluerit, ut detur æstimatio; in alia verò re, quæ de per se esset æstimabilis, nihil repugnat, si talis res legetur, licèt non sit in commercio, quin debeatur æstimatio, si de voluntate testatoris constet voluisse deberi æstimationem; de qua voluntate deberet constare manifestè, ut dixit Gloss. in dict. §. *non solum*, ut si dixisset, *lego talem rem, vel ejus æstimationem.*

(6) *Marmoles.* En an appellatione saxorum contineantur marmora? Glos. quòd sic, et ibi notat Joan. de Platea in l. penult. *C. de metallar.* lib. 11. ubi vide, an liceat invito domino prædii, intrare, et ibi quærere marmora; et adde l. 8. tit. 12. lib. 6. *in Ordin. Regal.*

(7) *Ayuntadas a casas.* Concordat cum l. *cætera*, D. *de legat.* 1. et l. *nutu*, §. fin. D. *de legat.* 3. ubi illa lex singulariter limitat, quando res affixæ sine deformatione ædium removeri possent, et adde textum notabilem in l. *fideicommissa*, §. *si quis illicitè*, D. *de legat.* 3. ubi etiam ista regula limitatur in his, quæ illicitè essent affixa. Quid autem in affixis parvæ domunculæ? Vide l. *senatus*, §. *Marcellus*, D. *de legat.* 1. Item limitatur in casu §, *sed si quis*, dict. l. *cætera*, et in casu l. *Marcellus*, cum ibi notatis, D. *de donat. inter vir. et uxor.*

(8) *Nin la estimacion.* Reprobat opinionem Glossæ in dict. l. *cætera*, in princ. super verbo *non possunt*, quæ voluit, quòd licèt legatum rei ædibus affixæ non valeat quoad ipsam rem, valet tamen quoad ejus æstimationem; et illa glossa communiter tenetur ibi per Doctor. ut attestatur Alexand. in dict. l. *cætera*, §. 1. et ibi etiam Jason. Raphael verò tenuit contrariam opinionem, imò quòd non deberetur æstimatio, per aliqua fundamenta, quæ ibi referunt Alexand. et Jason. qui tamen fatentur per hoc non esse recedendum à communi opinione. Tu tene menti istam legem Partitarum contra illam glossam, et communem opinionem, et tene opinionem glossæ, quæ fuit Azon. in l. *qui dotem*, D. *solut. matrim.* quam opinionem etiam aliqui alii tenebant, prout refert Joan. de Imol. in dict. l. *cætera*, in princ. et forte ratio hujus legis fuit, ne hæres de facto videns se teneri ad æstimationem, avelleret res affixas domui, ut eas potiùs quam æstimationem solveret, et sic civitas deformaretur, ut subdit. Et limita istam legem Partitarum in casu dictæ l. *cætera*, in §. *si duobus*, ut sic sit ille casus specialis, prout etiam dicebat Raphael, in quo specialiter fuit statutum deberi æstimationem, propter dubium quod in casu illo resultabat ex his, quæ dicta erant in princ. illius §.

(9) *Apuestas.* Adde l. 16. tit. 2. 3. *Partit.* et quæ ibi dixi, et l. 37. tit. 28. ead. *Partit.* et l. 20. et l. penult. tit. fin. ead. *Part.* et l. 2. *C. ne præd. et rebus navicular.* lib. 11. ubi etiam vide Joan. de Plat. et vide in materia l. fin. et ibi Joan. de Plat. *C. de jur. rei public.* lib. 11.

(10) *Non es valedera.* Adde l. unic. *C. ne christian. mancip.* et l. fin. tit. 21. 4. *Partit.* et l. 22. tit. 11. 5. *Partit.* et cap. *mancipia*, 54. dist. et nota hìc, quod dicitur de hæretico, et etiam dicitur in dict. l. fin. et in rubric. *C. ne christian. mancip.* et vide glossam notabilem in ista materia in §. *hoc tunc*, 54. dist. et isto casu neque æstimatio debetur, l. *mortuo*, §. *Labeo*, D. *de legat.* 2. et Gloss. in l. *sed si res*, D. *de legat.* 1. hinc Bart. in l. *apud Julianum*, §. *constat*, D. *de legat.* 1. dicit ponens aliud exemplum, quòd si per statutum est prohibitus forensis acquirere immobilia, quod si legetur forensi, non tenet legatum etiam respectu æstimationis; sed contra Bart. tenent communiter Doctor. in dict. §. *constat*, ubi vide per Alexand. in forensi enim non est incapacitas ratione delicti, ut in judæo vel hæretico, cui legatur christianum mancipium; et satisfacit pro dicta opinione communi, quod disponitur infrà eod. in l. sequenti.

(11) *Tal manda.* Concordat cum l. *inter stipulantem*, §. *sacram*, D. *de verbor. obligat.* et cum l. *cætera*, §. fin. cum l. sequenti, D. *de legat.* 1. Quid autem è converso, si à principio tempore testamenti non potuit legari, ut quia res erat sacra, vel ædibus affixa, et postea tempore mortis testatoris, vel aditæ hæreditatis istud impedimentum cessabat? Vide in dict. l. *cætera*, §. 1.

pues, sin mandado e sin culpa del heredero (12). Ca estonce el heredero non seria tenudo de dar la estimacion de tal manda. E esso mesmo seria en las otras cosas semejantes destas, quando la cosa que fuesse mandada, mudasse su estado, o su condicion sin culpa del heredero.

LEY XIV.

Como castillo, o otro lugar, que fuesse dado a algun ome, por seruicio señalado que el fiziesse por ello, non puede ser fecha manda del a otros, que non supiessen fazer aquel seruicio.

Castillo (1), o Villa, o Aldea, o alguna heredad, que diesse Emperador, o Rey a algunos omes, porque le fiziessen algun seruicio señalado (2), de las rentas que lleuassen dende, obligando para siempre aquella cosa por aquel seruicio; assi como si la diesse a Caualleros, que le seruiessen con armas, segun que conuiene a Orden de Caualleria; o si la diesse a Marineros, que le fiziessen seruicio con nauios sobre mar, o Almogauares (3), o Ballesteros: si la cosa fuesse dada por alguna destas razones sobredichas, o por otras que les semejan, si fiziesse manda alguno de aquellos a quien era dada, a tales omes, que non supiessen fazer aquel seruicio a que era obligado; dezimos que si aquel que faze tal manda, fuesse estonce cierto, que aquellos a quien mandaua tal cosa como esta, que non eran omes que supiessen cumplir aquel seruicio, que semeja que su voluntad fue, que ouiessen tanto de sus bienes, quanto vale aquella cosa que les manda. E porende el heredero es tenudo de dar la estimacion (4) de tal manda, e non la cosa mandada. Mas si non fuesse cierto, quando la mando, si eran omes para cumplir aquel seruicio, o non, estonce non seria tenudo el heredero de cumplir tal manda, nin de dar la estimacion della. Fueras ende si aquellos, a quien tal manda faze el testador, fuessen tan sabidores, e tan buenos para cumplir el seruicio sobredicho, como era aquel que fizo la manda; ca estonce, deuese cumplir en todas guisas.

LEY XV.

Como pueden ser fechas mandas de las cosas que non son corporales.

Fazerse puede manda, non tan solamente de las cosas corporales, assi como de las heredades, e de las otras cosas que puede ome tañer, e ver; mas aun, se puede fazer de aquellas que lo non son (1), assi como de los derechos que ome ha contra sus debdores (2). Ca bien los puede mandar a otro en su testamento, si quisiere. Esso mismo dezimos, que puede fazer de los otros derechos que ouiesse, por razon de seruidumbre (3), en personas, o en casas, o en campos agenos. Pero si aquella debda, o cosa, de que fizo la manda el testador, en su vida la ouiesse ya demandada e recebida (4) de aquel que gela deuia, estonce non le valdria tal manda, nin seria tenudo el heredero de dar la estimacion della;

(12) *Del heredero.* Adde dict. l. *cætera*, §. fin. et quod ibi notat Joan. de Imol. et quæ habentur in dict. §. *sacram.*

LEX XIV.

Si feudum incerto servitio deputatum leget testator ei quem scit illud servitium facere non posse, valet legatum quantum ad æstimationem; sed si legatarii impotentiam ignoravit, nihil debetur, nisi sicut testator posset legatarius deservire. Hoc dicit.

(1) *Castillo.* Ortum habet à l. *fideicommissa*, §. *si servo*, D. *de legat.* 3. et à l. *filiusfamilias*, §. *si quid alicui*, D. *de legat.* 1. et à notatis per Gloss. in l. *sed et si res*, eod. tit. et per Azon. *C.* eod. in summa, col. 4.

(2) *Señalado.* Habes hic quòd castra et villæ, seu oppida regni possunt per Regem dari aliquibus militibus, ut ex reditibus possint deservire Regi, et regno in aliquo servitio designato; neque tunc dicetur donatio, ut sic dicatur contineri sub legibus regni prohibentibus donationes talium, sed concessio in feudum, ut in l. 2. tit 25. 4. *Partit.* facit l. *quod autem*, §. *si vir et uxor*, D. *de donat. inter virum et uxor.* vel potius hic dicetur contractus innominatus, do ut facias, quam donatio, l. *naturalis*, D. *de præscript. verb.* l. fin. tit. 6. 5. *Partit.*

(3) *Almogauares.* De his habes 2. *Part.* tit. 22. l. penult.

(4) *De dar la estimacion.* Si legatarius tamen erat conjuncta persona, debebitur æstimatio, etsi testator ignoravit illum, cui legabat, esse inhabilem ad hoc, argumento l. *cum alienam*, *C. de legat.* suprà eod. l. 10. et tenet Alexand. in l. *apud Julianum*, §. *constat*, in fin. D. *de legat.* 1. post Petr. de Bella-perti. et Nicol. de Neapol. et Raphael.

LEX XV.

Possunt legari incorporalia, et nomina debitorum; et si postquam testator legaverit, rem exegerit, videtur revocasse legatum, secus si eo non petente debitor solvat. Hoc dicit.

(1) *Que lo non son.* Adde l. *cætera*, in princip. D. *de legat.* 1. et §. *tam autem*, *Institut.* eod.

(2) *Contra sus debdores.* Et ex tali legato acquiritur utilis actio etiam sine cessione, *C.* eod. l. *et legato nominis.* Et quid si legatario agenti opponat debitor, quod testamentum est falsum, vel non solemne, an ad evitandum ejus calumniam hæres possit agere directis actionibus? Vide Bald. quod sic, in l. 1. col. fin. *C. commun. de legat.* et facit istas lex quod majoria potest constitui in istis reditibus annuis, qui dicuntur, *juros*, vel *censos.* Et an si isti reditus deputentur ad majoriam, veniant reditus illi, qui jam concurrerant vivo testatore, seu vivo eo qui condidit majoriam, vide l. *nomen debitoris*, in princ. D. *de legat.* 3. et Paul. de Castr. in l. *si tibi homo*, §. *cum servus*, D. *de legat.* 1.

(3) *De seruidumbre.* Vide de hoc plenius in l. *pecoris*, D. *de servit. rustic. prædior.* et D. *de servit. legat.* per totum, et in l. fin. D. *communia prædior.*

(4) *E recebida.* Concordat cum dict. §. *tam autem*, et

porque se entiende que la reuoco, pues que la demando, e que gela dieron. Mas si el debdor de su grado (5) pagasse aquella debda al testador sobredicho, a quien la deuia, non gela demandando, estonce el heredero tenudo seria de dar la cosa, o la estimacion della, a aquel a quien fue mandada. E esto es, porque pues el debdor gelo pago de su grado, non gela demandando el fazedor del testamento, semeja que su entencion fue de la recebir, como para guardarla, para aquel a quien la auia mandada.

LEY XVI.

Como aquel que manda la cosa que tiene en peños, non se entiende que le quita la debda.

En peños teniendo algun ome cosa de otro por dineros que ouiesse emprestado sobre ella, si este atal (1) a quien fuesse obligada, fiziesse manda de aquella cosa a aquel mismo que gela obligara, vale (2) tal manda. Pero a sus herederos en saluo les finca su derecho, para poder demandar a aquel que la empeño, los dineros (3) que el testador le auia prestado sobre aquella cosa.

ibi per Gloss. et nota cùm dicit *recebida*, nam per solam petitionem, etiam sequuta sententia, non diceretur legatum ademptum, l. *nepoti*, §. 1. et ibi Bart. D. *de fund. instit.* et ibi vide per Bart. an per novationem extinguatur legatum nominis.

(5) *De su grado.* Adde l. *fideicommissa*, §. *si rem*, D. *de legat.* 3. et Gloss. in dict. §. *tam autem.*

LEX XVI.

Creditor pignus debitori legans non videtur debitum legare, sed pignus. Hoc dicit.

(1) *Este atal.* Quid è contra, si debitor leget rem pignoratam creditori? Vide l. *creditor*, *C. de legat.* et l. *creditorem*, D. *de legat.* 2. ubi habetur, quod valet legatum, et per hoc creditor non repellitur à petitione debiti, et vide infrà eod. in gloss. fin. vers. *sed quid si debitor.*

(2) *Vale.* Quoad remissionem pignoris, non quoad liberationem debiti, ut subjicit, nisi alia fuerit voluntas testatoris, quæ non præsumitur, nisi à legatario probetur, ut in l. 1. §. 1. D. *de liberat. legat.* et in l. *si mulier.* §. fin. D. *de legat.* 3. de quibus ista lex sumpta est, et à dictis ibi per Glossam; non tamen ob tale legatum debitor, cui remissio pignoris legata videtur, potest gravari, quia remissio pignoris non continet commodum pecuniarium, l. *idem erit*, D. *quæ in fraud. credit.* et non dicitur donatio, ut colligit Bald. in dict. §. fin. et adde ut per Gloss. in l. *creditor*, *C.* eod. Quid autem si creditor legans in casu hujus legis, putaret eam rem esse suam, an tunc videatur remittere pignus? Bart. dicit, quod non, in l. *si tibi homo*, in princ. D. *de legat.* 1. nisi quando legaret conjunctæ personæ, per l. *cum alienam*, *C.* eod. quam limitationem rectè impugnat ibi Alexand. post Paul. de Castr. et facit optimè textus in l. *unum ex familia*, in §. *si rem*, D. *de legat.* 2. quia si testator habuit animum legandi dominium rei, quanto fortius videtur jus pignoris legasse? Quid autem si tibi lego rem tuam, quæ est alteri obligata? Hic est casus dictæ l. *si tibi homo*, in princ. ut legatum valeat, et hæres cogatur rem liberare; qui casus non est alibi, secundum Din. Bald. et Alexand. ibi; et procedit ille casus, secundum Bartolum ibi, quando testator scivit rem esse alienam, et non ignorabat eam alteri esse obligatam, secùs si putavit esse suam, vel ignoravit alteri esse obligatam, vide ibi per Bart. Paul. et Alex. facit textus in ratione sui in l. *si res obligata*, D. *de legat.* 1.

(3) *Los dineros.* Bartol. in dict. l. *si tibi homo*, in princ. limitat, ut hoc non procedat, quando æquivaleret quantitas debiti æstimationi rei legatæ, id est, res esset obligata pro tanto, quod non sit verisimile, quod debitor eam luat, quia tunc videtur testator etiam remittere debitum principale, allegat textum, in l. *qui habebat*, in princ. D. *de legat.* 3. et cum Bart. transeunt Nicol. de Neapol. et Raphael ibi, et Petr. de Anchar. et Joan. de Imol. in cap. *filius*, *de testam.* Angel. verò, et idem Imol. et Paul. de Castr. et Alex. in dict. l. *si tibi homo*, in princ. tenent contrarium: et istud videtur verius, maximè stante ista lege Partitarum, ita hoc generaliter disponente.

Sed quid si debitor leget creditori rem pignoratam? Dixi suprà in gloss. 1. non enim debitor videtur legare animo compensandi, unde creditor habebit utrumque; et procedit etiamsi vir leget uxori, cui erat obligatus ad dotem, ut in l. 1. §. 3. vers. *sciendum*, *C. de rei uxor. action.* nisi exprimat, quod legat animo compensandi, seu pro dote, ut ibi; vel si dicat aliquid simile, ex quo talis ejus intentio colligatur, ut in l. *cum pater*, §. *qui dotale*, D. *de legat.* 2.

Quid autem si vir legat uxori mancipia, quæ æstimata recepit in dotem, an possit mulier habere mancipia, et æstimationem? Gloss. dicit, quòd sic, in l. *Licinius*, in princ. D. *de legat.* 2. et tenet Bartol. quem vide, in l. 2. §. *Mela*, D. *de dot. prælegat.* Et vult illa glossa, quòd etiam hoc procedat, etiamsi testator dixerit, quòd legabat talem rem, seu talia mancipia, quæ sibi in dotem data fuerunt; talia enim verba, secundum Imol. ibi videntur adjecta causa demonstrationis; non taxationis.

Quid autem si testator dicat, quòd petere non possit, an per hoc videatur legare animo compensandi? Responde ex notatis per Bald. in l. *quoniam novella*, col. fin. vers. 3. *quæritur*, *C. de inoffic. testam.* et ex his quæ dicit in l. *si adulta*, 2. notab. *C. de hæredit. action.* in verbo *sed nunquid per hæc verba*, et idem Bald. in l. *liberti*, col. 8. *C. de oper. libert.* vide ibi omnino.

Quid autem si pater legavit filiæ ducenta pro ea maritanda, qui postea eam maritavit datis centum nomine dotis, utrum filia possit petere residuum? Vide Bart. in l. *Lucius Titius*, D. *de legat.* 2. ubi post Din. vult, quòd non; sed videas ibi per eum, et per Alex. *in addition.* videas etiam per Alex. in l. *hujusmodi*, §. *cum pater*, D. *de legat.* 1. ubi ultra Oldral. refert multos, qui tenuerunt contrarium, imò quòd filia possit petere reliqua centum; sed opinionem Bartoli et Dini tenet ibi Joan. de Imol. et in cap. *filius de testam.* per l. *libertis quos*, D. *de alimen. et cibar. legat.* et idem tenet ibi Raphael, et etiam Nicol. de Neapol. in dict. l. *Lucius*: et videtur æqua opinio, licèt fortè in puncto juris contraria opinio possit esse verior. Et istam dicit esse communem opinionem Jason. in l. *filia legatorum*, *C. de legat.* et Socin. consil. 101. in princ. incipit, *visis duobus testamentis*, 3. vol.

Quid vero si pater primò dotat filiam, et postea legat? Vide l. *Titia*, §. *qui inoita*, D. *de legat.* 2. et vide l. *si cum dotem*, §. *si pater*, et ibi Bartol. D. *solut. matrim.* et quæ latè tradit Jason. post Bald. ibi in authent. *præterea*, *C. unde vir et uxor*, et vide etiam in l. *hujusmodi*, §. *cum pater*, D. *de legat.* 1. et adde quòd notat Bald. in dict. §. *sciendum*, et in l. *quoniam in prioribus*, penult. et fin. col. *C. de inoffic. testam.* fit enim distinctio, an debitor sit necessarius qui legat, vel voluntarius, ut in dict. §. *sciendum*, et in dict. §. *cum pater*, et in dict. l. *creditorem*: vide etiam notata per Bald. in l. *si uxor*, *C. de bonis auctorit.*

LEY XVII.

Por que razones se entiende que es reuocada la manda, quando el fazedor del testamento la enagena, despues que la ha fecho.

Viña, o tierra, o otra cosa semejante (1) destas, que fuesse suya del testador, si la mandasse a alguno en su testamento, e despues desto en su vida la vendiesse (2), o la camiasse, en saluo finca aquel a quien la mando, de demandar la estimacion de aquella cosa. Fueras ende, si el heredero del testador pudiesse prouar, que su entencion fue del que fizo la manda, de reuocarla, e por esto la enagenaua. Mas si el fazedor del testamento (3), despues que ouiesse mandada alguna

judic. possid. vers. *quæro numquid in dubio*, ubi concludit, quòd, aut est debitum ex necessitate legis inductum, et videtur relictum animo compensandi, ut in dict. authent. *præterea*, et in dict. l. *si cum dotem*, §. *si pater*, aut ex necessitate contractus, et secùs; aut mixta ratione legis et contractus, ut in statuto disponente, quòd maritus lucretur tertiam partem dotis: et tunc aut legatum recipit functionem cum dote, et fit compensatio, secundum Jacob de Aret. et Bart. sed secundum Freder. de Scal. cujus opinionem Baldus ibi dicit esse veriorem, non fit compensatio, quia ille qui consequitur commodum ex contractu, consequitur ex sua providentia, legatum autem consequitur ex providentia aliena, et sic separatæ sunt causæ, l. *si debitor*, D. *ad legem Falcid.* si autem non recipiunt functionem, ut quia dos est in pecunia, legatum in specie, tunc non fit compensatio, quia qualitas rerum non patitur, l. 2. §. 1. D. *si certum petat.*

Quid autem è contra, si debitum est voluntarium, relictum verò necessarium ex dispositione legis, nunquid fiet compensatio? Bald. ibidem quòd non, per casum illius legis, quem dicit singularem: vide ibi per eum.

An autem hoc quod dicitur in legato, procedat in dato inter vivos, ut videatur dari animo compensandi, quando debitor est necessarius? Jason. dicit, quòd sic, in authent. *præterea*, col. 11. *C. unde vir et uxor*, vers. *item adde quod ex decisione Bald.* de quo etiam in hoc meminit Doctor de Segura in repet. l. *cohæredi*, §. *cum filiæ*, fol. 17. col. 2. D. *de vulgar. et pupill.* Vide etiam notata per Jason. in l. *frater à fratre*, col. 18. in 1. lectura, D. *de condit. indeb.* vers. *et ex his habes colligere singularem doctrinam*, ubi hoc declarat, limitat, et intelligit.

Vide etiam de promittente dotem nomine mulieris, an videatur animo compensandi cum eo, quod sibi debet, per Bartol. in l. *uxorem*, §. *pater naturalis*, D. *de legat.* 3. et ubi potest capi alia conjectura quàm donationis, non præsumitur donatio, vide per Bald. in l. fin. *C. de dot. promis.* Adverte tamen, quia ad id quod dictum est, quòd etiam data inter vivos computentur in debito necessario, seu videantur data animo compensandi cum tali debito, obstare videtur textus in l. *etiam*, §. *sed et si non mortis*, D. *de bonis libert.* ubi videtur exigi, quod dentur contemplatione debiti, et sic quod constet de animo compensandi, et l. *si vero*, §. *cæterum*, D. eod. ubi bonus textus: et vide in hoc quæ eleganter tradit Socin. consil. 93. incipit, *circa primum præsentis consultationis articulum*, in 5. et 6. dubitatione, 1. vol. fortè potest dici, quod si præcessit promissio dotis ab eo, qui tenetur dotare obligatione legali, et sic necessariò, si postea donet inter vivos, videatur donare animo compensandi, dict. l. *hujusmodi*, §. *cum pater*; si verò nulla promissio præcessit, neque pater dotem jam datam filiæ exegerit, juxta textum in dict. l. *si cum dotem*, §. *si pater*, quod tunc aliud sit in donatione quam in legato, et sic quod non videatur donare animo compensandi, per textum in dict. l. *etiam*, §. *si debita*, et l. *si verò*, §. 3. versic. *cæterum*, D. *de bon. libert.* et ad hoc confert quod notat Bart. in dict. l. *hujusmodi*, §. *cum pater*, vers. *quæro, quid è contra*, ubi dicit, quod si pater primo legat simpliciter, et postea dotat, quod tunc filia debet habere utrumque, argumento l. *quingenta*, D. *de probation.* et quod notatur in l. *plane*, §. 1. D. *de legat.* 1. dictum tamen istud Bart. communiter reprehenditur, secundum Jason. in dict. l. *filia legatorum*, quia pater simpliciter legans filiæ, in dubio videtur legare pro dote, ut singulariter dixit Bart. in l. *quod autem in stipulationem*, per illum textum, D. *de jur. dot.* qui tamen, neque l. *tali*, §. 1. hoc non probant in casu, quo primo legaret, quàm dotaret, sed si dicit, *lego pro dote*, perinde est, ac si diceret animo compensandi cum dote, textus est in l. unic. §. 1. *C. de rei uxor. action.* et ibi notat Baldus. Vel dic, quod aut donat, vel legat filiæ, quæ tunc erat nubilis ætatis, et videtur donare, vel legare pro dote; si vero adhuc non erat talis ætatis, tunc secùs, et sic non potest dici, quod animo compensandi, cùm tunc pater non poterit cogi ad dotandum, l. *quod pupillæ*, D. *quando dies legat. ced.* et tunc cessat necessitas legalis, ut in dict. §. *si pater*, ita Alexand. in dict. §. *cum pater*, col. 3. versic. 3. *potest limitari.* Et an maritus legans uxori videatur legare animo compensandi cum arrhis sibi promissis? Vide Roderic. Suarez, in repetit. l. 1. tit. *de las arras*, *For. LL.* vers. *sed pone quæstionem valde quotidianam.* Tene ista menti, quia sunt longa lectione collecta.

LEX XVII.

Si rem legatam donat testator, videtur revocasse legatum, secùs si vendat, aut permutet, quia debebitur æstimatio. Hoc dicit.

(1) *Semejante.* Et sic innuit, quòd non esset idem in re mobili; sed contrarium credo, cùm nulla sit in hoc ratio diversitatis, et l. *fideicommissa*, §. *si rem*, *de legat.* 3. de qua ista sumpta est, loquatur generaliter, et in quacumque re, et etiam §. *si rem*, *Instit. de legat.* et l. *rem legatam*, D. *de adimend. legat.*

(2) *Vendiesse.* Ex necessitate rei familiaris, vel quia res esset peritura, ut dicit Gloss. in dict. l. *fideicommissa*, §. *si rem*, nam si venderet causa negotiandi, idem esset quod in donatione, ut dicit Gloss. in dict. l. *rem legatam*, D. *de adimen. legat.* et ibi Bart. et Bald. in dict. §. *si rem*; et si res sub conditione legetur, tunc non fit distinctio, alienet ex necessitate, vel ex voluntate, nam per alienationem legatum extinguitur, l. *Stichum*, *qui meus erit*, D. *de legat.* 1. l. *scribit*, §. 1. D. *de auro et argento legat.* Bartol. in dict. l. *rem legatam*, Bald. in l. *qui post testamentum*, *C. de legat.* ubi vide Alex. *in addition.* hoc notabiliter limitantem. Item si testator legaret fundum, et postea alienat usumfructum etiam ex necessitate, in nullo videtur legatum revocatum, secundum Jacob. de Beloviso, quem sequitur Bald. in dict. l. *qui post testamentum*, super glossa *secùs*, in fine: et vide etiam in ista materia alia per Bart. in dict. l. *rem legatam*, et per Bald. in dict. l. *qui post*, et dum textus in dict. l. *qui post* disponit, quod per pignorationem rei non extinguitur legatum. Doctores limitant, nisi pignoratio esset pro tanto, quòd non esset spes luitionis, l. *qui habebat*, in princ. D. *de legat.* 3. et intellige, ut per Paul. de Cast. in dict. l. *qui post*, nisi etiam tunc interesse affectionis prætenderetur, ut quia fuit suorum majorum, et sic habito respectu ad hanc affectionem, non censebitur obligata pro tanto quantum valet, quia non est verisimile, quod velit illam dimittere apud creditorem: et sic isto casu non habebit locum distinctio legis *qui habebat.* Quid si testator jussit ecclesiam fieri in domo sua, quam postea vendidit, et emit aliam; an in domo empta debeat fieri ecclesia? Bart. consuluit, quod sic, si ibi commodè fieri possit, ut patet ejus consil. 26. incipit, *testator*; et si ibi commodè fieri non possit, tunc auctoritate Episcopi, convocatis his quorum interest, construetur alibi, vide ibi per eum.

(3) *Del testamento.* Secùs si hæres etiam ex permissione testatoris alienaret, l. *postquam*, §. fin. D. *ut legator. nomine caveat.*

cosa, la diesse en don (4) a otro, estonce se entiende, que reuoca la manda que auia fecha della, e porende non la puede despues demandar al heredero.

LEY XVIII.

Como vale, o non, la manda que el testador faze de dineros que cuyda tener en el arca.

Teniendo algun testador dineros en su arca, si cuydando que eran diez marauedis, dixesse assi: Diez marauedis, que estan en aquel arca (1) mia, mandolos a fulano. Si los marauedis fueren tantos (2), vale la manda. E si por ventura fuessen menos, vale otrosi quanto en aquello que y fallaren, e el heredero non sera tenudo de dar mas. E si fuesse mayor quantia de diez marauedis, non es tenudo de dar mas. E si los diez marauedis sobredichos fuessen en el arca quando murio el testador, e por culpa del heredero se menoscabaron despues, tenudo es el heredero de dar fasta en aquella quantia sobredicha.

LEY XIX.

Como deue valer la manda que el testador fiziesse a alguno, cuydando que le deuia algo, e non fuesse assi.

Cierta quantia (1) de marauedis mandando el testador en su testamento a otro, diziendo assi: Cient marauedis, que yo deuo (2)

(4) *En don.* Adde dict. l. *rem legatam*, D. *de adimen. legat.* et quid si mulier, res quas in testamento legaverat, postea dedit marito in dotem; an videatur revocatum legatum? Vide per Alexandrum consil. 31. incipit, *ponderatis his quæ in themate*, 3. vol. versic. *ultimò etiam non obstat*, ex cujùs fundamentis vult, quod non videatur revocatum legatum, licèt Jaso in dict. l. *qui post*, dicit, se nullatenus hoc audere affirmare; sed certe fundamenta Alexandri satis urgent. Et nota, quod sicut revocatur legatum ex alienatione voluntaria, sic etiam revocatur donatio causa mortis, quæ legato comparatur, l. *Marcellus*, §. 1. D. *de donat. caus. mort.* Baldus post Dinum in l. *Stichum, qui meus erit*, in princ. D. *de legat.* 1. et Alex. in dict. l. *qui post testamentum*, C. eod. et procedit ista lex, etiamsi post voluntariam alienationem testator redimat, nam non reintegrabitur legatum, l. *prædia*, §. *liberto*, D. *de fundo instruct.* l. *cum servus*, et ibi Bart. D. *de adimend. legat.* quod tamen fallit in casu l. *servum*, aliàs incipit, seu allegatur, *verum*, D. *de manum. testam.* favore scilicèt libertatis: unum idem dicendum esset in legato ad pias causas ex notatis per Joan. de Imol. in l. 3. §. 1. D. *de hæred. instit.* ubi etiam Bald. et tenet Ang. in §. *si rem*, *Instit. de legat.* Sed quid si res legata fuit alienata ex causa voluntaria, non tamen fuit tradita, vel pretium non fuit receptum? Bald. in dict. l. *qui post*, per textum, in l. *prædia*, §. *liberto*, D. *de fund. instruct. legat.* tenet, quod solus contractus non extinguat legatum, et sequitur Ang. et Paul. de Castr. Contrarium tenuit Gloss. et Bart. in dict. §. *liberto*, Salicet. Alex. et Jas. in dict. l. *qui post testamentum*, quia etiam ubi alienatio testatoris non tenuit, revocatur legatum, ut in l. *legatum*, §. *pater hortos*, D. *de adimen. legat.* à fortiori revocabitur isto casu, et adde Bald. in rubr. *C. de verb. signif.* vers. *sed quid si testator:* alia etiam vide per Bald. et Paul. in ista materia in dict. l. *qui post testamentum.* Si autem rei legatæ fiat translatio in aliam speciem, vide l. *Seja*, D. *de auro et argento legat.* et si rei legatæ aliquid addatur, vide l. *si statuam*, eod. tit.

LEX XVIII.

Si testator legat centum, quæ putat in arca sua habere, sive sint tot, vel minus, tenetur ea hæres legatario dare, et si plures sint quàm centum, non tenetur hæres plus dare. Item si tempore mortis testatoris dicta centum erant in arca, et postea fuerunt diminuta, tenetur hæres usque ad quantitatem legatam. Hoc dicit. Habuit originem à l. *si servus legatus*, §. *qui quinque*, D. *de legat.* 1.

(1) *En aquel arca.* Quid si dixit, quæ habeo penes me deposita? Videtur, quòd sit idem dicendum, per textum in l. 1. §. 7. versic. *nam et si quis*, D. *de dote prælegat.* ubi videtur casus de hoc; Bart. tamen ibi dicit post Oldrald. quòd in dubio videatur testator se referre ad quantitatem, et non ad certum tempus, quando non fuit designatus certus locus, l. *Lucius*, §. *quisquis*, el 2. D. *de legat.* 2. et ideo, etsi nihil, vel minus reperiatur in deposito, tota quantitas debetur (quæ fuit opinio Roger. glossatoris ibi) nisi probaretur ab hærede, quòd testator erravit credens apud se deposita, nam tunc cùm causa legandi erat obligatoria, cohæret legato, et vitiatur legatum eo ipso, quòd error probatur, ut ibi per Bart. et Gloss. in dict. §. *quisquis.* Sed contra dispositionem hujus legis et l. *si servus legatus*, §. *qui quinque*, D. *de legat.* 1. videtur textus in l. fin. in princ. D. *de vino, tritico, et oleo legat.* sed responde, ut per Gloss. et Bart. ibi. Et quid si testator dixit, ex decem quæ legavi Titio, volo quòd præstes quinque Sejo; nunquid per hoc probetur aliquid legatum Titio? Vide per Bald. in l. 1. col. fin. vers. *quæro testator*, D. *de fals. caus. adject. legat.*

(2) *Fueren tantos.* Non aperit de tempore testamenti, vel mortis, et videtur, quòd intelligi debeat de tempore testamenti, l. *si ita*, D. *de auro et argento legat.* unde si tempore testamenti non erant, nisi quinque, illa solum videntur legata, et si alia fuerunt addita, non deberentur. Dicit tamen Paul. de Cast. in dict. §. *qui quinque*, quòd si testatur putabat esse decem, et postea reperiantur addita, tota deberentur, secùs si testator sciebat tantum esse quinque; et quòd probatio talis scientiæ incumbere debeat hæredi; super quo tamen relinquit cogitandum. Sed dictum Pauli videtur rationabile, imò etiam de mente Alberici ibi est, quòd istud referatur ad tempus mortis, et sic quòd ista verba, licèt sint præsentis temporis, referuntur ad futurum; sed intelligo, quando non constaret, quòd testator scivit tantum esse quinque, et pro hoc facit ista lex Partitarum, cùm dicit, *cuidando que eran diez maravedis.* Si verò tempore testamenti erat tota summa, sed testator consumpsit, et reposuit, tunc tota debetur, secundum Bart. et Doctores in dict. §. *qui quinque*, et vide per Bart. in dict. l. *si ita*, D. *de auro et argent. legat.* ubi vide de vestibus legatis uxori, et de frumento legato consumpto, et alio subrogato, et per Bartol. et Paul. in dict. §. *qui quinque.*

LEX XIX.

Si lego tibi centum, quæ debeo tibi, licèt ea non debeam, habebis tamen ea de bonis meis: si tamen ea debeam, vel partem, tenebitur hæres solùm ad id, quod erat debitum. Hoc dicit. Habuit originem à l. *si creditorem*, et à l. *legavi*, D. *de liberat. legat.*

(1) *Cierta quantia.* Concordat cum l. 2. *C. de fals. caus. adject. legat.* et cum l. *legavi*, D. *de liberat. legat.* et l. *si sic*, §. 1. D. *de legat.* 1.

(2) *Que yo deuo.* Quid è contra, si creditor leget debitori? Vide dict. l. *legavi*, et per Gloss. ibi, et in dict. l. 2. et in dict. l. *si sic*, §. 1. et in l. fin. in princ. et ibi Bart. D. *de liberat. legat.*

a fulano, mando que gelos den. Si por auentura acaesciere, que le non deuiesse (3) ninguna cosa, tenudo es el heredero del testador, de dar la quantia sobredicha, a aquel a quien la manda, porque se entiende, que gelo quiso dar. E si gelos deuiesse el testador, por tal manda como esta non seria el heredero tenudo de darle mas de aquello que le deuia por razon del debdo.

LEY XX.

Como no le empesce a la manda, falsa, o mentirosa razon, que sea puesta en ella.

Falsa, o mintrosa razon diziendo el testador, quando fiziesse la manda, non le empesce, nin se embarga por ella. E esto seria, como si dixesse: Mando a fulano ome, que me fizo tal honrra, o tal seruicio, tantos marauedis, o tal cosa. Ca maguer non fuesse verdad (1) que le ouiesse fecho aquella honrra, nin aquel seruicio, non se embargaria la manda (2) por esta razon; ante es tenudo el heredero de la cumplir.

LEY XXI.

De las condiciones, e razones, e maneras ciertas, que pueden ser puestas en las mandas.

Condiciones, e razones, e maneras ciertas ponen los omes, quando fazen sus mandas: e las condiciones se fazen por esta palabra, si (1); como quando dize el que faze la manda: Mando a fulano tal cosa, si me fiziere tal cosa; o, si me fiziere tal seruicio, o, si me le ha fecho (2). E tal condicion como esta puede ser puesta en las mandas, tambien en el tiempo passado, como en el por venir (3). E si se cumple, o es cumplida, vale la manda sobre que

(3) *Que le non deuiesse.* Et sciat testator nihil ei debere, secùs si putaret esse suum debitorem, quia tunc cessare videtur causa finalis legati, et non valeret legatum, l. 1. *C. de fals. caus. adject. legat.* l. *Titia*, §. *Cujus*, *D. de legat.* 2. et notat Alexander post Petr. in dict. l. *si sic*, §. 1. *D. de legat.* 1. qui etiam allegat ad hoc Bartolum in l. *demonstratio falsa*, §. 1. D. *de condit. et demonstrat.*

LEX XX.

Causa falsa non vitiat legatum. Hoc dicit. Habuit originem ab *Instit.* eod. tit. §. *longè*.

(1) *Non fuesse verdad.* Hoc ideo est, quia causa expressa erat talis, quæ, etiamsi vera esset, non compelleret testatorem invitum ad dandum, l. *in summa*, §. *id quoque quod ob causam*, D. *de conditione indebiti*; secùs ergo, si causa expressa esset talis, quæ etiam sine legato compelleret ad dandum, ut si diceret, *lego tibi decem, quæ in negotiis meis impendisti*, nam tunc præsumitur causa finalis, l. *si cum te*, D. *de pact.* et est ratio differentiæ, quia primo casu, etiamsi causa sit falsa, non curatur de errore testantis, sed tantummodo attenditur utrum testator esset aliàs relicturus, vel non, ut in l. *cum tale*, §. *falsam*, et ibi Bart. *D. de condit. et demonstrat.* et Bart. in l. *demonstratio*, §. 1. *D. de condit. et demonstrat.* Angel. Aretin. in §. *longe*, *Instit. de legat.* de quo ista lex Partitarum sumpta est: in secundo verò casu, probando simpliciter testatorem errasse, vitiatur legatum, ut in l. 1. cum gloss. *C. de fals. caus. adject. legat.* Sed quid si testator poterat compelli ad dandum, non tamen leget illud ad quod poterat compelli, sed aliud, ut si diceret, *quia expendisti decem in negotiis meis, lego tibi fundum, vel librum*? Joan. Fab. in §. *huic proxima*, *Instit. de legat.* dicit, quòd ista causa videretur tunc impulsiva, et non finalis, si notabiliter excedat pretium, ad quod credebat se teneri, quia tunc videtur donare voluisse, argumento dict. §. *id quoque.*

(2) *La manda.* Quid autem in contractibus, an falsa causa vitiet? Vide per Bald. distinguentem in l. fin. *C. de fals. caus. adject. legat.* et Bart. in dict. l. *demonstratio*, §. 1. D. *de condit. et demonstrat.*

LEX XXI.

Potest legari purè, vel sub conditione, quæ fit per *si*, et ante conditionis implementum non solvetur legatum. Item sub modo, et fit per *ut*, et debet statim solvi, cavente legatario de modi implemento; et modo impleto, aut implere nequeunte legatario, quærit legatarius dominium rei legatæ. Item legatur sub causa, quæ fit per *quia*, et respicit tempus præteritum, et debetur etiamsi causa non sit vera, quia falsa causa non vitiat legatum. Hoc dicit.

(1) *Por esta palabra*, si. Adde l. 2. tit. 4. 4. *Part.* et latè per Bart. in l. 1. vers. *videndum est ergo*, D. *de condit. et demonstr.* et in l. *sub conditione*, D. *de solution.* l. *qui promisit*, D. *de condict. indeb.* l. *hujusmodi*, in fin. D. *de verb. obligat.* et l. *quodcumque*, §. *non solum ita*; aliquando tamen dictio *si*, potius importat monitionem, quàm conditionem, quando apponitur in eo quod est de ordine necessario, ut si Papa mandet per rescriptum Titium condemnari Sejo ad decem, *si Sejus probaverit illa sibi deberi*, nam valebit sententia condemnatoria, licèt illud non fuerit probatum, secundum Innoc. in cap. *prudentiam*, *de offic. delegat.* Bald. in l. *præscriptione*, *C. si contra jus vel utilit. public.* tradit Alex. consil. 2. 2. vol. ubi vide; et adde l. *mutuo*, §. *sub conditione*, D. *de tutel.* et l. *si decem cum petiero*, D. *de verb. oblig.* l. penult. *C. quando dies legat. ced.* l. *quod pure*, D. eod. et de verbis, seu dictionibus importantibus conditionem, vide per Bart. in dict. l. 2. per totum, et de dictione *ut*, adde Bald. in l. *si mulier*, *C. de jur. dot.* et de dictione *secundum*, adde Bald. in l. penult. *C. de institution. et substitution.* et de dictione *ita*, adde Bald. *in præludiis feudorum*, col. 11. adde etiam de dictione *si*, et *cum* per Jas. in l. *stipulatio ista*, §. *incertam*, D. *de verb. oblig.*

(2) *Si me le ha fecho.* Nam etiam conditio concipitur in præteritum, l. *conditio in præteritum*, D. *de verb. obligat.* vide l. 3. in princ. et ibi Bart. D. *de adim. legat.*

(3) *Venir.* Et licèt conditio concipiatur per verba futuri temporis, sufficit, quòd fuerit impleta testatore ignorante tempore quo actus geritur, ut in l. *hæc conditio filiæ meæ*, §. fin. cum l. sequenti, D. *de condition. et demonstr.* l. *si ita sit scriptum*, §. fin. D. *de legat.* 2. l. *quidam relegatus*, in princ. D. *de reb. dub.* unde si Papa mandat alicui provideri in certa ecclesia de prima vacatura, poterit provideri de ea, quæ tunc vacabat tempore datæ, saltem si Papa ignorabat tunc vacare, ut tenet Cynus in l. *cum uxori*, *C. quando dies legat. ced.* Angel. et moderni in l. *Titius* §. 1. per illum textum, D. *de liber. et posthum.* et adde quod notat Bald. in l. fin. col. fin. *C. de sentent. quæ sine cert. quant. profer.* unde si Princeps concedat licentiam faciendi majoriam, comprehendet etiam jam factam, argumento l. *si quis filio exheredato*, §. 6. vers. *qua ratione*, D. *de injust. rupt.* ubi Bald. colligit, quòd permittens de novo facere, videtur confirmare jam factum, nisi

es puesta, e puede luego pedir la cosa mandada aquel a quien la mandaron; mas ante que se cumpla (4) la condicion, non la puede, nin deue demandar. Otrosi, los fazedores de los testamentos ponen razones en las mandas, quando las fazen. E a esta razon llaman en latin, causa (5). E esto es, como quando dize el testador: Mando a fulano cient marauedis, por seruicio que me fizo. E tal razon como esta cata siempre al tiempo passado. E la manda que es assi fecha dezimos, que maguer la razon que es puesta en ella non sea verdadera (6), vale, e puede luego demandar tal manda aquel a quien es fecha, e deue ser entregado della. E a las vegadas fazen las mandas de otra guisa, a que llaman en latin, modo, que quier tanto dezir, como manera (7). E esto es, como quando dize el testador: Mando a fulana muger mil marauedis, porque case con tal ome. E la manda que es fecha en esta manera, o en otra semejante della, vale; e deue ser luego entregado (8) della aquel a quien es fecha, dando recabdo (9), que se trabajara de cumplir lo que el testador le mando; e gana el señorio (10) de la cosa que le es assi mandada, luego que cumpliere lo que le manda fazer el testador. E esso mismo seria, quando se trabajare quanto pudiere (11) aquel a quien era fecha la manda, para cumplir lo que manda el testador, maguer non se cumpliesse. E cada vna destas tres maneras sobredichas, ha su manera cierta en latin, por que se pone. Ca la primera se faze con, si; la segunda con, quia (12); e la tercera con, ut.

LEY XXII.

Como vale la manda, o non, si la condicion que es puesta en ella, non se cumple por ocasion, o por otra manera.

Si la condicion que es puesta en la manda, fuesse en poder de la acabar de aquel a quien fue fecha, dezimos (1), que traba-

aliqua ratio in contrarium subesse, secundum Paul. de Castr. in dict. §. 6. et in dict. l. *hæc conditio*, §. *si sic*, ubi vide ad quæstionem, quam dicit se habuisse de facto.

(4) *Cumpla.* Concordat cum l. unic. §. *sin autem aliquid*, *C. de caduc. tollen.* et cum l. *cædere diem*, D. *de verb. signif.* et cum l. 1. tit. 4. *Partit.* 4. et l. 26. tit. 5. *Part.* 5. et ead. *Partit.* tit. 11. l. 14. l. *hujusmodi*, cum similibus, D. *quando dies legat. ced.* l. *qui hæredi*, §. fin. D. *de condit. et demonstr.*

(5) *Causa.* Habes hic, quòd *razon* in nostro vulgari, idem est quòd *causa* in latino sermone: et quid sit causa? Vide per Bart. in l. *demonstratio falsa*, §. *quod autem*, in princ. D. *de condit. et demonstr.* ubi Bart. diffinit quod causa est quid præteritum, vel instans quo impellimur, ut aliquid disponamus, et Bald. in rubr. *C. de instit. et substit.* dicit, quòd *causa* est adjectio, motivum finale vel impulsivum testatoris ostendens; et satis cum ista diffinitione Bartoli et Baldi consonat ista lex.

(6) *Verdadera.* Vide suprà in l. proxima.

(7) *Manera.* Adde l. 2. tit. 4. 4. *Part.* et modus est adjacens determinatio, non dispositioni, sed executioni ejus, secundum Bald. in l. *si plures*, col. 7. *C. de condition. insert.* et quo modo cognoscatur modus à conditione, vide per Bald. in l. *cum eorum*, *C. de senten.* et vide quod dicit in l. *cum res*, *C. de donat.* et quod dicit Bart. in l. *licèt*, D. *ut legator. nomin. caveat.* et quando est modus licèt testator utatur verbo *ea conditione*, nihilominus est modus, secundum Bart. in l. *quibus diebus*, §. fin. col. 2. D. *de condit. et demonst.* et vide per Socin. consil. 21. 3. vol. col. penult. et fin. et per Alex. consil. 102. 1. vol. col. 2. et eod. vol. consil. 119. col. 1. et Oldral. consil. 118. col. 2.

(8) *Entregado.* Adde l. *liberto*, §. *Lucius*, D. *de annuis legat.* et l. *quibus diebus*, §. fin. et l. *ea*, D. *de condition. et demonstr.* et per Gloss. in l. 1. *C. de his quæ sub modo.* Et limita nisi testator expressè, vel tacitè voluit ante impleri, quàm emolumentum consequatur, l. *Thais ancilla*, §. *Stichus*, D. *de fideicommiss. libert.* Bart. in dict. l. *quibus diebus*, §. fin. col. 2.

(9) *Recabdo.* Adde dict. l. *quibus diebus*, §. fin. et l. *eas*, D. *de condit. et demonstr.* l. *si tibi legatum est*, D. *de legat.* 3. et debet esse cum fidejussore, ut in dict. §. fin. ubi vide per Doctores. Et utrum indistinctè debeat caveri de modo implendo? Vide Bart. in dict. §. fin. col. 2. versic. *quæro*, ubi vide casus in quibus non est necesse caveri; et quando modus non est causa finalis, non cogitur quis cavere, l. *Titio centum*, in princ. D. *de condit. et demonstr.* et ex quo modus implendus respicit commodum alterius, non dicitur continere causam finalem dispositionis, dict. l. *Titio centum*, in princ. et per Bart. in l. *si fundum per fideicommissum*, §. *Julianus*, D. *de legat.* 1. aliàs incipit, *si Titio*, et adde Paul. de Castr. in l. fin. D. *de condict. ob caus.* quod qui dicit causam finalem, debet hoc probare.

(10) *Señorio.* Et infrà, *luego que cumpliere*, ex istis verbis innuitur, quod ante impletionem modi, legatarius, cui est sub modo relictum, etsi præstiterit satisdationem, de qua hic, non acquirit dominium rei legatæ; quod nullibi, si benè memini, vidi in jure communi expressum, licèt in legato sub conditione sic, ut in l. *si fur*, D. *de usufruct.* in l. *et post litem*, §. *res*, D. *famil. ercisc.* l. 1. §. *servus*, D. *ad Syllanian.* imò contrarium videtur de mente Bart. in l. *quibus diebus*, §. *Termitius*, col. 4. D. *de condit. et demonstr.* dum tractat, quæ remedia competant hæredi, qui rem legatam sub modo tradit legatario, si legatarius non impleret modum. Facit etiam l. 1. *C. de donat. quæ sub mod.* per locum ab speciali, ubi in casu illo datur utilis rei vendicatio, et non conditio ob causam; et notat Gloss. in l. 1. *C. de his quæ sub mod.* et in rubr. D. *de condit. et demonstr.* Dic ergo, quod ista lex intelligatur, quod tunc acquirat dominium, scilicet irrevocabiliter, nam si non impleret modum, privabitur legato cum fructibus receptis, ut in l. *liberto*, §. *Lucius*, D. *de annuis legat.* revocabiliter tamen benè transit dominium præstita satisdatione, dict. l. *quibus diebus*, §. fin. l. *à Titio*, *cum similibus*, D. *de furt.*

(11) *Pudiere.* Adde l. *Titius*, D. *de condit. et demonst.* et ibi Gloss. et l. 1. *C. de instit. et substitut.* l. *si fundum per fideicommissum*, §. 1, aliàs, l. *si Titio*, D. *de legatis* 1. et in l. *in testamento*, D. *de condition. et demonstr.*

(12) *Con, quia.* Sumpta sunt hæc ab Azon. *C. de fals. caus. adject. legat.* in summa.

LEX XXII.

Si conditio potestativa per casum in personam implentis, vel ejus, in quo debet impleri, deficiat, habetur pro impleta: sed si facto tertii casus venit in persona ejus in quo impleri debet, habetur pro defecta, nisi sit conditio libertati apposita, cujus favore habetur pro impleta: sed conditio mixta casu aut facto legatarii deficiens habetur pro defecta; si autem facto ejus in quo erat implenda, defecit, habetur pro impleta. Hoc dicit.

(1) *Dezimos.* Prosequitur ista lex dicta Azon. *C. de condit. insert.* in summa, ad fin. 1. col. et col. 2. et Gloss. in

jandose el de la cumplir, quanto pudiesse, maguer non se cumpla por ocasion de auentura, e sin su culpa, estonce valdria la manda, tambien como si la condicion fuesse cumplida. E esto seria como si el testador mandasse alguna quantia cierta de marauedis a algund ome, si aforrasse su sieruo. Ca si el sieruo se muriesse (2) de su muerte, ante que lo aforrasse, o de otra manera por alguna ocasion, non lo matando otri, vale la manda. E esto se entiende, quando el embargo de tal ocasion, como sobredicho es, auiene en la persona de aquel que deue cumplir la condicion, o en la persona de aquel en quien se deue cumplir. Mas si el embargo auiniesse por otra persona alguna de fuera, assi como si matasse algund ome al sieruo (3), ante que lo aforrasse su señor, estonce non valdria la manda, nin es el heredero tenudo de la cumplir. Pero si algun testador mandasse aforrar su sieruo, so tal condicion, que fiziesse algun seruicio a otro; si este atal se trabajasse quanto pudiesse, para cumplir aquel seruicio, e gelo embargasse otro alguno, valdria la manda, e seria forro (4) el sieruo, tambien como si ouiesse cumplida la condicion. E esto es, porque las leyes siempre ayudaron a la franqueza, e a la libertad de los omes. Otrosi dezimos (5), que quando algund testador fiziere manda so alguna condicion, que fuesse en poder de la cumplir de aquel a quien fue fecha, e de otro alguno, si acaesciesse que se non cumpliesse la condicion por culpa de aquel a quien fue fecha la manda, o por alguna ocasion que auiniere, que la embargasse de guisa que non se pudiesse cumplir; que estonce non valdria la manda. E esto seria, como si el testador dixesse assi: Mando a fulano ome mill marauedis, si casare (6) con tal muger. Ca, si aquel a quien fue fecha la manda, non quisiere fazer el casamiento con aquella muger, o si muriesse alguno dellos en ante que casassen, dezimos que non valdria la manda. Mas si se embargasse por culpa de la muger, que non quisiesse casar con el, estonce valdria la manda, e seria tenudo el heredero de la cumplir. E esto ha lugar en todas las otras cosas, en que tal condicion como esta fuesse puesta, segun que aqui diximos.

l. 1. *C. de instit. et substit.* et vide suprà ead. *Part.* tit. 4. l. 14.

(2) *Se muriesse.* Quid si legatarius decesserit, an poterit conditio ista de manumittendo servum per hæredem ejus impleri, quod est dicere, an jus implendi conditionem transeat activè in hæredis implere debentis? Est satis dubia quæstio, de qua per Bart. in l. *cui fundus*, et l. *à testatore*, D. *de condit. et demonstr.* et in l. *si pœnam*, D. *quando dies legat. ced.* ubi dicit, quod de ista quæstione in ultimis voluntatibus sæpè dubitavit: crederem, quod in casu hujus legis ista facultas non transmitteretur in hæredem, licèt conditio habuerit præcedentem dispositionem, ex notatis per Salic. in l. *si plures*, vers. 3. *quæro*, *C. de condit. insert.* et per Jason. in l. *si decem cum petiero*, col. 3. vers. *in quantum Bart.* D. *de verb. obligat.*

(3) *Al sieruo.* Non aperit ista lex, an servus occidatur à tertio vivo testatore, vel post mortem testatoris, et sic cùm generaliter et indistinctè loquatur, generaliter videtur intelligenda, et quia etiam ita intelligit Glossa communiter approbata in l. *inde Neratius*, §. *idem Julianus*, in verbo *quam retrorsum*, D. *ad leg. Aquil.* et ita etiam videtur, quod debeat intelligi l. 14. tit. 4. supra ead. *Part.* ubi vide quæ dixi, et adde Azon. *C. de condit. insert.* in summa, in princ. 2. col. et nota istam legem ad intellectum dicti §. *idem Julianus.* Fortè tamen dici posset, quod lex ista Partitarum non decidat casum illum, quando servus à tertio fuit occisus vivo testatore, sed illum tantum, quando post mortem; cùm ista lex prosequatur dicta Azon. ubi suprà, ex cujus dictis expressè patet, quòd loquitur, quando fuit occisus post mortem testatoris; dicit enim, si impedior per alium, nihil consequor, sed impediens tenetur secundum qualitatem delicti, vel lege Aquilia, vel conditione furtiva, vel actione in factum, ut D. *ad leg. Aquil.* l. *inde Neratius*, §. *idem Julianus*: et *de condit. furtiv.* l. 3. et *de condit. caus. dat.* l. 3. §. ultim. et D. *de condit. et demonst.* l. *quibus diebus*, l. responsa, et l. *quæsitum*; sed illo non existente solvendo, fortè æquum erit me admitti ad legatum; ut D. *de eo per quem factum erit*, in l. ultim. et sic Azon. apertè loquitur de occiso post mortem, nam si testatore vivo, non competeret legatario actio contra occisorem, ut apertè dicit textus in dict. §. *idem Julianus*: unde non potest dici, quòd quæstio illa, si occidatur servus vivo testatore, determinetur per istam legem Partitarum, neque per dictam l. 14. quæ expressè non loquitur in isto casu; et non potest negari, quin sit magna æquitas, ut in casu quo non competit actio contra occisorem ad æstimationem hæreditatis, quòd conditio debeat haberi pro impleta, sicut etiam est in casu, quando occiditur post mortem testantis, et occisor non est solvendo, et sicut etiam est in casu, quando servus naturaliter moritur vivo testatore, ut in dict. §. *idem Julianus*, cùm utrobique eadem ratio æquitatis videatur, prout ponderant Joan. de Imol. et Socin. in l. *in testamento*, la 2. D. *de condition. et demonstr.* et ibi respondent ad dictum §. *idem Julianus*, quòd ille textus non dicat conditionem non haberi pro impleta, quando servus occiditur testatore vivo, sed solùm negat actionem competere pro pretio hæreditatis contra occidentem; et tamen tali casu conditio debeat haberi pro impleta, cum sit eadem ratio, ac sic esset naturaliter mortuus, vel si esset occisus post mortem, et occidens non esset solvendo, ex quo illa littera illius §. ad hoc non repugnat, argumento l. *illud cum similibus*, D. *ad leg. Aquil.* et l. 1. §. *hoc interdictum*, D. *de fonte.* Cogita tamen, quia lex ista apertè facit differentiam, an servus moriatur naturaliter, vel occidatur à tertio, quoad effectum an conditio habeatur pro impleta, vel ne, et loquitur generaliter, et indistinctè: sed quod dixi post Imol. et Socin. fulcitur maxima æquitate.

(4) *Seria forro.* Adde l. *cum ita datur*, D. *de condit. et demonstr.* et l. fin. *C. de condit. inser.* et est favore libertatis, ut subjicit.

(5) *Otrosi dezimos.* Prosequitur dicta Azon. ubi suprà col. 2. vers. *in secundo casu.*

(6) *Si casare.* Adde l. 14. tit. 4. ead. *Partit.* et quæ ibi dixi.

LEY XXIII.

Quando el fazedor del testamento manda algun sieruo, o otra cosa en general, cuya deue ser la escogencia.

Generalmente mandando el fazedor del testamento vn sieruo a otro, non lo señalando, si el fazedor de la manda non auia mas de vno (1), el heredero deuele dar aquel sieruo (2), o otro tan bueno como el (3), aquel a quien es mandado: Mas si el testador ouiesse muchos sieruos (4), estonce es en escogencia de aquel a quien fue fecha la manda (5), de tomar vno dellos, qual quisiere. Fueras ende, que non puede escoger el mejor (6), nin el que fuere despensero, o mayordomo del testador, porque es sabidor del fecho de la herencia.

LEX XXIII.

Servo vel alio animali in genere legato, si testator habet unum, ille est dandus; si plures, eligat legatarius non meliorem, nec majordomum, vel dispensatorem, quia sciunt hæreditaria negotia; sed si nullum habet, emet hæres mediocrem, quem ipse elegerit: domo autem in genere legata vel ædificio, si unam habet testator, illa debetur; si plures habet, quam hæres elegerit: si verò nullam habet, non valet legatum. Hoc dicit.

(1) *Mas de vno.* Facit in argumentum ad facultatem regiam alicui concessam, ut possit facere majoriam in unum ex filiis, quod etiamsi unum tantùm filium habeat, possit in illius personam facere majoriam, et pro hoc optimè facit l. 1. §. *proximus*, D. *unde cogn.* et melius facit l. *si tibi electio*, §. 1. D. *de option. legat.* juncta Glossa ibi, et quod dicit Alexander allegando illam legem in l. *servi electione*, in princ. D. *de legat.* 1. neque obstabit l. *utrum*, 9. D. *de assignand. libert.* et Gloss. in §. 1. *Instit. de assign. libert.* quia ibi ideo, quia in uno tantùm liberto assignatio non erat necessaria, et sic esset superflua; hic verò etiam in unico filio ad effectum majoriæ, et vinculationis bonorum, adhuc uno tantum existente est necessaria.

(2) *Aquel sieruo.* Quia cùm talis servus reperiatur in patrimonio testatoris, ille videtur legatus, licèt in genere servus sit legatus, l. *si domus*, in princ. D. *de legat.* 1. facit l. 3. et ibi expressè notat Bart. D. *de vino, tritico, vel oleo legat.* et l. *si quis argentum*, in princ. et in §. *similique modo*, *C. de donat.* et ibi notat Baldus quòd promittens certam quantitatem frumenti in genere, videtur promittere de suis fundis, si fundos habet; et quòd legatum intelligatur de his, quæ sunt in domo, seu hæreditate, adde l. *Titia*, §. *Semproniæ*, et l. *si uxori*, et ibi Bart. D. *de auro et argent. legat.*

(3) *Como el.* Fortè debet intelligi, si relictus in patrimonio non posset dari fortè, quia esset mortuus; quia cùm homo in genere fuerit legatus, genus perire non potest, l. *incendium*, *C. si cert. pet.* Sed contra hoc videtur, quia cùm unicum tantùm servum habebat, perinde videtur ac si in legato illum specificè demonstrasset, l. 1. D. *de liber. et posth.* l. *fundus qui legatus*, D. *de fund. instruct.* unde si quis legat servum in genere, et habeat servos in patrimonio, et illi postea perierint, extinguetur legatum, et ita expressè firmat Raphael Cuma. in dict. l. *legato generaliter*, et in l. *si ita legatum*, in princ. eod. tit. et Alexander post eum in dict. l. *legato*, col. 3. vel dic, quòd si talis servus esset multùm expediens hæreditati, veluti si erat actor, vel castaldio, quem dando totius domus hæreditariæ adversionem induceret, ut D. *de officio præsid.* l. fin. et l. *legato generaliter*, in princ. D. *de legat.* 1. quòd tunc poterit hæres præstare alium æquè bonum, ut hic; facit quod notat Paul. de Castr. in dict. l. *si domus*, in princ. ubi quærit, quid si testator legat domum, et non habeat nisi unam, et de illa non est verisimile, quod senserit, quia reliquit filios, qui illam domum ingrediebantur, et ea indigebant, an valebit legatum in illa domo? Et tenet quòd non, quod est singulariter notandum, licèt Alexand. ibi videatur hoc dictum impugnare, ne legatum domus sit ilusorium, per illum textum; tamen in legato servi cessat istud inconveniens, quòd esset in domo, quæ consuevit habere fines facto hominis, et non à natura, vt homo, vel equus.

(4) *Muchos sieruos.* Quid tamen si testator habens plures equos legat dicens, *lego Titio equum meum?* Vide per Bald. in l. 1. vers. *sed quid si testator*, *C. de verbor. signif.* ubi concludit, quod intelligatur de eo quem testator habeat in usu, per l. *si uxori mundus*, §. 1. D. *de auro et argent. legat.*

(5) *Fecha la manda.* Concordat cum l. *legato generaliter*, D. *de legat.* 1. et l. *si servus legatus*, §. *cum homo*, eod. tit. et §. *si generaliter*, *Institut. de legat.* et ibi per Gloss. Limita, nisi verba executiva legati dirigantur ad hæredem, ut si testator dicat, quod hæres det servum, quem legat in genere; quia tunc hæredis erit electio, secundum Bart. in dict. l. *legato generaliter*, per l. *plane*, la 1. §. *si ita*, D. eod. et per l. *qui concubinam*, §. 1. D. *de legat.* 3. et cum Bart. transit Rapha. Cuma. et alii moderni ibi, Anton. et Joan. de Imol. in cap. *indicante*, *de testam.* Petrus tamen, et Cynus tenuerunt contrarium, quibus videtur adhærere Alexander in dict. l. *legato generaliter.* Item limita nisi testator senserit de certo, non tamen constat de quo, quia tunc electio est hæredis, ut in dict. l. *legato generaliter*, §. 1. l. *si quis à filio*, §. *si quis plures*, eod. tit. quia tunc est potius declaratio, quàm electio.

(6) *El mejor.* Poterit ergo eligere mediocrem, et etiam pessimum si voluerit, etiam hærede invito, secundum Joan. de Imol. Paul. et Alexand. in dict. l. *legato generaliter*, licèt Angel. ibi tenuit contrarium; sed opinio Imol. et aliorum satis probatur in ista lege Partitarum, cùm dixit: *qual quisiere, fueras ende que non puede escoger el mejor.* Nota ergo, quod habens electionem rerum, non potest eligere meliorem; quod fallit, ubi duæ tantùm essent res, super quibus fieri deberet electio, quia tunc melior capi poterit, l. *qui duobus*, D. *de legat.* 1. Bald. in l. fin. §. 1. *C. communia de legat.* vers. *pone*, *quòd sunt in hæreditate*; et procedet quod hic dicitur, quod non potest legatarius eligere meliorem, etiamsi expressè per testatorem electio sit data legatario, secundum Gloss. ibi et Bart. et tenent communiter Doctor. in l. 2. D. *de option. legat.* vide etiam per Bald. et Doct. in dict. l. fin. §. 1. *C. communia de legat.* et quia in hoc fuerunt opiniones, dic pro concordia, quia aut testator qui dedit electionem legatario, reliquit servos in patrimonio, quia tunc posset ex virtute talis electionis expressæ legatæ eligere meliorem; si verò non reliquit, tunc non posset, et sic procedat opinio Gloss. et Bart. in dict. l. 2. D. *de option. legat.* istam concordiam ponit Imol. in dict. l. *legato generaliter*, col. 2. ubi etiam tenet Jason. refertque Aretin. et alios modernos ita tenere. Alexander tamen ibi videtur transire cum dictis Bart. in dict. l. 2. D. *de option. legat.* nullam faciens mentionem de ista concordia Joan. de Imol. et mihi magis placet, ut indistinctè procedat, quòd legatarius non eligat meliorem, sive à testatore sive à lege detur electio, cùm testator dando electionem legatario de his servis vel jumentis, quæ habet in patrimonio, exprimat quod tacitè de jure inest, ideo nihil debet operari, l. *hæc verba*, cum similib. D. *de legat.* 1. l. *non rectè*, *C. de fidejussor.* Propter auctoritatem tamen Imol. et aliorum, tu magis cogita; et facit pro opinione contra Imol. quia etiamsi electio expressè detur à testatore hæredi, non posset eligere pessimum, sed debet adhuc eligere mediocrem, ut in l. *si hæres generaliter*, D. *de legat.* 1. ergo idem debet esse, si detur legatario, quòd non possit eligere meliorem: et adverte, quòd ista locum habent, ubi electio datur legatario,

Mas si el testador non ouiesse sieruo ninguno, estonce en escogencia es del heredero (7), de le comprar vn sieruo, que sea comunalmente bueno (8), e dargelo: e lo que diximos del sieruo, deue ser guardado en las bestias (9), e en las otras cosas semejantes (10) que fuessen assi mandadas. Pero si el fazedor del testamento mandasse a otro vnas casas (11), e non las señalasse, deue el heredero darle vnas casas de las del testador, qual quisiere (12): e si non ouiesse mas de vnas casas (13), aquellas mismas deue entregar a aquel a quien fuessen assi mandadas. E si por auentura, el fazedor del testamento non ouiesse casas nin-

vel hæredi in his rebus, quarum aliquam expedit potius non habere, ut est in servis, vel jumentis, vel similibus; in rebus verò inanimatis, quarum nulla inutilis est legatario, tunc in legato dubio comprehenditur, et censetur legata minima res, l. *apud Julianum*, §. *Sejo*, D. *de legat.* 1. l. *nummis*, D. *de legat.* 3. l. *semper in obscuris*, D. *de regulis juris*, Doctores communiter in dict. l. *legato generaliter*, §. 1. In legatis tamen piis id intelligitur, quod majus est, non quod minus, l. *Titia* §. *Seja*, et ibi Bart. notat D. *de auro et argen. legat.* Abb. in dict. cap. *indicante*, col. fin. ubi etiam Barbat. num. 12. hanc asserit communem opinionem. Baldus tamen novell. in tractatu *de dote*, part. 6. in 73. privilegio, dubitat de hoc, et vult contrarium, motus ex textu in dict. §. *Seja*, ubi Consultus ponderat consuetudinem donorum, quæ in templo illo ponebantur, quia erant tantum, vel aurea, vel argentea, et disponit, quòd debeant esse argentea; et sic ille textus potius probat contrarium, imò quòd id, quod est minus, debeatur; hoc idem tenet Decius in l. *semper in obscuris*, D. *de regul. jur.* qui ad istam partem ponderat cap. *ex parte*, *de censib.* et certè dictus §. *Seja* multùm urget pro opinione Baldi novell. prout communiter habemus in libris. Si tamen illa lex aliter debet haberi, prout ex castigationibus Holoandri lex illa legitur, et tradit Didacus à Covarrubias in relectione sua in dict. cap. *indicante*, textus erit expressus pro contraria opinione, quam Barbat. asserit communem. Mihi satis est persuasum, quòd ista materia residere debeat in judicis arbitrio, qui attenta qualitate legantis, et ecclesiæ cui legatur, hoc decidat. Quid enim, si legans sit pauper homo, vel multos filios habens, quibus oportet hæreditatem relinqui, nonne tunc potius etiam in legato pio judicabitur id comprehendi, quod est minus, quam quod majus? Argumento cap. fin. 17. quæst. ultim. et benè facit ad hoc pulchrum dictum Baldi in l. 1. vers. *sed pone quod testator*, *C. de verb. signific.* ubi quærit, si testator legavit equum suum armatum, quem tamen testator diversis modis armabat, nam quando ibat ad torneamenta, ponebat sibi phaleras, id est, ornamenta cum perlis et auro, quando vero accedebat ad prælium, ponebat phaleras de corio; et respondet quod minores vel mediocres debebuntur, quia tenere medium est viri prudentis, et legis à sapientibus institutæ, ut in l. *qui lancem*, D. *de auro et argen. legat.* nisi propter eximiam nobilitatem testatoris atque legatarii amplius præsumatur, ut D. *de donation.* l. *filius* §. 1. et l. *uxori*, in fin. D. *de legat.* 3. l. *plenum*, §. *equitii*, D. *de usu et habitation.* Hoc etiam expressiùs tenet Bald. in l. 3. *C. de furt.* ad fin. vers. *extra nota*, ubi dicit, quod si testator mandat in ecclesia emi unum calicem, neque exprimit pretium, neque materiam, quod intelligitur de calice honorabili, secundum consuetudinem illius ecclesiæ, et facultates testatoris, quia in relictis incertis ad pias causas semper est connexum tacitè arbitrium boni viri, argumento l. *fideicommissa*, D. *de fideicommissar. libert.* allegat etiam ad hoc dict. l. *Titia*, §. *Seja.*

(7) *Del heredero.* Adde l. *hujusmodi*, §. *si cui homo*, cum ibi notatis, D. *de legat.* 1. et l. *Titia testamento*, §. 1. D. *de auro et argen. legat.* Gloss. in dict. l. *legato generaliter*, quæ tamen non allegat dicta jura, et vide per Bart. in l. 4. D. *de vino, tritico, vel oleo legat.* quod limita, nisi verba executiva legati à testatore prolata dirigantur, seu sint relata ad legatarium, ut si dixisset, quod legatarius recipiat sibi servum vel bovem, quem in genere legat, ut dixi suprà in gloss. super verbo *a quien fue fecha la manda*, vide ibi.

(8) *Bueno.* Et sic non potest dare pessimum, sed mediocrem, ut hic, et in l. *si hæres generaliter*, *de legat.* 1.

(9) *Bestias.* Veluti equis, vel aliis jumentis, bobus, vel aliis similibus. Et quid si dixit, *lego equum meum*, cùm plures haberet? Dixi suprà in gloss. super parte *el mejor.*

(10) *Semejantes.* Quæ habebat terminos à natura, sicut homo, equus, vel bos, secundum Bart. in l. *si domus*, in principio, D. *de legat.* 1. secùs ergo erit, si legetur lanx, vel scutella, seu quid simile inanimatum, quod facto hominis fines habere consuevit, ut in dict. l. *legato generaliter*, in fin. et per gloss. in cap. *indicante*, *de testam.* et nota in l. *qui lancem*, D. *de auro et argen. legat.* neque in his hæres cogetur eligere mediocrem, sed potest dare id quod est minimum, Glossa, et communiter Doctores in dict. l. *legato generaliter*, ubi latè per Jason. Quid autem si testator, qui legavit scutellam, vel vestem, nullam scutellam, vel vestem habeat in patrimonio? Alberic. tenet in l. *si domus*, in princ. D. *de legat.* 1. quod tunc non valet legatum, nisi ex aliquo adjuncto possit constare, ad quod possit terminari, seu referri: vide ibi per eum, et quæ dico inferiùs, in gloss. proxima.

(11) *Vnas casas.* Idem est dicendum, si legaret fundum; nam hæres debet dare unum fundum ex his, quæ testator reliquit: unde quod hic disponitur in domo, habet etiam locum in fundo in genere legato: ita vult Gloss. relata ad textum in l. *si domus*, D. *de legat.* 1. de qua ista sumpta est, et hoc tenent Jacob. de Aren. Petrus, et Cynus, Bald. Raphael. Joan. de Imol. Paul. de Castr. et Alexand. ibi, et ita intelligunt l. *cum post*, §. *gener*, D. *de jur. dot.* contra Glossam ibi; licèt opinionem Glossæ in §. *gener*, sequantur Bart. Angel. et Imol. in l. *ita stipulatus*, in 8. oppos. D. *de verbor. oblig.* et Angel. in dict. l. *si domus*, ut sit differentia inter legatum fundi, et domus: sed magis placet prima opinio, eo quia testator videtur sensisse de uno ex suis fundis, et in eo modo et forma, prout erat in usu testatoris. Quid autem si legaret planetam, vel vestem, vel quid simile? Vide quæ dixi suprà in gloss. proxima ad fin. contra id tamen, quod ibi dixi, tenet Paul. de Castr. in dict. l. *si domus*, in princip. dicens, hoc esse durum, et vult, quòd in aliis rebus a domo generaliter legatis, legatum valeat, et intelligatur secundum consuetudinem regionis, l. *si servus plurium*, §. fin. D. *de legat.* 1. l. *Titia*, §. 1. D. *de auro et argen. legat.* illud tamen, quod in dicta glossa dixi, tenetur communiter, et tenet Gloss. in l. *quod in rerum*, §. fin. D. eod. in verbo *eam*: limita tamen, nisi legatum esset pium, ut dixi suprà in gloss. super parte *el mejor*, allegando Bald. in l. 1. *C. de verbor. significat.* Et pro opinione Pauli de Castr. videtur facere ista lex Partitarum, quatenus ad finem dicit, quòd dicta in domo procedant in aliis ædificiis, et non extendit ad res mobiles in genere legatas, quæ fines habeant facto hominis: et certè dura videtur illa communis opinio, quòd legatum sit derisorium, sicut est in domo, si quis in genere vestem leget alicui, vel capsam, vel quid simile.

(12) *Qual quisiere.* Concordat cum dict. l. *si domus*, in princip. si tamen testator duas habebat domos, unam in domicilio, aliam extra, legasse intelligitur illam, quam habebat in domicilio, argumento l. *quæ conditio*, §. 1. D. *de condit. et demonst.* secundum Bald. in dict. l. *si domus*, in princip. et sequitur ibi Alexand.

(13) *Casas.* Nota istam legem; et videtur satis rationabile argumento l. 2. D. *de liber. et posthum.* et l. *fundus qui locatus*, D. *instructo vel instrum.* et facit ista lex contra id quod dixit Paulus de Castr. in dict. l. *si domus*, in princip. de quo dixi suprà in gloss. super parte *el mejor*, quando testator reliquisset domum, et unicam tantùm ha-

gunas, estonce el heredero non es tenudo de comprar otras; ante dezimos, que non vale tal manda (14), ca semeja, que lo fizo por escarnio, mas que por otra cosa: e lo que diximos de las casas, ha lugar en todos los otros edificios (15), que fuessen assi generalmente mandados a otri.

LEY XXIV.

En que manera deue ser dado el gobierno, a aquellos a quien es mandado en el testamento.

Gouiernos mandan dar los fazedores de los testamentos a otros, que non dizen quanto, nin en que manera los deuen dar los herederos: en tal caso como este dezimos (1), que si el testador, que mando gouiernos a otro, era vsado en su vida (2) de dar cierta quantia de pan, o de dinero por gouierno, a aquel a quien fizo la manda, tenudo es el heredero de darle otro tanto. E si por auentura non daua como cosa cierta, estonce deuele dar, segun quel ome fuere (3) aquel a quien fuesse fecha la manda del gouierno, e segun fueren los bienes (4) que heredo del testador.

LEY XXV.

Como aquel a quien es mandada escogencia de alguna cosa, non se puede arrepentir, despues que la ouiere escogido.

Escogencia otorgan los testadores a las vegadas a algund ome, que escoja de dos cosas, quel manda, la vna, qual quisiere. E quando la manda es fecha en esta manera, dezimos, que si escogiere vna vez para si alguna cosa de aquellas que el testador le ouiere mandado, que non se puede despues arrepentir (1), maguer quiera dexar aquella que escogio, e to-

bebat, quam filii ejus hæredes indigebant, quòd illa non sit danda, et quòd legatum non valeat, nam hic probatur contrarium; et contra Paul. tenet Alesand. in dict. l. *si domus*, ad fin. principii, et in dict. l. *legato generaliter*, et benè: unde filii aliam sibi domum acquirent, vel conducent, nisi aliter de mente testatoris appareat: et ista conferunt ad quæstionem, testator habens duos filios fecit majoriam in primogenitum de certis rebus, et postea ædificavit magnam domum, quam dicebat, quòd volebat eam pro majoria, et deinde in suo testamento dixit, quòd legabat filio secundo domum, non designans quam domum, nam si constat de voluntate patris, quod dictam domum voluit esse majoriæ, legatum domus in secundo filio erit derisorium, per dict. l. *si domus*, in princ. si de hoc non constaret, deberet domus dari secundo filio per istam et illam legem. Nota etiam, quod si testator fecit majoriam de domo sua, in qua habitabat, venient etiam domus alienæ quæ erant appendices istius domus, Bart. in l. *prædiis*, §. *qui domum*, ubi et bonus textus, D. *de legat.* 3. ubi etiam habetur de horto; et vide per Alex. consil. 26. vol. 4. et Joan. Cirier. *in tract. primogenituræ*, lib. 2. q. 4. et Andræam Tiraquellum in tractat. *de nobilitate, et jure primogeniorum*, quæst. 73.

(14) *Non vale tal manda.* Limita, nisi testator daret legatario electionem de domo, quam velit, nam tunc etiamsi nullas domos testator in patrimonio reliquerit, tenet legatum, per l. *Titia*, §. 1. in fine, D. *de auro et argen. legat.* et tenet Alberic. post Nicol. de Neapol. in dict. l. *si domus*, in princ. Limita etiam, secundum Paul. de Castr. in dict. l. *si domus*, in princip. quod non habeat locum in legato habitationis in genere, quia licèt testator nullas reliquerit habitationes in patrimonio, debet præstari habitatio secundum qualitatem legatarii, et tenebitur hæres solvere pensionem talis domus, per textum in l. *cum antiquitas*, *C. de usufruct.* quod multum ibi exaltat Alexander dicens, quod multi dixissent contrarium.

(15) *Otros edificios.* Nota benè, et adde Gloss. in dict. l. *quod in rerum*, §. fin. in verbo *eam*, quæ hoc exemplificat in navi.

LEX XXIV.

Legatis alimentis, sine quantitate præstabuntur, sicut testator consuevit; et si non consuevit, secundum legatarii personam, et facultatem hæreditatis. Hoc dicit.

(1) *Dezimos.* Sumpta est ista lex à l. *si cui annuum*, D. *de ann. legat.* et à l. *cum alimenta*, D. *de aliment. et cibar. legat.* in princip.

(2) *Vsado en su vida.* Quid si est diversitas in usu; nam aliter præstabat tempore mortis, aliter antea? Dic, quod inspicietur tempus mortis, l. *Mela*, §. 1. D. *de aliment. et cibar. legat.* Et an comprehendet hoc legatum ea quæ non ordinariè, sed extraordinariè testator solitus erat præstare? Vide l. *Sejo*, §. *medico*, D. *de ann. legat.* et vide quod notabiliter per illam legem consuluit Oldraldus *consil.* 129. incipit, *in quæstione, qua quæritur, an illud quod solitum est præstari Archidiacono, etc.* et quod etiam per illam legem notat in consil. 216. incipit, *circa primum articulum, an obitus in mensæ facultatibus computentur.*

(3) *Quel ome fuere.* Nam pro modo ætatis, quia aliter puero, et aliter juveni, vide l. *cum unus*, §. finali, D. *de aliment. et cibar. legat.* aliter militi, et aliter rustico, dict. l. *si cui annuum*, et tradit Joan. de Platea in l. *super creandis*, *C. de jure fisci*, lib. 10.

(4) *Los bienes.* Adde l. *cum alimenta*, D. *de aliment. et cibar. legat.* et limita, ut in casu l. *cum unus*, §. fin. D. eod. et leges, quæ dicunt, quod alimenta quæque debent moderari secundum facultatem patrimonii, ut in l. *jus alimentorum*, D. *ubi pupill. educar.* debent intelligi non respectu valoris, sed respectu redituum, l. *Imperator*, in fin. et ibi notat Bart. D. *ad Trebell.* et in dict. l. *jus alimentorum*, in princip. unde si fructus non sufficiunt ad alimenta, non propterea hæres tenebitur immobile vendere, ut est textus singularis in l. *qui bonis*, vers. *dummodo*, D. *de cession. bonor.* quem ad hoc dicit singularem Joan. de Plat. in l. *super creandis*, in fin. *C. de jure fisci*, libr. 10. illam etiam legem ad hoc dixerunt singularem Baldus et Angel. in locis relatis per Alexand. in dict. l. *Imperator*, in 4. notab. quod tamen limitabis secundum Joan. de Imola in dict. l. *Imperator*, quando debentur alimenta alteri, quàm illi, qui est futurus dominus bonorum; nam si debeantur tali futuro domino, posset fieri alienatio, et valeret per l. 1. §. *mulier*, D. *de vent. in possess. mit.* et sequitur Alexand. ibidem, et potest induci ad majoriæ bona, ut tali casu non obstante prohibitione alienationis possent vendi, facit authent. *res quæ*, *C. communia de legat.* ubi Bart. contra Gloss. ibi. Item, si tractaretur de alendis servis hæreditariis, si fructus non sufficiunt, possunt vendi corpora hæreditatis, l. *Dicus*, D. *de petit. hæredit.* ubi hoc notat Angel. Limita etiam in casu authent. *contra cum rogatus*, ubi etiam Ang. *C. ad Trebell.*

LEX XXV.

Optione alicujus rei legata legatarius semel eligens non potest variare, sed si legetur in optione tertii, eo intra annum non eligente, eliget legatarius. Hoc dicit.

(1) *Arrepentir.* Concordat cum l. *servi electione*, in

mar otra. Mas si la escogencia de la cosa que mandasse a otri el fazedor del testamento, fuesse puesta en aluedrio, o en mano de otro, si este atal a quien fuesse otorgado poder de la escoger, non la escogiere fasta vn año, non podiendo, o non queriendo, del año en adelante (2) la puede escoger aquel a quien fue mandada la cosa (3).

princ. D. *de legat.* 1. et l. *apud Aufidium*, D. *de option. legat.* et sic habes, quod non licet variare electione semel facta, et planè procedit in ultimis voluntatibus, quæ non debent esse in pendenti, l. fin. D. *communia prædior.* Secùs vero est in contractibus l. *si quis stipulatus sit Stichum*, et l. *cum qui certarum*, §. fin. D. *de verbor. oblig.* et intellige istam legem quando electio valuit, nam si non, poterit variare, l. 2. D. *de option. legat.* et requisita, ut electio teneat, ponit Gloss. in dict. l. *servi electione*, in princip. ubi per Bart. et Doctor. Et an possit variari ab eo, qui habet potestatem eligendi ex rescripto, seu ex litteris ad beneficia? Vide per Gloss. in cap. *gratia, de rescript.* lib. 6. ubi dicitur, quod non; et ibi Joannem Andr. *in novella.* Et an facta electione liceat variare? Vide in cap. *publicato, de election.* et quæ tradit Alexand. in dict. l. *servi electione*, in princ. in column. fin. ubi etiam vide, quid in declaratione judiciali: et an quod disponitur in dict. cap. *publicato*, procedat in aliis officiis, quæ deferuntur per electionem, vide per Abb. in cap. penult. *de postulat. Prælat.* et in cap. *cum inter canonicos*, column. fin. *de election.* et de compromissariis ad eligendum, adde Ab. in cap. *causam quæ, de election.* Et an postulatione præsentata superiori, vel postulato, habeat locum pœnitentia? Vide textum et ibi Abb. in 10. notab. in cap. *bonæ*, el 2. *de postulat. Prælator.* et per Bald. in l. 2. column. 6. *C. de servitut.* Et an pater, qui recepit emphyteusim pro se, et uno filio nominato, possit posteà variando alium nominare? Vide Bald. in l. 1. column. fin. *C. per quas person. nob. acquirit.* et qui eligit viam contractus, non posteà potest redire ad viam distractus, vel è contra, l. *commissoriæ*, et ibi Bald. *C. de pactis inter emptor. et vendit.* l. 38. tit. 5. *Partit.* 5. Et quando in electione rerum alternativè debitarum admittatur variatio, vide dict. l. *si quis stipulatus sit Stichum*, D. *de verbor. obligationib.* et l. *qui ex pluribus*, et dict. l. *cum qui certarum*, §. 1. eod. tit. et ibi Bart. Et an quod semèl approbavi, possim posteà reprobare, vel è contra? Vide per Bart. in l. *quo enim*, §. *Julianus*, D. *rem rat. haberi*, et l. *si cui simplici via*, et ibi Paul. de Castr. D. *de servitut.* et vide etiam quod habetur in l. 21. tit. 9. 7. *Partit.* et in l. fin. tit. 2. lib. 6. *Ordin. Regal.* et de libello semèl declarato, vide quod notat Bald. in l. fin. column. 3. *C. de codicil.* Nota etiam, quòd non potest variare, qui jam elegit locum, ubi conveniret eum, qui sibi erat obligatus respondere omni loco, vide Bald. in l. fin. §. *sed et si quis*, *C. communia de legat.* Et an qui noluit recipere, quod sibi offerebatur, possit posteà pœnitere? Vide Bald. in l. *si plures*, column. fin. *C. de condit. insert.* et de executore testamenti, qui renuntiavit officio, vide per Bald. in l. *deberi*, *C. de fideicommissar. libertat.* qui tenet, quòd possit pœnitere, si Episcopus assentiat: et nota, quòd in casibus, in quibus permittitur variatio, non permittitur nisi semel, Bald. in authentic. *habita*, column. 5. *C. ne filius pro patre*, tradit Alexand. in l. *si ex toto*, §. fin. D. *de legat.* 1. Rochus in tract. *de jur. patronatus*, chart. 7. column. 4. quòd post jus quæsitum alteri, non liceat variare, vide Abb. ubi supra, in dict. cap. *bonæ*, el 2.

(2) *Del año en adelante.* Adde l. fin. §. 1. *C. communia de legat.* et facit ista lex ad quæstionem, quòd si mulier det marito facultatem eligendi unum ex filiis ad majoriam per eam institutam, vel meliorandi unum ex ejus filiis, quem maritus elegerit, quòd si maritus non eligat intra annum, quòd sit exclusus à tali electione, et si post annum eligat, vel nominet filium, quòd talis electio vel nominatio non teneat; sed contrarium est verius, quia quando datur electio personarum, non finitur anno facultas ad hoc data, sed durat perpetuò, quousque lis contestetur super tali electione, ut tenet Bart. in dict. l. final. §. 1. per textum in l. *eum quidam*, D. *de legat.* 2. ubi etiam Joannes de Imola: neque in isto casu Bald. in dict. l. final. §. 1. column. 4. vers. *quæro, testator*, dicit contrarium, imò si rectè inspiciatur, vult idem; dicit enim, quæro, testator reliquit uni ex familia, quem maritus elegerit, an post annum electio remaneat hæredi? Respondeo, non, ut D. *de legat.* 2. l. *cùm quidam*, quæ lex intelligitur, quando legatur amico, vel consanguineo, secùs si legatur piæ causæ, puta, uni monasterio, quod Titius elegerit, nam post annum devolvitur Episcopo, qui est legitimus executor ad pias causas tantùm, in aliis autem causis non est reperire legitimum executorem, ut suprà *de Episcopis*, et *Cleric.* l. *nulli*, hæc sunt verba Baldi: et sic potiùs sentit, quòd in casu extra pias causas electio elapso etiam anno, remaneat apud maritum, ex quo à jure non datur legitimus executor in ejus negligentia: quin imo, et in sic relicto ad pias causas, etiam elapso anno ante interpellationem per litis contestationem, facultas eligendi durat, secundum Bartol. in dict. l. *cum quidam*, et alios, quos refert Jason. in dict. §. 1. Angelus tamen ibi in eo, quod attinet ad pias causas, veluti cùm electio pauperum fuit commissa, tenent contrarium, imo quod elapso anno devolvatur ad Episcopum, etiamsi debens eligere non fuerit interpellatus; et dicit ita communiter teneri et servari de consuetudine: et in eamdem sententiam videtur inclinare Bald. in dict. 4. column. v. *pone, quod infra annum.* Sed quidquid sit in piis causis, in quibus opinio Angeli, et Baldi satis sustentabilis videtur, quia cùm dies sit præfixus executioni relictorum piorum, per consequens videtur præfixus electioni, sine qua executio fieri non possit, et sic cessat ratio dictæ l. *cùm quidam*; in quæstione suprà formata nullum est dubium, quin lapsus anni non excludat dictam facultatem eligendi, quod etiam voluit Bald. in l. *captatorias*, column. final. *C. de testam. milit.* neque prædicta assertioni refragabitur lex Taurina 33. quia in præfixione termini, de qua ibi, non comprehenditur iste casus, imò lex illa vult isto casu commissarium semper est obligatum ad faciendum declarationem sibi commissam à defuncto, et si sine declaratione potest à jure suppleri, lex illa habet pro facta, elapso illo termino, talem declarationem: si verò declaratio sit necessaria, ita quòd à lege non possit suppleri, ex mente illius legis videtur, quòd sit adhùc fienda etiam elapsis illis terminis, de quibus ibi; et ad istam legem Partitarum et similes respondetur, quòd procedunt in electione rerum, non in electione personarum. Quid autem si mater dedit marito facultatem faciendi majoriam in unum ex filiis, an possit eligere filium in potestate, et acquirere sibi usufructum? Videtur, quòd non, ex dicto Baldi in l. *tutor*, §. 1. D. *de excus. tutor.* quod esset limitandum, nisi omnes essent in potestate, vel si eligeretur filius major, nam de mente matris, et consuetudine videtur, quòd ille posset eligi, et sic quòd etiam pater habeat usumfructum.

(3) *La cosa.* Quæ consistebat in specie, nam secùs si in genere, quia tunc non transfertur electio in legatarium, sed in arbitrium boni viri, l. 1. D. *de legat.* 2. Habes etiam hic, et in dict. l. fin. §. 1. ubi notat Angel. quòd si electio rerum, vel personarum conceditur tertio, non dicitur voluntas captatoria. Adde dict. l. *cum quidam*, D. *de legat.* 2. et l. *cum pater*, §. *hæreditatem*, et §. *à filia*, D. *de legat.* 2. et l. *unum ex familia*, in princip. et §. 1. et ibi Bart. eod. tit. l. *cùm quidam*, §. *utrum*, D. *de verbor. obligat.* optimus textus in l. *hæredes mei*, §. fin. D. *ad Trebell.* et l. *ex facto*, §. *si quis rogatus*, eod. tit. et l. *fideicommissaria*, §. fin. D. *de fideicommissar. libertat.* Adverte etiam, quòd si electio est commissa per modum conditionis, tunc non procederet ista lex, ut si dicat, si Titius arbitratus fuerit, ut in dict. l. 1. D. *de legat.* 2. et l. *qui hæredi*, §. fin. D. *de condit.* et *demonstrat.* l. *centesimis*, D. *de verbor. obligat.* et hoc si arbitrium per modum conditionis appositum respiciat substantiam ipsius negotii, seu ipsum totale

LEY XXVI.

Quando es mandada escogencia de alguna cosa del testador a dos omes, si se desauenieren, que es lo que deue fazer el Juez en esta razon.

Si a dos omes (1) fiziere el testador manda de vna de sus cosas, poniendola a escogencia dellos, que puedan tomar la que mas quisiessen; como si dixesse, que les mandaua vno de sus sieruos, o vno de sus cauallos, o otra cosa semejante, qual ellos quisieren escoger; si acaesciere, que auenga desauenencia entre ellos, de manera que el vno non se pagasse de lo quel otro escogesse, estonce puedeles mandar el Judgador echar suertes, e aquel a quien cayere la suerte (2), deuela escoger, e auer. Pero tenudo es de dar al otro la estimacion de la su parte, que auia en aquella cosa; e esta estimacion deue ser fecha por aluedrio de dos omes buenos. E esso mismo seria, si tal cosa como sobredicha es, fuesse mandada a vno, poniendola en su escogencia. Ca, si acaesciere que este atal muera ante que escoja, finca a sus herederos (3) la escogencia della. E si se desacordaren los herederos en escogerla, deuen echar suertes, e fazer assi como sobredicho es.

LEY XXVII.

Como la manda, que es fecha, de minera de metales, o de pedrera, non passa en los herederos de aquellos a quien la fazen.

Minera de metales, o pedrera, auiendo algund testador en alguna su heredad, si fiziesse manda en su testamento a algund ome, que tajasse piedra (1) en aquella pedrera, o que cauasse alguno de los metales, para aproue-charse dello, valdria tal manda, quanto en la vida de aquel (2) a quien fuesse fecha. Mas despues que el fuesse muerto, non valdria la manda, nin auria poder de sacar ende ninguna cosa el heredero de aquel a quien la ouiesse fecha. Fueras ende si el testador dixesse señaladamente, quando fiziesse la manda sobredicha, que la fazia tambien a el como a sus herederos (3).

negotium, aliàs catenus vitiat, quatenùs respicit, non ultra l. 3. D. *locati.* Alberic. in dict. l. fin. §. 1.

LEX XXVI.

Si duobus legatur servi optio, et discordent in electione, mandet Judex sorte dirimi, ut quem sors prætulerit, eligat et habeat rem, æstimationem partis alteri arbitrio bonorum virorum solvendo; idem est, si uni optione legata (eo ante electionem relictis pluribus hæredibus defuncto) si hæredes super optione discordent. Hoc dicit.

(1) *A dos omes.* Conjunctim, vel divisim, ut sequitur; et idem si separatim res duobus legetur, ita quòd uni deberetur res, alteri æstimatio, l. *si pluribus eadem*, D. *de legat.* 1. et unus velit rem, alter similiter, et sic uterque velint rem, quia sorte dirimetur, cui res præstetur, et cui æstimatio, tenet Jas. in l. fin. in princip. *C. communia de legat.*

(2) *La suerte.* Adde dict. l. fin. in princ. *C. communia de legat.* et quæ ibi Bald. tradit de sorte, et etiam Paul. de Cast. in l. *in tribus*, D. *de judic.* et quod habetur Proverbior. 18. v. 18. *contradictiones comprimit sors, et inter potentes quoquè dijudicat.* Et vide in ista materia Joan. Cirier. in suo tractat. *primogenituræ*, lib. 1. quæst. 9. ubi tractat, an in quæstione de partu gemino sit ad judicium sortis recurrendum, ubi multa accumulat.

(3) *Finca a sus herederos.* Et sic legatum optionis non est conditionale, §. *optionis*, *Instit. de legat.* si enim fuerat conditionale, non transmitteretur ad hæredes, l. unic. §. *sin autem aliquid*, *C. de caduc. toll.*

LEX XXVII.

Licèt ad hæredem legatarii transmittatur legatum, ex quo fuit legatario jus acquisitum, fallit in legato fossionis mineræ, vel lapidicinæ scindendæ, quia non transit ad hæredem, nisi hoc testator specialiter exprimat. Hoc dicit.

(1) *Que tajasse piedra.* Adde l. *cum servus legatus*, §. *si quis*, D. *de legat.* 1. et sic habes, quòd concessio facti indeterminati, tàm qualitate, quàm tempore, emanans à privato, censetur personalis, secùs si tale factum esset determinatum, ut si testator concessisset facultatem incidendi decem currus lignorum ex nemore suo, nam tunc talis facultas transiret ad hæredes legatarii, secundum Cyn. et Alberic. et alios, signanter per Alex. in dict. §. *si quis.* Quod tamen limitat Alexand. nisi legatum esset annuum, quia hæredes non transit, l. 4. D. *de ann. legat.* et per hæc dicit Alexand. posse limitari doctrinam Bartoli in l. *si sic*, D. *de verbor. oblig.* et Doctores in l. *veteris*, *C. de contrah. et committen. stipulat.* ubi dicunt, quòd stipulatio facti affirmativè est transitoria ad hæredes, per dict. l. *veteris*, cum similib. quia hoc est verum, si factum erat determinatum et certum, secùs si indeterminatum. Quid tamen si ista concessio fieret civitati in terminis hujus legis Partitarum, vel similibus, an censeri debeat perpetua? Videtur, quòd sic, ut probatur in l. *vectigalia*, *C. de vectigal.* ubi Bald. notat, quòd privilegia concessa civitatibus præsumuntur perpetua, facit bonus textus in l. *forma*, §. *quamquam*, D. *de censib.* est enim idem populus per surrogationem, l. *proponebatur*, D. *de judic.* l. *sicut*, §. *in Decurionibus*, D. *quod cujusque universitat. nomin.* sic etiam privilegium concessum ecclesiæ perpetuò intelligitur concessum: quia ecclesia numquàm moritur, 12. quæst. 2. cap. *liberti.*

(2) *En la vida de aquel.* Sed an poterit cædere lapidem semèl tantùm, vel an pluries per totum tempus vitæ? Ista lex innuit, quòd pluries per vitam, et hoc tenet Paul. de Cast. et post eum Jaso in dict. §. *si quis alicui.*

(3) *A sus herederos.* Expessio ergò hæredum ostendit concessionem esse realem, non personalem; et de materia quando concessio præsumatur realis, vel personalis, vide pulchras remissiones per Alexand. in dict. §. *si quis*, et adde, quòd in dubio potius debet præsumi pactum reale, quàm personale, secundum Alberic. in l. *jurisgentium*, §. *pactorum*, 2. et fin. column. D. *de pact.* Bart. in l. *pater filiæ*, D. *de servitut. legat.* et Joan. Faber. in §. *æquè si agat*, column. 1. *Institut. de actionib.* vers. *quid si per pactum*, et ibi vide, quid in privilegiis Principum, de quibus vide etiam per Bald. in dict. §. *si quis*, et per Joan. de Imol. Quid autem si testator dixit, lego Titio, et hæredi suo, quòd possit cædere lapidem in fundo meo: nunquid transibit ultra primum hæredem? Din. dicebat, quòd non, per l. *antiquitas*, *C. de usufruct.* contrarium tenet Alberic. in dict. §. *si quis*, et ibi respondet ad l. *antiquitas*, quòd ibi ideò est, quia aliàs proprietas redderetur inutilis; in casibus verò, ubi hoc

LEY XXVIII.

Por que palabras pueden ser dexadas las mandas, a que dizen en latin, de legatis tertio.

De legatis tertio en latin, tanto quiere dezir (1) en romance, como vna razon que es escrita en el derecho, que muestra, por que palabras pueden ser dexadas las mandas. E dezimos, que por todas palabras que ayan entendimiento (2), que sean guisadas, e conuenibles, para espaladinar las cosas que el fazedor del testamento quiere mandar a otri, pueden ser otorgadas, e puestas las mandas en los testamentos, o en el codicilo que alguno fiziere; ca si de otra guisa las dixesse, non valdria la manda: e esto seria, como si el testador ouiesse voluntad de mandar oro alguno, e dixesse, que le mandaua laton, creyendo quel oro auia tal nome; ca estonce non valdria tal manda, maguer aquel a quien fuesse fecha, quisiesse prouar, que su intencion del testador era de mandarle oro, e non laton. E esso mismo dezimos que seria, en todas las otras cosas que han nomes generales, en que acuerdan los omes comunalmente en cada tierra en nombrarlas; assi como plata, o vino, o pan, o paños, o vestiduras, e todas las otras cosas semejantes destas. Ca en qualquier destas cosas sobredichas, si el testador errasse el nome de la cosa que mandasse, diziendo otro nome, e non el suyo, cuydando (3) que aquel que el le dezia era su nome, non valdria la manda. Pero en las cosas que han nomes señalados, assi como son los omes, non seria assi. Ca maguer el testador errasse en el nome de algun ome (4), diziendo otro nome, e non el suyo, cuydando que aquel era su nome que el le dezia, valdria la manda, e non se embargaria por tal yerro, si fuere prouado, que su entencion era del testador, que aquella persona que nombro, ouiesse la manda. Otrosi dezimos (5), que quando los fazedores de los testamentos vsan tales palabras en las mandas, diziendo: Mando, e quiero, que fulano aya tal cosa; o, Plazeme; o, Tengo por bien, que la aya; o dize al heredero: Creo que tu daras tal cosa a fulano; o, Dexolo en la tu fe, que lo cumplas; o dize el testador: Quiero que el mio heredero faga tal cosa. Ca vsando el testador qualquier de estas palabras sobredichas, quando fiziesse la manda, o otras semejantes della, por que pueda ser entendida la entencion (6), o la voluntad del, valdria la manda que assi fuesse fecha.

cessaret, transibit ad omnes hæredes: si tamen ex fundo nulla perciperetur utilitas alia, quàm cædendi lapidem, tunc idem esset quod in usufructu, secundum eum. Adverte etiam quia si concessio cædendi lapidem, de qua hic, fieret contemplatione alicujus prædii, quod legatarius haberet vicinum, ad cujus utilitatem fuisset factum dictum legatum, tunc etsi non fiat mentio de hæredibus; transiret ad eos ratione prædii, l. *veluti*, et §. *quid ergò*, D. *de servitut. rusticor. prædior.* Din. et Alberic. et Angel. in dict. §. *si quis*; intellige tamen, quòd concessio fiat expressè ratione talis prædii, nam tunc dicetur servitus prædialis, secundum quod declarat Paul. de Cast. in l. penult. D. *de servitut. rustic. prædior.* Jas. in dict. §. *si quis alicui*, super gloss.

LEX XXVIII.

Fiunt legata per verba intelligibilia, ut *mando*, vel *credo te daturum centum Titio*, vel *volo*, *quòd des*, et similia: et error in nomine communi, ut argentum pro auro nominando, vitiat legatum; secùs in nomine proprio, si de persona constat. Hoc dicit.

(1) *Tanto quiere dezir.* Vide de hoc per Gloss. D. *de legat.* 3. in rubrica, et lex ista potiùs sequitur dicta Odofredi, quàm illius Glossæ, dicit enim Odofredus (ut refert Alber. in rubric. *de legat.* 1.), quòd in illo titulo tractatur de personis legantium, et eorum quibus legatur: in titulo *de legat.* 2. tractatur de rebus prohibitis, et concessis legari: in titulo *de legat.* 3. tractatur mixtim de personis, et rebus circa legata, et interpretatione verborum: et prosequitur ista lex notata per Azon. *C. de legat.* in summa, column. 6. versic. *relinqui potest.*

(2) *Entendimiento.* Si verba tamen sunt ita obscura, quòd nullum intellectum possunt sustinere, non valet scriptura, l. *quo tutela*, §. penult. D. *de regul. jur.* Bald. in l. *voluntatis*, col. 1. *C. de fideicommiss.* et vide l. 2. D. *de his, quæ pro non scriptis habentur.*

(3) *Cuydando.* Concordat cum ista lege, l. *si quis in fundi vocabulo*, in princip. D. *de legat.* 1. ubi Angel. limitat quatuor modis. Primò, si res, in cujus appellatione erratur, erat præsens, et singulariter demonstratur, ut si dixerim, *lego tibi hunc equum*, demonstrato bove, Glossa quæ non est alibi, in l. *quæ extrinsecus*, D. *de verbor. obligat.* Secundò, ubi nomina sunt multum conformia, ut in l. *librorum*, §. *si quid tamen*, D. *de legat.* 3. Tertiò, si sermo errantis sustineri possit per communem usum loquendi alicujus civitatis vel castri, l. *Labeo*, §. 1. vers. *neque mirum*, D. *de supellect. legat.* et pro hoc facit ista lex Partitarum, cùm dicit, *comunalmente en cada tierra.* Quartò limita, si disponens ante dispositionem voluntatem suam declarasset, quòd cùm uteretur uno appellativo nomine, intelligeretur de vero et proprio convenienti rei in dispositione deductæ, Gloss. in dict. l. *si qui in fundi vocabulo.* Quintò limita, ut procedat in nominibus appellativis omninò diversis, ut sunt equus, et mulus, bos, et asinus; sed si non essent omninò diversa, sed haberent se, ut excedentia et excessa, ut si testator voluerit legare ducenta, et dixerit centum, nam si constaret de errore, valebit dispositio in ducenta, Glos. in l. *qui quartam*, in princ. et ibi Imol. Bald. et Paul. de Castr. et probatur in l. *quotiens*, §. *sed si non in corpore*, D. *de hæredib. instituend.* et nota benè istam legem, et dictam l. *si quis*, ad limitationem, l. *non aliter*, D. *de legat.* 3. et quæ notat Glos. in l. *voluntatis*, *C. de fideicommiss.*

(4) *De algund ome.* Adde dict. l. *si quis in fundi vocabulo*, et l. *si quis in nomine*, *C. de testam.* et in §. *siquidem in nomine*, *Instit. de legat.* et limita tripliciter, ut per Alex. in dict. l. *si quis*, in princ. column. 1. et de errore confinium, vide ibi per Imol. et Alesand. et adde in ista materia textum notabilem, et ibi Bartol. in l. penult. D. *de reb. dub.* et l. 9. et quæ ibi dixi, suprà eod.

(5) *Dezimos.* Concordat cum l. 2. *C. communia de legat.*

(6) *La entencion.* Tantùm ergo valet tacita voluntas conjecturata, quantùm expressa, adde l. *cum proponebatur*, D. *de legat.* 2. l. *inter vestem*, D. *de auro, et argent. legat.* et tradit planè Curtius Senior consil. 51. in 1. et 2. column.

LEY XXIX.

Como vale la manda, o non, que es puesta en aluedrio del heredero.

Usando el testador a dezir tales palabras, quando fiziesse la manda: Dexo a fulano tal cosa, si entendiere mi heredero (1), que es derecho que la aya; o si dixesse: Dexolo en aluedrio (2) de mi heredero, que si el entendiere, que sera bien que aya fulano tal cosa que le mando que gela de. Ca en qualquier destas maneras, vale la manda que assi fuesse dexada. Fueras ende, si el heredero demuestra alguna derecha razon (3), por que non la quisiere dar nin otorgar. Mas si dixesse el testador: Mando a fulano tal cosa, si mi heredero quisiere (4), o touiere por bien (5), que la aya, estonce en voluntad es el heredero, de cumplir la manda, que assi fuesse fecha, o de reuocarla, si quisiere. E esto es, porque, vsando el testador a dezir tales palabras quando fazia la manda, semejaua, que en todas guisas la ponia el en el aluedrio del heredero. Mas si

LEX XXIX.

Si legatum relinquatur in liberam voluntatem hæredis, non debetur hærede nolente; secùs si in ejus arbitrium, seu per verba importantia arbitrium boni viri, quia tunc debetur, si hæres causam probabilem non ostenderit, cùm dare nolit. Item captatoria voluntas non tenet in legatis, neque in institutione hæredis, tenet tamen legatum uni factum, si tertius tale quid fecerit. Hoc dicit.

(1) *Mi heredero.* Concordat cum l. *si sic legatum*, in princ. D. *de legat.* 1. et notat Gloss. in l. *senatus*, §. penult. eod. tit. et adde notata per Azon. quæ hic prosequitur ista lex in summa, *C.* eod. column. antepenult. vers. *item legari potest*, *si existimaverit, etc.* vide etiam in l. *fideicommissa*, §. *sic fideicommissum*, D. *de legat.* 3. et habes hic, quod verba, *si existimaveris justum*, *si arbitratus fueris*, important arbitrium boni viri: et de his, et de aliis hoc importantibus, vide in dict. l. *si sic*, et in dict. l. *fideicommissa*, *et* §. *quamquam*, et l. *fideicommissa*, in princip. D. *de fideicomm. libert.* et de quibusdam aliis, vide per Bart. in dict. ll. et per alios Doctores, et signanter per Alexand. in dict. l. *si sic*, col. 1. et 2. ubi etiam vide, quid de verbo *judicio tuo*, et verbo *libuerit*, et de verbo *facias tuo sensu*, et de verbo *committo prudentiæ tuæ*, et de verbo *liberam facultatem*, et de verbis *facias quidquid tibi visum fuerit expedire*; et de verbo *conscientiæ tuæ committimus*, et de verbo *licentiam*, et verbo *potestatis*, et de verbo *promitto stare tuo juramento, seu verbo tuo*, et de verbo *pono rem in manum tuam*, et de his verbis *pro tuæ voluntatis arbitrio*, et de verbis *committo me misericordiæ tuæ*, et de verbo *videbitur*, vide ibi per Alexand. et Abb. in cap. 1. col. 4. *de sequestrat. posses. et fruct.* et Bart. in l. *alio*, columu. 3. D. *de aliment. et cibar. legat.* et Bald. in l. 3. in 2. lectur. *C. de dot. promiss.* et per Cardin. Alexand. in cap. *humanum genus*, col. 3. 1. dist. et per Bald. in l. *captatorias*, *C. de testam. milit.* et de illo verbo *facias*, *quod tibi videbitur expedire*, adde Bald. in verbo *nomina*, *de pace Constantiæ*, et pleníssimè per Bald. in Extravag. *ad reprimendum*, in gloss. super parte *videbitur*, ubi etiam vide de verbis importantibus liberam voluntatem; et ibidem, quid si apponantur verba significantia tam liberam voluntatem, quàm arbitrium boni viri; et ibidem, an ex concessione liberæ facultatis, possit rejicere exceptionem præscriptionis, et adde Bart. in l. *Lucius Titius*, D. *de fideicomm. libert.* et de verbo *si tibi placet*, vide l. *Thais ancilla*, §. *sorore*, eod. tit. et ibi Bart. et per Bart. in l. 1. §. *si plures*, col. 7. in repet. D. *de exercit.* et de illo verbo *judicio tuo*, adde Bart. in dict. l. *Thais*, §. *Lucius Titius ita testamento*, et quæ tradit Felin. in cap. 1. 19. 20. et 21. column. *de constit.* ubi planè de his verbis cum aliquibus notabilibus declarationibus; vide etiam ad declarationem, quod notat Bald. in l. 1. col. 14. D. *de legat.* 2. et *decis. quamdam Neapol.* et ex his, quando casus occurrerit, poteris benè instrui; ideò non parvi pendas. Et quid in contractibus, an hæc verba *si approbaveris*, *æstimaveris*, vel *justum putaveris*, vel similia, importent arbitrium boni viri, vel liberam voluntatem, vide in l. *in vendentis*, *C. de contrah. empt.* et per Alberic. in dict. §. *sic fideicommissum*, ubi dicit, quòd veritas est, quòd important in contractibus meram voluntatem; nam in contractibus substantialia contractus non possunt committi in arbitrium contrahentis, etiam ad arbitrium boni viri, l. *quod sæpè*, §. 1. D. *de contrahend. empt.* licèt accidentalia sic, l. *hæc venditio*, D. eod.

(2) *En aluedrio.* Et sic verbum *arbitrium* importat arbitrium boni viri; limita tamen secundum Imol. in l. *filiusfamilias*, D. *de donat.* nisi daretur arbitrium ei, qui aliàs haberet, quia tunc intelligetur de libero arbitrio, ut verba aliquid operentur, argumento l. *si quando*, in princip. cum simil. D. *de legat.* 1. et si per hæredem stat, quia non vult arbitrari, perindè est ac si arbitratus esset deberi, secundum Paul. de Castr. in dict. l. *si sic*. Sed vide ibi per Imol. col. 2. dicentem, quòd non sufficeret præceptum à judice factum, ut arbitretur, ut sic, eo existente in mora, dispositio habeatur pro purificata: sed adverte, quia Imola loquitur, quando in arbitrium tertii fuit collatum, Paulus verò, quando in arbitrium hæredis; quod etiam voluit Bart. in dict. l. 1. D. *de legat.* 2. ubi etiam Paul. col. penult. et Alex. col. 5.

(3) *Alguna derecha razon.* Ut quia legatarius erat demeritus testatori, l. *fideicommissa*, §. *quamquam*, D. *de legat.* 3. vel quia fortè res legata erat ita magna, quòd quasi absorberet totum patrimonium relinquentis, l. *quidam testamento*, D. *de legat.* 1. vel quia patrimonium erat tenue, et filii testatoris egerent, argumento cap. fin. 17. quæst. fin. et si res certa non esset legata, sed quid incertum, debet arbitrari, juxta id quod dicunt Gloss. et Bartol. in dict. l. 1. D. *de legat.* 2. ubi Bart. column. penult. versic. *quæro qualiter bonus vir.*

(4) *Quisiere.* Adde dict. l. *senatus*, §. penul. D. *de legat.* 1. et l. *fideicommissa*, §. *quamquam*, D. *de legat.* 3. quid tamen, si diceret, *lego tibi quod Titius*, *vel hæres declaraverit se velle*, quia talis voluntas requirit declarationem, et sic factum hæredis, dicit Angel. in l. *centessimis*, §. fin. D. *de verbor. obligat.* quòd tunc valeret perinde ut valet, cùm dicitur, *si Capitolium ascenderit*, vel talè quid fecerit, ut in l. *nonnumquam*, D. *de condit. et demonstrat.* et infrà ista l. ad fin. et Angel. sequitur ibi simpliciter Paul. de Castr. ubi Imol. de hoc dicto dubitat: et istud dictum dicit non esse verum Alexandr. in dict. l. D. *de legat.* 2. col. 5. ex eo, quia etiam verbum *si voluerit* intelligitur de voluntate declarata, ut est textus in l. *si ita*, §. *illi si volet*, D. *de legat.* 1. ergo idem dicendum est, etsi illud exprimatur, quia exprimitur, quod tacitè inest; et magis placet hoc, et adde Bald. in l. *voluntatis*, col. 1. *C. de fideicom.* qui intelligit et limitat dicta jura, quando voluntas adjicitur verbo substantivo, vel effectivo; secùs si in verbo executivo voluntatis substantia, vel declaratio ponitur, allegat l. 3. *C. de dot. promis.* et videtur in effectu idem, quod dixit Angelus; Alexander tamen *in addition. ad Bald.* ibi, dicit, quòd istud dictum Baldi videtur contra l. *cum quidam*, D. *de legat.* 2. et quæ ibi dicit idem Bald.

(5) *O touiere por bien.* Nota hoc, quòd idem importat hoc verbum, sicut *si voluerit*, et est hoc contra Bald. in l. *fideicommissa*, §. *quamquam*, D. *de legat.* 3. dicentem, quòd omne verbum intelligitur sonare in arbitrium boni viri, præter verbum *volo*, et facit ad istam legem l. *fideicommissaria libertas*, §. 3. ibi, *si ei libuerit*, D. *de fideicommis. libert.*

el testador dixesse: Mando a fulano ome mil marauedis, si quisiere tal ome (6) (cierto), diziendo el nome de cada vno dellos señaladamente; non valdria tal manda, porque es fecha a vno, e es puesta señaladamente en aluedrio de otro. E porende dixeron los Sabios antiguos, que las mandas, e los establescimientos de los herederos, deuen ser fechos segund su voluntad del fazedor del testamento, e non deuen ser puestas en juyzio, e en plazer de otri. Mas si el testador fiziesse la manda, diziendo assi; que mandaua a vno mil marauedis, si otro, que nombraua señaladamente, fiziesse (7) alguna cosa (ciertamente), como quier que aquella cosa en voluntad, e en aluedrio del otro era de la fazer, o non, valdria la manda, si aquella cosa que nombrasse, se cumpliesse.

LEY XXX.

Si vale la manda que el testador faze, diziendo: Mando que mi heredero de a fulano tantos marauedis, o tal cosa, quando el quisiere.

Fecha seyendo la manda por tales palabras, que dixesse el testador: Mando a fulano ome mil marauedis, que los aya, quando el mi heredero (1) quisiere; si acaesciere, que este heredero muriesse, e non pagasse estos marauedis en su vida, nin señalasse dia (2) a su heredero, a que los pagasse; aquel que ouiesse de heredar los bienes del heredero del testador, seria tenudo de pagar la manda, luego que entrasse la heredad, sin alongamiento ninguno, porque aquel cuyos bienes hereda, non lo contrasto (3) en su vida. Mas si el testador dixesse assi: Mando a fulano cien marauedis, que los aya si quisiere, estonce valdra la manda. Pero si este atal, a quien fuesse fecha la manda, non dixesse en su vida, que la queria (4), e se muriesse; estonce el su heredero non ha derecho ninguno en ella, nin la puede demandar despues.

(6) *Tal ome.* Est enim voluntas captatoria, ut D. *de legat.* 1. l. *captatoriæ.* Adde l. 11. et quæ ibi dixi, tit. 3. supra ead. *Partit.* et adverte cùm dicit, *si quisiere*; nam secùs esset, si legatum fuisset collatum in arbitrium alterius, quia intelligeretur de arbitrio boni viri, et legatum teneret, l. 1. D. *de legat.* 2.

(7) *Fiziesse.* Adde l. *si quis Sempronium*, D. *de hæredib. instit.* et l. *nonnumquam*, D. *de condit. et demons.*

LEX XXX.

Si lego tibi mille, quæ habeas, quando hæres meus voluerit, nec hæres in vita declaravit quando, ejus hæres tenetur statim ad legatum. Si autem lego tibi, si volueris, nec in vita declaras te velle, non dabitur tuo hæredi. Hoc dicit.

(1) *Quando el mio heredero quisiere.* Concordat cum l. *fideicommissa*, §. *hoc autem legatum*, D. *de legat.* 3. et cum notatis per Azon. *C. de legat.* in summa, col. antepenult. in vers. *item legari potest.*

(2) *Nin señalasse dia, etc.* Nota hoc verbum, quia non ita declaratur in dict. §. *hoc autem legatum*, de quo lex ista sumpta est.

(3) *Non lo contrasto.* Et sic moriendo videtur velle, quod est favore ultimæ voluntatis, quia secùs in contractibus, ut in l. *centesimis*, §. fin. D. *de verbor. obligat.* Bart. et Bald. in dict. §. *hoc autem*, et videtur velle ista lex, quòd si hæres declaravit, se nolle dare legatum, quòd tùnc neque ipse, neque hæres ejus teneatur; quod nota, quia non ita benè aperitur in dicto §. *hoc autem.* In contrarium tamen videtur l. *uxorem*, §. *Scævola*, D. *de legat.* 3. ubi habetur, quod hæres gravatus, *cùm volet*, vel *voluerit*, videtur gravatus post mortem, si ipse anteà non declaret se velle, et sic non est in potestate ejus, quod nolit. Hoc etiam patet ex dictis Bart. in dict. l. *centesimis*, §. fin. ad fin. 1. columm. ubi dicit, quod in ultimis voluntatibus idem est dicere; *cum voluerit*, vel *cùm volet, hæres, det*, quod est dicere, *det post mortem suam*, et sic post mortem debetur, tanquam adveniente die, per textum in dict. §. *Scævola*, et sic illud legatum dicitur conditionale, ut habetur in dict. §. *hoc autem*, propter diem incertum mortis, l. *dies incertus*, D. *de condition. et demonstrat.* in contractibus vero facit tali casu diem, et conditionem, ut declarat Bart. in dict. §. *si quem*, sequitur ibi Angel. et fuerunt verba Petr. ibi. Sed certe ista lex Partitarum multùm urget contra ista dicta Bart. et aliorum, et ad dictam l. *uxorem*, §. *Scævola*, potest dici, quod intelligatur, si hæres non contradixerit in vita, prout ista lex dicit; et pro hoc facit, quia regulariter inter *si*, et *cùm*, non est differentia, l. *qui promisit*, cum ibi notatis, D. *de condit. indeb.* et tamen si testator dixerat, *si hæres meus volet*, vel *voluerit*, poterit contradicere, ut suprà l. proxima, et vult Bart. in dict. l. *centesimis*, §. fin. in princip. columm. 2. igitur idem dicendum, si dixerit, *cùm voluerit*: in hoc tamen erit speciale favore ultimæ voluntatis, quod non contradicente hærede, à quo sic fuit legatum, in vita, debebitur post ejus mortem, ut hic, et in dict. §. *Scævola.* Cogita tamen, quia secundum istum intellectum, videtur fieri aliqua violentia dicto §. *Scævola*, qui vult hoc relictum videri post mortem.

(4) *Que la queria.* Concordat cum l. *si ita expressum*, D. *de conditionib. et demonstrat.* l. *si ita legatum*, §. *illi si volet*, D. *de legat.* 1. Quid autem, si dixerat, *cum voluerit*? Dic, quod tunc non est necesse, quòd legatarius ante mortem suam declaret se velle, secundum Bart. in l. 1. D. *de legat.* 2. per l. *uxorem*, §. *Scævola*, D. *de legat.* 3. quæ lex, licèt loquatur, quando ista verba *cùm voluerit* fuerunt relata ad hæredem, tamen eadem videtur ratio, si referantur ad legatarium, secundum Alexand. in dict. l. 1. columm. 5. licèt Joan. de Imola ibi velit in hoc facere differentiam, et tenere contra Bartolum, ut videbis ibi per eum, et per Alexand. col. 4. et 5. Et adverte, quòd per istam legem videtur non posse sustineri, quod Raph. Cuma. in l. *si ita*, §. *illi si volet*, D. *de legat.* 1. et in l. 1. D. *de legat.* 2. et in l. *centessimis*, §. fin. D. *de verbor. obligat.* et sequitur eum Alexand. in dict. l. 1. columm. 5. quòd istud tale legatum, *cùm legatarius voluerit*, censetur esse purum, sicut *cùm lego tibi*, *cùm petieris*, l. *Titia*, D. *de condition. et demonstrat.* l. *si decem cùm petiero*, D. *de verbor. obligat.* nam, ut hic vides, tale legatum non est purum, quia si purum transmitteretur ad hæredem, etiam nulla declaratione sequuta; quam tamen declarationem exigit ista lex: et quòd aliàs ejus hæres habere non possit, sed dic, quòd ista lex non loquitur, quando dixit, *cùm le-*

LEY XXXI.

Como se pueden fazer las mandas sin condicion, e a dia cierto.

Puramente (1) pueden fazer los testadores sus mandas; que quiere tanto dezir, como sin ninguna condicion. E esto seria, como si dixesse algun testador: Mando a fulano tantos marauedis: o, tal cosa. E aun la podria fazer a dia cierto, o de dia cierto en adelante. E esto seria, como si dixesse el testador: Mando, que den a fulano tantos marauedis el dia de Sant Juan Baptista, este primero que verna; o si dixesse: Mando, que del dia de Sant Juan en adelante que gelos den. E aun las podria fazer so condicion. E esto seria como si dixesse: Mando a fulano tantos marauedis, si fiziere tal cosa. Otrosi dezimos, que si el testador quando fiziesse la manda, dixesse tales palabras: Mando, que den a fulano mil marauedis, quando fuere de edad (2) de catorze años, si acaesciere, que aquel a quien la faze, llegare a aquella edad, valdra la manda, e si muriere en ante, non la puede demandar su heredero, nin ha derecho de la auer. Pero caso y ha, en que valdria la manda que fuesse fecha por tales palabras, maguer non se cumpliesse la condicion. E esto seria, como si dixesse el testador: Mando que aforren a fulano mi sieruo, quando mi fijo fuere de edad de catorze años. Ca maguer el fijo non llegasse a aquella edad, nin se cumpliesse aquella condicion, valdria la manda, e seria forro, por razon de la franqueza que es otorgada a la libertad (3).

LEY XXXII.

Como las mandas deuen ser judgadas por las leyes deste libro, maguer el testador lo defendiesse.

Non puede ningun testador fazer manda *Ley 9, tit. 20, lib. 10 Novis. Recop.*
en ninguna manera, que por el derecho de las leyes deste nuestro libro non deua ser judgada. E porende, maguer el defendiere señaladamente que ninguna ley, ni ningun derecho non pudiesse contrastar, nin embargar la manda que faze, con todo esso, si la fiziere contra derecho (1), o como non devia, ...

gatarius voluerit, sed *si voluerit*; unde tene menti in practica dictum Raph. et sic erit differentia, an ista verba, *cùm volueris*, referantur ad hæredem, vel legatarium.

LEX XXXI.

Purè, et conditionaliter, et ad diem, vel post diem potest legatum fieri: et si legatur, quod dentur Petro mille, quando fuerit quatuordecim annorum, et ante moriatur, non habebit ejus hæres legatum. Sed si lego tibi libertatem, quando filius meus habebit quatuordecim annos, filio ante illam ætatem mortuo, valet legatum favore libertatis. Hoc dicit.

(1) *Puramente.* Sequitur dicta Azon. *C.* eod. in summa, in fin. col. 6. vers. *relinquitur legatum purè.*

(2) *Quando fuere de edad de catorze años.* Concordat cum l. *si cui legetur*, D. *de legat.* 1. §. *hoc autem legatum*, et l. *si Titio*, D. *quando dies legat. ced.* et adde, quod idem esset, si apponeretur tempus certæ ætatis cujusdam tertii, l. *si ita scriptum*, D. *de manumis. testam.* quod limita, nisi apponeretur tale tempus ad extinguendum legatum, ut si dixerim, *lego Titio centum annua, quousque Titius erit ætatis quatuordecim annorum*, nam tale legatum non est conditionale, neque extinguitur Titio ante dictum tempus decedente, ut est textus, qui non est alibi, secundum Bald. ibi in l. *ambiguitatem*, *C. de usufruct.* Sed quid si legetur in tempus certæ ætatis gravati? Bart. in dict. §. *hoc autem*, tenet, quod non sit conditionale, et quod non pereat legatum, quamvis gravatus non perveniat ad talem ætatem, per l. *libertis quos*, §. *ab hæredibus*, D. *de aliment. et cibar. legat.* et cum Bart. transeunt Angel. Bald. et Paul. de Castr. *in lectura Paduana*, ibi, et Ludovic. Roman. in l. *in illa*, D. *de verbor. obligat.* Dinus verò, Raphael, et Joan. de Imol. ibidem, et Cynus, et Bald. in. l. *ex his*, *C. quando dies legat. ced.* et Paul. de Castr. *in lectura Bononiensi*, et Salicet. in l. unic. §. *sin autem aliquid*, *C. de caduc. tollend.* tenent contrarium, per textum in dict. §. *hoc autem*, et respondent ad dictum §. *ab hæredibus*, diversimodè, prout videbis latè per Alexand. in dict. §. *hoc autem*, qui dicit istam ultimam opinionem esse veriorem, per plura jura, quibus Bartolus ibi nititur respondere; sed secundum Alexand. tales responsiones sunt cum maxima violentia, ibique Alexand. allegat alia jura contra opinionem Bartoli, ut poteris ibi videre, et signanter allegat l. *si quis à filio*, in princ. D. *de legat.* 1. cum gloss. ibi, quæ satis probat opinionem aliorum contra Bartolum. Quid autem si dies non fuit præfixus substantiæ legati, sed ejus præstationi, vel executioni? Vide l. *ex his*, *C. quando dies legat. ced.* et per Bartolum in dict. §. *hoc autem*, et ibi etiam per Alexand. Adde etiam textum notabilem, in l. *codicillis*, in princ. et ibi Bart. D. *de annuis legat.* quod in dubio præsumitur, quod testator habuit respectum ad tempus simplex, et non se retulisse ad tempus certæ ætatis legatarii, ut videbis in casu dictæ l. *codicillis*, quæ est lex singularis, secundum Paul. et Alexand. in dict. §. *hoc autem.*

(3) *A la libertad.* Adde l. *si ita scriptum*, D. *de manumiss. testam.* et l. *fideicommissaria*, D. *de fideicommiss. libert.* §. *etiam*, et idem potest dici in legato ad pias causas, cùm valeat argumentum de libertate ad pias causas, Bart. in l. *proximè*, ad fin. D. *de his, quæ in testam. delent.* tradit Alexand. in l. *captatorias*, *C. de testam. milit.* et dixi suprà eod. l. 17.

LEX XXXII.

Non potest quis contra juris dispositionem testari: nec de sepultura quid injustum, vel inconsuetum ordinare; et habebit legatarius sibi relictum, etiamsi injustum vel inconsuetum in sepultura non faciat. Hoc dicit. Habuit ortum ista lex à l. *nemo potest*, D. *de legat.* 1.

(1) *Contra derecho.* Nota hic bona verba Angeli in l. *nemo potest*, ad fin. D. *de legat.* 1. de qua lex ista sumpta est, quod legibus prohibitivis non derogatur per testantem, neque etiam per contrahentes, l. *cum lex*, D. *de fidejuss.* similiter legibus respicientibus ordinationem testamenti et ejus substantiam non derogatur, quia sine illis non potest esse testamentum, l. 2. D. *de testament.* Similiter neque derogatur legibus concernentibus durationem obligationis personalis, quæ contrahitur ad legata, vel fideicommissa, sive voluerit testator derogare per adjectionem temporis sive loci, sive per adjectionem conditionis: legibus autem aliquid introducentibus merè in favorem testantis renuntiari potest, l. 2. *C. ut in possess. legat.* Unde etiam dixit Bald. in l. 1. in fin. 4. col. *C. de his, quæ pœnæ nomin.* quod

uiere (2) en alguna manera, non valdra (3). E deue ser reuocada, e judgada por las leyes

quando lex disponit ad executionem voluntatis, potest testator illud remittere; si verò ad necessitatem favoris hæredis, et non potest remittere, cùm tamen ipse hæres posset expressè et tacitè, ut notatur in l. 2. D. *usufruct.* et hinc est, quod testator potest remittere tacitam hypothecam, quæ oritur pro legatis, glossa singularis in l. 2. *C. ut in possess. legat.* et illam sequuntur magis communiter Doctores ibi, et in dict. l. *nemo potest*, prout attestatur Alexand. ibi column. 4. et per illam glossam dicit Bald. ibi, quod testator potest remittere, ne dominium transeat in legatarium sine possessione. Vide etiam ibi per Bald. numquid testator possit facere, quod legatario currat præscriptio annalis, quæ de jure communi est perpetua, vel quod legatario non currat minor præscriptio centum annorum; de quo etiam vide per Bart. et Alexand. in dict. l. *nemo potest.* Et ex prædictis etiam deducitur, quod potest testator dare legatario licentiam capiendi rem propria auctoritate, contra l. *non est dubium*, *C. de legat.* vide per Bart. in dict. l. *nemo potest*, ubi etiam Alexand. col. 3. et si testator solùm dicat, *vim fieri veto legatariis meis*, videtur eis dare licentiam capiendi propria auctoritate, Bald. in l. 1. *in lectur. antiqua*, *C. communia de legat.* per textum singularem, secundum Jacobum de Aret. in l. *permisceri*, *D. de acquirend. possess.* facit etiam textus, et ibi notat Angel. in l. *hoc si rei*, *D. de rei vendicatione.* Et an possit remittere confectionem inventarii, vide ibidem Bartol. quod sic, in dict. l. *nemo potest*, ubi Alexand. col. 4. tradit etiam de inventario hæredis, quatenùs tangit præjudicium legatariorum. Quid autem, si testator prohibuit hæredem alibi conveniri pro legatis, quàm in certo loco, si hæres dolo vel mora interveniente non venit ad locum illum? Dic, quod tunc poterit alibi conveniri, l. *in bonæ fidei*, *D. de eo quod certo loco*, et ibi Bart. Bald. et Fulgos. Poterit etiam testator præfigere tempus in testamento hæredi ad adeundum hæreditatem, ut post illud tempus mero jure excludatur, secundum Ang. in l. *si quis hæres ita scriptus*, *D. de acquirend. hæredit.* per illum textum, et per notata per Gloss. in l. *cretionum*, *C. de jure deliberandi*, ubi etiam Paul. respondet ad dictam l. *nemo potest*, et sequitur Alexand. in dict. l. *nemo potest*, in fin. Adde etiam, quod neque possunt facere contrahentes, quod legum dispositio non habeat locum in actibus eorum, l. fin. *D. de stipulat. servor.* et notat Bald. in cap. 1. §. *et quia vidimus*, column. 6. *de his, qui feud. dar. poss.*

(2) *O como non deuiere.* An autem si prohibeat leges non obstare suo testamento, operetur talis prohibitio effectum clausulæ codicillaris? Vide Gloss. et Doctor. quod sic, in dict. l. *nemo potest.*

(3) *Non valdra.* Quia excepto Principe, omnis homo est sub lege, l. *digna vox*, *C. de legibus*, et ideò clausula *non obstante* soli Principi convenit, non alii, ut hic et in dict. l. *nemo potest*, ubi hoc notat Angel. in l. *jus publicum*, *D. de pactis*, l. 2. *D. de testam.* l. *codicillis*, §. fin. *D. de legat.* 2. ubi glossa 1. vocat stultum testatorem volentem contra leges disponere: hinc evenit, quòd volentes condere majoriam in unum ex filiis, vel nepotibus, cùm ipsi non possint filiis imponere gravamen in legitima, vel eam diminuere, l. *quoniam in prioribus*, l. *quoniam novella*, *C. de inoffic. testam.* l. 17. tit. 1. suprà ead. *Partit.* etiam respectu bonorum, quæ essent extra regnum, licèt ibi esset latior facultas disponendi ex his, quæ notat Bart. per textum ibi in l. *ex castrensi*, *D. de castrens. pecul.* adeunt Principem, ut super hoc rescribat cum clausula *non obstante*; qui stylus emanasse videtur post editionem istarum ll. Partitarum; quod patet, quia in istis legibus in tit. 18. 3. *Partit.* nulla fit mentio formulæ talis licentiæ, et talem formulam consuluit latè ordinandam Roderic. Suarez in repetition. l. *quoniam in prioribus*, in 2. limitat. illius l. fol. 65. col. 4. totius repetitionis, ubi ipse illam ordinat, subdens quòd si aliàs sub nube, et implicitè aliquis impetraret à Principe liberam testamenti factionem, non specificè ad suprà dicta contenta in ejus formula, neque cum derogatione dictarum ll. non posset vigore talis facultatis facere majoriam in præjudicium filiorum: et ibidem parum antea, fol. 64. colum. 2. vers. *ex ante dictis*, damnat illam formulam consuetam quatenùs dicit: *do os licencia y facultad, para que de todos vuestros bienes, o de qualquier parte dellos podays hazer, y hagays mayorazgo en uno de vuestros hijos, qual quisieredes, y por bien tuuieredes, etc.* Quatenùs enim dicit de omnibus bonis, asserit talem licentiam esse valdè injustam, et conscientiæ concedentis onerosam, cùm per eam expressè tollatur legitima aliis filiis, quod apertè est contra jus naturale, ut ipse in eadem limitatione ante hoc latè deduxit; et ibi allegat notanter Bald. in l. fin. colum. 2. *C. de fructib. et litis expens.* quòd Princeps potest alicui concedere potestatem testandi diminuta legitima, et quòd privilegium concessum ad minuendum legitimam, non est iniquum, sed ad tollendum in totum, sic cùm legitima sit de jure naturali loco alimentorum, non tamen ejus meta, sed de arbitrio legislatoris; ibique col. 3. dicit, quòd pater, qui vigore talis facultatis faceret majoriam in unum ex filiis, privando alios bonis suis sine justa causa, de qua in cap. 3. vers. *causas*, in authent. *ut cum de appellation. cognosc.* peccaret, neque esset tutus in foro conscientiæ, neque excusaretur prætextu talis facultatis; allegat Gloss. in cap. *non est, de voto*, et alia, quæ ibi videre poteris: tandem concludit col. 4. dictam clausulam esse injustissimam, consulitque ab ea abstinendum, et idem ego consulerem, si in tali facultate non contineretur illud, quod communiter solet etiam apponi, scilicèt, quòd ita hoc fiat, ut reserventur alimenta aliis filiis, licèt non sit tanta portio, quanta aliàs sibi juxta ll. regni competeret: hac tamen clausula apposita, ut semper apponitur, non benè percipio, quid scrupuli esse possit, ex ea namque evidenter constat Principem nolle in totum tollere legitimam, sed diminuere, prout etiam dixi in l. 11. tit. 4. supra ead. *Partit.* in gloss. 1. ubi vide.

Sed an vigore hujus facultatis possit diminuere legitimam filii, qui esset clericus in minoribus tempore datæ licentiæ? Videtur, quòd non, ex his quæ tradit Baldus in cap. *cum venissent*, colum. 2. vers. *oppono dicitur hic, de eo qui mittitur in possess. causa rei servand.* vide quæ habentur in cap. *ecclesia Sanctæ Mariæ*, *de constit.* et quæ dixi in l. 4. tit. 15. 4. *Partit.* super gloss. in parte *en cuyo señorio.* Et cogita in hoc, nam ex hoc subverterentur multæ facultates ad majoriam, seu ipsæ majoriæ; si tamen post datam facultatis regiæ fieret clericus, vide cap. *si eo tempore*, *de rescript.* lib. 6. et quod notat Bart. in l. *usufructus*, in fin. *D. de stipul. servor.*

Sed quid si aliquis sine licentia Principis fecit majoriam de bonis suis, et etiam de aliquibus bonis filiorum, seu quæ aliquo modo ad filios spectabant, qui filii, ne de facto sibi præjudicaretur, impetraverunt à Principe revocationem istius majoriæ respectu bonorum filiorum; an ex hoc videatur Princeps approbare majoriam respectu bonorum patris, cùm sciens Princeps sine ejus licentia factam majoriam, revocavit tantùm quoad bona filiorum? Videtur, quòd sic, ex dictis Bartol. et Paul. de Castro in l. *legata inutiliter*, *D. de legat.* 1. vide ibi Paul. de Castr. vers. *et inducitur per Dinum.*

Adverte etiam, quòd ipse Rex de bonis patrimonialibus extra regnum poterit, cùm non recognoscat superiorem, facere majoriam inter filios, l. *Cæsar*, *D. de public. et vectigal.* l. *donationes*, *quas*, *C. de donation. inter virum et uxor.* Bald. in §. *item sacramenta*, *de pace jur. firm.* 4. colum. vers. *secundo utrum Rex*: bonus textus in cap. *si Romanorum*, in princip. 19. dist. l. *omnium*, *C. de testam.*

Et an habens facultatem ad faciendum majoriam de certis bonis ex auctoritate regia, possit vigore legis regni facere majoriam in tertia bonorum de aliis bonis? Videbatur, quòd sic, per textum et quod ibi notat Bald. in l. fin. *C. de repud. hæred.* quod privilegium non confunditur cum jure communi; in contrarium tamen facit; quòd non est verisimile Principem voluisse gravare filius duplici onere, l. *navis onustæ*, §. 1. *D. ad leg. Rhod. de jact.* cap. *mandatum*, *de rescript.*

Et an teneat majoria facta cum facultate primogeniti

filii Regis patre vivente, si majoria fiat postquam primogenitus successit in regno; vide, quæ notat Bartol. in l. *cum vir*, D. *de usucapion.* et in l. *hæreditatem*, D. *de castrens. pecul.*

Et quid si detur facultas ad faciendum majoriam in unum ex posteris suis, an videatur data, ut possit etiam in descendentes ex fœmina? Textus facit, quòd non, in l. 1. D. *de jur. immun.* vide ibi per Doctores.

Quid si Rex dedit licentiam faciendi majoriam in secundum filium sub conditione, si filius major consenserit, et ante consensum filii majoris moritur Rex, posteà consensit filius major, et fit majoria in secundum, an tenebit? Dic, quòd sic, quia non apponitur conditio concessioni, sed executioni actus, l. 1. in fin. D. *quod quisque jur.* vide Bald. in cap. 1. in princ. colum. 2. *hic finitur lex.* Jason. in l. *si quis neque causam*, D. *si certum petatur.*

Adverte etiam, quòd videtur, quòd ut plenior sit facultas, oportet quòd in ea fiat mentio etiam de aliis filiis posthumis nascituris, quia licentia filios gravandi in legitima, non extendetur aliàs ad posthumos, ex notatis per Bart. in l. *Titius*, D. *de liberis, et posthum.* in fin. princ. reprobando Glossam ibi, et videtur textus in l. *ex facto*, ibi, *verisimile est*, D. *de vulg. et pupill.*

An autem virtute talis facultatis, quòd possit facere majoriam in unum ex filiis, quem vellet, possit illam facere in filium spurium? Et certè stantibus legitimis crederem, quòd non, per textum notabilem in cap. *dicat aliquis*, 32. quæst. 4. et quia Princeps intellexisse videtur de filio legitimo et naturali, l. *filium eum diffinimus*, D. *de his, qui sunt sui, vel alien. jur.* l. fin. D. *de jure deliberan.* et ibi Paul. de Castr. et in authent. *ut liceat matri, et aviæ*, §. *ad hoc*, et per Fabr. in §. fin. *Institut. de adoption.*

Quid autem, si Princeps ex certa scientia, et de plenitudine potestatis, dedit licentiam faciendi majoriam in quemdam filium spurium vel naturalem, non obstantibus filiis legitimis, quibus Princeps tantùm voluit relinqui alimenta; an tenebit talis constitutio majoriæ, permaximè si Princeps potuit moveri ad id concedendum propter strenuitatem et bonitatem talis filii bastardi? Et videtur quòd non teneat, neque Princeps hoc posset, quia neque legitimatio filiorum spuriorum, neque naturalium potest fieri ex rescripto Principis, legitimis et naturalibus stantibus, ut in authent. *quibus mod. natural. efficiant. legit.* cap. *si quis sane non habens*; et dicebat Bald. in cap. 1. §. *filii nati, si de feud. fuer. controv. inter domin. et agnat.* quòd Imperator, qui legitimat spurios, existentibus filiis legitimis, ut cum eis æqualiter succedant, videtur quoddam pecus non habens præ oculis justitiam publicæ honestatis, neque considerans, quòd per solas nuptias conservatur elegans genus humanum.

Præterea, et hoc videtur de jure divino prohibitum, Genes. 21. cap. v. 10. cùm dicit: "Ejice ancillam, et filium ejus, non enim hæres filius ancillæ cum filio liberæ:" et istud idem habetur in cap. *non omnis*, 32. quæst. 2. ubi etiam adjicitur istud à domino constitutum, priusquam initium Romani juris extiterit: adducitur quoque auctoritas Apost. ad Galat. 4. cap. v. 30. ubi etiam allegat illud Genes. 21. facit ad idem, quod habetur in summ. et in cap. unic. 35. quæst. 7. facit etiam, quod notat Bart. Bald. et Paul. de Castr. in l. 3. D. *de testament.* et tradit latè Paul. de Cast. consil. 467. volum. 2. incipit, *viso dicto puncto*, ubi concludunt, non posse fieri per statutum, quod spurii filii possint succedere, et inter alias rationes adducit Bartolus illam, quòd esset contra jus divinum, quo cavetur, non erit filius ancillæ cum filio liberæ. Bald. etiam adducit aliam, quæ multum confert in proposita quæstione, quia quòd spurius non possit institui, est introductum propter turpitudine testantis, et actus propter turpitudinem agentis reprobatus nulla constitutione permitti potest, ut in dict. authent. *ut nulli judicum.*

Item, actus reprobatus propter turpitudinem, æquiparatur actui prohibito de jure divino, cap. *ex parte, de consuet.* et contra jus divinum, non valet statutum: quòd enim spurii non possint succedere patri, est inductum propter ejus delictum, et ut refrænentur ab illicito coitu, ut in l. fin. *C. de natural. liber.* unde contra bonos mores esset, quòd Princeps super hoc dispensaret maximè in exclusionem, et cum tam gravi præjudicio legitimorum; imò et fortius est, quod voluit Joan. de Imol. in dict. l. 3. ad fin. quòd neque valeret statutum, quòd filii naturales tantum succedant patri, quia sic indifferenter habilitando naturalem, præberet materiam delinquendi, et ideo non videtur valere.

Præterea tale privilegium Principis, quodammodo alios alliceret ad illicitos coitus, videntes posse se impetrare tale privilegium, et omnis consuetudo, constitutio, juramentum, et privilegium, per quæ nutriri possunt peccata, non valent, secundum Joann. Andr. in cap. *extirpandæ, de præbend.* super verbo *consuetudine qualibet*; pro parte vero contraria facit illa decisio Neapolitana collecta per Matthæum de Afflict. decis. 99. incipit, *si pater*, ubi refert bis in duabus causis fuisse judicatum, quòd si pater mediante pecunia recepit emphyteusim pro se, et Titio, et hæredibus dicti Titii filii sui spurii nati ex damnato coitu, quòd in tali emphyteusi succedet dictus spurius, exclusis hæredibus venientibus ab intestato, per notata per Bald. in l. 2. *C. de jure emphyteut.* colum. 1. dat Baldus rationem, quia non ut hæres, seu mediante stipulatione veniunt, et sequitur ibi Jason. in 69. colum. totius tractatus, retuli suprà 5. *Partit.* tit. 8. in l. penult. super gloss. *segun se ouieren*; sic ergo videtur, quòd ad majoriam possit venire mediante gratia, et privilegio Principis: adducit etiam et Matthæus in dict. decis. quòd nedum spurio, verùm etiam servo potest de novo dari feudum et emphyteusis, ut in cap. 1. §. 2. vers. *personam, per quos fiat investit.*

Præterea, ut dixi superius, per Principem potest minui legitima filii, licèt non possit tolli in totum, secundum magis communem opinionem; poterit ergo Princeps, reservata portione sufficienti ad alimenta filiorum, dispensare ut cætera bona per viam majoriæ veniant in spurium; neque repugnabit jus divinum allegatum, quia ut dicit Joan. de Imol. in dict. l. 3. D. *de testam.* illa auctoritas non multum urget, quia illud erat quoddam præceptum judiciale legis veteris, et non videntur obligare in lege nova ista judicialia, nisi quatenus sunt aprobata per habentem auctoritatem legis condendæ, ut habetur in cap. *translato, de constitut.* et per Sanctum Thom. 1. 2. quæst. 104. artic. 3. de quo etiam in cap. fin. *de succession. ab intestat.* et in §. *his ita*, sub cap. 3. 6. dist. Hoc etiam videtur de mente Hostiens. in summ. in tit. *qui filii sint legitim.* ubi dicit, quòd licèt Imperator posoit, legitimando spurios, eos ad hæreditatem admittere, non tamen hoc posset legem generalem condendo statuere, quòd admittantur ad successionem, quia multi essent, qui non curarent, unde filios haberent, si scirent eos sibi succedere debere: et sic, si non esset legem generaliter condendo, sed in casu particulari dispensando, videtur de ejus mente, quòd hoc possit Imperator. Hoc etiam vult Bald. in l. *eam quam*, column. 9. *C. de fideicommiss.* ubi dicit, quòd non potest Princeps facere legem generalem, quòd spurii succedant, quia est indirectè contra bonos mores, sicut neque constitutio valeret, quòd quilibet posset adulterari, et incestum committere; et subdit, quòd hac ratione non potest legitimare nascituros ex aliquo, qui nondum sunt concepti in utero, quia est dolus de futuro; sed si essent nati, vel concepti, potest, quia est dolus de præterito, circa quæ non removetur reatus, sed pœna. Et pro ista parte etiam facit, quod notat Joan. And. *in addit. ad Speculat.* tit. *de succes. ab intest.* §. fin. vers. *sed ex facto*, ubi dicit, quòd Princeps possit statuere, quod tales succedant patribus, sicut statuit, quòd succederent matribus, potissimè cùm generatione et natura sint filii, et consanguinei, licèt ad comprimendum illicitos coitus primo excluserit illos per legem suam, ut in authent. *quibus modis natural. efficiant. sui*, cap. 1. vers. *oportet*; si ergo ad primordium naturæ reducitur spurius, cessat causa querelandi, l. 1. *C. de imponen. lucrat. descript.* lib. 10. finaliter tamen refert Host. tenere contrarium ubi suprà. Ista etiam quæstio latissimè tractatur per Præpositum Alexand. in cap. *per venerabilem*, in vers. *quod autem, qui filii sint legitim.* in 5. quæst. principali, vers. *octavo quæro*, et in cap. *constitutiones*, 10. dist. et concludit, nedum hoc posse statui per legem imperialem, verum etiam per aliam legem civi-

lem vel statutum, nam ex quo per legem civilem matribus possunt succedere, ubi etiam militat ratio peccati vitandi, ita etiam sit lex admittenda, si statuat, quod succedant patribus. Adducit etiam, quòd istæ successiones sint de jure civili delatæ, licèt in filiis hoc suadeat naturalis ratio, ut in l. *cum ratio*, D. *de bonis damnat.* ideo jus civile potest eas modificare et augere, et circa eas disponere, juxta notata per Din. in regul. *indultum, de regul. juris*, lib. 6. nec erit facienda differentia inter natos ex damnato coitu et alios secundum eum, quia prædicta fundamenta militant in utrisque, licèt Bald. in l. 1. *C. de jur. aureor. annul.* faciat inter istos differentiam: cum quo etiam videtur transire Decius in cap. *in præsentia, de probat.* num. 43. quia secundum eum, cùm differentia Baldi fundetur super peccato, non procedit, quia in utroque est peccatum mortale, licèt in natis ex damnato coitu sit majus: ibique respondet ad principale motivum tenentium statutum tale non valere, scilicet quia dare videtur occasionem peccandi; nam secundum eum illud procederet, ubi lex directè disponeret ad peccatum, secùs si à remotis, nam causa remota non ordinatur directè ad effectum, et ideo non habetur in consideratione, l. *qui domum habebat*, D. *locat.* in fin. l. *Neratius*, D. *de servo corrup.* cap. *de occidendis*, 23. quæst. 5. cap. *exhibita, de homicid.* aliàs diceremus, quòd lex evangelica, quæ prohibuit repudiam dari uxori per virum, esset iniqua, si contingeret, quòd ob hanc causam indissolubilitatis occideret aliquis uxorem suam, quam haberet exosam. Et illud dictum, *non erit hæres, etc.* quod etiam retulit Apostolus ad Galatas 4. v. 30. non obstabit, nam secundum eum Apostolus loquitur secundum illas leges, quatenus erant, et nunc sunt; per hoc tamen non dicunt, legem imperialem super hoc de novo edi non posse. Facit etiam pro ista parte communis Doctorum conclusio, in l. *Gallus*, §. *et quid si tantum*, D. *de liber. et posthum.* qui dicunt, Principem posse legitimare filios illegitimos in præjudicium filiorum legitimorum, et istud fuit secutus Bald. in dict. §. *et quid si tantum*, et in dict. §. *filii nati, si de feud. fuerit controver. inter domin. et agnat.* et in l. *cunctos populos, C. de summ. Trinit. et Fide Catholica*, et in l. 1. *C. de jur. aureor. annulor.* quinimo et de isto jure Partitarum hoc est decisum per l. final. tit. 15. 4. *Partit.* ubi vide quod dixi. Et licet ista quæstio pro utraque parte satis sit disputabilis, mihi tamen magis placet prima opinio, velut justior, et æquior, et bonis moribus, et honestati congruens, et quia ut habetur in Evangelio, non est bonum sumere panem filiorum, et mittere canibus; et illud Apostoli, *si filius, ergo hæres*; et quia licet exclusio legitimorum non habuerit fontem à jure divino, ut suprà dictum est, sed tantum à jure civili et lege positiva, cùm talis res ita sit rationabilis et honesta, Princeps est obligatus ad observantiam talis legis à dictamine rationis, quia est animal rationale, et à tali dictamine rationis Princeps non est solutus, sicut neque à lege æterna vel naturæ, ut tradit Baldus in l. 2. columm. 7. *C. de servitut.* et alibi dixit idem Baldus, quòd licet Principis sit suprema auctoritas, tamen naturalis ratio auctoritate ejus mutari non potest, in l. *si non speciali, C. de testam.* et quia si lex reputabat absurdissimum, quòd extantibus legitimis naturales sibi introducantur in successione, etsi legitimentur, ut in authent. *quibus modis natural. efficiant. sui*, in §. *tribus*, multo magis reputari debet absurdissimum, si ita spurius introducatur, ut legitimos excludat, quasi à tota successione; enormiter namque lædere in legitima, est idem quod in totum tollere, ut dixi in l. 11. tit. 4. suprà ead. *Partit.* et in hanc sententiam inclinat ille vir summus feudifica, et Christianus vir, Andr. de Isern. in §. *naturales, si feud. fuer. controver. inter domin. et agnat.* et quia illa opinio, quòd non valet statutum, quòd spurius succedat, est magis communis opinio, et qui eam impugnant, loquuntur, quando non essent filii legitimi: et licet Imol. et Francis. de Aret. in dict. l. 3. D. *de testam.* conentur responsiones dare ad illud juris divini: *ejice ancillam. etc.* video illam auctoritatem adductam per S. Ambrosium, et positam in volumine Decretorum, in dict. cap. *dicat aliquis*, quam auctoritatem etiam Bald. in l. *cunctos populos*, in 4. fol. *C. de summ. Trinitate et fide Catholica*, exponit, id est, non erit hæres filius concubinæ cum filio uxoris legitimæ; et quia lex illa Partitarum loquitur in filiis naturalibus legitimatis, ut patet ex serie illius tituli, et intelligitur ut ibi dixi, de legitimatis ante nativitatem filiorum legitimorum et naturalium, ut ibi dixi; quod etiam et hodie non admisit dicta lex Taurina: pro ista etiam parte benè facit doctrina Bart. in extravagan. *ad reprimendum*, in gloss. super parte *videbitur*, in vers. *secundo casu principali.*

Benè tamen fateor, quòd posset Princeps concedere privilegium facienti majoriam, quòd possit vocare filios, vel nepotes spurios ad majoriam, eo casu, quo deficerent filii legitimi, sicut et aliàs in defectum aliorum lex habilitat spurios ad honorem publicum decurionatus, l. *generaliter*, §. *spurios*, et l. *spurii*, D. *de Decurion.* et in propriis terminis ita consuluit Decius in consil. 271. incipit, *in casu transmisso de Hispania*, versic. *postremo*, penult. colum. et fin. et intellige, et limita, ut dixi suprà 5. *Partit.* tit. 8. l. penult. in fin. gloss. super parte *segun se auiene*: non tamen ex tali facultate posset vocari spurius ad majoriam dignitatis, veluti ad ducatum vel comitatum, ex eo quod notat Bald. in l. *eam quam*, columm. 10. *C. de fideicommis.* vers. *quæro utrum legitimatus*, ubi quærit, utrum legitimatus ad feuda comprehendatur sub isto generali vocabulo ad feuda dignitatis, et respondet, quòd non, quia dignitas vult dignos utero, non impetrato beneficio indiffinitè: nam talis interpretatio non extenditur ad curata, neque ad dignitatem, quoniam in illis reddit se Princeps difficiliorem in concedendo; ad quod vide bonum textum in cap. *cum in illis, de præbend.* lib. 6. et cap. fin. *de præbend.* in volum. *Decretalium*, et Socin. consil. 260. *in causa nautensis*, 2. volum. columm. 13. vers. *quarta principalis conclusio*: quinimo argumento dict. cap. *cum illis*, in princ. videtur dicendum, quòd si in majoria essent castra, et villæ cum jurisdictione et vasallis, quòd ex tali generali facultate spurius ad ista non posset vocari, et quia habere vassallos est dignitas, cui jurisdictio inest, ut dicit Bald. in vers. *Marchio*, ad fin. *de his qui feud. dare poss.* hoc tamen non firmo ex eo, quod hodiè jurisdictiones vendantur cum territoriis, et vassallis, et rusticus posset esse capax; et quia major ratio militat in cura animarum, de qua in dict. cap. *cum illis*, quàm in jurisdictione temporali.

Et si filius, qui in defectum legitimorum vocaretur ad majoriam, esset filius naturalis, crederem non esse necessariam ad hoc specialem Principis concessionem, cùm de jure communi, et isto Partitarum pater potest deficientibus filiis legitimis, relinquere bona sua filio naturali tantum, ut in authent. *licèt*, *C. de natural. liber.* et in l. fin. tit. 13. infra ead. *Part.* etsi habeat ascendentes legitimos, ut in l. 10. *in Ordinam. Tauri*, et satis benè hoc probatur in l. 27. *in Ordinam. Tauri*: neque ad hoc obstat textus in l. *si is qui*, D. *de vulgari et pupill.* cum glossa ibi, quatenus exemplificat illam legem in filio naturali, ubi habetur, quòd si pater substituat filio legitimo et naturali impuberi filium naturalem patris, quod talis substitutus adveniente casu substitutionis, licèt possit habere ex substitutione bona pupilli, non tamen bona patris, in quibus aliàs non poterat extantibus legitimis succedere propter ejus incapacitatem; nam de necessitate lex illa debet intelligi, prout Joan. de Imol. eam intelligit in l. *Lucius*, D. eod. quando ultra pupillum stabat alius filius legitimus; aliàs autem substitutus pupillaris admitteretur etiam ad bona patris; quod Alex. ibi columm. 3. in princ. dicit summè esse notandum pro limitatione illius legis; et licèt iste intellectus aliqualiter divinet, secundum eumdem Joan. de Imol. tamen dicit esse tenendum, ut evitetur contrarium, quod aliàs posset formari de dicta l. *Lucius*, et cum isto intellectu tenet etiam Alexand. in dict. l. *si is qui*, et ratio suadet, quia cum exclusio naturalis quoad bona patris non sit propter favorem pupilli, quia imò favor pupilli esset, quòd naturalis substitutus caperet etiam bona patris, argumento l. *si pupillus*, D. *de acquirenda hæredit.* restat dicendum, id statutum fuisse propter favorem aliorum filiorum legitimorum, quibus non extantibus, nihil repugnat quin etiam bona paterna naturalis capiat ex substitutione, et cùm dicta l. *Lucius*, permittat filium naturalem venire ad totam hæreditatem ex substitutione, legitimo repudiante, et sic quòd succedat ex vulgari,

idem dicendum est in fideicommissaria substitutione, cùm etiam per utramque succedatur testatori, l. *cohæredis*, §. *cum filiæ*, D. *de vulgar. et papillar.* unde non stante alio filio legitimo, poterit pater filium gravando, ex facultate regia vocare naturalem in defectum descendentium legitimorum: et quod idem sit dicendum in fideicommissaria, quod in vulgari, tenet Alexand. in dict. l. *si is qui.*

Quid autem si cùm haberem filium spurium, quem ex errore juris credebam legitimum, et communi opinione talis reputabatur, feci in eum majoriam; an tenebit? Vide, quod dicit Bald. in l. *si arbiter*, vers. *pone habebam*, *C. de senten.*

Adverte etiam circa prædicta, quòd etsi expressè non vocetur filius naturalis ad majoriam in defectum legitimorum, ex eo, quod quis fecit majoriam in filium majorem, et cæteros descendentes ordine primogenituræ, videtur, quòd sit vocatus filius naturalis, deficientibus legitimis, l. *cognoscere*, §. *liberorum*, et ibi Glossa, et Bart. D. *de verb. signific.* videnda tamen sunt in hoc, quæ habentur, et notantur in l. *ex facto*, §. *si quis rogatus*, D. *ad Trebell.*

Adverte etiam, quòd licèt vigore facultatis regiæ hoc concedentis, ut possit facere majoriam in unum ex filiis, quem elegerit pater, possit eligere talem filium; si ipse eligat inter filios, filius sic electus non poterit eligere unum ex suis filiis, sicut poterat pater, videtur pro hoc casus in l. *liberi*, D. *de assignan. libert.* et quia concessio regia non extenditur ultra primam vicem, l. *boves*, §. *hoc sermone*, D. *de verb. signific.*

Et potest dici, quòd vigore talis licentiæ regiæ, quæ est in usu, quòd possit facere majoriam cum vinculis, restitutionibus et submissionibus, quibus vellet, quòd poterit condens majoriam dare filio suo, in quem fecit majoriam, potestatem eligendi unum filium, quem vellet, ut in ipsa succedat, licet in casu, quo non concederet, succederet major, ut dixi (cùm hoc sit de more majoritatuum Hispaniæ) cùm Princeps ejus arbitrio hoc reliquerit, tenebit talis ordinatio. Non tamen poterit talis filius, quem elegerit, eligere temporaliter, seu usque ad certum diem, imò talis electus per filium debet habere majoriam toto tempore vitæ suæ: hoc probatur per textum in l. fin. §. *ex die*, juncta l. 1. quam Glossa ibi allegat, D. *de assignan. libert.* quod sine dubio procederet, quando ex verbis primi disponentis appareret, quod sic electi debeant possidere ad vitam, ut si investituræ tenor, seu majoricatus diceret: "filius meus eligat unum de filiis suis tempore suæ mortis, et ille sic electus possit etiam tempore suæ mortis, vel in vita eligere unum de filiis suis:" idem tamen crederem, etsi ista verba vel similia non essent in institutione majoriæ; nam talis electio non debet esse temporalis usque ad certum diem, argumento dict. l. fin. §. *ex die*, cum gloss. *ibi*; et quia tam Princeps qui facultatem concedit, quam conditor majoriæ, in vocationibus et fideicommissis, quæ faciunt, habere videntur respectum ad consuetudinem majoratuum Hispaniæ, quæ est, ut succedatur ad vitam, non ad certum diem, ut in simili tradit Andr. Sicul. in consil. 10. *sapienter scribitur*, in princ. et per totum, 2. volum. et Decius in consil. 397. *viso puncto*, 3. volum. et juxta notata per Bart. in l. *hæredes mei*, §. *cum ita*, D. *ad Trebell.*

Adverte etiam, quod vigore talis facultatis, non videtur Princeps concedere, quod faciat majoriam in favorem filii, qui sit inimicus Regis, bonus textus in l. *Lucius*, la 2. §. *Lucius Titius Damam*, D. *de legat.* 2. facit benè l. fin. *C. de pact. inter emptor. et vendit.* per quam legem Gloss. et Bald. in cap. 1. in princip. *de prob. feud. alien. per Frederic.* ubi Bald. column. 3. dicunt, quod si dominus det licentiam vendendi feudum amico, non poterit vassallus vendere inimico domini; et facit quod notat idem Bald. in §. *porrò*, column. 1. *quæ sit prim. caus. benefic. amit.* de vassallo fidejubente pro inimico domini: adde, quod notat Bartolus in extravag. *ad reprimendum*, in gloss. super verbo, *videbitur*, versic. *secundo casu principali.* In contrarium tamen facit quod notat Bald. in l. *id quod pauperibus*, column. 8. vers. *vigesimo secundo quæritur*, *C. de Episcopis, et cleric.* in quæstione an executor testamenti possit eligere pauperem inimicum testatoris, ubi dicit, quod si talis erat odiosus et indignus, quod tunc non possit eligi per notatum in l. *fideicommissa*, *C. de fideicommiss.* secùs si erat odiosus, et non indignus, quia cùm testator decessit confessus et contritus, istud odium remisit in extremis, ut notatur *Instit. de injur.* in fin. et subdit, quod de hoc fiat articulus.

Sed an comprehendatur filius posthumus in facultate ad faciendum majoriam in unum ex filiis? Videtur, quod sic, ut in l. *si quis operas*, D. *de oper. libert.*

Sed pone, quod quis impetravit à Principe licentiam faciendi majoriam in unum ex filiis suis simpliciter, non adjecto, quod possit gravare in legitima alios filios; an poterit eos gravare vitute talis facultatis? Dicendum est, quod non, etsi Rex in licentia poneret, ut liberè posset, per textum notabilem in l. *si quando*, in princ. *C. de inoffic. testam.* et tradit in specie Rodericus Suarez ubi suprà, fol. 66. column. 1. et adde quæ notat Abb. in cap. *dilecti*, *de judic.* vers. *quid si potestas*, cum sequentib. non ergo vigore talis simplicis facultatis, poterit ponere aliquas conditiones contra jus, ut patet ex prædictis.

Sed an ille, qui habet licentiam regiam ad majoriam faciendam in filium, si non haberet filios legitimos, possit illam facere in filium spurium, tetigi suprà, et crederem, quod non, quia in tali generali licentia non comprehenditur incapax, ut in dict. l. *Lucius*, §. *Lucius Titius Damam*, et quæ notat Bald. in l. *cam quam*, *C. de fideicommis.* et facit benè quod notat Paul. de Castr. in l. *Lucius*, §. *in testamento*, D. *de legat.* 1. in quæstione illa de testatore, qui instituit uxorem, et gravavit, ut post mortem suam restitueret, vel distribueret bona inter pauperes, quos sibi placuerit, uni vel pluribus, et dicit Paul. quod in tali generali gravamine, non includitur persona incapax, argumento dict. l. *Lucius*, §. *Lucius Titius Damam*, allegat etiam Specul. tit. *de instrument. edition.* §. *nunc vero aliqua, in additione* incipienti, *continuatur etiam hic alia quæstio*: et idem voluit Bart. in l. fin. D. *de his quibus ut indig.* in eadem quæstione, licèt Paul. ibi referat Bartolum in contrarium.

Talis etiam licentia non prodesset, quantumcumque latissima esset data potestas, si ille cui datur, esset incapax factionis testamenti, vel disponendi aliàs de suis bonis, ut textus cum glossa in l. *verbis*, D. *de verbor. signific.* facit §. *in extraneis*, *Instit. de hæred. qualitat. et differ.* et etiam dicta l. *si quando*, in princip. adde pro hoc bonum textum in cap. *si gratiosè*, in fin. *de rescrip.* lib. 6. et cap. *dudum*, el 2. *de elect.* et sic in hoc magis vincit, seu operatur impotentia, quam privilegium, textus et ibi Bald. in l. *Titius*, §. *Romæ*, D. *de excusat. tutor.* quia secundum Philosophum actus activorum sunt in patienti benè disposito, cap. *venerabilem*, *de elect.* quod intellige, nisi Princeps sciens illum incapacem ea incapacitate, super qua Princeps dispensare posset, dedisset ei hanc facultatem, quia videretur cum eo dispensare, l. *idem Ulpianus*, D. *de excusat. tutor.* l. *quidam consulebant*, D. *de re judic.*

Ex quo potest dici, quod si Rex facta sibi relatione, quod quis possidebat aliquam villam titulo majoriæ, dedit liberam testandi factionem de tali villa, ei qui illam possidebat, quòd ex tali licentia poterit disponere etiam in præjudicium sperantis majoriam, quia erat sequens vocatus, et ad hoc vide bonum textum in l. *etiam*, in princip. D. *de bon. libert.* quod procedere fortè posset in majoria, quæ habetur in lege civili, vel à solo Principe; non tamen fortè in ea, quæ haberetur ex contractu, seu de jure gentium, in quo Princeps non dispensat, ut plenè deduxi in quadam mea allegatione in favorem Marchionis de Montemayor.

An autem vigore talis facultatis, qua sibi conceditur, ut faciat majoriam in unum ex filiis, possit duas majorias facere in duos, vel plures ex filiis, vel plures filios vocare ad eamdem majoriam? Videbatur, quòd non, per textum in cap. *recepimus*, et cap. *porro*, *de privileg.* ubi habetur, quòd in privilegiis debet servari juxta eorum tenorem; pro hoc etiam videtur textus in l. *qui solvendo*, la 1. D. *de hæredibus institut.* et ibi glossa notabilis, ex qua videretur dicendum, quòd teneret primæ majoriæ constitutio, non verò secundæ. In contrarium tamen est bonus textus in l. 1. in princip. juncto §. *quamvis*, D. *de assign. libert.* cujus verba sunt, quamvis in singulari sermone Senatusconsul-

tum scriptum est, tamen et pluribus liberis et plures libertos libertasve posse assignari, certum est. Item, etiamsi testator mandaverit restitui rem uni de familia, potest fieri restitutio duobus, l. *unum ex familia*, §. *si duos*, *de legat.* 2. et ibi Bart. et Joan. de Imol. et Paul. de Cast. et Bald. in vers. *itaque* ejusd. l. et per Bart. in §. *sed et si fundum*, ejusd. l. ubi idem vult esse è contra, ut si rogetur restituere pluribus, possit restituere uni tantùm; et sic, si data esset licentia ad majoriam in plures filios, poterit fieri in unum tantùm: et istam partem credo veriorem, nam licitum est recedere aliqualiter à forma data per disponentem, dummodo non recedatur à mente, ut notat Bald. in dict. l. *unum ex familia*, Imol. in dict. §. *si duos*: cùm enim meus Principis sit dare in hoc istam facultatem, ita ut reguletur secundùm voluntatem, et dispositionem ejus, cui dat, de mente Principis est concedere in unum vel plures, prout condens majoriam voluerit, sicut etiam in dict. l. *unum ex familia*, in princ. et §. *si duos*, mens testatoris servatur, quæ fuit ne res exiret de familia, quod conservetur, sive restituat uni, sive pluribus de familia; et præsertim procederet, ubi bona essent tanta, quòd sufficerent ad unam, vel plures majorias, prout etiam tradit Paul. de Cast. ubi suprà, cùm tractat de relicto pro hospitali fabricando, quòd possunt per executorem fabricari plura, si bona sufficiunt: hoc etiam confirmatur ex l. 19. *in Ordinam. Tauri*, ubi habetur, quòd licèt ex lege Fori permissum fuerit meliorare in tertio unum ex filiis, poterit pater, si voluerit meliorare plures, cujus opinionis fuit Doct. de Segura, in repet. dict. §. *sed et si fundum*, fol. 8. column. 2. vers. 6. et fol. 14. column. 1. in fin. et hoc planè procedit, quando licentia data fuit, ut possit majoria fieri in unum filium; quia quòd fiat in plures, major favor est filiorum, et mens concedentis non repugnat. Quando verò licentia data fuit, ut possit facere in duos, vel plures filios, tunc non videtur, quòd possit tantùm fieri in unum, quia hoc esset in damnum alterius filii, cui etiam Princeps voluit providere, unde non videtur, tunc posse à forma licentiæ recedi per supradicta: et non obstat quòd habetur in dict. §. *itaque*, et §. *sed et si fundum*, quia ibi non repugnabat mens testatoris, quæ fuit, ut bona remaneant in familia, quæ etiam isto modo conservatur. Et benè facit ad hoc quod per illum textum notat Bart. in l. 1. D. *de optione legat.* ubi dicit, quòd si testator jubet distribui bona sua inter pauperes, eligendos per talem, quòd ille non poterit eligere unum tantùm, et ei dare omnia; allegat etiam l. 3. D. *de ann. legat.* Joan. de Imola tamen in hoc de uno tantùm paupere, an posssit eligi, vult in dict. §. *si duos*, inspiciendas esse aliquas conjecturas, ut ex eis constet de mente testatoris, vide ibi per eum. Et ex prædictis patet responsio ad dictam l. *qui solvendo*, quia ibi tractatur de præjudicio creditorum, quod in quæstione prædicta, an possint fieri duæ majoriæ, cessat.

Et an virtute facultatis faciendi majoriam in unum ex filiis, possit facere filio, qui est in potestate, per viam donationis? Videtur, quòd sic, ex l. 17. *in Ordinam. Tauri*, et ex dictis Bald. in authen. *si quas ruinas*, vers. *juxta hoc quæro utrum*, *C. de Sacrosanctis ecclesiis*, Paul. in l. *si quando*, in princip. D. *de legat.* 1. Et an possit fieri in posthumum, vide l. antepenult. D. *de legat.* 1. quod sic: et an in filium extantem apud hostes, vide l. *illa*, §. 1. D. *de hæredib. instit.* et textus cum glossa in l. *hæredis*, D. *quando dies legati cedit.*

Sed pone, quod Rex concessit privilegium faciendi majoriam in unum ex filiis, cùm pater plures filios haberet; an poterit facere majoriam in nepotem ex uno ex filiis? Est advertendum ad decisionem hujus quæstionis, quod appellatione filii non comprehenditur nepos, quando agitur de præjudicio alterius, ita quod est merum privilegium, secùs si esset beneficium, secundùm Bart. in l. *liberorum*, column. 3. D. *de verbor. signific.* textus et ibi Bald. in l. *sed et milites*, in princ. D. *de excusation. tutor.* Bald. in §. *quia vidimus*, *de his qui feud. dare poss.* unde videtur, quod non possit fieri majoria in nepotem extantibus aliis filiis; ipsis tamen deficientibus, si evenerit casus, quod unicum tantùm haberet nepotem naturalem et legitimum, ille comprehenderetur sub licentia; quatenus tamen tangeret in præjudicium legitimæ, necessarius esset consensus talis nepotis juridicè præstitus, juxta id quod habetur in l. *si quando*, §. *et generaliter*, *C. de inoffic. testam.* et licèt tali casu sine licentia Principis fieri poterat majoria, adhuc tamen multum esset Regis licentia proficua, ut vincula, et submissiones, et restitutiones extendantur ultra quartam generationem, juxta ea quæ habentur in authen. *de restitut. fideicommis.* et ad alia, veluti ad impediendum ex prohibitione alienationis translationem dominii. Si tamen nepos esset bastardus, seu naturalis, tunc non comprehenderetur, cùm ut superius dixi, Princeps videatur intellexisse de filio legitimo, et naturali; unde in dubio non comprehenderetur, nisi aliud constaret de voluntate Regis. Et quod superius dixi, quòd stantibus aliis filiis, nepos non comprehenderetur in facultate, intelligerem nisi pater talis nepotis decessisset, quia cùm tunc intret in locum patris, videtur, quòd in eo possit vigore facultatis constitui majoria; ad quod facit benè doctrina Bart. in dict. l. *liberorum*, column. 4. quod statutum, quòd extantibus filiis fœmina non succedat, procedet stante nepote masculo patre mortuo: et procederet hoc, etsi in licentia regia contineatur, quòd possit facere majoriam in filium ex se natum, nam mortuo patre nepotis, comprehendetur nepos, ex notatis per Bart. in dict. l. *liberorum*, ad fin. col. 5. et intellige juxta prædicta, quando iste nepos existentibus aliis filiis, intraret locum patris, vel si esset solus, fieret de ejus assensu, quatenus tangit sibi præjudicium in legitima, per ea quæ dixi, et Bartolus tradit in dict. l. *liberorum*, column. 3. et Gloss. in l. *filii*, D. eod. *de verbor. signific.* Imò et fortè posset dici, quòd dato, quòd viveret pater talis nepotis, si majoria fieret in nepotem, teneret, et videtur relicta filio, ex quo ejus contemplatione relinquitur nepoti filio ejus; pro quo videtur bonus casus, qui loquitur in fortioribus terminis, in l. 2. cum princip. et §. 1. legis sequentis D. *de assig. libert.* et facit l. *dotem*, D. *de collat. bonor.* et ibi Bart. et ll. quæ disponunt, quod aliquid relinqui patri, sufficit si relinquatur ejus filius in potestate, l. 3. D. *de legat. præst.* et tuenda est dispositio patris, ut salvetur meliori modo, quo possit, l. penult. D. *de testam. milit.* et confert ad hoc l. 18. *in Ordin. Tauri*, et facit bonus textus in l. 2. §. *si mater*, versic. *et quid si nepotibus*, D. *ad Tertul.* qui textus etiam in materia pœnali loquitur; crederem tamen idem esse veriùs, quòd stante filio non posset facere in nepotem, vide Alex. in l. *hæres mei*, §. *peto*, D. *ad Trebell.* et quod non acquiratur patri, videtur casus in l. *sed et si mortis*, §. *hoc autem*, D. *de legat. præst.* et ibi Bartol. nisi fieret nomine patris, conferendo acquisitionem patri, ut est textus ibi in §. sequent. et Bartol. in dict. §. *hoc autem*, et vide Socin. consil. 241. column. 10. volum. 2. et adde ad prædicta Bartolum, quòd non possit fieri in nepotem filio stante, in l. *Gallus*, §. *etiam si parente*, D. *de liber. et posthum.* et Joan. de Plat. in l. 1. *C. de privileg. eor. qui in sacro palat.* lib. 12.

Quid tamen si vigore regiæ licentiæ datæ in forma solita pater inter vivos, seu per viam ultimæ voluntatis constituit majoriam in unum filium, post cujus mortem vocavit nepotem ejus filium, et filius in vita patris decessit nondum habita majoria; an tenebit constitutio in personam nepotis? Cristophor. de Miess. vir præclari ingenii, et satis mi venerandus, qui obiit sub religione Seraphici Francisci, qui composuit tractatum intitulatum *Triumphus Christi*, contra infideles, in quadam ex multis quæstionibus per eum motis in ista materia majoriæ, quas in discursu sui studii collegit, succintè, et non pleno calamo, sed indigestè, sperans dante Deo plenius tradere; in quæstione ista inclinavit, quòd non teneret majoria in personam nepotis, nihil allegans, nisi tantum quòd videtur nova majoria in personam nepotis, ad quem facultas se non extendebat, quando nepos esset solus, et non starent alii filii, juxta ea quæ suprà dixi; solùm allegabat notata per Gloss. in dict. l. *filii*, et per Bart. in dict. l. *liberorum*, column. 3. Ego verò in quæstione ista contrarium tenerem, quia ex quo avus constituit majoriam cum facultate in filium, cui substituit ex vigore ejusdem nepotem, licèt filius decedat vivo patre, et avo nepotis, nepos venit ex majoria facta per dictam facultatem, et in persona ejus non est nova majoria, sed antiqua, argumento l. *unum ex familia*, §. 1. D. *de legat.* 2. et quia sive dicamus

substitutionem hujus nepotis vulgarem, vel compendiosam, non est quòd obstet, quin nepos succedat ex substitutione, licèt pater ejus in vita avi constituentis decesserit; licèt enim institutus decedat in vita testatoris, substitutus nepos succedit ex vulgari, ut in l. *si pater filio*, D. *de vulgar. et pupill.* l. *Thais*, §. *Spendophorus*, D. *de fideicommis. libert.* Gloss. et Bart. in l. *Gallus*, §. *quidam rectè*, D. *de liber. et posthum.* quod etiam procedit, etiamsi institutus vocetur ex vulgari contenta in compendiosa: nam et si institutus decederet vivo testare, substitutus admittitur ex vulgari, sic in compendiosa contenta secundum Cynum in l. *precibus*, C. *de impuber. et aliis substitution.* et Bart. in l. *Centurio*, D. *de vulgar. et pupill.* Bald. 5. volum. consil. 170. incipit, *quidam Nicolaus.* Confirmatur etiam ex decisione l. *Lucius*, quæ est antepenultima in §. *filiam*, D. *de legat.* 2. ubi habetur, quòd relictum in defectum institutorum et substitutorum, censetur repetitum ab hæredibus, etiam venientibus ab intestato, etsi non apponatur alia clausula codicillaris; facit etiam l. *hæc conditio*, in princip. D. *de conditionibus, et demonstrationibus.*

Sed quid si Rex concessit facultatem faciendi majoriam in unum ex filiis, quem vellet eligere, et fecit in unum ex pluribus, qui vivo patre decessit sine filiis, et majoria reversa est ad patrem; an poterit ejusdem facultatis vigore eligere alium filium, et in eum facere majoriam? Casus videtur, quòd non, in l. *cujus bonis*, D. *de curat. furios.* et quia facultas expiravit in prima electione, l. *boves*, §. *hoc sermone*, D. *de verbor. significat.* quod de plano videtur procedere, si primus filius acceptavit, et habuit majoriam, et sic actus vigore facultatis fuit perfectus; si enim non venit in filium majoria, et ante ejus acquisitionem mortuus esset, videtur, quòd possit eligere alium filium, argumento cap. *si compromissarius*, et cap. *si electio*, *de elect.* lib. 6. et tradit Oldrald. consil. 57. incipit, *Papa reservavit*: et conferunt quæ tradit Felin. in cap. *innovamus*, *de treuga*, et *pace*, in limitationibus ad dictum §. *hoc sermone.* Item, si conditor majoriæ revocasset illam in casu, quo potest per ll. Taurinas, videtur, quòd non possit sine nova facultate iterum illam facere, per dictum §. *hoc sermone*, et legem multum notabilem in l. *matrimonii*, D. *qui et à quibus manum. liber. non fiant*, l. *cum vir*, D. *de condit. et demonst.*

Quid autem si Rex concessit licentiam faciendi majoriam in talem filium, puta Petrum; an possit pater eo mortuo facere majoriam, incipiendo à persona nepotis, filii illius defuncti? Et videtur tali casu dicendum, quòd non, per textum notabilem in l. *si ita quis*, in princ. D. *de testam. tutel.* in §. *si quis filio*, in glossa parvula ibidem cùm dicit: *non expresso proprio nomine*, ubi etiam Bart. colligit, quòd appellatio filii expresso nomine proprio non comprehendit alium, quàm filium sic specialiter nominatum: facit l. *Gallus*, §. *instituens*, et per totam illam l. D. *de liber. et posthum.* ubi institutio facta de filio non extenditur ad nepotes: et facit, quod notat Bart. in dict. l. *liberorum*, column. 2. versic. *aut tractamus*, ubi allegat dictum §. *instituens*: adde textum cum glossa in l. *Neratius*, D. *de regulis juris.*

Et idem esset eadem ratione dicendum ut concessa facultate in tale filium, quòd illo mortuo, non poterit fieri in alium per prædicta.

Sed pone, quod dedit Rex facultatem faciendi majoriam in filium Titium, qui mortuus est, et postea natus fuit sibi alius filius, quem vocabit pater similiter Titium: an poterit in illum constituere majoriam? Videbatur, quod sic, per textum notabilem in l. *filiæ*, §. *Attia*, D. *de condit. et demonstrat.* qui videtur esse casus quæstionis. Contrarium tamen credo, quia destructa re destruitur etiam privilegium, et si reædificetur, non habebit illud privilegium, nisi ejusdem privilegiantis auctoritate fiat, per notata per Doctores, signanter per Joan. de Imol. in l. *inter stipulantem*, §. *sacram*, D. *de verbor. oblig.* ad fin. sic etiam videmus, castra vetera inhabitata refici non posse nisi auctoritate Principis, secundum Innoc. in cap. *Pisanis*, *de restit. spoliator.* Bald. in l. 1. vers. *in initio*, D. *de offic. præfect. urb.* facit etiam l. *pater*, §. *fideicommissit Tusculanus*, D. *de legat.* 3. neque obstat dicta l. *filiæ*, §. *Attia*, quia ibi sumus in casu, qui tantùm pendebat à voluntate testatoris, de cujus mente ideo præsumitur, non revocasse legatum ancillæ Agatheæ, de qua ibi, quia aliam, quam post alienationem primæ Agatheæ habuit, vocabit eodem nomine Agatheam; in quæstione vero nostra hoc non dependet à potestate patris constituentis majoriam, sed à potestate et licentia Regis: et hujus sententiæ fuit dictus Christophor. de Miess. vir doctissimus in suis quæstionibus.

Quid autem, si Rex concedit licentiam faciendi majoriam, prout ipse vellet, liberam sibi in hoc potestatem concedens; an per hoc solemnitates juris civilis, et incapacitates hæredum videntur sublatæ, ut sic tali casu possit relinquere majoriam alicui incapaci? Videtur, quod sic, ut in l. 1. juncta l. *idem est*, et in §. *et deportati*, et quæ ibi Bartol. D. *de testam. milit.* Cogita tamen, et vide quæ superiùs dixi; et per talem clausulam non tolluntur ea, quæ sunt juris naturalis, sed quæ sunt juris civilis.

Quid autem, si quis fecit majoriam cum licentia Principis, quæ expiravit post factam majoriam; postea vero constituens cancellavit, seu incidit instrumentum majoriæ; postmodum pœnitentia ductus, vult illam valere; an possit? Et videtur, quod non, quia licentia expiravit per constitutionem validam, quæ facta fuit; unde cùm pœnitet, et vult, quod valeat, reperitur sine licentia, facit textus in l. penult. §. fin. D. *de bonor. possess. secund. tabul.* ibi: "neque putaverit quisquam nuda voluntate constitui testamentum."

Præterea eadem solemnitas requiritur in actu reparando, quæ in faciendo, l. *si ut proponis*, la 2. C. *de nupt.* et quod ibi notat Bald. et multa in materia cumulat Jason. in repetition. l. *quominus*, D. *de flumin.* in finali quæstione de molendino in totum destructo. In contrarium tamen videtur, quod notat Abb. per textum ibi, in cap. *per tuas*, *de donat.* in 4. notab. ubi notat, quod qui reintegrat, non dicitur de novo facere, unde licentia prius concessa, durat in tali reintegratione; et dicta l. *si ut proponis*, non videtur obstare, quia ibi erat jus patri quæsitum ex divortio ad dotem, quam dedit filiæ; in casu vero proposito nullum jus erat quæsitum Regi, ita ut ab eo nova licentia requireretur. Præterea de mente Principis fuit concedere licentiam, nedum ad primum actum constituendi majoriam, licèt validum, sed etiam ad secundum actum, si primus ex aliqua causa corruerit; sciebat enim Princeps, istum actum de sui natura revocabilem usque ad mortem, l. 44. *in Ordinam. Tauri*; unde juxta naturam actus, videtur dedisse licentiam, argumento l. fin. et quæ ibi notantur, C. *de non numer. pecun.* et etiam de constitutione majoriæ, quæ effectum haberet, sensit, non de revocabili, juxta ea quæ latè tradit Felin. in cap. 2. *de treug. et pace* ad intellectum l. *boves*, §. *hoc sermone*, D. *de verbor. signific.* et conferunt multùm in ista materia notabilia verba Bald. per textum ibi in cap. *cum accessissent*, *de constit.* column. 5. num. 17. ubi ponit hæc verba: Item nota, quod ubi resurgit dignitas, resurgit confirmatio dignitatis, quia resurgit per dispositionem juris communis, neque est opus quod Papa de novo confirmet statutum super hoc dictum, ex quo non intelligitur nova creatio, sed quodammodo redire ad naturam suam, facit l. *deferre*, §. fin. D. *de jure fisci*, l. fin. D. *de minor.* ibique respondet Bald. ad dictam l. *si ut proponis*: et paulo inferiùs eodem numero dicit: Oportet, quod in nova creatione interveniat auctoritas Summi Pontificis, sed in reparatione non requiritur nova auctoritas Papæ; subditque notabilia verba: Porro non dicitur omnino extincta, quando superest aliqua spes, vel indicium reparationis, vel aliquis habitus, vel figura remanet, vel memoria in codicibus ecclesiæ non cancellatis, allegat l. *peculii*, §. *si opem*, D. *de pecul.* quod satis confert ad quæstionem istam, nam hic licentia Regis non fuit incissa, sed mansit originalis, et in registro, quam cum construens non incidisset, seu incidi fecisset, non fuit actus majoriæ totaliter destructus, nam mansuerunt reliquæ licentiæ (vide quæ dixi in l. 24. tit. 1. cad. *Partit.* et l. fin. D. *de his quæ in testam. delent.*) imo, et in fortioribus terminis ego induco dictum cap. *cum accessissent*, nam certum est, quod nova dignitas non potest creari in ecclesia sine licentia Papæ, ut in cap. 1. 22. dist. et tamen ea ratione, quia ab antiquo illa dignitas Peimiceriatus, de qua ibi, fuit in illa ecclesia, licet postea auctori-

tate Papæ illa dignitas fuisset extincta, tamen potuit solum capitulum illam reparare ex primæva licentia, licèt extinctio auctoritate Papæ facta fuisset; quod est singulare ad istam quæstionem, ut et si Rex consensisset revocationi majoriæ factæ per constituentem tantum, si constituens valet pœnitere, et reparare majoriam, poterit ex primæva licentia.

Et quid si licentia Regis detur Titio Comiti, et sic sub nomine proprio, et dignitatis; an si Titius Comes illa non utatur, poterit uti ejus successor? Decide ex his, quæ dicit Bald. in cap. 1. §. *Marchio*, versic. *pone concessum est privilegium, de his, qui feudum dare possunt.* Et facit, quod notat Bald. in l. 1. §. *si defunctus*, D. *de rebus eorum.*

Sed quæro de pulchra quæstione: sæpè, ut ex more videmus, Rex solet concedere facultates ad vendendum et alienandum aliquas res majoriæ, seu obligandi eas pro dote et arrhis, quod de jure videtur Principem facere posse, cùm ex ejus privilegio vires sumpsit majoria juxta notata per Bald. in l. *quis se patris*, *C. unde liber.* colum. antepenult. et traditur in plerisque locis, et facit ad hoc, quod notat Bal. in cap. 1. §. *hoc quoque*, column. 2. vers. *accidit quæstio*, *de successión. feud.* et quia si lex mortua introducit res prohibitas alienari pro restitutione dotis vel aliàs, ut in authent. *res quæ*, *C. communia de legat.* idem dicendum in lege viva, quæ est Princeps; an sit dare aliquem modum, ut Regi tollatur potestas dandi talem facultatem, ex qua potest venire subversio majoriæ? Et videtur dicendum, quòd sic, scilicet quòd licentia ad majoriam detur propter pecuniam, vel in remunerationem, seu solutionem alicujus servitii, vel quia Princeps sibi aliquid debebat, et Principem liberavit hoc acto, ut daretur sibi talis licentia; quia cùm tali casu habeatur licentia mediante contractu cum Principe, erit irrevocabilis, et non poterit Princeps in ejus subversionem dare prædictam facultatem vendendi, seu extrahendi aliquam rem à majoria; quod probatur ex notatis per Gloss. in l. *quod semel*, D. *de decret. ab ordin. facien.* et l. 2. D. *de jur. immunitat.* et Bart. utrobique, et idem Bartol. in l. *omnes populi*, D. *de justitia et jure*, num. 29. Bald. in dict. l. *qui se patris*, Paul. de Cast. in l. *digna vox*, *C. de legib.*

Notabis tamen singulariter ad id, quod dixi, Principem posse dare talem licentiam vendendi, vel alienandi, quòd si possessor majoriæ, cui data fuit talis facultas, vendidit, sed adhuc pretium non recepit, vel si recepit, non consumpsit, quod eo mortuo talis pecunia pertinebit tantum ad successorem in majoria, ut in bonis majoriæ convertatur, et non ad alios filios, vel hæredes, per textum notabilem in l. *si operarum judicio*, D. *de oper. libertor.* juncta glos. ibi: *sed quære in certa.*

Quæro præterea, licèt ex lege Taurina 42. licentia debeat præcedere ad majoriam, tamen si sine licentia fiat, et à Principe confirmetur, tenet majoria; quid si aliquis fecit majoriam sine licentia, supplicabit tamen Regi in suo testamento, ut eam confirmaret, et mortuus est ante confirmationem, et hæreditate jam ejus filiis delata; an si Princeps confirmet postea petente filio majore, tenebit majoria? Videtur, quòd sic, ex notatis per Bart. in l. *Gallus*, §. *et quid si tantum*, column. fin. versic. *quandoque ipse filius petit se legitimari, et tunc si pater hoc disposuisset in testamento, etc.* D. *de liberis et posthumis*, et vide infrà ead. gloss. vers. *sed an si quis.*

Sed pone, quod quis leget filio talem rem in tertia parte bonorum ex lege regni in majoriam, qui etiam dicit, vel lego illi tales res, et tales de quibus facio majoriam, si Rex confirmaverit, cui supplico ut confirmet, quo facto mortuus est ante confirmationem: item et moritur filius, in quem fecit majoriam, antequam Princeps super hoc aliquid declararet; an transmittet ad suos descendentes primam partem legati, illam videlicet rem, quam reliquit in tertia parte bonorum, quæ non egebat Principis confirmatione? Et videtur, quòd neque illam transmittat, neque ejus filius poterit petere confirmationem à Principe alterius partis legati, scilicèt rerum quas reliquit, si Princeps confirmaret, et hoc per textum in l. *cum ita*, in princ. D. *quando dies legat. cedit.* et ibi Bart. et eod. tit. l. *cum illud:* neque obstat ad hoc l. *si usufructus*, eod. tit. quia loquitur, quando unum legatum deficit ex morte ipsius, cui legatur, unde purificatur aliud, sed prima pars alternativè; ex quo sequitur, quòd si legatum fieret isto modo, relinquo filio meo talem rem in majoriam, vel talem et talem, si filius meus se obligaverit solvere fratribus suis certas quantitates, vel quid aliud, vel si voluerit hoc solvere; tunc enim si moriatur filius ante implementum conditionis, valebit prima pars legati, seu alternativè, quia purificatur primum relictum, ut habetur in dict. l. *si usufructus*, in princ.

Item, si defunctus non ita alternativè legaret, sed per viam legati de pluribus rebus faceret majoriam in filium majorem, supplicando Regi, ut eam confirmaret, et quòd si Princeps non confirmaret, quòd faciebat majoriam de una ex illis in tertia bonorum; tunc enim etsi moriatur filius antequam Princeps declaret, transmittet ad filium rem, quæ relicta est in tertia bonorum, l. *si quis ita scripsit*, D. *de hæred. instituend.* neque obstabit l. *hujusmodi*, D. *quando dies legati cedit*, quia in isto casu in omnem eventum res legata erat perventura jure majoriæ, quod non est in casu l. *hujusmodi*; et quia quando relinquitur jure majoriæ, non solùm relinquitur primo, verùm omnibus descendentibus; et sic non est, quid tractetur de jure transmittendi, seu de die legati cedentis: imò, cùm in omnem eventum illa res debeat esse majoriæ, posset filius accipere ejus possessionem statim, pro quo facit Gloss. in dict. l. *hujusmodi*, et l. *Julianus*, D. *de cond. indeb.* l. *cum quidam*, D. *de acquirend. hæred.* l. *antiqui*, D. *si pars hæred. petat.* l. *si pater*, D. *de solut.* l. *si duobus*, §. fin. et l. *qui filiabus*, §. 1. D. *de legat.* 1.

Nota etiam in materia ista, quòd facultas Principis data ad faciendum majoriam per viam testamenti, vel donationis inter vivos, vel uti vellet, intelligi debet, dummodo ille cui datur, sit capax factionis testamenti, l. *verbis*, D. *de verbor. significat.* et §. *in extraneis*, *Instit. de hæred. qualit. et differ.* facit l. *si quando*, *C. de inoffic. testam.*

Item nota, quòd si quis fecit majoriam, et misit ad Regem, ut confirmaret, et tempore confirmationis, qui majoriam fecit, sit furiosus, quòd non tenebit confirmatio, l. *si quis alicui*, D. *de acquir. hæred.* et vide l. fin. et ibi Gloss. et Bart. D. *de bonor. possess.*

Item et adverte, quia et in istis facultatibus conceditur, quòd possit addere, et augere in majoria, quidquid voluerit, et multotiens poterit dubitari in his quæ addit, an videtur repetere titulo majoriæ, et ut bona, quæ addit, sint majoriæ; ad quod vide textum notabilem in l. *Scævola*, D. *de verbor. significat.* et l. *libertis*, D. *de condition. et demonstrat.* et junge dicta Bart. in l. *si tibi pure*, in fin. D. *de legat.* 3.

Sed quid, si mercator hujus regni exercet mercantias extra regnum, ubi non est necessaria ista facultas ad majoriam, quia legitima filiorum non est ita ampla, prout est in istis regnis; an poterit de talibus bonis consistentibus extra regnum disponere, ut emantur ex eis bona, quæ sint majoriæ, vel vinculando illa, prout possunt cives regni, ubi sunt mercantiæ? Videtur dicendum, quòd non, et quòd talia bona mobilia debent sequi personam, ex eo quod Bald. vult in l. *mercatores*, *C. de commer. et mercator.* dicens, quòd mobilia concernunt personam, immobilia autem territorium, ubi sita sunt: et in istis mercantiis, seu mobilibus, quæ non sunt perpetuò destinata ad locum, ubi sunt, idem vult et pulchrè Salicet. in l. 1. *C. de summ. Trinitat. et Fide Cathol.* l. *ex facto*, §. *rerum autem*, D. *de hæred. instituend.* l. *uxorem*, §. *legaverat*, D. *de legat.* 3. et tradit latius Joann. Lecirier in suo tractat. *juris primogenituræ*, lib. 2. quæst. 8. ubi allegat, dictum Baldi, quòd facit in oppositum, et ipse allegat, *de pace juram. firm.* et debet dicere, *de pace tenenda*, column. 2. num. 9. ubi dicit, quòd bona mobilia censentur de territorio, ubi reperiuntur, et quòd populo, seu fisco illius loci confiscantur: sed tandem residet in conclusione Saliceti ubi suprà, an sint ibi perpetuò destinata, vel ne. Quid autem esset dicendum, si bona essent immobilia? Vide per dictum Joann. in dict. tractat. et lib. quæst. 7. ubi latè.

Et quid si habens facultatem ad faciendum majoriam, cùm eam facit, dicit, quòd facit disponendo de tertia et quinta bonorum, bona tamen, quæ ponit in majoria, ex-

cedunt tertiam et quintam; an sustinebitur majoria virtute facultatis? Vide quod dicit Bart. in l. *ambitiosa*, in fin. D. *de decret. ab ordin. faciend.* et in quæstione per eum disputata, quam ibi refert, et vide textum, et ibi Abb. in cap. *nisi essent, de præbend.*

Nota etiam, quod si habens facultatem fecit majoriam, si postea impetret facultatem, ut possit eam revocare, non videtur ex sola impetratione ista illam revocare, l. *forma*, §. fin. D. *de censib.* et textus cum glossa in cap. *ex tenore, de rescript.*

Item, quid si ex facultate regia, vel ex dispositione legis Tauri, revocet quis majoriam factam in filium majoriam cum certo onere de præstando aliis filiis certam quantitatem, et instituat majoriam in secundum filium, non repetens dictum gravamen; an censeatur repetitum? Videtur, quod sic, per textum, et quod ibi notat Bart. in l. *Cajo*, in princ. D. *de alim. et cibar. legat.*

Sed quid, si Rex concessit facultatem faciendi majoriam sub conditione, si uxor ejus vel talis eorum filius consenserit, contingit, quod is cui data fuit talis facultas, fecit majoriam de rebus designatis, dicens, quod facit sub conditione prædicta, si uxor vel filius consenserit, et demum consensit uxor, vel filius, eo tamen tempore, quo jam ille, qui fecit majoriam, erat deportatus, vel apud hostes, vel jam in articulo mortis carens loquela; an valebit constitutio ista majoriæ? Et facit, quod non valeat, notabile dictum Bartoli in l. *postquam*, in princ. D. *ut legat. seu fideicommiss. nomin. caveat.* quod fortè benè procederet in eo, qui de jure jam erat incapax ad faciendum actum, veluti in eo, cujus bona jam erant publicata, quo casu loquitur Bartolus, vel in capto apud hostes; non tamen fortè procederet in eo, qui de facto non poterat, ut in eo, qui perdidit loquelam; nam cùm ille præsumatur in eadem voluntate durare, l. *eum qui*, D. *de probat.* Gloss. in cap. *de neptis*, 31. quæst. 2. et accedat consensus tempore habili de jure ad actum, videtur, quod actus tali casu teneret: non tamen teneret, si consensus accederet post mortem ejus, qui facit, ut probat textus per locum ab speciali in l. *si pater*, D. *de manum. vindict.*

Sed pone, quod data est facultas ad majoriam faciendam sub conditione, si dotaverit competenter filias, pater verò dotavit filias tradens eis certa bona in dotem, et fecit de aliis bonis majoriam, et postmodum illa bona fuerunt filiabus evicta; an filiæ poterunt agere de evictione, vel rescindere maj oriam, tamquam non servata conditione? Vide textum cum glossa, qui videtur probare, quod sic, in l. *si vero*, §. *si patronus*. D. *de bonis libert.*

Item, quid si Princeps concessit facultatem faciendi majoriam in unum ex filiis, quem elegerit; an possit eam facere in casu, quo non habet nisi unum tantum filium? Et videbatur, quod non, per l. 1. in princip. juncta l. *utrum*, D. *de assignan. liber.* Gloss. *Instit. de assignat. liber.* in contrarium facit, quia Principis intentio in hoc non repugnat, imò magis favet quando unus tantùm esset filius, ex quo præjudicium aliis non irrogatur, et quia dictæ ll. procedunt in melioratione, inter plures, quæ non cadit in uno, majoria verò benè cadit in uno.

Adverte etiam, quod ista licentia, seu facultas regia, quando est necessaria ad majoriam fiendam, debet præcedere, ut cavetur l. *Taurina* 42. benè tamen sufficeret, si post factam majoriam Princeps eam confirmaret, ut eadem lege colligitur, et probatur ex his, quæ notant Hostiens. Cardin. et Abb. in cap. *innotuit, de elect.* et Præpos. Alexand. in cap. *quicumque*, et 2. 50. dist. Sed dubium est, an post talem confirmationem posset, qui fecit, revocare majoriam, si fecerat eam per viam donationis inter vivos? Et videtur, quod sic, traditione non sequuta, vel cùm ex causa non onerosa facta fuit, juxta l. 44. *in Ordin. Taurin.* illa tamen lex loquitur, quando præcessit licentia, non quando confirmatio fuit subsecuta: sed videtur idem dicendum, quia talis confirmatio intelligenda est secundum naturam actus, qui confirmatur, l. fin. *C. de non numer. pecun.* tu cogita. Sed quid, si ille in quem facta fuit majoria, erat incapax, et Rex habilitavit eum; an qui constituit majoriam, poterit revocare in casu, quo potest revocari majoria? Et ex dictis Alexandrini ubi suprà, colligitur decisio, quod, aut ipse constituens majoriam, ignorabat habilitatem, et potest revocare cùm sciat; aut sciebat, et non potest: vide ibi per eum.

Adverte etiam, quod ex licentia ad faciendum majoriam in unum ex filiis, si deficiat masculus, potest fieri in fœminam filiam, ut dixi in l. 2. tit. 15. 2. *Partit.* et vide l. 2. §. *filiis*, ibi: *utique et filiabus*, D. *ad Tertul.* et ibi Bart.

Et quid, si conceditur facultas faciendi majoriam alicui in unum de consanguineis suis; an possit in consanguineos ex parte matris? Textus videtur, quod non, in l. 1. D. *de jure immun.* sed attenta consuetudine loquendi in vulgari in Hispania contrarium crederem.

Sed quæro, quid si Rex revocet omnes facultates ad majorias per se à tali tempore concessas; an effectus istius revocationis extendatur ad majorias jam factas, et præsertim, quarum jam est in donatarium translatum dominium? Et videtur, quod non, ex dicto Baldi in l. 1. col. 3. vers. *et facit ad quæstionem*, D. *solut. matrim.* ubi videas, quia vult, quod dominium non revocetur jam translatum, etsi Princeps revocasset etiam quoad effectus sequutos.

Item quæro, an per talem revocationem facultatum subvertantur etiam majoriæ, quæ ex lege regni in tertia et quinta fieri possunt absque aliqua facultate? Et videtur, quod non, quia Princeps suum non legis aufert privilegium; et ad hoc facit bonus textus in l. *si miles*, D. *de injust. rupt.*

Item quæro, cum ex lege Taurina licentia Regis debet præcedere majoriam, et non sufficit, si subsequatur; an hoc procedet, etiamsi faciens majoriam unicum tantùm habuisset filium? Et in hoc in quæstionibus illius viri doctissimi de Miesses reperi, quod limitabat dictam legem Tauri, nisi ille, in quem fecit pater majoriam, esset unicus patri suo, et hoc dicebat esse singulare, et verum, allegabat textum, et ibi Bart. in 3. opposit. in l. *posthumus*, in princip. D. *de injust. rupt.* de quo ego dubito, cùm non reperiam rationem diversitatis, an sit unus, vel plures filii, cùm eadem quantitas legitimæ debeatur uni, quæ et pluribus, imò et major, cùm si unus sit, non cadat melioratio tertii neque quinti, et ex vinculis et prohibitionibus majoriæ eadem lesio inferatur quoad gravamina filio unico, sicut si essent plures: limitabat etiam dictam legem Taurinam, in casu, quo ante majoriam fuit data facultas; nam si ejus vigore facta fuit, si postea revocetur, vel ex aliqua causa desinat, si posteà Rex iterum eam concedat, reconvalescet majoria, per l. *si quis filio exhæredato*, §. *irritum*, D. *de injust. rupt.* et ibi Bart. in princ. et in penult. opposit. et in l. *posthumus*, in princ. in 3. opposit.

Sed pone, quod cavetur in majoriæ investitura, quod filius bastardus legitimatus possit succedere in majoria, si sibi à patre relinquatur, pater ante legitimationem reliquit majoriam filio bastardo nondum legitimato, legitimavit tamen eum postea; an succedet in majoria? Videtur, quod non, tam ex dictæ legis Taurinæ dispositione, quæ facit in argumentum, quàm per l. *in tempus*, et l. *si alienum*, §. 1. D. *de hæred. instituendo.*

Quid tamen, si cùm impetrat legitimationem, vel aliàs cùm legitimat, dicit, quod facit hoc, ut succedat in majoria? Videtur, quod sufficiat, argumento l. *si quis hæres*, D. *de injust. rupt.* et l. *Pamphilo*, §. *propositum*, D. *de legat.* 3. et benè conferunt, quæ tradit Jason. in repet. l. *quominus*, D. *de flumin.* 21. quæst.

Item nota, quod si majoria fieret sub conditione, si Princeps eam confirmet, tenebit, si sequatur confirmatio, ex l. *Tauri*, et vide 12. quæst. 5. in cap. *quia Joannes.*

Item pone, quod habens facultatem fecit majoriam in filium, et cùm haberet uxorem prægnantem, dixit, quod posthumo vel posthumæ, quæ erat in utero, legabat mille pro alimentis, contigit, quod nascuntur duo, masculus et fœmina ex eodem ventre: an vitiabitur constitutio majoriæ? Dic, quod non, sed quilibet posthumorum habebit mille, quæ fuerunt relicta, l. *si ita scriptum*, in princip. *de liber. et posthum.* Gloss. et Bart. in l. 3. §. fin. D. eod. Gloss. in l. 3. D. *de injust. rupt.* in verbo *si nascuntur.*

Adverte etiam, quod licèt ex lege Taurina, licentia debeat præcedere, hoc procederet quando aliàs non esset valida constitutio majoriæ; si tamen sine licentia esset valida, tamen ad valorem aliarum, vocationum vel prohibitio-

deste nuestro libro. Otrosi, si el testador mandasse fazer (4) de su cuerpo, e de sus huessos (5), o en fecho de su sepultura (6), alguna cosa, que fuesse contra ley (7), o contra la vsada costumbre de la tierra, o contra su fama, o a deshonrra de los parientes del, non deue ser guardado tal mandamiento; e aura la manda aquel a quien fue mandado algo, porque fiziesse esto, maguer non lo cumpla.

LEY XXXIII.

Comò vale la manda que es fecha a muchos, e en que manera la deuen partir.

A vno, o a muchos (1) puede ser fecha

num alienationis, seu alias qualitates esset necessaria facultas regia, si talis facultas subsequatur constitutionem, benè tenebit, et una convertetur in aliam, unde defuncto constituente cum prima majoria tenebit, subsecuta facultate ad illas qualitates, quæ erant necessariæ ad ejus valorem, argumento textus cum glossa, et ibi Bart. col. 2. in l. 2. in princ. D. *de vulg. et pupil.* licèt enim prius fecerit majoriam sine regia licentia, illa confirmabitur, seu validabitur, si postea habeat licentiam regiam ad constituendum majoriam, ut probatur per textum in l. *si quis filio*, §. *irritum*, D. *de injust. rupt.* et ibi Bart. et vide multa, quæ in proposito adduci possunt, de quibus per Jason. in repet. l. *quominus*, D. *de flumin.* quæst. 21. cogita tamen.

Sed quæro juxta ea, quæ post principium hujus glossæ dixi, quod Rex concessit facultatem alicui faciendi majoriam in quarta parte bonorum suorum, an per hoc videatur sibi sublata facultas, ne faciat in tertia justa ll. regni? In quo videtur dicendum, quod non, per textum in l. *non tantum*, §. *si emancipatus*, D. *de bon. poss. contra tab.* et ibi Bart. et facit l. *legatum*, D. *de fund. instruct.* neque obstat l. *si ita quis*, D. *de vulg. et pupil.* quia respondet, ut ibi per Bart.

Quid autem, si Rex dedit facultatem faciendi majoriam alicui in unicum filium, quem tunc habebat, et postea nascitur sibi alius filius; an poterit facere majoriam adhuc ex vigore facultatis? Dic, quòd non, per textum in l. *ex facto*, in princ. D. *de vulg. et pupil.*

Item adverte, quòd si non habens facultatem, facit majoriam per viam donationis in unum, et in ejus defectum in alium, traslato dominio in primum, non transfertur in secundum mortuo illo; unde si primus alienaret, vel alii concederet, teneret alienatio, ita colliges ex decisione quadam Guidonis, *in decis. Delphinatus*, quæst. 512. et intellige de carente facultate à Principe, vel à lege, propter ea, quæ habentur in l. 7. tit. 4. *Partit.* 5. et in l. *Taurina.*

Quid autem, si quis faciat majoriam de omnibus bonis suis, an veniant bona futura? Et dic, quod non, l. *si ita*, D. *de auro et argent. legat.* Bald. in §. *similiter*, *de controv. incest.* in fin. Sed quid si Princeps legitimavit ad petitionem patris, vel alias filium bastardum, et concessit, ut possit in eum facere majoriam; an versa vice videatur data eadem licentia filio, ut fortè ditatus de his, quæ acquisivit, faciat majoriam in patrem, ex vigore facultatis, si erat necessaria? Vide per Felin. in cap. *postulasti*, *de rescript.* in quæst. illa, *an extendatur dispensatio*, ex cujus dictis videtur, quòd non.

Pone autem, quòd Rex dedit licentiam faciendi majoriam in filium fratris, quia is cui dedit, non habebat filium; an si postmodum nascatur sibi filius, poterit ex ista facultate facere in eum majoriam? Et videtur, quòd non, quia esset extensio de persona ad personam in materia odiosa, ex notatis per Bald. in l. *sed et milites*, in princ. D. *de excus. tutor.* et per Francis. de Aret. in l. *Gallus*, § *et quid si tantum*, D. *de liber. et posthum.* et quia hic est major ratio prohibitionis, ut filius non gravetur in legitima, et sic Princeps esset difficilior in concedendo; et facit pro hoc, nam si Rex concederet alicui castrum, ut post vitam illius maneret jure majoriæ in quemdam nepotem, filium fratris donatarii, tunc propter nativitatem filii non excludetur ille nepos filius fratris, ut vult Bald. in l. *cum acutissimi*, C. *de fideicommis.* in fin. sed considera, si fortè hoc potest limitari, si concessio Principis totaliter tenderet, in favorem patrui, ut quia Princeps ad illum, non ad filium fratris habebat affectionem; et probaretur ista limitatio ex dictis ejusdem Bald. in dict. l. *cum acutissimi*, in fin. et facit l. *sed si plures*, §. *in arrogato*, D. *de vulg. et pupil.* et l. *socium qui in eo*, D. *pro socio.*

Sed an, si quis fecit majoriam sine licentia Principis, an si Princeps post illius mortem illam confirmet, teneat? Vide Angel. per textum ibi, quòd sic, in l. penult. in *addit. ad Bart. C. de prapos. sacri cubic.* lib. 12. et vide textum notabilem in cap. *quia Joannes*, 12. quæst. 5.

Quid autem, si in facultate regia ad majoriam dicitur, quòd dotatis filiabus possit facere majoriam; qualiter hoc intelligatur, quòd sint dotatæ, vide, quæ notat Bald. in l. fin. column. 3. in quibusd. quæstionib. C. *de pactis*, et idem Bald. in l. *si plures*, colum. pen. C. *de condit. inser.* et Bart. in l. *cum plures*, §. penult. D. *de administ. tutor.* et in l. *Titio*, §. *Titio centum*, D. *de condit. et demonstrat.* et quia Doctores amplo stilo commentati sunt dictam l. *nemo potest*, de qua ista sumpta est, ego similiter istam legem his laboribus pro communi utilitate ornare decrevi, et labores isti pro majori parte fuerunt illius docti viri licentiati de Miesses, in quibusdam suis recollectis quæstionibus in ista materia, et tam istæ quæstiones, quam aliæ multæ sparsæ in ista materia per istos libros Partitarum fuerunt dicti Domini, aliquibus per me additis; ejus anima requiescat in pace, qui sperabat favente Deo in ista materia majoriæ, ad nostrum modum hispanicum pleniori stilo multa, et practicabilia, et notatu digna tradere, sed morte præventus, et quia ante mortem monasticam vitam elegit, non potuit: et ne mireris, si aliqua ex his tibi videantur non ita digesta, ut oportuit, tum quia ille in dictis recollectis non habuit rem istam pro perfectè absolutam, sed tantùm in progressu suorum studiorum induxit LL. ad istas quæstiones, tum etiam, quia mihi homini valde occupato deficit tempus ad maturius cogitandum. Tu, lector amantissime, cùm casus occurrerit, latius cogitabis, et pro levamine laboris tibi ista placebunt; sufficit enim si cui, vel in paucis amici labore consulatur, l. *tutor*, C. *de negot. gest.*

(4) *Mandasse fazer.* Concordat cum l. *servo alieno*, §. fin. et l. *si quis inquilinos*, §. fin. et l. *filiusfamilias*. §. *ædes*, D. *de legat.* 1.

(5) *Huessos.* Concordat cum l. *quidam*, in princ. D. *de condit. institut.*

(6) *O en fecho de sepultura.* Ut si mandavit sibi fieri sepultura magni sumptus, quæ statui suo non esset conveniens, aliàs hæredem privat; nam talis voluntas non est servanda, nec hæres perderet hæreditatem, ita exemplificat Paul. de Cast. in dict. l. *servo alieno*, §. fin. et facit ad eum, qui successorem in majoria tali onere gravaret, vel secundum Paul. de Castr. ibidem, si mandaret, se sepeliri cum melioribus vestibus, quas habebat, vel annulis, ut faciebant pagani, qui de alio sæculo non cogitabant; et facit ad quæstionem, quod latè tractat Alberic. in dict. §. fin. de milite, qui more solito, cum indumentis singulis, et equis coopertis sepelitur apud Monasterium Prædicatorum, an de istis debeatur quarta presbytero parochiali? Vide ibi latè.

(7) *Contra ley.* Adde l. *conditiones contra edicta*, D. *de condit. institut.* et eod. tit. l. *conditiones*, *quæ contra bonos mores.*

LEX XXXIII.

Si eadem res uni, vel pluribus legatur conjunctim, vel divisim valet legatum, et æqualiter eam divident: et si eorum aliquis ante testatorem moriatur, vel si in vita testatoris parti suæ renuntiet, vel alias ei non pertinet, tunc portio sua accrescit collegatariis. Hoc dicit.

(1) *En muchos.* Prosequitur notata per Azon. C. eod.

manda de vna cosa. E quando la fazen a muchos, quier sea fecha a todos ayuntadamente, o a cada vno por si (2), vale la manda, e deuenla partir todos entre si egualmente. E si por auentura, alguno dellos muriere en ante que el testador (3), o, biuiendo, renunciasse su parte (4); o acaesciesse otra razon alguna (5) por que non la ouiesse aquel a quien fuera mandada; estonce acrescerse y a (6) aquella parte a todos los otros, a quien fuesse mandado, como sobredicho es. E tal manda se faria ayuntadamente en esta manera,

in summ. colum 7. vers. *item legari potest uni, et legari potest pluribus.*

(2) *Por si.* Quid si aliqui sunt conjuncti, alii verò disjuncti? Dic, ut per Glos. et Bart. in l. *planè*, in princ. D. *de legat.* 1. in gloss. super verbo *potestate;* et intellige, ut per Paul. de Castr. in dicta l. *si pluribus*, colum. 1. quòd ibi conjuncti fuerunt verbis tantùm, ut quia testator dixerat æquis portionibus; licèt non potest negari, quin sit divinare ad illum textum.

(3) *En ante que el testador.* Adde l. unic. §. *pro secundo, C. de caducis tollend.* et l. *si Titio et Mævio*, §. *Julianus*, D. *de legat.* 2. Et quid si tempore testamenti jam legatarius cum alio conjunctus erat mortuus? Vide in dict. l. unic. §. *in primo*, et ibi Gloss. in parte *ad illos.*

(4) *Renunciasse su parte.* Adde §. *si eadem res*, *Institut. de legat.*

(5) *Otra razon alguna.* Vide per Gloss. in dict. §. *si eadem*, super verbo *defecerit.*

(6) *Acrescerse y a.* Ut in dict. §. *eadem*, et in dicta l. unic. §. *in primo*, et §. *pro secundo;* si tamen deficiat legatum, propter defectum legatarii, vel propter ejus delictum tale, quod legatum debeat fisco applicari, tunc non accrescit conjuncto, ut in l. *si Titio, et ei, qui capere non potest,* D. *de legat.* 2. Si verò legatum deficiat ratione rei legatæ, tunc etiam non accrescet conjuncto, ut in l. *hujusmodi*, §. *si Titio*, D. *de legat.* 1. Si verò legatum deficiat attenta persona legatarii, vel mixta consideratione rei, et personæ legatarii, vel ipsius legantis, tunc dic, ut in l. *plane*, §. *si duobus*, et §. sequenti, D. *de legat.* 1. et vide in ista materia singulariter per Bart. in dict. l. *hujusmodi*, §. *si Titio*, et 1. cum aliquibus ibi additis per Joan. de Imol. et Alexand. et quia lex ista tractat de materia juris accrescendi inter collegatarios, adde latiùs in l. unic. §. *his ita diffinitis*, *C. de caducis tollend.* et in l. *re conjuncti*, ubi Bart. latissimè, D. *de legat.* 3. Et aliqua ex multis, quæ in ista materia cumulavi, hic annotare decrevi, nam, etsi conditio adjecta uni conjunctorum in ejus persona deficiat, non ex hoc minuitur, imò augetur jus alterius, l. *si tibi et ei qui*, D. *de legat.* 3. quæ lex est satis notabilis. Nota etiam, quòd in habitatione pluribus relicta habet locum jus accrescendi, vide l. *codicillis*, in princip. et ibi Bart. D. *de usufruct. legat.* Item habet locum inter duos correos, quibus est relicta liberatio, l. *si his*, et ibi Bart. D. *de liberat. legat.* Item etiam jus accrescendi habet locum in legitima, vide per Bald. in l. unic. §. *in primo*, colum. 3. *C. de caducis tollend.* et vide de hoc plenius per Alexand. in l. *planè*, §. *si duobus*, colum. 3. D. *de legat.* 1. Et utrum filio instituto in legitima, tantùm accrescat totum residuum per jus accrescendi? Vide Bald. in l. unic. colum. 6. *C. quando non petent. partes*, habet etiam jus accrescendi locum in donationibus causa mortis, l. unic. §. *cum autem, C. de caducis tollend.* adde Bald. quem vide in l. unic. col. 13. *C. quando non petent. part.* Adverte etiam, quòd conjunctus per jus accrescendi præfertur venientibus ab intestato, in eo, quod non potest capere conjunctus ratione incapacitatis, vide per Bald. in l. *cum quam*, colum. fin. *C. de fideicom:* dixit etiam Bald. in l. unic. §. *in primo*, in princip. *C. de caducis tollend:* quòd etiam inutilis conjunctio parit jus accrescendi. Quærit etiam Bald. in dict. l. unic. §. *ubi autem*, colum. penult. an si dispensatum sit cum patre, quòd possit legare duobus filiis suis spuriis usque ad certam quantitatem, vel quidquid pater voluerit; nunquid inter eos habebit locum jus accrescendi? Et primo dicit videri, quòd non, quia dispensatio, ut odiosa, est restringenda; sed contrarium videtur secundum eum, quia voluntas testatoris favorabilis est, et amplificanda: demum dicit de hoc minimè dubitandum, si essent legitimati.

Et potest induci ad quæstionem majoriæ, ut si ex privilegio Principis quis faciat majoratum in duos filios, vel nepotes spurios, quòd in defectum unius alter habeat totum per jus accrescendi, quando majoria fieret per modum ultimæ voluntatis: dixit tamen Bald. in l. *senàm*, in fin. *C. qui testament. facer. poss.* quod relictum, quod capit vires ex dispensatione, non recipit jus accrescendi: vide etiam per Bald. in dict. §. *ubi autem*, an in caduco per sententiam habeat locum jus accrescendi. Dixit etiam Bald. in l. unic. columm. 4. *C. quando non petent. part.* quod etiam contra exclusum per præscriptionem habeat locum jus accrescendi: et in l. *illa*, 5. 6. et aliis columnis. Baldus latè tractat de ista materia juris accrescendi et ibi Bald. column. 7. dixit quod jus accrescendi est ejusdem conditionis, et prærogativæ, et rationis, cujus est suum principale. Vide etiam ibi per eum in 13. column. an jus accrescendi locum habeat in jurisdictione ordinaria, vel delegata, vel arbitraria: et ibi per additionatorem, an habeat locum in salariis. Vide *in addition.* super parte *contractibus*, et etiam ibidem per Bald. an in vocibus habeat locum jus accrescendi: et jus accrescendi est eodem jure aliquid accrescere, nec est necessaria nova agnitio, Baldus *de duobus fratrib. à capitaneo invest.* vide l. 2. §. *si duo*, D. *de bonor. posses. secundum tabul.* et portio conjuncti non omnibus, sed conjuncto accrescit; disjuncti verò omnibus, l. *hæredes*, D. *de hæred. instit.*

Nunc verò adverte ad aliqua, in quibus cessat jus accrescendi: et primò cessat inter conjunctos conjunctione legali, in legatis textus notabilis in l. *et Proculo*, D. *de legat.* 2. quod limita; nisi legatum esset pro non scriptum, l. *verum*, §. *si servo communi*, D. *pro socio*, et sublimita per l. *filius*, §. *sequens quæst.* D. *de leg. Cornel. de fals.* In hæreditate verò inter conjunctos conjunctione etiam legali, locus est juri accrescendi, l. *servus communis ab extero*, D. *de acquirend. hæred.* et vide quod dicit Bald. in l. *hac edictali*, column. fin. *C. de secundis nupt.* et vide per Bald. in l. 1. column. 8. *C. quando non petent. partes*, et in dict. l. *hac edictali*, §. 1. col. 2. in usufructu etiam inter conjunctos conjunctione legali, locus est juri accrescendi, l. 1. §. 1. D. *de usufruct. accres.* Item jus accrescendi non habet locum post quæsitas portiones, nisi in usufructu, dict. l. 1. §. fin. vide Gloss. et Paul. de Cast. in l. *aquam*, D. *quemadmod. servitut. amittant.* et per Bart. in l. *codicillis*, D. *de usufruct. legat.* et in l. *hæredes mei*, §. *cum ita*, D. *ad Trebell.* Quid tamen, si aliquis petiit restitutionem, ut abstineat? Vide per Gloss. et Bart. in l. *sed cum patrono*, in princ. D. *de bonor. poss.* et limita, ut in l. *utrum*, ubi Gloss. D. *de assignand. libert.* Item in exhæredatione non habet jus accrescendi, Bald. in l. 1. *C. de liber. præterit.* et sic exhæredatus à quota non videtur exhæredatus à toto. Item, licèt accrescat jus, non tamen accrescit possessio sine nova apprehensione, secundum Bald. in dict. l. unic. columm. 2. *C. quando non petent. partes*. et ibi de Carboniana, et aliis bonorum possessionibus. Item jus accrescendi non habet locum in portione, quæ non deficit ipso jure, sed ope exceptionis, Glossa cum textu, et ibi Bart. in l. *si duo patroni*, in princ. D. *de jurejur.* vide per Jason. in l. *si mihi, et Titio*, column. 3. D. *de verbor. oblig.* Item non habet locum jus accrescendi in acquisitorum resolutione, secundum Azon. in summ. *C. de assignand. libert.* nisi in duobus casibus, scilicet in assignatione libertorum, et in usufructu formali, non autem in dominio directo, vel utili, adde Bald. in authent. *si quas ruinas*, column. fin. versic. 3. *casu*, *C. de summ. Trinit. et Fide Catholic.* et per

como si dixesse (7) el testador: Mando a fulano, e a fulana, tantos marauedis, o tal cosa, nombrandolos todos, vno a vno señaladamente, quantos fuessen aquellos a quien lo mandasse. E apartadamente (8) se faria la manda de vna cosa a muchos, como si dixesse: Mando a fulano tal mi viña; e despues desso dixesse en aquel mismo testamento, que mandaua aquella misma viña a otro, e despues a otro, nombrando cada vno dellos por si; ca estonce, todos la deuen partir entre si egualmente (9), como dicho es.

LEY XXXIV.

Como las mandas deuen ser dexadas en testamento, o en codicilo: e como pasa el señorio dellas a los herederos de a quien las mandaren.

En acabado testamento puede ser fecha toda manda. Otrosi en otra manera de escrito que se faze ante cinco testigos, a que llaman en latin, Codicillum, segun diximos en el titulo de los Testamentos. E la manda que fuesse fecha en otra manera qualquier, si non en alguna destas dos sobredichas, non valdria (1); fueras ende, quando la fiziesse padre, o auuelo, a fijo, o a nieto, assi como diximos en el titulo de los Testamentos, en las leyes (2) que fablan en esta razon. E aun dezimos, que luego que el testador es muerto, pasa el señorio (3) de la cosa que es assi

Jason. in dict. l. *si mihi et Titio*, columna. 5. Item, jus accrescendi non habet locum de possessione naturali ad civilem, Gloss. et ibi Bart. in l. *sed et si nolit*, D. *de acquirend. posses.* Item verba taxativa impediunt jus accrescendi, l. *Lucius*, §. *quæ habebat*, D. *ad Trebell.* vide Bart. in l. *pater filium*, columnn. penult. D. *de inoffic. testam.* Bald. in l. 1. 14. columnn. *C. de sacrosanct. eccles.* et in l. unic. columnn. 7. *C. quando non petent. partes*; et vide Bald. in l. 1. columnn. 4. *C. de secund. nupt.* Item non habet locum in relicto alimentorum, l. *dominus*, D. *de usufruct.* Bald. in dict. l. 1. 14. columnn. *C. de sacrosanct. eccles.* et in dict. l. *dominus*, quod nota ad filios spurios.

Quid autem de fructibus canonicatus vacantis, an accrescant aliis canonicis, vel ecclesiæ? Bald. dicit, quòd ecclesiæ, in l. *non plures*, *C. de sacrosanct. eccles.* Item nota, quòd testator in legatis potest tollere sua voluntate jus accrescendi, vide per Bart. in dict. l. *re conjuncti*, colum. 10. D. *de legat.* 3. et in dict. l. *pater filium*, columnn. penult. D. *de inoffic. testam.* in repet. et vide per Bald. in l. *quotiens*, D. *de hæred. inst.* et in l. fin. *C. si quis omis. caus. testament.*

En an juri accrescendi possit renuntiari, vide per Bald. in dict. l. unic. columnn. 9. *C. quando non petent. partes.* Item qui admittitur ad legatum de jure speciali, non habet jus accrescendi, l. *mulieri*, *et Titio*, D. *de condit. et demonstrat.* vide ibi per Bart. et Doctores. Non parvi pendas ista, sed gaude cum laboribus meis, et hæc summula sit tibi gemmula.

(7) *Como si dixesse.* Nota istud exemplum, et hic dicuntur conjuncti re et verbis, secundum Glos. in l. 1. §. fin. D. *de usufruct. accres.* et tenet Bart. in l. *re conjuncti*, D. *de legat.* 3. col. 6. vers. *tertio loco principaliter quæro*; contrarium, imò quòd isti sint conjuncti verbis, sed disjuncti re, quia testator à principio videtur divisisse inter eos, tenuerunt Petrus et Cynus, in l. unica, §. *ubi autem*, *C. de caducis tollend.* quam opinionem dicit veriorem in puncto juris Alexand. in l. *plane*, §. *si conjunctim*, D. *de legat.* 1. col. 1. ista lex Partitarum, neque facit pro opinione Glossæ, et Bartoli, neque pro contraria; imò posset dici, quòd faciat pro opinione Petri et Cyni, nam ponit exemplum, quando Titio et Sejo lego decem; nam cùm tunc intelligatur de eisdem decem, ut in l. *si quis testamento*, in princ. D. *de legat.* 1. ergo æquis partibus videntur vocati, et sic erunt conjuncti verbis, sed non re: sed dic, quòd imò et isto casu erunt re et verbis conjuncti, et facient sibi partes per concursum, sicut cùm fundus legatur.

(8) *Apartadamente, etc.* Isti sunt conjuncti re, sed disjuncti verbis, ut hic, et in dict. l. *re conjuncti*, D. *de legat.* 3. ubi Bart. col. 3. vers. *primo de conjunctis re tantum*, et si unus istorum acceptat legatum, alter verò nondum acceptat, neque repudiat; possit ille qui acceptavit habere totam rem legatam, et illam vendere? Vide per Bald. in l unic. §. *ubi autem*, *C. de caducis tollend.* col. penult. vers. *extra quæro*, qui dicit, quòd quando legatum est purum, cùm ambo legatarii ipso jure sibi faciant partes per concursum, agnoscens non poterit petere totum legatum, sed faciet assignari terminum collegatario ad acceptandum, vel repudiandum, allegat l. *cum pater*, §. *surdo*, D. *de legat.* 2. et l. *cum quidam ita*, cum l. sequenti, eod. tit. si autem uni esset legatum pure, alteri sub conditione, tunc dies legati puri cedit statim in solidum, et ideo interim totum peti potest, quia cessat concursus; vide ibi per eum. Quid etiam in hæreditatibus, et an si pluribus promittatur aliquid in genere, an cuilibet debeatur in solidum, vel concurrant? Vide per Bald. in quæstione notata in dict. l. unic. §. *cum autem*, *C. de caducis tollend.*

(9) *Egualmente.* Nam inter disjunctos verbis, conjunctos re, unus non præfertur alii. Quid autem de aliis conjunctis, vide per Bart. in dict. l. *re conjuncti*, vers. 6. *principaliter.*

LEX XXXIV.

Si legatum est purum, vel in diem certum, mortuo testatore dominium rei sic legatæ transit in legatarium, et transmittit eum ad hæredem suum post mortem testatoris, etsi ante aditam hæreditatem decedat legatarius. Si verò sit legatum conditionale, moriens legatarius ante conditionis existentiam non transmittit, imò remanet legatum apud hæredem testatoris; nisi legatarius habuerit conjunctum, vel substitutum, tunc impleta postea conditione admittitur substitutus, vel conjunctus. Hoc dicit.

(1) *Non valdria.* Limita, ut habetur in l. 25. tit. 11. 3. *Partit.* et in l. fin. *C. de fideicom.*

(2) *En las leyes.* Vide in l. 7. et 8.

(3) *El señorio.* Nota benè, nam decidit circa varietatem opinionum, quæ circa hoc erant de jure communi, ut tradit in l. *si tibi homo*, §. *cum servus*, D. *de legat.* 1. et in l. *à Titio*, D. *de furt.* nam ut dicebat Petrus, quem referunt Cynus, et Joan. de Imol. in l. *hujusmodi*, §. *ædes*, D. *de legat.* 1. quòd ante agnitionem legati etiam post aditam hæreditatem verum dominium rei legatæ est penes hæredem, sed fictum apud legatarium; post agnitionem verò est verum dominium penes legatarium, allegat l. *si fundum sub conditione*, §. *si Titius*, D. *de legat.* 1. et l. *Titius*, la l. cum duabus sequent. D. *de action. empti*, communis tamen opinio est, quòd verè ab adita hæreditate transit dominium in legatarium; fictè verò à morte testatoris, et hoc si legatarius acceptat, nam si repudiat, nunquam videtur fuisse suum, ut in dict. §. *cum servus*, et in l. *servum filii*, §. 1. D. eod. et hoc quando legatum est purum: et tenendo communem opinionem Alexand. in dict. §. *cum servus*, concludit, quod aut quæritur quoad transmissionem legati, et regulariter legatum acquiritur à tempore mortis testatoris, l. unic. §. *cum*

mandada, a aquel a quien es fecha la manda. E maguer muera en ante que el heredero del testador entre la heredad, o en ante que el entre la possession de aquella cosa que le fue mandada; por todo esso, heredara aquella manda el su heredero (4), que ouiere derecho de heredar los otros sus bienes de aquel a quien fue fecha. E esto seria (5), si la manda fuesse de tal manera, que fuesse fecha puramente, o a tiempo cierto; mas si fuesse fecha so condicion, non seria assi. Ca muriendo aquel a quien fue fecha la manda, en ante que se cumpliesse la condicion (6), non valdria la manda, nin la podria demandar el heredero de aquel a quien fuesse fecha; ante dezimos, que la deue auer el heredero del testador. Fueras ende, si aquel a quien fuesse fecha la manda so condicion, ouiesse compañero, a que fuesse mandada con el de so vno alguna cosa, o si ouiesse substituto en

igitur, et §. *in novissimo*, *C. de caducis tollend.* aut quæritur de acquisitione dominii, et ista est triplex: quædam dominii ficti, et tale dominium adita hæreditate fingitur fuisse quæsitum à tempore mortis testatoris, et quod ita intelligatur dict. l. *à Titio*, et l. *legatum*, la 2. D. *de legat.* 2. cum similib. ex eo quia aditio hæreditatis sequuta post mortem testatoris, trahitur retrò et fingitur facta à tempore mortis, l. *hæres quandoque*, cum similib. D. *de acquir. hæred.* ante aditam verò hæreditatem non est verum secundùm Alexandrum, dicere, quod aliquod dominium sit acquisitum legatariis, quia hæreditate non adita legata non subsistunt, l. *eam quam*, cum aliis, *C. de fideicom.* Secunda acquisitio est dominii revocabiliter veri, et istud acquiritur post aditam hæreditatem ante agnitionem legati, neque retro fingitur: et de hoc dominio loquitur l. *servo legato*, in princ. D. *de legat.* 1. et l. *cum pater*, §. *surdo*, D. *de legat.* 2. ubi legatum acquiritur ignoranti. Tertia est acquisitio veri dominii irrevocabilis, quæ causatur agnitione legati, una cum aditione hæreditatis, ut in l. *ei qui ita hæreditatem*, et ibi notata, D. *de condit. instit.* l. *proinde*, D. *si certum petat.* Sed ut hic vides apertissimè, lex ista Partitarum decidit, quod etiam ante aditam hæreditatem à morte testatoris dominium statim transit in legatarium; et hodie stante lege Ordinamenti, lib. 5. tit. 2. l. 1. hoc est magis indubium, cùm per dictam legem legata debeantur, et valeant etiam non adita hæreditate. Tene ergo menti istam legem; intellige tamen, ut dixi, quod sequuta repudiatione legati, fingitur nunquam fuisse acquisitum. Item intellige istam legem Partitarum, quòd ante aditam hæreditatem dominium quod transit, dicatur directè fictum, et non verum, prout etiam dicebat Glossa, et Bald. et Doctores in dict. §. *cum servus*; quod patet, quia si verum dominium transierat, legatarius haberet fructus rei legatæ habitos ante aditam hæreditatem, quos tamen non habet, ut infrà eod. l. 37. igitur dominus non fuit verè, quia non facit tales fructus suos, juxta notata per Gloss. in l. unic. §. *libertatibus*, *C. de caduc. tollend.* ubi habetur, quòd fictum dominium tale non est sufficiens ad acquirendum. Vide tamen circa fructus sic ante aditam hæreditatem perceptos, quod dicam infrà eod. in dict. l. 37.

Quid autem si legatum sit ad diem certum? Dic, quòd ante diem non transit dominium. Gloss. in l. *si ita sit scriptum*, et ibi Bart. §. 1. D. *de legat.* 2. et per Paul. de Castr. in l. *Papinianus*, D. *de servitut.* l. *Sempronius Attalus*, D. *de usufruct. legat.* et nota, quòd similiter transfertur dominium in sequentem in gradu, quando contra prohibitionem testatoris res alienatur, l. *peto*, §. fin. D. *de legat.* 2. Gloss. in l. fin. *C. de reb. alien. non alienan.* et vide glossam notabilem in authent. *ut commutatio rerum ecclesiastic.* col. 5. super verbo *licentiam damus*, et quod ibi dicit Bartolus, an propria auctoritate possit apprehendere possessionem, et vide per Alexand. in l. *qui absenti*, §. 1. column. fin. in vers. *alias cautelas*, D. *de acquirend. posses.* et de eo qui legat, vel vendit binas ædes una contignatione tectas, qualiter legatarii acquirant dominium tignorum, l. *binas ædes*, D. *de servitut. urb. prædior.* Si verò quis legat servitutem, tunc adita hæreditate quæritur legatario etiam ignoranti, ut in l. *si partem*, §. fin. D. *quemadmod. servitut. amittat.* vide per Gloss. et Doctor. in l. unic. §. *libertatibus*, in gloss. fin. *C. de caducis tollend.* nam in servitute reali quoad transmissionem cedit à morte testatoris, quod intellige, quando legatur uni vel pluribus, non habentibus concordare circa usum servitutis; secùs si habeant concordare, ut in servitute itineris, tunc non acquiritur, antequam concordaverint, l. *itinere*, et ibi Paul. D. *de servitut. rusticor. prædior.* Item et hoc limita quando servitus fuit expressè legata, secùs si tacitè hoc colligatur ex voluntate defuncti; quia tunc non transfertur dominium seu jus servitutis absque eo, quòd de novo imponatur, l. *testatrix*, D. *si servit. vendict.* et ibi Paul. de Castro: sic et in tacito legato non transfertur dominium, l. *servum filii*, §. fin. et ibi notata, D. *de legat.* 1. Item nota, quòd in re legata hæres non habet titulum, sed illum propriè habet legatarius solus, nisi ipse repudiet legatum, secundùm Bald. in l. 1. col. fin. *C. de usur. et fruct. legator.* ubi hoc intelligit post aditam hæreditatem, nam ante aditam neuter habet secundùm eum titulum efficacem, vel si habet, est ad rem, non in re; quòd fortè hodie de jure nostri regni non esset dicendum, imò dici debeat, quod cùm aditio hæreditatis non sit necessaria, etiam ante aditam hæreditatem habeat jus, et dominium in re legata.

Quid autem, si in proprietate res sit testatoris, sed ususfructus sit hæredis? Vide l. *si fructuarium*, et ibi Bart. D. *de manumis. testam.* quod transit dominium. Nota etiam, quod in legato quantitatis dominium non transit recta via, vide per Bart. in l. *si legatum*, §. *quod ita legatum*, D. *de adimend. legat.* Item si legatur usufructus pecuniæ, non transit incontinenti dominium pecuniæ, l. 1. §. *si decem*, ubi vide Bart. D. *ut legator. seu fideicomm. nomin. caveat.* Et quid in legato relicto servo legato? Vide l. *cum legato*, D. *quando dies legati ced.* et in dict. §. *libertatibus*.

(4) *El su heredero.* Adde l. unic. §. *cum igitur*, *C. de caducis tollend.* et extende, ut in l. fin. *C. quando dies legat. ced.* et limita, ut in ead. l. unic. in §. *libertatibus*, et in l. sequenti, et in l. 2. D. *quando dies legat. ced.* et de fideicommisso universali, vide Bart. in l. *cum filio*, ad fin. D. *de legat.* 1.

(5) *Esto seria.* Vide notabiliter in ista materia per Angel. Aretin. in §. *si peculium*, *Institut. de legat.*

(6) *Ante que se cumpliesse la condicion.* An autem aliquo casu jus legati vel fideicommissi conditionalis transmittatur? Gloss. in l. *si is cui*, D. *de action. et obligat.* dixit, quod sic, scilicèt per filios; illa tamen glossa, ut Bart. ibi dicit, communiter reprehenditur; et etiam dicit hoc Bartolus post Glossam ibi in l. unic. *C. de his qui ante apertas tabul.* Bald. in l. *si in personam*, *C. de fideicommiss.* Item ex conjecturata voluntate testatoris, fideicommissum, vel legatum conditionale ad hæredem transmittitur, ut notat Bald. in dict. l. 1. col. fin. vers. *quæro de tali quæstione*, *C. de his qui ante apert. tabul.* quia in ultimis voluntatibus sufficit voluntas testatoris, etiam tacita, quæ ex conjecturis intelligatur, l. *licet Imperator*, D. *de legat.* 1. et D. *de legat.* 2. l. *cum proponeretur*, et quia sicut testator potest disponere, quod illud, quod est transmissibile, non transmittatur, l. *in conditionibus primum locum*, §. *hæc scriptura*, D. *de condit. et demonstrat.* ubi Imola; ita etiam potest è contra facere, ut illud quod non transit, in hæredem transmittatur, Bald. in l. *si pater*, quæst. 4. *C. de institut. et subst.* et in l. 1. in princ. *C. ut action. ab hæredib. et cont. hæred.* et quod istæ conjecturæ colligi debeant ex ipso testamento, tradit Socin. in l. *hæredes mei*,

en ella. Ca en qualquier destas dos cosas, aura la manda el compañero, o el substituto (7) del finado, e non el heredero del testador, si despues se cumpliesse la condicion (8) que fuesse puesta en la manda.

LEY XXXV.

Como non vale la manda que faze el testador a algun ome, cuydando que era biuo, e fuesse muerto.

Cuydando el testador que era biuo algun ome, a quien el fiziesse manda, si estonce fuesse muerto (1), non le valdria, ni la podria demandar el heredero del. Esso mismo seria, si fuesse biuo quando fiziesse la manda, e se muriesse despues (2) naturalmente,

§. *cum ita*, col. 5. D. *ad Trebell.* et his adde, quæ dico infrà ead. l. in gloss. fin.

(7) *El compañero, o el substituto.* Concordat cum l. unic. §. *sin autem aliquid sub conditione*, *C. de caduc. tollend.*

(8) *Se cumpliesse la condicion.* An autem jus implendi conditionem transeat in hæredes? Vide per Bartolum in l. *cui fundus*, D. *de conditionib. et demonstrat.* ubi vult, quod si legatarius antequam decederet, obtulit hæredi implementum conditionis, si hæres fuit in mora recipiendi, cùm isto casu conditio habeatur pro purificata et impleta, ut sic legatum sit purificatum, l. *jure civili*, D. *de conditionib. et demonstrat.* tunc transmittatur tale jus implendi conditionem, ut in dict. l. *cum fundus*; tamen licèt ita sit secundùm Paul. de Cast. post Petrum et alios ibi, intelligitur ita tamen, quòd hæredes legatarii non admittantur ad petendum, nisi conditionem impleant, quia quoad hoc non habetur pro impleta, ut est casus singularis, secundum Paul. in dict. l. *cui fundus*: necesse ergo habebit legatarius si voluerit rem sibi legatam per fideicommissum, solvere quod testator jussit causa conditionis implendæ, per textum multum notabilem in dict. l. *cui fundus.* Idem etiam voluit Paul. de Castr. in l. *si hæres*, D. *ad leg. Falcid.* ubi dicit, quòd etiam si hæres recuset recipere, quod sibi offertur gratia conditionis implendæ, si postea eum pœnitet, et vult recipere, quòd audietur allegat dictam l. *cui fundus*, secundum intellectum Petri, refertque idem tenere Jacob. de Aren. Bald. tamen in l. *si plures*, *C. de condit. inser.* columm. fin. vers. *sed statim quæritur*, tenet contrarium, dicens, quòd cum semel fictè impleverit conditionem, non cogitur ulterius offerre, si ille cui fuit oblatum, non habuit causam non recipiendi, secùs si habuit, puta, quia ignorabat factum, et ita intelligit dictam l. *cui fundus*; sed est divinare ad illam legem, ideo tene intellectum Petri, cum quo etiam tenet Bart. et Joan. de Imol. in dict. l. *cui fundus*, et etiam videtur tenere idem Bald. in l. 1. columm. 2. *C. ut action. ab hæred. et contra hæred.* ibi: *intelligitur et tertio modo*, ubi approbat dictum intellectum Petri. Et quid si sit conditio, quæ à jure inest, veluti si dicat testator: *lego tibi decem sub hac conditione, si Cajus mihi hæres erit*; an si decesseris antequam hæres adjecerit, transmittas? Bald. dicit, quod non, in dict. l. unic. in princ. columm. 2. ad fin. *C. de caduc. tollend.* ex eo, quia eo animo fuit testator, ut faceret conditionem, allegat l. *in conditionibus primum locum*, §. 1. vers. *nisi*, quem versiculum dicit, non esse alibi, D. *de condition. et demonstrat.* de cujus dicti veritate, vide ibi per Alexand. *in addition.* de conditione vero omnino extitura, vide l. *hujusmodi*, D. *quando dies legati ced.* et si legatum purum sub conditione transfundatur in aliud, vide l. *si penam*, D. eod. tit. et ibi Bart. Et quid si conditio sit extrinseca, quæ non venit ex testamento? Vide l. *cum illud*, eod. tit. in §. fin. Et quid si legatum fuit purum, sed declaratio ejus alicui fuit commissa per testatorem? Vide l. 1. D. *de legat.* 2.

LEX XXXV.

Quod relictum est jam defuncto, vel ei, qui in vita decedit testatoris, seu perpetuo exulat, non transmittitur ad legatarii hæredem. Item legatum libertatis servo testatoris relictæ, vel alterius rei ei legatæ, cedit demum ab addita hæreditate, idem si servus testatoris, vel usufructus, aut habitatio alicui legetur. Hoc dicit.

(1) *Estonce fuesse muerto.* Istud dicitur pro non scriptum, et concordat ista lex cum l. unic. §. *in primo*, *C. de caduc. tollend.* Et quid si legatum pro non scriptum sit ad pias causas, vide per Bart. in l. *alio*, columm. 1. D. *de aliment. et cibar. legat.* et vide ibi Alexand. *in additione*: et legatum pro non scriptum remanet apud hæredem, vel conjunctum, vel substitutum, sine onere, ut in dict. §. *in primo*, exceptis casibus, de quibus ibi in gloss. fin. et casum ultimum illius glossæ: dicit ibi Angelus singulariter notandum, per quem infert, quod legata pro non scripta transeunt ad substitutum, vel conjunctum cum onere relictorum ad pias causas, quod dicit menti tenendum; et pro hoc facere optimè, l. *cum vero*, §. *si pro non scripto*, D. *de fideicommissar. libert.* quam legem Glossa ibi allegavit pro primo casu, et idem tenet Paul. de Castr. in dict. §. *in primo*, allegans etiam Bartolum in dict. l. *alio*, ut suprà retuli post Glossam ibi; et vide, quæ notat Bart. in l. *pater filium*, §. *Tusculanus*, D. *de legat.* 3. Quid autem, si onus pariter sit injunctum in personam conjuncti, cui remanet pars illius, quæ habetur pro non scripto? Vide textum notabilem in l. *civitatibus*, §. *Lucius*, D. *de legat.* 1. nam si pariter sunt conjuncti in onere, conjunctus tenebitur ad totum onus, secundum Alberic. Bald. et Paul. in dict. §. *in primo*, licèt Dinus ibi relatus ab Alberic. voluerit contrarium. Et quod legatum pro non scriptum remaneat apud hæredem, vel conjunctum, seu substitutum sine onere, intellige, quando est pro non scriptum propter defectum substantiæ personæ, cui fuit relictum, ut in casu dicti §. *in primo*; secùs autem, si legatum deficiat ex alia causa, ut quia sibi adscripsit in testamento, vel quia prima voluntas fuit captatoria, nam his casibus remanet legatum cum onere, ut est casus in l. fin. et ibi Bart. D. *de his, quæ pro non script. habent.* et eod. tit. l. 1. in fin. ubi et etiam dicit notabile verbum, quod si testator legavit uni coram duobus testibus centum, et gravavit eum de restituendo ecclesiæ, vel pauperibus; cùm tale legatum in personam ejus, cui legatur, sit pro non scriptum propter defectum solemnitatis numeri testium, tamen remanebit apud hæredem cum onere suo; et ad hoc dicit esse casum in illa lege, et ex hoc dari optimam limitationem ad dictum §. *in primo*: et ad istud dictum Bartoli adde consil. 78. 1. part. *inter consilia Socin.* incipit, *in eamdem sententiam*, columm. 2.

(2) *Muriesse despues.* Istud dicitur quasi caducum, ut in §. *pro secundo*, dict. l. unic. *C. de caduc. tollend.* et differt à pro non scripto, quia remanet apud hæredem, seu gravatum substitutum, vel conjunctum cum onere, ut ibi habetur, et in l. *si ab eo*, D. *de usufruct. legat.* et debet impleri onus in diem injunctum à testatore, l. *uxori usufructus*, D. *de usufruct. legat.* adde, quòd legatum translatum in alium, intelligitur cum onere suo, l. *Cajo*, in princ. D. *de aliment. et cibar. legat.* et l. *legatum*, la 2. et l. *alumnæ*, in princ. ubi vide Bart. D. *de adimen. legat.* et si adimatur, vide per Bart. in l. *si adimendo*, ubi bonus textus, D. eod. et eod. tit. l. penult. §. 1. ubi vide Bart. Quid autem, si testator legavit Bertæ pauperi centum, si nupserit Titio, et moriatur dicta Berta, antequam nubat; an revertantur

o fuesse desterrado para siempre (3), en ante que el testador muriesse. E maguer de suso diximos que luego que muriesse el testador, passa el señorio de la cosa aquel a quien es mandada, si es fecha sin condicion; casos y a (4), en que conuiene en todas guisas, que el heredero entre la heredad primeramente, ante que aquel a quien es fecha la manda, gane el señorio della. El primero dellos seria, como si el testador ouiesse algun sieruo, a quien otorgasse en su testamento, que fuesse libre. Ca este atal, maguer muera el testador, non puede ganar la libertad; a menos del heredero entrar la herencia, o otorgarsse por heredero. E el segundo caso seria, si a tal sieruo, como sobredicho es, mandasse el testador alguna cosa en aquel mismo testamento en que le aforrasse; ca non puede auer la manda, a menos del heredero entrar la heredad. El tercero caso seria, como si el testador mandasse su sieruo a algun ome; ca non passa el señorio aquel a quien le mando, a menos del heredero entrar la heredad. El quarto caso seria, como si mandasse el testador a alguno el usufructo (5) de alguna heredad, o la morada (6) de alguna casa; ca non ganaria el señorio de tal manda, aquel a quien fuesse fecha, a menos del heredero entrar primeramente la heredad del fazedor del testamento.

LEY XXXVI.

Como aquel a quien es otorgada alguna manda, la puede dexar, o non, si la non quisiere.

En escogencia (1) es de aquel a quien es fecha la manda, de la tomar toda, o de la dexar (2), si quisiere; e non podria tomar parte della, e dexar la otra (3), maguer quisiesse. E esto ha lugar, quando alguna cosa es mandada señaladamente a vno, o muchas que se comprehenden so vn nome. E esto seria como si dixesse el testador, que mandaua una cabaña de ouejas con todas las cosas que le pertenescen. Ca, como quier que en tal manda como esta, o en otra semejante (4) della, y a muchas cosas, con todo esso por vna manda es contada; e porende conuiene, que todas las tome, o todas las dexe. Mas si aquel que aya de auer la manda de vna cosa muriesse, e dexasse muchos herederos, estonce bien podria cada vno dellos (5) tomar su parte, maguer el otro, o los otros, non quisiessen recibir la suya; quier fuesse la manda de vna cosa, o de muchas. E si la manda fuesse de muchas cosas señaladas, e la fiziesse a vno, bien podria estonce tomar dellas, la que quisiesse, e dexar las otras; fueras ende, quando el testador

dicta centum sine aliquo onere ad hæredem, vel an teneatur erogare in similem causam? Vide per Bald. novell. in tract. *de dote*, fol. 26. column. 1. in 71. privileg. qui videtur concludere, quòd si legatum fuit ob piam causam, hæres teneatur erogare in similem causam: vide ibi per eum, nam loquitur latè.

(3) *Desterrado para siempre.* De deportato, vel damnato in metallum intellige, qui non sunt capaces extra causam alimentorum, l. *si in metallum*, D. *de his, quæ pro non script. habent.* l. 1. *C. de hæredib. instituend.* l. *si mandavero*, §. *is cujus*, D. *mandati*; non de relegato, etiamsi perpetuo relegetur, nam et hic non est incapax, neque perdit civitatem, ut in l. *relegatorum*, D. *de interdict. et relegat.* §. *relegati*, *Institut. quib. mod. jus patr. potest solvit.* l. 3. tit. 18. 4. *Partit.* et quòd intelligatur ista lex de deportato, patet in l. 2. dict. tit. 18. 4. *Partit.* ibi: *la otra manera es cuando destierran.* Adverte etiam, quia Bart. idem vult in eo, qui esset damnatus ad mortem, vel ad perpetuam carcerem in dict. l. *si in metallum*, neque hoc erit revocatum ex dispositione legis Tauri 4. *in Ordinam. Tauri*, prout dixi in l. 15. tit. 1. suprà ead. *Partit.*

(4) *Casos y a.* Concordat cum dict. l. unic. §. *libertatibus*, *C. de caduc. tollend.* et l. 2. D. *quando dies legati ced.* et rationem diversitatis ponit Alberic. in dict. §. *in novissimo.*

(5) *El usufructo.* Quid, si alternativè legatus est alicui fundus, vel usufructus, et ante aditionem hæreditatis decedat legatarius; an transmittat legatum ad hæredem? Angel. in dict. l. unic. §. *in novissimo*, tenet quòd sic, quia non est legatum conditionale; cessabit tamen potentia optandi usumfructum, qui non transmittitur, facit l. *illud*, D. *de option. legat.* et l. *cum illud*, D. *quando dies legati ced.*

(6) *O la morada.* Vide in dict. l. 2. D. *quando dies legati ced.*

LEX XXXVI.

Non potest legatarius partem legati accipere, et partem repudiare, sive sit certæ rei, sive universitatis; eo autem mortuo, die legati cedente, potest quilibet ejus hæredum partem suam capere, etiamsi alius non recipiat; pluribus autem rebus ei legatis, potest unam recipere, et aliam omittere, nisi una cum onere, alia sine, legetur sibi, nam si legantur centum, et servus, ut manumittatur, si velit centum omisso altero, nihil habebit, et servus erit statim liber. Hoc dicit.

(1) *En escogencia.* Prosequitur dicta Azon. *C.* eod. in summa, column. penult. vers. *est enim in legatarii potestate*, et concordat cum l. *legatarius*, D. *de legat.* 1. et cum l. 2. 4. 5. et 6. D. *de legat.* 2.

(2) *De la dexar.* Et si repudiat, perinde habetur, ac si nihil ei relictum esset, dict. l. *legatarius*, §. *si legatum*, et l. *servum filii*, §. *si quis*, et l. *si tibi homo*, §. *cum servus*, D. *de legat.* 1, et dixi suprà eod. l. 34.

(3) *Otra.* Ut in dict. l. *legatarius*, et l. *neminem*, et limita, nisi legata esset res, vel pars ejus, l. *Lucio*, D. *de legat.* 2. Paul. in dict. l. *neminem.* Quid autem, si res legatur à pluribus hæredibus, an poterit acceptari quoad unum, et quoad alium repudiari? Paul. in dict. l. *neminem*, vult, quòd sic, quia censetur legatum quodammodo divisum, nisi factum esset sub conditione dandi aliud hæredibus, quo casu dando partem uni, non consequeretur partem alterius, l. *qui duobus*, D. *de condition. et demonst.* Et nota, quòd per agnitionem partis rei legatæ, videtur facta agnitio totius, l. *si cui res*, D. *de legat.* 2.

(4) *Semejante.* Ut suppellectilem, vel aurum, vel argentum, aut peculium, instrumentum, aut vestem, l. *grege*, D. *de legat.* 2. Azo. ubi suprà.

(5) *Dellos.* Et portio repudiata non accrescet acceptanti, quia isti censentur conjuncti conjunctione legali; secundùm Bart. in l. *re conjuncti*, in vers. 5. *principaliter*, D. *de legat.* 3. Paul. Bald. et Alex. in dict. l. *legatarius*, D. *de legat.* 1. ubi ex hoc Baldus sumit argumentum ad quæstionem, quòd si sunt duo hæredes unius emphyteutæ, propter delictum vel repudiationem unius, sua portio non accrescit

mandasse a alguno dos cosas; la vna, con agrauiamiento (6), e la otra sin el. Ca, si aquel a quien tales mandas son fechas, quisiesse tomar aquella cosa de que se puede aprovechar luego, e dexar la otra, non lo podria fazer; ante dezimos, que las deue amas tomar, o dexar. E esto seria, como si dixesse, que le mandaua cincuenta marauedis, e vn sieruo, rogandole que lo aforrasse; ca, si este atal quisiesse tomar los marauedis, e non quisiesse aforrar el sieruo, estonce non deue auer la vna manda, nin la otra; como quier que el sieruo por derecho, en tal caso como este, es luego libre (7), tambien como si el otro lo ouiesse aforrado.

LEY XXXVII.

Como el heredero deue entregar la cosa a aquel a quien es mandada.

Entregar deue el heredero a aquel a quien fue fecha la manda, de la cosa que el testador le mando, con todo lo al, que le perteneciesse (1) aquella cosa mandada. E esto seria, como si le mandasse vn solar, e despues que gelo ouiesse mandado, fiziesse el testador (2) casa, o otro edificio en el. Ca estonce, aquel a quien fue fecha tal manda, deue auer tambien la casa, como el solar. E esso mismo dezimos que seria, si le fiziesse manda de vn campo, e despues se le acresciesse alguna cosa, por auenidas de rios que le corriessen de cerca; o se ayuntassen (3) a el otras coas, assi como arboles; o fuesse y puesta viña despues. Otrosi dezimos, que deue auer aquel a quien es fecha la manda, los frutos (4) de aquella cosa que le fuesse mandada, si era de aquel que la mando, desde el dia que el heredero entre la heredad, por palabra, o por fecho. Mas si la cosa mandada fuesse agena, deuela comprar el heredero, e darla a aquel a quien el testador la mando dar. E si por auentura, non la quisiesse comprar, e aquel que la ouies-

alteri cohæredi, sed redit ad dominum; quod est notabile, et sequitur ibi Alexand. et Jas.

(6) *Agrauiamiento.* Adde dict. l. *neminem*, D. *de legat.* 1. et ibi Bartolus inducit ad quæstionem de executore constituto à testatore, cui aliquid fuit legatum, quòd tenetur satisdare, etsi velit repudiare legatum: vide ibi per eum.

(7) *Libre.* Adde l. *si legatario*, D. *de fideicommis. libert.* et l. *si ea lege*, et l. *si is qui*, C. *si emancip. ita fuerit alienat. ut manum.* sed cur hic disponitur, statim fieri liberum servum, cùm fideicommissaria libertas non competat ipso jure, sed sit ab hærede vel legatario præstanda, ut in l. *si te*, C. *de fideicommissar. libert.* dic hoc esse, quia fuit in mora cùm dicit; *e non quisiere aforrar el sieruo.* Unde tunc habere debet libertatem, velut si directo ei à testatore esset relicta, l. *ancillam*, C. *de fideicommis. libertat.*

LEX XXXVII.

Illud, quod rei legatæ ædificatione, plantatione, seu alluvione accedit, legatario debetur: et si res erat testatoris, debentur etiam fructus ab adita hæreditate; si autem res aliena, debentur fructus, et à die, qua requisitus fuerit hæres per legatarium, et eam noluit comparare, tenetur ad rem, et fructus, vel æstimationem. Hoc dicit.

(1) *Con todo lo al, que le pertenesciesse.* Concordat cum l. *si ex toto*, in princip. et cum l. *quod in rerum*, §. *si quis*, et l. *servum filii*, §. *si areæ*, D. *de legat.* 1. et adde l. *si tibi homo*, §. *cum servus*, D. eod. et facit in argumentum, quòd si possessor oppidi alicujus, quod habet ut bona majoriæ, acquirat tali oppido mercatum francum ex privilegio Regis, quòd similiter et tale mercatum cedet oppido, vel castro. Si tamen postea pronuntiaretur tale oppidum non esse majoriæ, vel alii adjudicaretur ut bona libera; an qui acquisivit tale privilegium, possit petere pretium valoris privilegii, vide textum in cap. 1. §. *si vassallus, hic finit. lex.* Facit etiam ista lex, quod si quis addidit majoriæ antiquæ aliqua bona, nihil ultra addens de prohibitionibus et vinculis, quod intelligatur sub eisdem vinculis, et prohibitionibus, facit bonus textus in cap. *quia cognovimus*, 12. quæst. 2. et textus, et ibi Joan. de Plat. in l. 3. *C. de agricol. et censit.* lib. 11. Quid autem, si testator legavit rem alienam, in qua post testamentum factum fuit incrementum? Vide l. *si chorus*, §. *area*, D. *de legat.* 3. per Alexand. et Socin. in dict. l. *si ex toto*, in princ. et limita, ut per Glos. in l. *si ex toto*, §. fin. D. eod. scilicet si testator, qui partem habebat in fundo, legat fundum suum, et postea partem alterius redemit, quia tunc pars redempta non veniet in legato: si verò non dixit, quòd legabat fundum suum sed quòd legabat fundum simpliciter, tunc secundum Bartolum post Jacob. de Aren. est idem, ac si diceret suum: Baldus verò et alii relati per Alexand. dicunt contrarium. Socinus verò distinguit, an portio fundi, quæ erat aliena, erat pro indiviso, et procedat opinio Bartoli; si verò pro diviso, tunc si fuit adjecta alteri portioni, includitur, per l. *cum fundus*, in fin. D. *de legat.* 2. et dict. l. *si ex toto*: secus si à testatore separatim esset possessa, quia tunc videtur potius accedere personæ, quàm rei. Quid autem, si totus fundus erat testatoris, et dixit, lego fundum meum, an tunc portio postea empta cedat legato? Vide Bald. in dict. l. *si ex toto*, §. fin. et ibi per Alex. et Socin. ubi etiam vide quid si simpliciter legaret fundum. Sed quid è contra, an legando quis rem, propter quam est obligatus ad aliquod onus personale, an transeat tale onus in legatarium? Distingue, ut per Bart. in l. *quæro*, D. *de usufruct. legat.* post Gloss. in l. penult. §. fin. D. *de legat.* 3. nam si est onus, ad quod quis tenetur habita re respectu fructuum, et tunc tale onus transit in legatarium, ut in dict. l. *quæro.* Si vero est aliud onus, ad quod fuit obligatus pro habenda ipsa re legata, et tunc non transit tale onus in legatarium, ut in dict. l. penult. §. 3. fin. et adde pulchrum textum in l. *qui quatuor*, §. *qui hortos*, D. *de legat.* 3. ubi si conductor legat fructus rei conductæ, non videtur legare cum onere solvendi pensionem, sed pensio est solvenda ab hærede testatoris; quem casum singulariter nota. Et quid etiam, si legata res minuatur, an diminuatur onus injunctum? Vide textum cum glossa, et ibi Bart. in l. *Plautius*, D. *de condition. et demonstrat.*

(2) *Fiziesse el testador casa.* Adde dict. l. *servum filii*, §. *si areæ*, D. *de legat.* 1. ubi etiam vide, quid si legavit domum, quæ destructa est, an area veniat in legato. Et quid si postea in tali area per testatorem, vel hæredem ædificetur? Vide ibi per Doctores.

(3) *O se ayuntassen.* Doctores in dict. l. *si ex toto*, in princ. trahunt in argumentum ad terram noviter additam regno, quod debeat regi consuetudinibus regni: et dixi suprà.

(4) *Los frutos.* Et infrà ibi: *entre la heredad*; habes ergo hic, quod fructus rei legatæ debentur legatario à die aditæ hæreditatis, et non à morte testatoris, prout dicebat Gloss. in l. *quod servus*, D. *de legat.* 2. et idem tenuerunt Jacob. de Aren. Bart. et Angel. in l. *servo legato*, in princ.

se a auer, le dixesse que la comprasse; estonze dezimos, que si la cosa fuesse atal, que del tiempo que la pid'o en adelante, pudiesse lleuar fruto, tenudo es el heredero de darle aquella cosa, con los frutos que despues saliessen della (5); o la estimacion de todo.

D. *de legat.* 1. Bart. etiam in l. *in fideicommissaria*, D. *ad Trebell.* quam opinionem Alexander dicit esse multum sustentabilem, attento, quod dominium censetur legatarii à tempore mortis: adde etiam Alberic. in l. *huic scripturæ*, in princ. per illam textum, D. *ad leg. Aquil.* In contrarium tamen est communis opinio, quam tenuit Gloss. in l. *Herennius*, et in l. *equis*, D. *de usur.* et in l. fin. *C. de usur. rei judic.* et ista opinio approbatur hic per istam legem: et limita quinque modis, ut per Alexand. in dict. §. *cum servus*, scilicèt, in fructibus seminatis à testatore, quià illi semper debentur legatario, etsi hæres non sit in mora, et habeat bonam fidem, ut declarát Alberic. post Oldrald. in l. fin. *C. de usur. et fructib. legat.* et nisi res esset tradita per testatorem, vel sibi esset data licentia eam apprehendendi; et præterquam in commodo usurarum debitarum occasioné sortis, ut tradit ibi Paul. de Castr. inducens ad legatum pecuniarum, quas testator habebat super monte Florentino, per l. *nomen debitoris*, in princ. D. *de legat.* 3. et etiam nisi testator dixerit, quod legat rem cum commodis suis, Gloss. in l. *Lucius*, l. 1. D. *de legat.* 2. et ibi Bart. item nisi hæres fecisset moram in adeunda hæreditate, secundum Bald. in l. 1. *C. de usur. et fructib. legat.* et quando fructus essent bona fide percepti, qui ante moram pertinent ad hæredem, licèt adierit hæreditatem, secundum Gloss. in dict. l. 1. *C. de usur. et fructib. legat.* et tenent Doctor. communiter. Si tamen sunt extantes, tenetur eos restituere, vel si sunt consumpti, quatenus factus est locupletior; reliquos lucratur propter bonam fidem, l. *quæsitum*, D. *de acquirend. rer. domin.* et tradit Paul. de Castr. in dic. §. *cum servus.* Sed an hodie de jure regni, per l. 1. tit. 2. lib. 5. *Ordin. Regal.* qua disponitur, valere legata et deberi etiam non adita hæreditate, fructus pertinebunt ad legatarium à morte testatoris? Et videbatur, quod non; imo à die hæreditatis aditæ, ut in ista lege Partitarum habetur; illa enim lex solùm videtur disponere in casu, quo non adeatur hæreditas ex testamento, non tamen negat, quin saltim à venientibus ab intestato debeat hæreditas adiri, argumento l. 2. D. *de fideicommissar. libert.* et notat Gloss. in l. *qui filio*, §. 1. quam ibi approbant Bart. Imol. et alii, D. *de hæred. instituend.* Jason. in l. *eam quam* in 3. notab. column. 7. *C. de fideicommis.* et hoc etiam videtur argui ex verbis dictæ l. *Ordinam.* cùm dicit, *estonce herede aquel, que segun derecho, o costumbre de la tierra deuia heredar*; et satis operabitur illa lex regni, quod videatur gravare venientes ab intestato, et legata ab eis videntur repetita, licèt testator non dixerit; ad quod aliàs de jure non fuerant obligati, ut tradit Imol. in dict. l. *qui filio*, §. 1. et cùm illa lex claré non exprimat, quod legata debeantur, et si hæreditas non adeatur à venientibus ab intestato, non debemus dicere, quod ex ea leges juris communis, et etiam Partitarum in hoc corrigantur. Præterea, si illa lex aliter intelligeretur, induceretur absurditas, et maximum damnum hæreditati; nam non existente hærede, qui adivisset, propter legata pecuniaria licèt parva, res hæreditatis etiam pretiosæ venderentur, et iniquo pretio; unde neque de mente testatoris, neque legis debemus præsumere, quod tale damnum, vel simile, inferre velint hæreditati: facit ad hoc, quod notat Bart. in l. *alio*, vers. *quæro, an hæres sit requirendus*, D. *de aliment. et cibar. legat.* In contrarium tamen faciunt verba generalia illius legis, ubi nihil dicitur de adeunda hæreditate per venientes ab intestato, et quia si daretur casus, quod nullus adiret, esset dicere, quod in effectu legata non valerent, cujus contrarium aperté vult illa lex: unde etiam, non adita hæreditate ab hærede scripto, vel venientibus ab intestato, legata debentur per illam legem, et competet officium judicis ad hoc, ut etiam in legatis ad pias causas voluit Bald. in dict. l. *qui filio*, 1. §. et tradit Spec. tit. *de action. et petition.* column. 11. quod in isto casu non esset dubium quod competeret, ex quo lex prædicta videtur dirigere verba ad judicem, cùm dicit, *cumplase el testamento*, et cùm verba diriguntur ad judicem, competit officium judicis, ut in terminis similis statuti tradit Alexand. in l. 1. column. 11. D. *de legat.* 1. ubi etiam Socinus idem tractat circa tale statutum, et innuit; quod utroque modo posset quis dicere, quod intelligatur statutum; vel quod à venientibus ab intestato adiri debeat hæreditas, vel quod etiam intelligatur; etsi nullo modo adeatur hæreditas: et ibi ponit practicam, quod sic intelligendo curator detur bonis. Bené tamen esset fatendum, quod judex cujus officium imploratur, requirere debeat venientes ab intestato, an velint adire hæreditatem, antequam jubeat solvi legata, neque det curatorem bonis, ut tradit Bartol. in l. 1. D. *de curat. bonis dand.* tradit Alexand. consil. 137. column. 3. volum. 2. Et si ista aditio non expectatur per dictam legem ad valorem legatorum, in consequentiam videtur dicendum, quod fructus debeantur legatario à morte testatoris, ut enim habetur in dict. l. *si tibi homo*, §. *cum servus*, legata pendent usque ad aditionem hæreditatis, eo quia de jure illo, et etiam de jure isto Partitarum erat necessaria aditio hæreditatis, et legata corruebant non adita hæreditate, et fructus ideo non debebantur nisi à die aditæ hæreditatis; quo obstaculo sublato per dictam l. *Ordinament.* restat dicendum, quod etiam legatario pertineat fructus rei legatæ à morte testatoris: super quo tamen tibi, qui majus otium habueris, relinquo cogitandum. Quid autem, si res quæ legatur, non sit propria testatoris, sed hæredis, vel aliena? Vide per Doctores ubi suprà, et per Bartol. in l. *in fideicommissaria*, D. *ad Trebell.* et per Angel. Aret. in §. 1. *Instit. de legat.* column. fin. per Alberic. et alios in l. fin. *C. de usur. et fructib. legat.* et habes infrà in ista lege. In legato vero universali, à quo tempore veniant fructus? Vide in dict. l. *equis*, et in l. *peculium*, D. *de legat.* 2.

(5) *Que saliessen della.* Adde l. fin. et ibi Glossa, et Doctores, *C. de usur. et fruct. legat.* An autem etiam tenebitur de percipiendis? Videtur, quòd sic, ut in l. *cum servus*, §. *fructus*, D. *de legat.* 1. sed illa lex loquitur, quando legata fuit res propria testatoris: idem tamen dicit Alberic. in dict. l. fin. si legaretur res aliena; nam post aditam hæreditatem, et interpellationem et moram venirent indistinctè tam percepti, quàm percipiendi, per l. 1. in fin. *C. eod.* Nota tamen, quod non venirent illi, quos percipere potuisset petitor, sed illi quos percipere potuit possessor, secundum Alberic. post Petrum in dict. l. fin. ita intelligens, quod habetur in dict. §. *fructus*, et in l. *patronus*, in princip. in 2. respons. D. *de legat.* 3. licèt, quando res propria legaretur, à tempore moræ venirent etiam percipiendi, quos legatarius percipere scilicet potuerat, ut in dict. §. *fructus*, l. *cum servus*, aliàs incipit, *apud Julianum.*

LEY XXXVIII.

Como deue dar plazo el Juez al heredero, si non puede dar luego, o entregar la cosa que es mandada.

Conosciendo el heredero en juyzio, que

LEX XXXVIII.

Tenetur hæres rem legatam tradere legatario, si eam ad manus habet, aliàs indulgetur per judicem tempus; sed si est aliena, nec potest commodè emi, sufficit æstimationem solvere: idem si est institutus servus testatoris, et ejus filius, vel pater alii legatur, quia liberatur æstimationem solvendo. Hoc dicit.

deue dar la manda que fue fecha a alguno, si por auentura non la pudiesse luego entregar (1), el Juez ante quien es fecha demanda en esta razon, deue dar plazo guisado a que la de. Mas si el heredero dixessse, que aquella cosa que ouiesse mandada a otro el testador, era agena, e la tuuiesse tan cara aquel cuya fuesse, que la non pudiesse comprar, si non por mucho mas de lo que valia, o si non la quisiesse vender; estonce dezimos (2), que abonda que el heredero entregue, a aquel a quien es fecha tal manda, de la estimacion della, quanto pudiesse valer comunalmente. Otrosi dezimos, que si algund testador que ouiesse dos sus sieruos, que fuessen padre e fijo, o si fuessen hermanos o parientes muy de cerca, e establesciesse el vno por su heredero, e mandasse el otro a alguno; si este que fuesse establescido por heredero, conosciesse la manda, e dixesse que la non queria cumplir, poderlo ya fazer, por razon del parentesco (3) que ha con el otro sieruo que es mandado; pero seria tenudo el heredero de dar la estimacion del. E esso mismo seria en las cosas, que auiniessen semejantes destas (4).

LEY XXXIX.

Como puede el fazedor del testamento reuocar las mandas, que ouiesse fechas.

Reuocar (1) puede el testador todas las mandas que ouiesse fechas, cada que quisiere, quier sean fechas en testamento acabado, o en otra escritura qualquier. E aun las que fuessen fechas en testamento acabado, puedelas reuocar en otra escritura, que se faze ante cinco testigos, a que llaman en latin, Codicillus (2). Otrosi se podria desatar la manda, quando el testador cancelasse (3) la escritura della por su mano misma, o la mandasse cancelar a otro. Mas si la cancelasse otro alguno (4) sin mandado, e sin sabiduria del testador, valdria la manda, si fuesse cancelada de manera, que se pudiesse leer, o si se pudiesse prouar con cinco testigos, que fuesse fecha.

LEY XL.

Como se reuoca, o non, la manda, quando el testador enagena la cosa despues que la mando.

Donacion faziendo el testador en su vida a algun ome, de alguna cosa que ouiesse mandada en su testamento a otro, desatase (1) porende la manda, porque semeja que se arepintio, pues la dio a otro en ante que muriesse. Mas si la vendiesse, o empeñasse, non se desataria, nin reuocaria porende; ante dezimos, que aquel a quien fue mandada, que deue auer el precio por que fue vendida, o la estimacion, si fuere empeñada, assi como de suso diximos. E esto es, porque se-

(1) *Entregar.* Si res est alibi, et hæres copiam non habet eam dandi, ut in l. *cum res*, D. *de legat.* 1. nam regulariter hæres tenetur tradere rem legatam in loco, ubi est, ut ibi; ubi vide casus fallentiæ.

(2) *Dezimos.* Concordat cum l. *non dubium*, §. fin. D. *de legat.* 3. et cum §. *non solum*, *Instit. de legat.* et vide supra eod. in l. 10. Quid autem si hæres alias potuit rem legatam redimere congruo pretio, et noluit, modò verò habere non potest, nisi immenso pretio? Vide glossam notabilem in l. *qui quatuor*, §. fin. D. *de legat.* 3.

(3) *Parentesco.* Concordat cum l. *si domus*, §. *qui confitetur*, D. *de legat.* 1. et nota istam legem cùm dixit: *o parientes muy de cerca*, nam videtur latius loqui, quàm dictus §. *qui confitetur*: et facit l. 1. tit. 5. 4. *Partit.* et l. *possessionum*, *C. de commun. utriusque judic.*

(4) *Semejantes destas.* Et sic, ubi esset affectio ratione personarum, ne resultet aliquid inhumanum; secùs ergo, si esset affectio rerum, ut in dict. §. *qui confitetur*, per quem dicit Baldus, quòd si pater doctor relinquit filium hæredem, et legat alteri libros, non audietur filius, etsi sit doctor, volens solvere estimationem, ne libri ab eo separentur; non enim habetur consideratio talis interesse contra dispositionem testatoris, secundum eum, et Paul. de Cast. ibidem.

LEX XXXIX.

Legatum potest revocari expressè per testatorem, tam in testamento, quàm in codicillis, et etiam ipso facto, ut per cancellationem testatoris, vel alterius ejus mandato; sed si sine mandato cancelletur, et legi potest, vel per quinque testes probetur, valet legatum. Hoc dicit. Habuit ortum à l. *datum*, *C. de legat.*

(1) *Reuocar.* Et nota, quòd per ademptionem prælegati facti uni ex hæredibus, videtur revocatum prælegatum factum alteri hæredi, quando ademptio fuit facta causa adæquationis, ut esset æqualitas inter hæredes, casus est singularis in l. *alteri*, D. *de adim. legat.* ex quo inferes ad quæstionem, quòd si pater fecit majoriam in unum ex filiis, si postea dicat, quod facit causa æqualitatis aliam majoriam in alterum filium, quod revocata prima majoria causa adæquationis prædictæ, videtur etiam revocata secunda majoria. Et quid si quis fecit majoriam revocabilem de certis rebus in unum filium, postea de eisdem rebus facit majoriam in alium filium; an videatur prima revocata, si de ea facit mentionem? Gloss. in l. *Seja*, D. *de donat. caus. mort.* in verbo *permittitur*, dicit, quod sic, et sequitur illam Dinus: et Paulus ibi tenet contrarium, volens, quod videatur donare secundo filio, in casu quo primus non haberet; et facit l. *sequens quæstio*, D. *de legat.* 2.

(2) *Codicillus.* Ex hoc videtur, quod etiam ipso jure videtur ademptum in codicillis, quod erat relictum in testamento, et sic non sit opus exceptione, ut dicebat glossa, quam ibi tenet Paul. de Castr. in l. *si ita sit scriptum*, D. *de legat.* 1. et illi glossæ est alia contraria in l. *fideicommissum*, *C. de fideicom.* quam sequuntur communiter Doctores ibi, Bartol. Bald. et Ang. et Alexand. in dict. l. *si ita sit scriptum*, per textum *Instit. de adempt. legat.*

(3) *Cancelasse.* Adde l. 1. §. *sed si legi*, et §. *sed consulto*, et l. *proximè*, D. *de his quæ in testam. delent.*

(4) *Alguno.* Adde l. 1. in princip. D. *de his quæ in testam. delent.*

LEX XL.

Si rem legatam donat testator, videtur revocasse legatum, secùs si vendat, aut permutet, vel pignori dedit. Hoc dicit.

(1) *Desatase.* Adde l. 17. suprà, eod. et quæ ibi dixi,

meja, que pues que el testador la vendio, o la empeño, que su entencion fue de lo fazer, por mengua que auia, e non por reuocar la manda.

LEY XLI.

Como se desata la manda, si la cosa de que es fecha, se pierde, o se muere.

Si la cosa que ouiesse mandada el testador a otro señaladamente, se perdiesse despues, o si se muriesse, sin culpa del heredero (1), desatase porende la manda, e non seria tenudo el heredero de la cumplir. Pero si dubdassen, si se perdiera aquella cosa por su culpa del heredero, o si fuera traspuesta, o escondida con su sabiduria; estonce, deue el dar tal recabdo, que si paresciesse aquella cosa, que la de (2) a aquel a quien fue mandada. E dezimos, que estonce se pierde la cosa por culpa del heredero, quando non la guardasse, o non la fiziesse guardar, assi como las otras sus cosas (3); o si se perdio, detardando (4) a sabiendas de la dar, por non querer, o por negligencia del. E porende la deue pechar el heredero a aquel a quien fue mandada; fueras ende, si el testador ouiesse fecha manda a otro de algun sieruo, e despues le fallasse el heredero con su muger, o con su fija (5), e lo matasse. Ca estonce non

et facit quod si testator fecit majoriam de pluribus rebus, et postea voluntariè alienavit aliquam rem ex eis, quia fortè dedit secundo filio, quod etsi postea eam rehabeat, non reincidat in majoriam, l. *cum servus*, D. *de adim. legat.* Bald. in l. 3. *C. de legat.* et item si venditio fuit nulla, secundùm Bald. in rubric. *C. de verb. signif.* vers. *sed quid si testator.*

Quid autem, si testator reliquit majoriæ domum suam principalem, quam postea vendit, et aliam emit; an empta surrogetur loco primæ? Videtur quod sic, argumento hujus legis, et per ea quæ notat Bartol. in l. *placet*, D. *de liber. et posthum.* in materia posthumi instituti. Et quid si testator instituit filios suos hæredes, et in unum ex eis fecit majoriam de certis rebus, et de tali re quæ tunc erat aliena, sub conditione si fuerit sua tempore mortis, quia fortè cogitabat illam emere, emit eam postea, et tradit illi filio, in quem faciebat majoriam; an videatur tradere, ut sit majoria, vel an intelligatur defecta conditio? Dic, quod erit majoriæ, l. *talem*, D. *de hæred. instituend.* juncta glossa in verbo *palam*, est in §. 1. et vide l. *Lucius*, D. *de legat.* 2.

LEX XLI.

Re autem legata, perdita, vel perempta sine culpa hæredis, negligentia vel mora, non tenetur hæres, nisi ad cavendum de ea inventa tradenda, nec etiam tenetur hæres, si occidat servum legatum, cum sua uxore in adulterio deprehensum. Hoc dicit. Habuit ortum à l. *cum res*, §. penult. et ultim. D. *de legat.* 1.

(1) *Del heredero.* Prosequitur ista lex notata per Azon. *C.* eod. in summa, col. fin. versic. *item liberatur hæres.*

(2) *Que la de.* Et sic habes, quod hæres tantum teneatur cavere de præstando rem sine culpa hæredis non apparentem, si ad eum pervenerit, non autem de persequendo rem, Gloss. in l. *si quis servum*, in princ. D. *de legat.* 2. Bart. Angel. et Imol. in dict. l. *cum res*, in princ. et nota, quod etiam tenebitur hæres persequi servum existentem in fuga, vel similem rem sumptu legatarii, et ejus periculo, l. *si servus legatus*, in princ. D. *de legat.* 1. sed an tenebitur etiam de hoc cavere? Et dicendum videtur, quod sic, per l. *servo legato*, §. fin. eod. tit. et quod sic suppleatur ista lex: ita tenent Bart. et alii communiter in dict. l. *si quis servum*, Paul. et Alexand. in dict. l. *cum res.* Et si servus legatus erat in fuga tempore testamenti, tunc hæres etiam suo sumptu eum debet persequi, l. *cum servus legatus*, D. eod. et ibi vide Gloss. et intellige, si servus ita longè absit, ut legatum esset inutile, si expensis legatarii quærendus esset, secundùm Bart. Paul. et Alexand. ibi; secùs vero si non exigeret ita magnam expensam.

(3) *Como las otras sus cosas.* Adverte, quia de jure communi in ista materia, de qua culpa teneretur hæres legatario, communiter tenetur distinctio, quam ponit Bart. in l. *cum res*, §. *culpa*, D. *de legat.* 1. videlicet, quod si ille quasi contractus, qui celebratur aditione hæreditatis, per quem obligatur hæres legatariis et fideicommissariis, fit gratia legatarii, vel fideicommissarii tantùm, quod est, quando major pars hæreditatis vadit ad legatarium vel fideicommissarium, et tunc hæres non tenetur, nisi de dolo, et lata culpa, l. *mulier*, §. *si hæres*, D. *ad Trebel.* quandoque est celebratus contractus iste gratia hæredis, ut quando apud hæredem major pars remanet, et tunc tenetur etiam de levissima culpa, ut in dict. §. *culpa*; quandoque celebratur gratia utriusque, quia modicum plus vadit ad legatarios, quàm ad hæredem, vel è contra, et tunc tenetur de levi tantùm, l. *si servus legatus*, §. *cum quid*, D. eod. et ista distinctio fuit originaliter Petri in dict. §. *culpa*, et tenuit etiam eam Bart. in l. *quod Nerva*, fin. quæst. D. *depositi*, et quasi communiter tenetur per scribentes, prout attestatur Alexand. et Jaso in dict. §. *culpa*; Bald. tamen ibi dicit hæredem indistinctè non teneri de levissima culpa, cùm obligetur ex quasi contractu aditionis celebrato gratia utriusque, ejus scilicet et legatarii, l. *apud Julianum*, in fin. D. *quib. ex caus. in poss. eat.* ergo de levissima culpa non debet teneri, l. *si ut certo*, §. *nunc videndum*, D. *commodati*, l. *contractus*, D. *de regul. jur.* quæ fuit prima opinio Glossæ in dict. §. *culpa*, et illam videtur tenuisse Azo. *C.* eod. in sum. col. fin. ubi ponit hæc verba: Culpa autem æstimanda est, non tamen dolo proxima, sed etiam levis, et ut non prætermittat quod debet facere, et sit diligens in faciendo, quod pertinet ad rei custodiam, allegat dict. l. *cum res*, §. *culpa.* Et certè hæc lex Partitarum satis favere videtur huic opinioni, in isto verbo *assi como las otras sus cosas*: imo etiam vult singularius, quod levis culpa, de qua vult hæredem teneri, consideretur, non prout Bartolus eam diffinit, et considerat in rebus prorsus alienis, in dict. l. *quod Nerva*, col. 8. et 9. et prout etiam lex Partitarum diffinit, tit. 3. l. 3. suprà, 5. *Partit.* sed prout eam diffinit ibidem Bart. in rebus communibus incidenter, vel ex conventione, quia licèt dominium rei legatæ transeat in legatarium, adhuc tamen, cùm sit de hæreditate, non judicatur hic prout res prorsus aliena quoad istum effectum, sicut etiam in simili dixi in l. 2. tit. 2. 5. *Part.* et nimirum, quia consideravit ista lex gratia utriusque hæredem ex quasi contractu aditionis obligatum fuisse, benè tamen placet distinctio Bartoli quæ communiter approbatur, cui non resistit ista lex Partitarum, et probatur satis in legibus per eum allegatis, et sic concordantur ista jura; et quia dictus §. *culpa*, non violando ejus litteram, satis probat, hæredem etiam de levissima teneri: unde tenenda videtur distinctio prædicta.

(4) *Detardando.* Si enim res legata perit post moram, perit periculo hæredis, ut hic, et in dict. §. *culpa*, non facta distinctione, an esset eodem modo peritura penes legatarium, vel non: et ista est magis communis conclusio Glossæ et Doctor. in l. *quod te*, D. *si cert. petat.* et in l. *nemo*, §. *si post moram*, et ibi Bart. D. *de verbor. obligat.* et per Alexand. in dict. §. *culpa.* Vide quæ dixi in l. fin. tit. 2. *Part.* 5. in gloss. fin.

(5) *Con su muger, o con su fija.* Adde l. *quid ergo*, la 1. §. *si hæres*, et ibi Gloss. D. *de legat.* 1.

seria tenudo de cumplir la manda, nin de pechar ninguna cosa por el, aquel a quien fue mandado tal sieruo.

LEY XLII.

Como se desata, o non, la manda que es fecha, de lana, o de madera, o de otra cosa semejante, si se fiziesse despues alguna lauor dellas.

Lana, o madera auiendo algund testador, si despues que ouiesse fecha manda dellas, en ante que se muriesse, fiziesse paño (1) de la lana, o fiziesse de la madera casa, o naue, o otro edificio, desatase porende tal manda, e non vale despues; porque faziendo esto, entiendese que quiso reuocar la manda a aquel que la auia fecho. Otrosi dezimos, que si el testador fiziere manda de alguna carreta, o carro, que aquel a quien es mandada tal cosa, la deue auer con la bestia que la trae. Pero si despues en vida del testador, se muriesse la bestia (2) que la solia traer, desatasse porende la manda, e non vale; fueras ende, si el testador en su vida metiesse otra bestia en lugar de aquella que fuesse muerta, ca estonce aura la manda aquel a quien fuesse fecha.

LEY XLIII.

Como se desata la manda, si el señorio de la cosa de que es fecha, le gana despues aquel a quien era mandada.

Rescibiendo (1) algun ome, en manera de donacion, aquella cosa misma que algund testador le ouiesse mandado, quier gela diesse aquel que la auia mandado, o otro qualquier que la touiesse, non puede demandarla despues por razon de aquel testamento en que le fue mandada. Pero si la cosa que fuesse dexada en testamento a otri, la diessen despues algunos otros, que non fuessen herederos del testador, al sieruo de aquel mismo a quien fue mandada; estonce el señor del sieruo bien puede demandar la estimacion de aquella cosa que le mandaron, al heredero del testador, maguer que las cosas que gana el sieruo pertenescen al señor. E avn dezimos, que si aquel a quien es mandada alguna cosa en testamento, o en codicilo de otro, la ganasse despues por compra, o por cambio, de alguno que la touiesse; estonce avn, bien puede demandar al heredero del testador la estimacion della, e el deuegela pagar.

LEY XLIV.

Como vale, o non, la manda, que es fecha de vna cosa en testamento de dos omes.

Vna casa (1), o vna viña, o otra cosa qualquier, seyendo mandada a algun ome en testamento de dos testadores, que lo fiziessen apartadamente; si acaesciesse, que aquel a quien la mandaron, que ouiesse primero la estimacion de aquella cosa del heredero del vn testador, bien puede por esso avn demandar al heredero del otro, que le de aquella cosa que le fue mandada. Mas si primeramente rescibiesse aquella cosa misma que le fue mandada, del heredero de vn testador, auiendo la possession e la propiedad della, de manera que segund derecho non gela pudiessen contrallar (2), es-

LEX XLII.

Testatore ex lana vel tignis legatis, ædificium, vel pannum faciente, revocatur legatum. Et quadriga, aut curru legato debetur etiam bestia adducens currum, vel quadrigam; qua mortua, interit legatum, nisi aliam ejus loco apponat testator. Hoc dicit. Concordat D. *de legat.* 3. l. *si cui lana*, et l. *lana legata*.

(1) *Paño.* Prosequitur ista lex notata per Azon. *C.* cod. in sum. col. fin. vers. *Item liberatur hæres propter transformationem rei.*

(2) *La bestia.* Loquitur ista lex quando unus tantùm equus, vel mulus ducebat currum. Quid vero, si esset quadriga vel currus, qui duobus mulis veheretur, qui fuit legatus; an uno perempto, pereat legatum, vel debeantur reliquiæ, quæ supersunt? Distingue, an sit legata proprietas vel ususfructus; nam si ususfructus currus fuit legatus, cùm tale legatum respiciat formam rei, illa perempta deficit legatum, ut probatur in l. *quid tamen*, §. fin. ubi Ang. et Bald. et in l. *repeti*, §. fin. D. *quibus mod. ususfruct. amit.* si vero proprietas legatur, tunc dic ut per Imol. et Paul. de Castr. post Bart. in l. *peculium*, §. *quadrigæ*, D. *de legat.* 2.

LEX XLIII.

Si rem legatam recipiat legatarius jure donationis à testatore, vel alio, non potest eam petere jure legati; secùs si sit donata servo legatarii per extraneum, qui nihilominus petet æstimationem jure legati ab hærede; si tamen ex titulo oneroso legatarius rem legatam ab aliquo eam tenente consequatur, potest pretium petere ad hærede testatoris. Hoc dicit. Habuit originem à l. *si servus legatus*, §. *si id quod*, D. *de legat.* 1. et à §. *si res aliena*, *Institut. de legat.*

(1) *Rescibiendo.* Prosequitur notata per Azon. *C.* cod. in summa, col. fin. vers. *Item succurritur hæredi.*

LEX XLIV.

Eadem re uni in diversis testamentis legata, si prius ab uno legatarius consequitur æstimationem, ab alio rem petere potest; sed si prius rem consequitur taliter quod ab eo evelli non potest, non potest postea æstimationem petere. Hoc dicit. Habuit ortum ab *Institut. de legat.* §. *hac ratione*, et *de legat.* 1. l. *planè*, la 1. §. *sed si duorum.*

(1) *Una casa.* Prosequitur dicta Azon. *C.* cod. in summa, col. fin. vers. *sed et ubi res mihi legata est in duorum testamentis.*

(2) *Contrallar.* Vide D. *de legat.* 1. l. *non quocumque*, in princ.

tonce non podria demandar la estimacion della al heredero del otro que gela auia dexado.

LEY XLV.

Como, si la cosa es mandada muchas vezes en el testamento, non es tenudo el heredero de la dar mas de vna vez.

Muchas vegadas (1) mandando el testador vna cosa misma, assi como casa, o viña, o otra cosa señalada, a vn ome en vn mismo testamento, non se entiende que el heredero la deue dar mas de vna vez (2). Mas si acaesciere, que el testador mandasse a otro quantia cierta de marauedis, o de otra cosa qualquier que se pudiesse contar, o pesar, o medir, e en aquel mismo testamento le mandasse tanta quantia cierta muchas vezes; si aquel a quien la mandaron (3) pudiere prouar, que quantas vegadas le mando aquella quantia, tantas vegadas fue su entencion de acrescer en la manda, estonce bien puede auer todas las quantias que son nombradas en el testamento cumplidamente; mas si non lo pudiere prouar, deuese tener por pagado de la vna quantia dellas. Pero si el testador mandasse en su testamento quantia cierta de marauedis a vn ome, e despues desto fiziesse otro testamento, o otra escritura que es llamada en latin, Codicillus, en que le mandasse aquella quantia misma otra vez, estonce, se entiende, que el testador quiso fazer tal manda dos veces (4); fueras ende, si pudiere prouar el heredero, que su entencion fuera del testador, que la non ouiesse mas de vna vez.

LEY XLVI.

Si el testador manda a otri algun su sieruo en tal manera, que se sirua del, non se entiende que gelo da del todo.

En tal manera faziendo el testador manda a algun ome, como si dixesse: Mando que fulano mio sieruo, que sirua a tal ome. Por tal manda como esta non se entiende (1), que aquel a quien es fecha la manda, puede auer propriedad, nin señorio en el sieruo; mas aura en su vida el seruicio del tan solamente, e despues que el muriere, deue tornar el sieruo al heredero del testador.

LEY XLVII.

Como si alguno manda a otro carta, o escritura de debdo que le deuan, entiendesse que le manda aquel debdo que le deuian.

Carta, o escritura alguna, que fuesse fe-

LEX XLV.

Si eadem res uni in eodem testamento legetur, semel debetur; sed si legatum est in numero, pondere, vel mensura, et legatarius probet testatorem sæpius legando, voluisse sæpius deberi, ita solvetur, nisi hæres probet testatorem voluisse unam fieri præstationem. Si tamen eadem quantitas legetur eidem in testamento, et postea in codicillis, præsumitur quod testator bis eam voluit præstari, nisi hæres probet contrarium. Hoc dicit. Habuit ortum à l. *plane*, §. *si eadem*, cum sequentib. D. *de legat.* 1.

(1) *Muchas vegadas.* Prosequitur dicta Azon. C. eod. in summa, col. fin. ad fin. vers. *item succurritur hæredi.*

(2) *Mas de vna vez.* Concordat cum. l. *planè*, §. *si eadem*, D. *de legat.* 1. et cum l. *Mævius* §. *cum*, D. *de legat.* 2. et procedit secundum Joan. de Imol. Raph. Paulum et Alesand. etsi testator expressè dixisset, quod eadem res sæpiùs pcæstaretur; cum eadem res ex eadem causa sæpius non videtur posse pcæstari, vel deberi. Quid autem si testator legavit fundum Cornelianum Titio, et in eodem testamento eumdem fundum legavit servo Titii; an tunc legatum multiplicabitur? L. 14. suprà eod. facit, quod sic, et adde l. *quid ergo si majorem*, §. *si quis duos*, in fin. et in l. *servo meo*, in princ. D. *de legat.* 1. neque refert secundum Paul. de Castr. in dict. §. *si quis duos*, circa fin. quid prius fuerim consequutus; nam, etsi prius rem consequar, possum agere ad æstimationem ex persona alterius, quia non obstat regula de duabus causis lucrativis, cùm habuerunt oriri ambæ in personam ejusdem de directo, sed habeant per obliquum; istud tamen limitat et intelligit Paul. de Castr. post Dinum in dict. l. *planè*, §. *si eadem*, vers. *item quæro*, hoc esse verum, si appareat quod testator voluit pluries præstari, vide ibi. Quid etiam, si primo legavi tibi partem fundi, postea lego tibi fundum? Paul. de Castr. in dict. §. *si eadem*, respondet; quod non videatur secundò legare, nisi eam partem, quam prius legaverat; licèt secùs esset secundum eum, si hæres meus legavit tibi fundum, cujus ego legaveram partem, quia videtur sentire de alia parte non debita, per textum quem dicit notabilem in utroque dicto, in l. *Mævius*, in princ. D. *de legat.* 2. et commendat multum primum dictum, dicens quod prima facie quilibet diceret contrarium. Alexand. tamen ibi videtur in hoc primo dicto tenere contra Paulum, imo quod legando secundo loco fundum, videatur legare totum, et non illam partem, quam primo legavit: vide ibi per eum.

(3) *A quien la mandaron.* Vide in dict. l. *planè*, §. *sed si non corpus*, D. *de legat.* 1. et quod habetur in l. *Semproneus*, D. *de legat.* 2.

(4) *Dos vezes.* Concordat cum l. *quinquaginta*, aliàs incipit, *quingenta*, D. *de probat.*

LEX XLVI.

Si testator legat alicui, ut servus suus ei serviat, intelligitur ad vitam legatarii dumtaxat. Hoc dicit. Habuit ortum, à l. *uxori fructu*, D. *de usufr. legat.* §. ult.

(1) *Non se entiende.* Concordat cum l. *uxori fructu*, §. fin. D. *de usufr. legat.* quem casum dicit ibi Albericus de eo alibi non recordari.

LEX XLVII.

Potest legari instrumentum debiti, et intelligitur per hoc debitum legatum: si tamen testator mandet, quod debitor suus solvat debitum testatoris creditori, non potuit ob hoc agere creditor testatoris contra debitorem, sed contra hæredem, et hæres contra debitorem, ut solvat creditori. Hoc dicit. Habuit originem secunda pars à l. *servo legato*, §. *si testator*, D. *de legat.* 1.

cha sobre debda que deuiessen al testador, seyendo la carta atal, que se pudiesse el debdo prouar por ella; si tal carta mandasse el testador a algun ome, entiendese que le manda aquel debdo (1), que le deuen por aquella carta. Otrosi dezimos, que si algun testador ouiesse a dar quantia cierta de marauedis a algun ome, e dixesse assi en su testamento; que mandaua a otro alguno que fuesse su debdor, que los marauedis que le deuia, que los pagasse aquel otro; por tal manda como esta non se entiende (2) que aquel que deuia auer los marauedis del testador, que los podria demandar a aquel su debdor, a quien mando que gelos diesse; mas bien puede pedir al heredero del testador, que le constriña al otro, de manera que gelos faga dar, e el heredero (3) ha poder de lo fazer.

LEY XLVIII.

En que tiempo, e en que lugar, pueden demandar las mandas.

Fazen los omes mandas a las vegadas de cosas ciertas señaladas, assi como quando dize el testador: Mando a fulano ome, mio sieruo que assi ha nome; o, mio cauallo que es de tal color; o otra cosa qualquier que le mandasse, señalandola de manera que puedan saber ciertamente, qual es; dezimos que la manda que fuesse fecha de tal cosa, como sobredicho es, que la puede pedir aquel a quien fue mandada, luego que el heredero entra la herencia (1) del testador, en alguno destos tres lugares (2), o alli do morare el heredero, o en el lugar do fuere la mayor partida de los bienes del testador, o en otro lugar qualquiera que fuere fallada la cosa, de que fizo el testador la manda. E en qualquier destos lugares do fuere demandada, la deue entregar (3) el heredero; fueras ende, si el testador nombrare lugar cierto, do sea dada la cosa, ca estonce alli deue ser dada, do el ouiesse mandado (4) que la diessen. Otrosi dezimos, que si el heredero mudare la cosa mandada de vn logar a otro engañosamente, por fazer daño a aquel que la deuia auer, si esto fuere prouado, estonce la deue aduzir a su costa aquel lugar (5) onde la traspasso, e darla a aquel que la deuia auer. E esto deue ser guardado en las cosas señaladas, de que faze manda el fazedor del testamento. Mas las otras cosas que son mandadas, de que faze manda generalmente (6), assi como quando dize el testador: Mando a fulano vn sieruo, o vn cauallo, non diziendo qual; o si le mandasse quantia cierta, de alguna cosa que se pudiesse contar, o medir, o pesar; dezimos, que la manda que fuesse fecha de alguna de las cosas

(1) *Aquel debdo.* Concordat cum l. *servum filii*, §. *cum qui chirographum*, D. *de legat.* 1. et hoc ideo, quia si legatum chirographi hoc non importaret, nullam utilitatem legatum afferret; unde si quis renuntiaret instrumento, non ex hoc videtur renuntiare debito in eo contento, sed probationi, quam faceret instrumentum, secundum Bald. in l. *Labeo*, §. 1. D. *de pact.* allegat l. 3. *C. de fid. instrum.* et si lex vel statutum annulat instrumentum, non videtur in dubio annullare contractum seu obligationem, sed tantùm probationes per instrumentum, Joan. de Imol. Raphael, Paul. et Alexand. in dict. §. *cum qui chirographum*, contra Bald. ibi et in l. *hujusmodi*, §. *si ita*, D. eod. et vide per Paul. de Castro 2. vol. consil. 5. incipit, *notandum est quòd præfatum statutum*, et per Decium consil. 17. incipit, *viso puncto.*

(2) *Entiende.* Adde l. *si cui legetur*, §. *si Titio*, et l. *servo legato*, §. *si testator*, D. *de legat.* 1. et l. *fideicommissa*, §. *interdum*, D. *de legat.* 3.

(3) *El heredero.* Cujus contemplatione testator fecit, ut à debito liberaretur, et sic ille agit ex legato, cujus interest, licèt verba legati ad eum non dirigantur, ut in dict. §. *si testator*, et in dict. §. *interdum*, et §. *si Titio*, et vide quæ tradit Socin. cons. 73. vol. 3. in 4. dubio.

LEX FINALIS.

Species purè legata statim adita hæreditate potest peti in loco domicilii hæredis, aut ubi est major pars hæreditatis, vel ubi est res, et ibi est tradenda, nisi testator locum ubi traderetur, expressit: et si hæres malitiosè transportet eam, suis sumptibus eam reducat. Legatum autem in genere, pondere, numero, vel mensura contentum, potest peti in loco domicilii hæredis, vel ubi est major pars hæreditatis, vel ubi hæres solvere incœpit legata, seu ubi testator solvi jussit. Et causa legatorum est breviter absque malitia terminanda. Hoc dicit. Habuit ortum tota ista lex, à l. *quod legatur*, et à l. *si fideicommissum*, in princ. D. *de judic.* et à l. *cum res*, D. *de legat.* 1.

(1) *La herencia.* Vides ergo, quod ad perfectionem et complementum legatorum, ut possint peti, requiritur aditio hæreditatis per hæredem scriptum, ut hic, et in l. *eam quam*, *C. de fideicommis.* hodiè verò dic, ut in l. 1. tit. 2. lib. 5. *Ordinam. Regal.*

(2) *Tres lugares.* Prosequitur ista lex tradita per Azon. *C. ubi fideicomm. peti oportet*, in summa.

(3) *Entregar.* Imo in loco, ubi res est, ut in l. *cum res*, D. *de legat.* 1. in §. 1. et in l. *sed et si suscepit*, §. *si eu*, D. *de judic.* dic quod in quolibet istorum locorum debet tradi: si tamen petitur extra locum, ubi res est, debet hoc fieri expensis legatarii, et ejus periculo, ut in l. *si res*, et l. *nisi si malit*, D. *de rei vendic.* et vide supra eod. l. 38. in princ.

(4) *Mandado.* Vide in dict. l. *cum res.*

(5) *Aquel lugar.* Et adverte, quia etiamsi tempore mortis alibi sit res, ita quod si de illo loco non amoveretur, liberaretur hæres eam præstando in loco illo; si tamen illam inde amovit dolo vel culpa, non liberaretur, etsi velit eam reducere, et præstare in loco illo, sed tenetur reducere eam ad locum, ubi fuit actum, si legatarius velit, ut probatur in dict. l. *cum res*, vers. *sed si alibi*, et ibi ita intelligit Paulus de Castro, et sic ista lex intelligetur, nisi alibi legatarius velit sibi dari, in loco scilicet, ubi hæres convenitur ratione fori. Ista tamen lex Partitarum videtur huic dicto adversari, cùm noluit ultra punire dolum vel culpam hæredis, nisi ut suis expensis reducat rem in eum locum, à quo amovit.

(6) *Generalmente.* Adde l. *quod legatur*, §. *præterea*, et l. *si fideicommissum*, in princ. D. *de judic.* et in dict. l. *cum res.*

sobredichas, que la puede pedir aquel a quien fuere mandada, en aquel lugar do morare el heredero; o alli do fuere la mayor partida de los bienes del testador; o en otro logar qualquier, do el heredero començare a pagar (7) las mandas; o en aquel logar do el testador las mandasse pagar (8). E sobre todo dezimos, que en aquel tiempo, e en aquella manera deuen ser pagadas las mandas, que el testador mando señaladamente en su testamento, que las pagassen. E los pleytos de las mandas, deuen los Judgadores ante quien vinieren, librarlos derechamente, e sin alongamiento (9), e sin escatima ninguna.

TITULO X.

DE LOS TESTAMENTARIOS QUE HAN DE CUMPLIR LAS MANDAS.

Ley 3, tit. 5; Leyes 1, 2, 4, 5, 6, 7, tit. 8, libr. 7 Novis. Recop.

Testamentarios son llamados aquellos que han de seguir, e de cumplir las mandas, e las voluntades de los defuntos, que dexan en sus testamentos. Onde, pues que en el titulo ante deste fablamos de las mandas, queremos dezir en este de los Testamentarios, que las han de cumplir. E mostraremos (1), que quiere dezir Testamentarios, e a que cosas tienen pro, e en que manera deuen ser puestos. E que poderio han en las mandas, e en los testamentos. E como deuen cumplir la voluntad del finado, e fasta quanto tiempo. E quien los puede apremiar que las cumplan. E quien deue entrar en el logar dellos, para cumplir el testamento, si por su culpa lo ouieren a sacar de sus manos. E que pena deuen auer los testamentarios, quando maliciosamente alongassen de cumplir las mandas del testamento.

LEY I.

Que quiere dezir Testamentarios, e a que tienen pro, e en que manera deuen ser fechos.

Ley 1, tit. 19, lib. 10 Novis. Recop.

Cabeçaleros, e Testamentarios, e Mansessores, como quier que han nomes departidos (1), el oficio dellos vno es; e en latin llamanlos Fideicommissarios (2), porque en la fe, e en la verdad destos (3) omes tales, dexan, e encomiendan los fazedores de los testamentos el fecho de sus animas. E tienen grand pro estos atales, quando fazen su oficio lealmente, ca se cumplen, mas ayna por acucia dellos, las mandas que son puestas en los testamentos. E puedenlos establescer para esto, estando ellos presentes ante los fazedores de los testamentos, e aunque lo non sean (4).

(7) *Començare a pagar.* Adde l. *si fideicommissum*, §. fin. et l. *quamvis*, et l. *sed et si*, 1, responso, D. *de judic.*

(8) *Las mandasse pagar.* Vel ubi verisimile est eum voluisse, quod solveretur, ut si dicat centum modios ex illo horreo, nam ibi voluit præstari, ubi est horreum, l. *quod legatur*, et l. *sed et si suscepit*, §. 1. D. *de judic.* et in dict. l. *cum res.*

(9) *E sin alongamiento.* Adde cap. *illud quoque*, in authent. *de hæred. et Falcid.* et ibi Gloss. et Angel. et an ad solutionem legati procedatur via executiva? Vide per Rodericum Suarez in repet. l. *post rem judicatam*, D. *de re judic.* vers. *sextus casus.*

TITULUS X. DE EXECUTORIBUS TEXTAM.

(1) *Mostraremos.* Latius exorditur, quam Jacob. de Aren. qui fecit tractatum de istis, dividens illum in quatuor partes, de quo mentionem facit Joan. Andr. *in addit. ad Speculat.* tit. *de instrumentor. edition.* §. *nunc verò aliqua*, in princ.

LEX I.

Dicitur executor testamenti, cui testator committit factum animæ suæ; et prodest, quia per eum citius impletur testatoris voluntas: et potest constitui executor testamentarius, sive sit præsens, sive absens. Hoc dicit.

(1) *Nomes departidos.* Dicuntur etiam executores, et divisores, et distributores, vel dispensatores, vel ministri, ut tradit Specul. in tit. *de instrument. edition.* §. *nunc verò aliqua*, col. 3. vers. *porrò.*

(2) *Fideicommissarios.* Sic vocat eos Hubertus de Bobio in l. *nulli, C. de Episcopis, et cleric.* et Accursius in l. *uxorem*, D. *ad leg. Cornel. de fals.* et in l. *si quis pro redemptione, C. de donat.* et in l. *Divus*, D. *si cui plus quàm per leg. Falcid.*

(3) *En la verdad destos.* Unde et isti sic electi à testatore præferuntur Episcopo, ut in authent. *de ecclesiastic. tit.* cap. *si quis autem*, collat. 9. non tamen poterit testator prohibere Episcopum, ut non impediat se contra executores testamenti malè agentes, ut notat Abb. in cap. *tua nobis*, *de testam.* et quid si testator nullum reliquit executorem? Dic quod poterit judex tunc ipsum dare, secundum Bartol. in l. 3. D. *de aliment. et cibar. legat.* Item etiam per statutum civitatis deputari executores testamentorum, vide Bald. in authent. *hoc amplius*, 2. column. *C. de fideicommiss.* et Felin. in cap. *ecclesiæ S. Mariæ*, col. 40. *de constit.* Item nullo executore nominato hæredi competit executio, etiam in his quæ ad piam causam relinquuntur, ut in cap. 3. *de testam.* vide infrà eod. l. penult. si tamen sit relictum ad redemptionem captivorum, tunc nullo à testatore executore nominato pertinet executio ad Episcopum, at in dict. authent. *de ecclesias. tit.* cap. *si quis ædificationem*, et cap. 11. vers. *si autem pro redemptione.* In relictis verò pro restitutione per vim ablatorum, seu illicitè acquisitorum, de quibus non aliter, quàm ex testantis confessione appareat, executio pertinet ad nominatos per testatorem, vel hæredem, seu executorem à judice constitutum, secundum Joan. de Ana. et Felin. in cap. *cum sit de Judæis*; si vero aliunde constaret de talibus malè ablatis, fiet de consilio Episcopi, secundum Abb. et Felin. in dict. cap. *cum sit*, cap. *sicut dignum*, §. *eas insuper*, *de homicid.* Ad diffiniendum tamen, quæ ex usuris testator acquisierit, non potest alium quàm Episcopum nominare, Dominic. consil. 20. quem videas; et adverte, quod si iste executor sit suspectus, poterit removeri: vide Speculat. in dict. §. *nunc verò aliqua*, fol. 6. column. 3. vers. *quid si executor est suspectus.*

(4) *Que lo non sean.* Adde l. 1. §. fin. D. *de procurat.* sunt enim isti executores quasi quidam procuratores constituti post mortem, secundum Bald. in l. *quæ fortuitis*, col. 7. *C. de pignorat. actione.*

LEY II.

Que poderio han los Testamentarios en cumplir las mandas de los testamentos, e como deuen cumplir las mandas del finado.

Ley 1, 2 y 3, tit. 19, lib. 10 Novis. Recop. Poderio han los Testamentarios de entregar e de dar las mandas (1) que son fechas en los testamentos, e en los codicilos, en la manera que los fazedores de los testamentos lo ordenaren. E pueden procurar, e demandar las cosas (2) de que fuessen fechas las mandas, quier las touiesse el heredero del finado, quier otri. Pero si los herederos sospecharen (3) que los cabeçaleros non daran las mandas a aquellos a quien fueron mandadas, deuen tomar tal recabdo dellos, que sean ende seguros que las den, segund son escritas en el testamento. E si tales omes fuessen, que no sean sospechosos, assi como Frayles (4), e omes religiosos, non deuen tomar este recabdo dellos; nin son ellos tenudos de lo dar, maguer gelo de-

LEX II.

Executor testamenti potest legata solvere, et ea ab hærede exigere: nec tenetur solvendo legata hæredi cavere, si sit religiosus, vel suspicione carens, aliàs sic. Hoc dicit.

(1) *De dar las mandas.* Habes hic expressum, quòd executor testamenti potest mittere legatarium in possessionem rei legatæ; quod nota, nam Specul. in dict. §. *nunc verò aliqua*, fol. 7. colum. 1. versic. *item dicunt quidam*, potius inclinat, quòd executor non possit propria auctoritate capere res legatas, imò oportet, quòd sibi tradantur, allegat l. fin. §. fin. *C. arbitr. tutel.* et l. *orphanotrophos*, §. 1. *C. de episcopis, et cleric.* potest dici, quod invito hærede non possit, quia non potest executor per vim expellere hæredem à possessione, *D. de regul. jur.* l. *non est singulis*, et vult Bald. in l. *id quod pauperibus*, col. 6. vers. 18. *quæritur*, *C. de episcopis, et cleric.* et benè facit quod inferius subditur in ista lege, ibi: *pueden procurar, y demandar las cosas, etc.* Hærede tamen non resistente, satis videtur quod possit hoc facere executor in rebus specialiter legatis; pro quo etiam est, quod adducit idem Bald. in dict. l. *quod pauperibus*, colum. 7. vers. 15. *quæro*, et vers. *quæritur*, 16. ubi dicit, quòd restitutionem, quæ est facti in fideicommisso universali, potest facere executor, et etiam restitutionem legati particularis: adde etiam Bald. in l. *non dubium*, *C. de legib.* quòd si ipse executor est etiam legatarius, potest tunc capere legatum propria auctoritate, allegat l. *fistulas*, §. *fundum*, *D. de contrahend. empt.* et quod notatur in l. *de his*, *C. de furt.* In hoc tamen attendenda est forma commissionis, et potestatis executori à testatore datæ, cùm ex ea pendat potestas executorum, ut tradit idem Bald. in dict. l. *id quod pauperibus*, colum. 4. vers. *venio ad quartum*; et tradit Bartol. in l. *alio*, column. 3. *D. de aliment. et cibar. legat.* et facit quod etiam statim subditur in ista lege, ibi: *en la manera que los fazedores de los testamentos lo ordenaren.*

(2) *Demandar las cosas.* Adde l. *nulli*, *C. de episcopis, et cleric.* et vide quod habetur infrà eod. in l. 4.

(3) *Sospecharen.* Tunc ergo permittitur hæredi petere cautionem istam ab executore, quando justam habuerit causam suspicionis, non aliàs; quia regulariter executor non satisdat, ut notat Bart. ubi bonus textus, in l. *Divus*, *D. si cui plus quàm per leg. Falcid.* bonus textus in l. *liberto*, §. *Largius*, *D. de ann. legat.* l. *Firmio*, §. 1. *D. quando dies legati ced.* et per Salicet. in l. *nulli*, versic. *quæro*, 2. extra gloss. *C. de episcopis et cleric.*

(4) *Frayles.* Qui executores testamenti esse possunt, impetrata superioris licentia, cap. 2. *de testament.* lib. 6. Clem. 1. eod. tit. ubi bonus textus, quòd monachi tale officium suscipientes coram ordinariis judicibus possunt conveniri de fraude, et culpa, et ut rationem reddant administrationis, etiamsi aliàs sint exempti. Fratres tamen Minores arcentur ab hac executoria per textum in Clement. *exivi*, §. *verum*, *de verbor. signification.* ubi Cardinal. et Anchar. tenuerunt, quòd neque jus eligendi pauperes eis committi possit, idemque tenuerunt Domin. et Philipp. Francus in dict. cap. 2. contrarium tamen in hoc tenuit Bart. in tract. *minoricarum*, lib. 3. cap. 4. dicens, hoc potius esse facti, quàm juris, ideoque eis talem electionem committi posse, l. *cum pater*, §. *hæreditatem*, *D. de legat.* 2. l. *ex facto*, §. *si quis rogatus*, *D. ad Trebell.* et hoc etiam tenuit Roman. consil. 409. column. 2. et sentit Bald. in l. *id quod pauperibus*, colum. 3. *C. de episcopis, et cleric.* idque videtur verius, cùm ratio dicti §. *verum*, cesset in hac electione facienda. Idem etiam tenuit doctor de Covarrubias, vir honorandus, in sua relectione dict. cap. *tua nobis*, *de testam.* colum. 1. qui ex hac ratione vult, electionem executorum eis per testatorem committi posse. Cui dicto multum obstat, quod consuluit Bald. 5. vol. consil. 399. incipit, *de principali instrumento*, num. 2. ubi tenet nullam esse similem declarationem, de qua ibi, factam per fratrem minorem, quia esset occasio nominandi aliquem amicum, in quem pervenirent pecuniæ, et daretur occasio, quòd per illum venirent ad manus fratris minoris, quod fuit motivum dictæ Clement. *exivi de paradyso.* Et ad materiam dicti cap. 2. in princip. *de testam.* lib. 6. quando religiosus possit esse executor testamenti, vide notabile consilium Paul. de Castr. 1. vol. consil. 13. incipit, *super primo dubio*, ubi tenet, quòd illud capitulum non habet locum in religioso, qui esset perpetuò institutus ad curam animarum in aliqua parochiali ecclesia, quia ille dicitur à monasterio plenè translatus, et licèt sit religiosus, non tamen est sub obedientia Abbatis; ibique vult idem esse in Priore conventuali, misso extra monasterium ad regendum aliquem conventum fratrum, licèt iste pro libito Abbatis possit revocari ad claustrum: vide ibi per eum, quia est hoc ultimum satis dubitabile. Adverte etiam, quia Fredericus consil. 293. ad fin. consuluit executionem factam etiam per monachum ordinis Minorum, etiam non impetrata superioris licentia validam esse, licèt fieri non debuerit; et cum ista decisione transit Felin. in cap. 2. *de judic.* col. 2. et dicit magis communiter teneri Decius consil. 494. et consil. 499. et cum dicto Frederico tenuit etiam in l. *in ambiguis*, §. *non est*, *D. de regul. juris*, qui tamen in dictis consiliis ab ista opinione recedit per l. *non dubium*, *C. de legib.* et per alia, quæ ibi videbis. Et contra opinionem Frederici tenet etiam Philippus Francus in dict. cap. 2. in princip. inducens ad hoc illum textum, cùm dicit; *religiosus executor esse non potest.* quæ verba actum in contrarium gestum nullum esse ostendunt, Gloss. cap. 1. *de regul. juris*, lib. 6. et in l. *Gallus*, in princ. *D. de liber. et posthum.* sed fortè opinio communis substentari potest, quia ad l. *non dubium*, ipsemet Fredericus respondet, quòd ubi lex aliquid simpliciter prohibet propter honestatem, quòd valebit actus, licèt sit contra legem; allegat Joan. Andr. in cap. *sicut*, *ne clerici vel monachi*, et ad textum in dict. cap. 2. in princip. responderi potest, quòd ibi verbum *non potest*, non ponitur respectu valoris facti, seu respectu juris, sed respectu ipsius monachi tale officium suscipientis, vel exequentis, et sic respectu ipsius, cùm velle vel nolle non habeat, non potest; non tamen negatur, quòd si de facto faceret, actus teneret, eo quia talis actus fit ad alienum commodum, et non ipsius monachi, quia si ipsius monachi favor tantùm esset, actus nullus esset: et ita procedat quod dicit Gloss. in dict. cap. 1. et quod habetur in l. *nemo potest*, *D. de legat.* 1. et benefacit, nam licèt alteri stipulari nemo possit, l. *stipulatio ista*, §. *alteri*, *D. de verb. oblig.* tamen adhuc illi acquiritur naturalis obligatio, ut laté tradit Alexand. in dict. §. *alteri.* Adverte etiam, quia et fœmina potest esse executrix testamenti, l. *à filio*, in princip. ubi Bartol. *D. de aliment.*

mandassen. Ca tales personas como estas, deue ome sospechar, que lo faran bien (5).

LEY III.

Que los Testamentarios deuen cumplir la voluntad del finado, e non segund su aluedrio.

LL. 1, 2 *y* 3, *tit.* 19, *lib.* 10 *Novis. Recop.*

Si el fazedor del testamento mandasse dar a personas ciertas de lo suyo algunas cosas señaladas, o cierta quantia de marauedis, e todos los otros bienes que ouiesse, dexasse en mano de alguno que establesciesse por su testamentario, otorgandole poder, que el segund su aluedrio los partiesse a pobres, tal testamentario como este, non puede dar mas a niuguna de aquellas personas ciertas, de quanto el le mando dar señaladamente (1) en su testamento: maguer viesse el, que alguno dellos era muy pobre, e seria bien de darle mas

et cibar. legat. et uxor relicta executrix in testamento mariti, non amittit jus executionis, etsi contrahat secundas nuptias, secundum Bart. ibi, et tenet Decius in l. 2. D. *de regul. jur.* Bartol. in authentic. *eisdem*, *C. de secund. nupt.* ad fin. et vide Joann. de Plat. in l. *patrimoniorum*, *C. de muner. patrim.* lib. 10. minor etiam 25. annorum, major 17. annorum, potest esse executor testamenti, Glos. in dict. cap. 2. in princip. *de testam.* lib. 6.

(5) *Lo faran bien.* Nota hic præsumi pro religiosis, et adde cap. 2. *de novi operis nunciat.* et ibi Glossa: et Gloss. in cap. *de præsentium portitori*, 16. quæst. 1.

LEX III.

Executor non potest excedere mandatum testatoris in legatis certis: sed si arbitrio executoris distributionem bonorum testator ei committat in pauperibus, potest liberé inter pauperes illos, quibus testator nihil certum reliquit, distributionem facere. Hoc dicit.

(1) *Le mando dar señaladamente.* Hoc ideo, quia generaliter facultas data commissario executori non refertur ad easdem personas, de quibus jam per testatorem erat specialiter provisum, ut in l. *talis scriptura*, in princip. D. *de legat.* 1. l. *doli clausula*, D. *de verb. obligat.* l. *cohæredis*, §. *qui patrem*, D. *de vulgar. et pupillar.* l. *alimenta*, §. *basilicæ*, D. *de aliment. et cibar. legat.* et eod. tit. l. *Stichus*, et D. *de legat.* 3. l. *uxorem*, §. *felicissimo.* Si verò dispositio specialis in istis personis non præcesserat, sed prius præcesserat provisio generalis, et postea specialis, tunc secùs esset, imò generalis provisio præcedens refereretur etiam ad illum, cui specialiter est provisum, ut est casus notabilis in l. *Titia*, §. *qui Marco*, D. *de annuis legat.* Bart. post Glos. in l. *quæsitum*, §. fin. D. *de usufruct. legat.* columm. 3. vers. *venio ad secundam quæstionem*, et est ratio, quia quando generale præcedit, secundum sui naturam jam comprehendit omnia sub se contenta, et ideo speciale subsequens non est sic potens, ut possit derogare in his, quæ jam sunt comprehensa; sed quando speciale præcedit, et postea sequitur generale, tunc appositio primi specialis impedit omnia comprehendere. Unde solet dici, quòd facilius impeditur faciendum, quàm jam factum, l. *patre furioso*, D. *de his qui sunt sui*, *vel alien. jur.* istam rationem ponit Alberic. post Petrum, cujus fuit dicta distinctio in dict. §. *qui Marco*, et in terminis nostræ legis. Quod si præcesserat generalis provisio, poterant speciales legatarii habere etiam ex provisione generali, tenet Arch. in cap. *quia Joannes*, 12. quæst. fin. dicit enim: Pone testatorem generalem, fecisse mentionem, dicendo sic, "volo quòd centum de bonis meis distribuantur inter pauperes civitatis Bononiæ," et certis ex pauperibus ipsius civitatis relinquit cuilibet decem; numquid illi petere poterunt de generali legato, non obstante speciali legato eis relicto? Dic quòd sic, D. *de annuis legat.* l. *Titia*, §. *qui Marco*, et argumento D. *de aliment. et cibar. legat.* l. *à filio.* Ego tamen crederem in casu hujus legis nihil referre, an prius præcesserit specialis provisio vel generalis, ex eo quia in casu isto non potest dici, quòd generalis provisio præcedens comprehenderet istos pauperes, quibus testator specialiter legavit: quod patet, quia legatum generale non debebatur omnibus pauperibus; sed sufficiebat in certis distribui per executorem; et sic cessat ratio quam superius adduxi, quòd propter legatum speciale non derogetur generali, in quo etiam continebatur ille legatarius specialis, et sic cessat dispositio dicti §. *qui Marco*, et dicta distinctio Petri, et Bartoli, de qua suprà, et restabit dicendum, quòd neutro casu executor poterit distribuere in eum, cui testator aliquid in specie seu in particulari legavit, et procedent leges dicentes, quòd generalis provisio non refertur ad specialiter provisa: et ita videtur in hoc tenere Joann. Andr. *in addition. ad Specul.* in dicto §. *nunc verò aliqua*, tit. *de instrument. edition.* colum. 32. in additione incipienti, *constat quòd tenet institutio pauperum*, ubi refert dicta Archidiaconi, de quibus suprà, et dicit quod Archidiaconus formavit dictam quæstionem non provide, et quòd non potest procedere, cùm in quæstione per eum formata non debetur legatum omnibus pauperibus, ut dixi, sed sufficit in certis distribui; unde secundum eumdem Joann. Andr. procederet quæstio Archidiaconi, si aliter formaretur, videlicet, si inter Sacerdotes curatos civitatis jussisset centum distribui, et postea aliquibus, ex illis legasset aliquid in particulari: dicit etiam ibidem, quòd si testator expressisset per fideicommissarios distribuenda illa centum, et fortius si dixisset, *lego commisariis centum distribuenda, etc.* quæstio sibi non esset dubia: et idem è converso, quando dixisset, *lego dictam summam centum librarum, etc.* non tamen aperit Joann. Andr. quid velit, seu quid decideret, sed quòd quæstio sibi non esset dubia, unde tenenda est menti ista lex Partitarum hoc decidens: et confert in hujus decisionis corroborationem, quod dicit Bald. post Jacob. Butri. in l. *si ecclesiæ*, *C. de Episcopis*, *et Cleric.* ubi dicit, quòd licèt pœna statuta per illam legem, sit quinque librarum auri, contra violantes privilegia ecclesiæ; si tamen in concessione privilegii imponatur certa pœna contra non observantes, non habebit locum tunc pœna illius legis, cum de speciali pœna sit provisum, dict. l. *sanctio legum*, D. *de pœn.* Conferunt etiam adducta per Bald. in l. *non dubium*, col. penult. et fin. *C. de legib.* in quæstione illa, an per appositionem pœnæ specialis videatur sublata pœna nullitatis actus. Similiter dixit Bald. in authent. *hoc amplius*, *C. de fideicommis.* col. penult. vers. *item quæro utrum pœna*, quòd pœna illius authenticæ statuta contra hæredem non adimplentem voluntatem defuncti, non habebit locum, quando testator imposuit aliam pœnam specialem, et illa est soluta per hæredem. Dicit etiam Dinus, quòd si testator fecit testamentum, in quo instituit filium impuberem, et uxori reliquit alimenta, et si filius decesserit in pupillari ætate, substituit ei matrem impuberis et fratrem testatoris, demum moritur impubes in pupillari ætate, et mater et frater testatoris adeunt hæreditatem ex substitutione pupillari, mater non poterit petere alimenta, ex eo quia provisum fuit matri in secundo casu per viam substitutionis, unde videtur recessum à via tacitæ repetitionis, de qua in l. *licèt Imperator*, D. *de legat.* 1. in quo tamen Bald. tenet ibi contrarium, vide ibi per eum. Dicit etiam Bald. in l. 2. col. 1. *C. sentent. rescindi non poss.* vers. *quæro judex*, quòd si judex statuit parti terminum ad probandum exceptionem, deinde statuit generalem dilationem, quòd omissum probari in speciali dilatione, non poterit probari in generali, seu suppleri. Confert etiam quod notat Bald. in l. *executorem*, ad fin. 6. col. *C. de execution. rei judic.* ubi dicit, quòd si sunt duo statuta, unum quòd sententiæ pupillorum mandentur executioni per priorem artium tantum, alium, quod sententiæ à centum libris suprà, mandentur

:

de aquello que le auia mandado el testador: como quier que puede partir los otros bienes que dexo en su poder el testador, entre las otras personas que non son señaladas, e lo han menester, assi como lo el touiere por bien (2).

LEY IV.

En que cosas pueden los Testamentarios demandar los bienes del finado en juyzio, e fuera de juyzio.

Quatro cosas son señaladamente, en que pueden los testamentarios demandar en juyzio, e fuera de juyzio, los bienes del muerto, para cumplir su testamento, maguer non quieran los herederos del fazedor del. E el vno es, quando la manda es para obras de piedad (1) o de misericordia. E el segundo

executioni tantum per potestatem; quod si sit lata sententia pro pupillo in ducenta, quod specialior judex, id est ille qui datus est ætati, exequetur: ibique subdit, quod parvum genus magno generi derogat, et individuum derogat utrique. Facit etiam quod adducit Bald. in l. *si consul*, in 2. lectura, D. *de adoption.* in quæstione illa de legato facto fratribus et Priori, quod quando est in diversis orationibus, Prior non fungatur vice duorum, sed suo speciali relicto, de qua quæstione vide per Cyn. et alios in l. *cum quæstio*, *C. de legat.* per Bart. in dict. §. *qui Marco*, et in l. *si servus communis sibi*, D. *de stipulat. servor.* per Joann. de Plat. in l. *his scholaribus*, *C. de erogat. milit. annon.* lib. 12. vide etiam per Bald. in l. *observare*, §. *proficisci*, col. 3. vers. *sed nunquid judex*, D. *de offic. proconsulis*, *et legat.* an pœna specialis judici in aliquo articulo speciali apposita liberet eum à pœna perjurii, ratione generalis juramenti, quod fecit de observando leges, vel statuta. Sic etiam generalis servo sequens non refertur, ut excludat ea, de quibus jam specialiter erat provisum, l. *quotiens*, *C. famil. ercis.* et l. *cum ita legatur*, §. *qui plures*, D. *de legat.* 2. et in eleganti quæstione adducit Oldral. consil. 121. incipit, *ad primam quæstionem*, col. 2. vers. *ad tertium quæstionem.* Sic etiam generalis confirmatio non refertur ad id, quod est specialiter cassatum, l. *si quis priore*, ubi Gloss. et Bartol. D. *ad Trebell.* et per Jason. in l. *stipulationes commodissimè*, D. *de verbor. obligat.* et dixit Bart. in extravag. *ad reprimendum*, in gloss. super parte *non obstantibus*, quòd modus procedendi per illam constitutionem inductis in crimine læsæ majestatis, non habet locum in casu l. 1. *C. si quis Imperatori maledixerit*, cum ibi sit specialiter provisum, et per dictam constitutionem generaliter loquentem non videtur ei derogatum.

(2) *Touiere por bien.* Sed an poterit distribuere in suos filios, vel consanguineos pauperes? Vide per Bald. in repetit. l. 1. col. 11. vers. super 7. quæstione, *de sacrosanct. eccles.* ubi tenet, quod sic, in minuta distributione, veluti ad alimenta, et bona fide: et adde Abb. in cap. 1. ad fin. *de cohabit. cleric. et mulier.* ubi per textum ibi, vult quod Clericus executor potest distribuere inter consanguineos pauperes. Vide etiam de hoc per Joan. Andr. *in addition. ad Specul.* tit. *de instrum. edition.* §. *nunc verò aliqua*, col. 39. in additione, incipiente, *continuatur hic alia quæstio*, ubi vult quod non posset dare propinquo sibi valde conjuncto, nisi fortè ille conjunctus esset summè pauper; et ibi etiam ad finem, tenet, quod posset de eleemosynis dispensare in filium spurium defuncti pauperem, non de quota aliqua jure filiationis, sed ut pauperi de eleemosynis. An autem executores teneantur inter plurimos pauperes distribuere, vel an possint dari uni tantum? Vide Bald. in repetit. dict. l. 1. col. 12. vers. *juxto hoc quæritur*, ubi dicit hoc solum, auctoritate Prophetæ, *Psalm.* 111. vers. 9. *dispersit, dedit pauperibus*, 86. dist. §. *in ipsa autem liberalitate*, sub cap. 6. et in ead. dist. cap. *non satis* adde Bart. in l. 1. D. *de option. legat.* ubi dicit, quod si testator jubet bona sua distribui inter pauperes eligendos per talem, quod ille non potest unum eligere, et dare ei omnia, argumento illius l. et l. 3. D. *de annuis legat.* nec peccat executor præferendo pauperem pauperi, quia locus est gratificationi, secundum Baldus ibidem, vers. *item quæritur*; vide ibi ejus additionatorem. Et dicit Abb. in cap. *cum in jure*, column. 2. *de election.* quod plures deputati ad certa bona distribuenda inter pauperes, possunt illa distribuere in aliquem ex se ipsis, dummodo aliàs egeat: ibique se remittit ad ea, quæ dixit in dict. cap. 1. *de cohabitat. cleric. et mulier.* vide etiam ibi Bald. de prælato executore, an possit eligere suum conventum, vel pater suum filium pauperem. Et quid si testator dixit, quod daret cui velit, an possit dare sibi? Vide quod in simili dicit Bald. in l. *si is cui*, vers. *extra quæritur*, *C. de fur.* Quid autem si testator jussit bona sua distribui pro malè ablatis, et non apparent tot malè ablata, quæ capiant usque ad quantitatem bonorum, vel usque ad quantitatem taxatam per testatorem, puta mille librarum; nunquid superfluum reddi debet hæredi, vel commissarius poterit de hoc disponere pro anima? Vide Bald. in l. *si quis ad declinandam*, column. 4. *C. de Episcop. et cleric.* ubi post Jacob. Butri. *in suo tractatu executorum*, respondet, quod si testator sic disposuit, ut in aliam causam non convertatur, et tunc reddetur hæredi, quia expressio causæ limitat legatum, l. *Sejo amico*, §. fin. D. *de annuis legat.* aut non ita disposuit, et tunc quod superest debet pauperibus erogari, et sic in aliam causam converti, hæredi adhibito, l. *legatum*, et l. *quidam*, D. *de usufructu legat.* l. *in testamento*, D. *de condition. et demonstrat.* l. fin. D. *de operib. public.* et in authent. *de ecclesiast. titul.* cap. *si quis in nomine*, et sequentib. Abb. etiam in cap. *tua nobis*, *de testam.* tenet idem, quia credibile est defunctum fuisse obligatum ad talem restitutionem, ex quo ipse hoc jussit. Nota tamen ad istam legem, quod si executor testamenti malè arbitretur in eligendo pauperes, recurri potest ad judicem; vide per Baldum in authent. *præterea*, *C. unde vir*, *et uxor.* Sed quid si civitas indigeat reparatione murorum, vel pontium, seu viarum, nunquid de talibus relictis pro anima arbitrio executoris erogandis, poterit fieri dicta reparatio, etiam invito executore? Videas per Lucam de Penna in l. unic. *C. de espensis publicor. ludor.* lib. 11. qui allegat pro utraque parte, et concludit, quod possit fieri, per maximè urgente necessitate, puta, ut ipse ait, quia bella hostiumque insidiæ frequenter insultant civitatem, neque aliunde possit haberi pecunia sine scandalo civitatis. Videas latius ibi per eum, qui etiam tractat in vers. *secundo quæritur*, an si testator jubeat capellas construi in loco religiosorum, possit hoc converti in faciendo vel reficiendo dormitorio, quo religiosi indigent; et vult quod possit fieri Episcopo dispensante: et divina quæ testator jussit celebrari, celebrabuntur in ipsa ecclesia monasterii.

LEX IV.

In quatuor casibus invito hærede exigit commissarius in judicio bona defuncti, scilicet pro executione relictorum ad pias causas, vel ob alimenta indigentium, vel quando quid fuit relictum aliis una cum commissariis, vel quando testator dedit liberam potestatem commissariis petendi in judicio vel extra, bona sua ad executionem testamenti: aliàs non potest, sed legatarius aget contra hæredem pro suo legato. Hoc dicit.

(1) *Para obras de piedad.* Adde l. *nulli*, *C. de Episcopis*, *et cleric.*

es, quando el fazedor del testamento manda alguna cosa a otros en vno con los testamentarios (2). E el tercero es, quando la manda es atal, que es establecida para gouernar (3) huerfanos, o otras personas qualesquier. E el quarto es, quando el fazedor del testamento dize assi: Que da libre poder (4) a sus testamentarios, que puedan demandar en juyzio, e fuera de juyzio, los bienes del fazedor, para cumplir sus mandas. E sacadas estas quatro cosas sobredichas, en otro caso ninguno non han poder (5) los testamentarios de demandar en juyzio los bienes del muerto, para cumplir sus mandas. Mas cada vno de aquellos a quien es mandado algo en el testamento, puede por si demandar a aquel que touiere los bienes del finado, la parte que le fue mandada en el testamento. E segund el departimiento que se muestra por esta ley, se entiende en todas las otras, que fablan del poderio que han los testamentarios.

LEY V.

Quien puede cumplir las mandas que son fechas para sacar catiuos, si el fazedor del testamento non dexa Testamentario que lo cumpla.

Dexando algun ome en su testamento marauedis, o heredad, o otra cosa cierta, que mandasse dar por su anima, de que sacassen catiuos (1); si non señalasse (2) omes ciertos, que cumpliessen esto, estonce el Obis-

(2) *En uno con los testamentarios.* Tunc enim non sunt nudi ministri, et ideo agunt, l. *si quis Titio*, et ibi Bart. D. *de legat.* 2. l. *si legatarius*, D. *de legat.* 3. Gloss. in l. *Lucius*, §. *Mævia*, D. *ad Trebell.*

(3) *Gouernar*, Id est ad alimenta, et adde l. *alio*, D. *de aliment. et cibar. legat.* et Glos. in dict. §. *Mævia*, ubi etiam Paulus de Castro.

(4) *Que da libre poder.* Ut jam dixi suprà eod. l. 2. executorum potestas pendet à facultate, quam eis dat testator; poterit ergo indistinctè agere, si à testatore talis potestas sit ei data, ut hic: et facit l. *quidam*, §. *si scriptus*, et l. *si à pluribus*, D. *de legat.* 1. Cardin. in Clement. unic. quæst. 13. *de testam.* ubi etiam Joan. de Imol. column. fin. Et hodie communiter solent dari per verba magis ampla, quàm hic habentur, de quibus vide per Bartolum latè in l. *alio*, D. *de aliment. et cibar. legat.* ubi vide de istis facultatibus, et qualiter debeant se habere executores in vendendis et alienandis rebus hæreditariis: et ibi dictis adde, quid si aliquis emit ab aliquo tanquam ab executore ultimæ voluntatis, et longo tempore tenuit, hæres vendicat, ille dicit bona fide emisse, non tamen potest probare quod ille fuit executor, Bald. in l. 1. *C. de reb. alien. non alien.* decidit, quod nisi emptor probet ex aliquibus conjecturis se credidisse illum executorem, puta quia ita audivit dici à pluribus honestis personis, præsumitur emptor malæ fidei, et ideò non præscribit. Et ad id quod Bartolus tractat in column. 4. an executores possint vendere rem, quam volunt? Adde Bald. in l. *cum non solum*, §. *sin autem legata*, per textum ibi *C. de bon. quæ liber.* et in l. *quandiu*, *C. de distr. pig.* Item, et ad illud quod in ead. column. tractat, an hæres sit requirendus, quando executor vendit, adde quod notat Bald. in l. *captatorias*, *C. de testam. milit.* col. 2. vers. *modo circa hoc quæritur*, ubi dicit, referens Bartolum ita consuluisse, quod si testator commisit declarationem incertorum Cajo, qui declaravit non requisito hærede indistinctè, quod debeant restitui Sejo, tanquam ab eo exorta, quod non tenebit declaratio, quia non est sequutus formam boni viri: subdit tamen Baldus, quod debeat in hoc stari juramento executoris, si est honesta persona, l. *Theopompus*, D. *de dote prælegat.* l. *si quis pro redemptione*, *C. de donat.* et non videtur fieri bona fide, quod fit non citato, neque requisito eo, cujus interest, l. *necesse*, D. *de in diem addict.* l. *cùm quidam*, D. *de legat.* 2. Bald. in l. *creditor*, *C. de distr. pignor.* et dicit Bald. in dict. l. *captatorias*, in fin. quod executores non tenentur requirere hæredes, nisi cùm indigent eorum informatione, vel voluntatis eorum exploratione, quia non sunt judices, sed executores, argùmento, l. *quòd si nolit*, §. fin. D. *de ædilit. edict.* Adde etiam Alexand. 2. volum. consil. 62. incipit, *vissa facti narratione*, quod si hæres est pupillus, et ipsi executores sunt etiam ejus tutores, possunt vendere, non aliàs, requisito pupillo: et ibi vide circa Gloss. in l. *si prædium*, *C. quando decret. opus non est.* Adde etiam, cùm Bart. in dict. l. *alio*, circa fin. dicit, quod promissio de evictione, quam facient executores, obligat hæredes, si promittant, secundum consuetudinem civitatis, quod possunt etiam emptores agere contra hæredes, ut habeant ratum factum executorum, ut ipsi sint magis securi, secundum Bald. in authent. *si captivi*, *C. de Episcopis, et cleric.* Et an executor habens potestatem vendendi, possit vendere filio suo? Vide per Bald. in repetit. l. 1. *C. de sacrosanct. eccles.* 11. et 12. col.

(5) *Non han poder.* Adde l. *Lucius*, §. *Mævia*, D. *ad Trebell.* poterunt tamen implorare officium judicis etiam extra istos casus, ut in l. *quintus*, D. *de annuis legat.* Bart. in l. *si quis Titio*, D. *de legat.* 2. Bald. in l. *nulli*, *C. de Episcopis, et cleric.* et adverte quod quando sunt hæredes instituti, unus executor non potest contra alium executorem agere, secundum Paul. de Cast. notabiliter in l. *qui proprio*, §. *si duobus*, D. *de procurator.* ubi hoc modo limitat dictum Bartoli ibi, qui dicit unum executorem contra alium agere posse; nam procedit secundum eum, nisi aliquis specialiter sit hæres institutus. Et quando executor testamenti posset conveniri à legatariis, vide per Bart. in l. *Firmio*, §. 1. D. *quando dies legati cedit.*

LEX V.

Si testator legat certam quantitatem ad redimendum captivos, et non dimittit executorem, qui hoc adimpleat, recipiat Episcopus loci originis testatoris legatum, vel Episcopus loci, in quo est major pars hæreditatis: aut si testator est advena, et nescitur unde est, recipiat Episcopus loci ubi moritur, et coram judice ordinario illud scribat cum die, et mense; et post annum reddat judici computum qualiter expendit; nec potest Episcopus, vel Notarius aliquid pro labore recipere. Hoc dicit.

(1) *Sacassen catiuos.* Ista dicitur causa piissima ut in authent. *ut cum, de appellat. cognosc.* cap. 3. §. *si unum*, et ibi Bartol. collat. 8. et permittitur ob redemptionem captivorum, quod aliàs non permittetur, ut in authent. *de restitut.* collat. 8. authent. *res quæ*, *C. communia de legat.* cap. *aurum*, 12. quæst. 2. et adde l. 2. et quæ ibi dixi, tit. 29. 2. *Part.* In quocumque alio relicto ad pias causas locum habebit capitulum *si hæredes*, *de testam.* ubi nullo executore à testatore nominato, executio fieri debet per hæredem, et per ejus negligentiam executio pertinebit ad Episcopum, ut in dict. cap. *si hæredes*, ubi Abb.

(2) *Si non señalasse.* Nam si designasset, illi præferuntur Episcopo, l. *nulli*, *C. de Episcopis, et cleric.* et cap. *si quis autem pro redemptione*, in authentic. *de ecclesiast. titul.* collat. 9. et adde etiam, quod præfertur alteri privilegiato à Papa, quod possit recipere relicta ad piam causam, secundum Joan. And. in *addition. ad Specul.* tit. *de instrumentor. edition.* §. *nunc vero aliqua*, in additione incipien-

po de aquel logar onde es natural el que fizo el testamento, o aquel en cuyo obispado (3) ouiere la mayor parte de sus bienes, lo deue fazer cumplir. Pero el Obispo, luego que aya recebidos los marauedis sobredichos, o aquella cosa que fue establescida para sacar catiuos, deue dezir al Juez Ordinario de aquel logar que faga escreuir (4) en su registro la quantidad de aquel auer, o de aquella cosa que recebio por esta razon, e el dia, e el mes, e la era en que lo recibio. Otrosi dezimos, que los herederos del fazedor del testamento non pueden embargar al Obispo, que non reciba los maranedis, o aquella cosa que fuesse establescida del testador, para sacar catiuos. Pero despues que sea passado vn año que recibio los marauedis para esto fazer, tenudo es el Obispo de dar cuenta (5) por si, o por otro, al Juez Ordinario (6), quantos catiuos saco, e quanto dio por cada vno de aquellos dineros. E tambien el Obispo, que esto ouiesse de fazer, como los otros Escriuanos, que escriuen alguna cosa de las que son dichas en esta ley, non deuen tomar para si, por razon del trabajo (7) que lieuan en esto, ningnna cosa de aquellas que son dadas para sacar los catiuos; ante lo deuen fazer de grado, e sin precio ninguno (8). E esto es, porque son dexadas para obra de piedad: e los Obispos, si contra esto fiziessen, errarian en quatro maneras. La vna, contra Dios. E la otra, contra el anima del finado. E la tercera contra los parientes del muerto. E la quarta, al Señor de la tierra, que es guardador de todos los bienes (9) de su Señorio. E si por auentura acaesciesse, que alguno de los que fiziesen tal manda, para sa-

ti, l. *cujuscumque*, ubi vide, et habes hic, quod executor testamenti designari debet à testatore. Sed an testator possit alii committere nominationem executoris? Bald. in l. *id quod pauperibus*, col. 4. vers. *modo juxta prædicta quæro*, distinguit, an committatur factio executoris, et non potest committi; an nominatio et declaratio, et tunc sic: vide Bart. in l. *quidam relegatus*, D. *de reb. dub.*

(3) *O aquel en cuyo Obispado.* Lex *nulli*, non dicit de isto, sed tantùm de Episcopo loci originis defuncti; Glossa tamen ibi dicit, quod uterque Episcopus exequi potest. Jacobus verò de Beloviso, et Albericus post eum distinguunt, quod si patrimonium defuncti est in utroque loco, tunc quilibet potest distribuere res suæ diœcesis, et sic non concurrent in executione, sed erit executio divisa per loca, l. 1. *C. ubi petant. tutor.* aut bona sunt in altero loco tantùm, et tunc ille Episcopus, in cujus loco sunt bona, exequetur, argumento l. *si fideicommissum*, D. *de judic.* Si verò in neutro loco sunt bona, sed in alio tertio loco, tunc præferetur Episcopus originis, ut in dict. l. *nulli*, et in l. *cives*, *C. de incol.* lib. 10. Si verò origo est dubia, tunc Episcopus domicilii; et si de domicilio est dubium, tunc Episcopus civitatis, in qua defunctus est, per dictam l. *nulli*; quod limitabat Petrus esse verum in rebus solo cohærentibus, quæ sunt propriè de territorio vel diœcesi: sed pecunia non intelligitur esse hujusmodi. Bald. tamen in dict. l. *nulli*, col. fin. dicit, quod in pecunia exequitur ille Episcopus, qui potest celerius exequi, argumento illius l. *nulli*, §. 1. versic. *sine ulla cunctatione.* Fortè per istam legem alternativè loquentem, dicendum esset, quemlibet istorum Episcoporum hoc posse, et quod sit locus præventioni, argumento l. *si quis postea*, D. *de judic.* et l. *ubi captum*, D. eod. et l. *cum quædam puella*, D. *de jurisdict. omn. jud.* saltem hærede petente, ut post præventionem unius alius se non intromittat, sed remittat executionem ad alium, juxta dicta Innocent. in cap. *cum M. Ferrariensis*, *de constitut.* ad fin. ubi Felin. latè, col. 13. et 14.

(4) *Faga escreuir.* Habes hic, quòd executor testamenti tenetur facere inventarium, et adde Specul. et ibi Joan. And. in addition. tit. *de instrum. edition.* in §. *nunc verò aliqua*, col. 18. vers. *sed an tenetur*, Bald. in l. *nulli*, col. 2. *C. de Episcopis, et cleric.* et in authentic. *sed cum testator*, in fin. *C. ad leg. Falcid.* et an isti teneantur jurare? Vide per Joan. de Plat. in l. penult. in princip. *C. de erogation. militar. ann.* lib. 12. Gloss. et Bart. in l. *Dicus*, D. *si cui plus quàm per leg. Falcid.*

(5) *Dar cuenta.* Similiter et executor designatus à testatore, tenetur reddere rationem Præsidi, et etiam Episcopo in relictis ad pias causas, l. *si quis pro redemptione*, et ibi notat Bald. *C. de donation.* imò ibi dicit Bald. quod reddere tenetur rationem cuiçumque cujus interest, et dicit Bald. in l. *si quis ad declinandam*, col. 5. *C. de Episcopis, et cleric.* quod omnes tales executores dati ad pias causas, tenentur Episcopo reddere rationem, et ipse potest contra eos inquirere, et eos punire: et an sufficiat juramentum executoris in ista redditione rationum? Glossa videtur velle, quod sic, in dict. l. *Dicus*, D. *si cui plus quam per leg. Falcid.* vide Bart. post Cyn. in l. *id quod pauperibus*, *C. de Episcopis, et cleric.* intelligit et legatis minutis seu parvis distributionibus; magna tamen debeant probari per testes: et vide quæ ibi Alexand. allegat *in addition.* Adde etiam Bald. in dict. l. *si quis pro redemptione*, ad fin. ubi vult, quod in his quæ habeant difficultatem probationis, stetur juramento executoris: et adde eumdem Bald. in l. *nulli*, col. penult. *C. de Episcopis, et cleric.* ubi etiam vide Salicet. col. penult. vers. *quæro qualiter de erogatione*, ubi et limitat in his, quæ secreto eroganda commissa sunt à testatore disponente.

(6) *Al Juez ordinario.* Adde l. *nulli*, *C. de Episcopis, et cleric.* et habes hic casum, in quo Episcopus efficitur de foro judicis sæcularis; et nil mirum, quia ex quo lex ei dedit istam distributionem, quòd ipse similiter teneatur reddere rationem coram judice sæculari; facit quod notat Baldus de clerico, qui recepit depositum de manu judicis sæcularis, in l. *acceptam*, column. 2. *C. de usur.* Paul. de Cast. tamen in dict. l. *nulli*, ad fin. dicit, quòd hodie Episcopus soli Deo rationem reddit, allegat l. *si quis ad declinandam*, *C. eod.* sed adhuc credo justè in hoc Regem, et ejus Consilium implorari, ut detur cedula, ut Episcopus talem rationem reddat, per istum textum et dictam l. *nulli.* Salicetus tamen in authentic. *licèt*, *C. de Episcop. et cleric.* dicit, quòd olim ita erat dispositum, quod Episcopus redderet rationem præsidi; hodie tamen per textum in authent. *de ecclesiast. tit.* cap. 11. vers. *si autem qui hoc facere jussi sunt*, collat. 9. tenetur reddere talem rationem Metropolitano.

(7) *Por razon del trabajo.* Nota benè, et adde dict. l. *nulli*, *C. de Episcopis, et cleric.* et nota verbum superius positum, *alguna cosa de las que son dichas.* Nam intelligitur de gestis inventarii, et de gestis rationum; unde si executor litiget pro pecuniis exigendis, notarius non debet facere acta gratis, prout etiam notat Salicet. in dict. l. *nulli*, parum post principium.

(8) *Sin precio ninguno.* Nec de relictis ad redemptionem, neque etiam de bursa Episcopi, ut hic, et in dict. l. *nulli.*

(9) *Guardador de todos los bienes.* Nota bonum verbum ad ea, quæ habentur in l. *bene à Zenone*, *C. de quadrien. præscription.* per Glossam, et Doctores.

car catiuos, fuessë ome estraño, que non sopiessen donde era natural, nin morador; el Obispo de aquel logar do muriere, deue fazer cumplir la manda del, en la manera que de suso diximos, si fallare de lo suyo en aquel logar, o en otro, de que lo pueda fazer.

LEY VI.

Fasta quanto tiempo deuen cumplir los Testamentarios el testamento del finado.

Si muchos fueren los testamentarios, en cuya mano dexare alguno su testamento, todos (1) deuen ser en vno para cumplirlo, si pudieren, en aquella manera (2), e fasta aquel tiempo, que el finado mando en su testamento. E si por auentura el non señalare dia, nin tiempo, fasta que lo cumpliessen, deuense ellos trabajar, luego despues de la muerte del testador, de lo cumplir lo mas ayna (3) que pudieren, sin alongamiento, e sin escatima ninguna. E si embargo tan grande ouiessen, por que non lo pudiessen luego cumplir deuense trabajar que lo cumplan en todas guisas, a lo mas tarde fasta vn año despues de la muerte del testador (4). Pero si acaesciere, que

LEX VI.

Pluribus existentibus executoribus testamenti, si omnes interesse nequeunt, aut nolunt, possunt duo vel unus exequi: et debet commissarius exequi testamentum quam citius possit, ita quòd sit infra annum à morte testatoris. Hoc dicit. Habuit originem à cap. *religiosus*, §. *sane*, *de testam.* lib. 6.

(1) *Todos.* Quod omnes executores, et non unus sine alio regulariter debeant exequi, satis probatur hic, et in cap. 2. §. 1. *de testam.* lib. 6. quod intelligit Jacob. Butric. et Bald. post eum in l. *nulli*, col. fin. *C. de Episcopis, et cleric.* quando incerta est distributio, quia debet per eorum arbitrium distribui, prout melius sibi videbitur: sed quando distributio est certa, ut quia dixit testator, detur illud tali pauperi, tunc enim unus tantum potest solvere, et exequi. Quid autem si est discordia inter executores? Vide quæ tradit Speculat. tit. *de instrument. edition.* §. *nunc verò aliqua*, colum. 22. vers. *sed quid erit si sunt plures*, Bald. in l. fin. in princip. *C. communia de legat.* col. 2. ubi respondet ad hoc, quòd in his, quæ sunt ad pias causas, Episcopus est diffinitor; ad prophanas verò Præses loci.

(2) *Si pudieren, en aquella manera.* Nota hoc; est enim regulare, ut voluntas testatoris mandetur executioni intra tempus ab eo diffinitum, quod etiam curret à die aditæ hereditatis, et notat Abb. in cap. *nos quidem*, *de testam.* bonus textus in l. *statuliberos*, §. *si quis hæredi*, D. *de statuliber.* tradit Alexand. in l. *si mihi, et tibi*, §. 1. D. *de legat.* 1. et facit ista lex ad id quod notat Bart. per textum ibi in l. *cum pater*, §. *à filia*, D. *de legat.* 2. quòd executor non possit prævenire diem ab ipso testatore ad executionem suæ voluntatis signatam; unde si testator præcepit, quòd post mortem hæredis, vel post tale tempus distribuerent bona ejus inter pauperes, vel talem summam, quòd tales executores non poterunt in vita hæredis, vel intra tempus designatum eligere pauperes, vel exequi, secundum Bartolum ibi in l. *post mortem*, *C. de fideicommissis*; distributio enim ante illud tempus facta præjudicium non infert futuris tunc pauperibus. Item tenent Angel. et Alexand. in l. *stipulatio ista*, §. *si quis dolum*, D. *de verbor. obligat.* Jason. in dict. l. *post mortem*, col. 2. dicens hanc opinionem esse communem, et idem fatetur Decius in l. *cum tempus*, D. *de regul. jur.* Bald. tamen in dict. l. *post mortem*, col. 4. vers. *sed pone testator*, inclinat in contrariam sententiam in quæstione, quam movet de testatore, qui instituit uxorem suam in vita, volens, quòd post mortem suam bona distribuantur inter puellas virgines, quòd possit uxor in vita eligere puellas, et maritare, quia si testator hoc cogitasset de voluntate uxoris, permisisset ita fieri propter favorem animæ, et sic pro expresso debet haberi, l. *tale pactum*, §. fin. cum glossa ibi, D. *de pact.* ibique respondet ad dictum §. *à filia*, quia ibi legatarii poterant præmori, in quæstione verò ista non: idemque vult, etsi relinquat pauperibus in genere, quia testator in certam personam singulariter non habet affectionem, sed ad genus personæ, id est, qualitatem paupertatis vel pietatis, quæ una, et idem est: sed Alexand. de Imol. in l. *sed et si ante*, D. *ad Trebell.* quam legit sub l. *recusare*, §. fin. ponit opiniones, quæ in hoc fuerunt, et inclinat, quòd sit vera communis opinio in casu, quo pauperes debent eligi, quasi velit secùs, si esset relictum pauperibus simpliciter: vide ibi per eum, qui ad hoc allegat l. *unum ex familia*, circa princ. D. *de legat.* 2. Contra communem etiam opinionem tenet Decius in dict. l. *cum tempus*, ex eo quòd testator disponens potius salutem animæ respexit, quàm tempus executionis, quod fortè adjecit existimans ante illud tempus absque detrimento rei familiaris non posse fieri. Item quòd non magis futuros pauperes, quàm præsentes dilexerit; quæ etiam fuerunt motiva Baldi, et mihi satis placet, quod ponderandæ sint circumstantiæ occurrentes in casu; et si voluntas testatoris non refragetur, satis æqua videtur ista ultima opinio: et pro opinione communi satis benè facit l. *uxori usumfructum*, D. *de usufruct. legat.* cui tamen potest responderi, quod ibi erat hæres, in quem finito usufructu fundus veniebat dandus per hæredem peracto quinquenio libertis, de quibus ibi, prout in eleganti quæstione respondebat Joann. *in addition. ad Specul.* tit. *de locato*, vers. 145. *in addition.* super parte *uxori.*

(3) *Lo mas ayna.* Nota benè istam legem, non enim ita apertè invenio cautum de jure communi, licèt l. *nulli*, *C. de Episcopis, et cleric.* benè facit, ibi: *sine ulla cunctatione*, et quia si hæres tenetur rem legatam statim, cum potest, tradere, et sic exequi defuncti voluntatem, ut in l. *cum res*, et l. *si domus*, §. *in pecunia*, D. *de legat.* 1. sic etiam et executor deputatus: poterit ergo Episcopus, vel sæcularis judex cogere etiam ante annum executores ad executionem testamenti, ut in cap. *si hæredes*, *de testam.* etiam quoad legata profana, Gloss. et ibi Abb. colum. 1. et Imol. column. 3. in dict. cap. *si hæredes.* Potest etiam Episcopus propria constitutione excommunicationis pœnam statuere contra executores negligentes, ut tradit Freder. consil. 95. et Roman. consil. 228. Paul. de Castr. in dict. l. *nulli*, cùm dicit: et scias quòd hodie Episcopi per suas constitutiones generaliter monent executores, quòd exequantur infra annum; quæ monitio potest dici, secundum eum, quòd afficiat scientes, non autem ignorantes se datos executores, ut notatur per Bart. in l. *genero*, D. *de his qui notant. infamia.*

(4) *Fasta un año despues de la muerte del testador.* Tene menti istam legem, nam de jure communi videbatur quòd iste annus curreret à die monitionis factæ per judicem, ut probatur in cap. *nos quidem*, *de testam.* ubi hoc asserunt Imol. Cardin. et Abb. et Bald. in l. *id quod pauperibus*, colum. 3. *C. de Episcopis*, *et cleric.* ubi dicit hanc esse communem opinionem, Abb. etiam consil. 12. vol. 2. et consil. 59. vol. 1. quinimò, etsi constitutione Episcopali caveatur, quod testamenta executioni mandentur à die mortis testatoris infra annum, intelligenda et limitanda est talis constitutio, ut hic annus currat à die aditæ hæreditatis, et scientiæ executoris, prout etiam in specie tenet Abb. in dict. cap. *nos quidem*, col. fin. et Roman. consil. 228. col. 2. et sic videtur, quod sit intelligenda et limitanda ista lex Partitarum; et suprà eadem lege dixi, quod etiam tempus à testatore statutum ad executionem non currit, nisi à die

todos non pueden y ser, o no quieren (5), lo que fizieren los dos, o el vno, deue valer, maguer los otros non se acierten y.

LEY VII.

Quien puede apremiar a los Testamentarios, quando son negligentes de cumplir la voluntad del finado; e quien deue entrar en su lugar, para cumplirla.

Apremiar pueden los Obispos, cada vno en su Obispado, a los testamentarios, que cumplan (1) los testamentos de aquellos que los dexaron en sus manos, si ellos fueren negligentes que non lo quieran cumplir, o que andan maliciosamente en ello. E demas dezimos, que cada vno del Pueblo (2) puede esto fazer saber a los Obispos, porque es obra de piedad. E si los testamentarios non quisieren cumplir la manda del defunto, los Obispos (3) la pueden fazer cumplir, si quisieren, o dar otros buenos Albaceas (4), que la cumplan en lugar de aquellos. E esso mismo seria, si acaesciesse que alguno en su testamento non dexasse testamentarios que lo cumpliessen, que el

aditæ hæreditatis. Et inde est, ut executor testamentarius possit compellere hæredem judicis præcepto ad adeundum hæreditatem, secundum Specul. tit. *de intrument. edition.* §. *nunc verò aliqua*, col. 27. Hodie verò attenta lege regni disponente, legata tenere, et deberi etiam non adita hæreditate, annus iste non esigeret ad ejus cursum aditionem hæreditatis. Confert quod notat Bald. in l. *id quod pauperibus*, col. 4. vers. *ultimo circa tempus*, *C. de Episcopis, et cleric.* ubi dicit, quod annus iste currit ad pias causas ante aditam hæreditatem, cùm hujusmodi legata non pendeant ab aditione: benè tamen placet, quòd de judicis præcepto hæredi notificaretur, ut infra certum tempus adeat vel repudiet, ut sic sine detrimento hæreditatis executio procedat, et si infra tale tempus nolit adire, legata mittentur executioni; et sic saltim à lapsu talis termini curreret iste annus: benè tamen placet, quòd exigatur scientia executoris, cùm regulariter dilatio data à lege non currat ignoranti, cap. *quia diversitatem*, *de concess. præbend.* l. unic. *C. de annal. exception.* l. *annus*, D. *de calumniator.* glossa notabilis in cap. *Titius*, *si de feudo fuer. controv. inter domin. et agnat.* et licèt alias tempus datum in favorem alicujus ad agendum actum, non in odium ipsius, cui datur, currat ignoranti et impedito, glossa singularis, et in cap. *statutum*, *de præbend.* lib. 6. l. 7. tit. 7. lib. 5. *Ordinam. Regal.* id procedit, quando datur in merum alicujus favorem; secus quando datur ad convincendam alicujus negligentiam, prout est in præsenti casu, et satis probatur in dict. cap. *nos quidem*, secundum Imol. ibi, et Abb. in repetitione cap. *cùm esses*, *de testament.* col. final. Probatur etiam infra eod. l. fin. ibi: *seyendo amonestados*, quæ lex ibi videtur probare, quòd requiratur etiam monitio: et vide quæ ibi dico. Adverte tamen quod Speculat. in dict. §. *nunc verò aliqua*, num. 39. dixit, tempus datum ad executionem ultimarum voluntatum etiam currere ignoranti et impedito, quia datur in favorem pauperum, et eorum quibus aliquid ex testamento est distribuendum, et non in odium ipsius executoris: cum quo etiam tenet Cardin. in dict. cap. *nos quidem*, et in dict. cap. *quia diversitatem*, col. 2. Bald. in l. *captatorias*, *C. de testament. milit.* col. fin. dicens in practica ita servari: vide Barbat. in dict. cap. *nos quidem*, num. 33. Quod nota, propter istorum auctoritatem, quibus etiam favere videtur lex ista Partitarum: fortè tamen in puncto juris verior erit opinio contraria, prout etiam vult Didacus à Covarrubias in dict. cap. *nos quidem*, referens aliqua, quæ ibi poteris videre. Adde etiam quod aliquando ad executionem majus, vel minus tempus assignatur, quàm annus, ut tradit Specul. tit. *de instrument. edition.* §. *nunc verò aliqua*, ad fin. quæst. 82.

(5) *Non pueden y ser, o non quieren.* Adde cap. 2. §. *sane*, *de testam.* lib. 6. ubi etiam isti casus ponuntur, et quid si uno ex executoribus mortuo Episcopus velit adjungere alium, vel se ipsum loco ipsius? Bald. in l. *nulli*, ad fin. *C. de Episcopis, et cleric.* dicit, quod non, quia Episcopus negligentiam et malitiam executorum supplere potest; sed non potest in casu fortuito supplere, secundum Joan. And. in novella, in dict. §. *sane*: dicit etiam ibi Baldus, quod acceptatio officii non tribuit jus absenti in remotis, ut non possit alius executor sine eo facere executionem, quia anima testatoris ex sua absentia non debet pendere, nisi esset absentia brevis et modici temporis, quia tunc debet expectari, secundum eumdem Joan. Andr. ubi suprà: allegat etiam Baldus l. *multa non committitur*, D. *de condit. et demonstrat.* unde et ista lex, cùm dicit *non pueden*, procedet in impedimento non modici temporis, secùs si esset modicum, ut probatur in dict. §. *sane*, ibi: *nimium differri*, prout etiam ponderat Joan. Andr. *in addition. ad Specul.* tit. *de instrumentor. edition.* §. *nunc verò aliqua*, col. 21. in addition. incipienti, *iste versiculus.* Item si testator prohibuit unum sine altero non exequi, tunc neque in dictis casibus posset unus, ut in dict. §. *sanè*, in fin. et vide in dict. addition. per Joan. And. quid si unus sine altero litigare velit in judicio, an possit? et concludit, quod sic, quando litigare velit ad pias causas, si interveniat auctoritas judicis, cap. *si duo*, §. fin. *de procurat.* lib. 6.

LEX VII.

Si executor non vult exequi testatoris voluntatem, Episcopus exequitur, vel alium ponat, qui exequatur: et potest executoris negligentiam quilibet de populo Episcopo denuntiare; et si testator non dimisit executorem, et hæres non implevit, potest Episcopus facere impleri, quia est opus pietatis, et quasi spirituale. Hoc dicit.

(1) *Que cumplan.* Adde cap. *si hæredes*, *de testam.* et cap. *tua*, et in cap. *Joannes*, eod. tit. et quod habetur in l. 7. tit. 19. 1. *Partit.* imò etiam ad judices sæculares pertinet ista cura, quia munus hoc misti fori est, ut in authent. *de eccles. titul.* cap. *si quis autem ædificationem*, collat. 9. l. *hæreditas*, D. *de petition. hæred.* Abba. in dict. cap. *si hæredes*, ubi et Barbat. col. 1. et 2. vide per Specul. tit. *de instrument. edition.* §. *nunc verò aliqua*, col. penult. vers. *sed numquid judex sæcularis*, et l. 3. D. *de alim. et cibar. legat.* Bart. in l. 1. col. 2. vers. *advertendum*, D. *de legat.* 2.

(2) *Del pueblo.* Nota benè, et adde l. *nulli*, *C. de Episcop. et cleric.* et in authentic. *de ecclesiast. titul.* cap. 11. vers. *si autem qui hoc facere*, et per Roman. consil. 69.

(3) *Obispos.* Concordat l. *nulli*, *C. de Episcop. et cleric.* et cap. *nos quidem*, *de testam.* et adverte, quòd si ante executionem est necessaria electio, veluti pauperum in quos debet distribui, si talis elector vel declarator non eligat intra annum, jus ipsum eligendi devolvitur Episcopo, Aug. Philip. Corn. et Jaso. per textum ibi in l. fin. §. 1. *C. communia de legat.* Cardin. Joann. de Imol. et Barb. in dict. cap. *nos quidem*, licèt Bart. in l. *cùm quidam*, D. *de legat.* 2. voluit isto casu talem electorem posse eligere etiam post annum, excluso Episcopo: et Abbas referens Bartolum in dict. cap. *nos quidem.* Et prior sententia videtur verior ex eo, quia prævia electio requiritur, sine qua non potest fieri executio: neque ad id obstabit l. *Taurina* 33. illa enim loquitur in potestate essentiæ, non in potestate electionis super re deposita à testatore, juxta notata per Bald. in l. *captatorias*, *C. de testam. milit.*

(4) *Albaceas.* Isti executores dicuntur dativi, de quibus

Obispo, en cuyo Obispado acaesciesse, deuelo fazer cumplir, si el heredero (5) del muerto non lo quisiesse fazer. E esto deuen ellos fazer, para cumplir la voluntad del testador, que es obra de piedad, e como cosa spiritual.

LEY VIII.

Que pena deuen auer los Testamentarios, quando maliciosamente aluengan de cumplir las mandas.

Por malicia, o por descuydamiento, non queriendo los testamentarios cumplir las mandas que ouiesse alguno dexado en su mano, si por tal razon como esta, seyendo amonestados (1), fueren tollidos deste officio por juyzio (2), pierden aquella parte (3) que deuen

vide per Specul. tit. *de instrum. edition.* §. *nunc verò aliqua*, col. 3. vers. *dativi.* Et si testator velit excludere Episcopum ab hoc, substituat ipse testator alios executores in negligentia priorum, ut tradit Bald. in authent. *licèt*, *C. de Episcop. et cleric.* non tamen poterit testator iterum substituere negligentem, ut tradit Baldus ibidem, et facit cap. *commissa*, *de elect.* lib. 6. et potest induci ad quæstionem, ut si tendens ad mortem aliquis fecit majoriam, et commisit alicui, ut ponat conditiones et prohibitiones quas voluerit, et talis commissarius in prohibitione alienationis disposuerit, quod possessor alienans non perdat rem majoriæ, et quod ipse et non sequens in gradu repetat illam, quod non valeat talis dispositio, quia esset subvertere majoriam et contra jus.

(5) *Heredero.* Si verò hæres exequatur, et non sit negligens, Episcopus se non intromittit, ut dixi suprà eod. l. 1.

LEX VIII.

Si executor testamenti ad exequendum monitus, non exequitur et negligens fuerit, judicialiter ab executione remotus perdit quod erat ex illo testamento habiturus, nisi sit filius testatoris, cui legitima conservatur. Hoc dicit.

(1) *Amonestados.* Cùm non dicat hanc monitionem à judice debere fieri personaliter, sufficiet si ex decreto judicis per alium fiat, ut apertè probatur in authent. *de hæred. et Falcid.* §. *si quis autem non implens*, licèt Ang. ibi tenuit contrarium, et alii Doctor. in authent. *hoc amplius*, *C. de fideicom.* et etiam ex ista lege videtur, quod tempus præfixum ad exequendum currat à die monitionis; sed contra suprà eod. l. 6. ubi dicitur, quod currit anno à morte testatoris, potest dici, quod ista lex intelligatur juxta formam textus in auth. *de ecclesiast. titul.* cap. *si quis autem pro redemptione*, vers. *si autem qui hoc facere jussi sunt*, et authent. *licèt*, *C. de Episcop. et cleric.* ut etiam ante annum, si executor bis fuerit monitus ab Episcopo, constituatur in negligentia, et auferatur ab eo officium executionis, et transfertur in Episcopum, et perdat quod sibi relictum fuit in testamento, prout etiam hic dicitur, et tradit Specul. tit. *de instrument. edition.* §. *nunc verò aliqua*, col. penult. versic. *illud etiam quæritur*, quæst. 82. quem tamen textum Imola in dict. cap. *nos quidem*, *de testam.* et Salic. in authen. *hoc amplius*, *C. de fideicom.* col. 2. intelligunt quoad legata pia, ista tamen lex Partitarum indistinctè, et generaliter loquitur. Quod ergo habetur suprà l. 6. procedet, quando nulla præcessit, vel non bina monitio, ut tunc annus, de quo ibi, curret à die mortis testatoris, etiam nulla præcedente monitione, data tamen scientia executoris, prout dixi in dict. l. 6. in glossa super parte *fasta vn año*; quando verò præcessit monitio, non requiratur cursus anni, sed constituatur in negligentia, ex quo monitus neglexit exequi, juxta dispositionem dicti §. *si quis autem*, et hujus legis. Sed an sufficiet tali casu unica monitio, vel requiratur bina? Videtur binam requiri, prout habetur in dict. §. *si quis autem*, quia cùm agatur ad amissionem lucri eis à testatori relicti, non debet sufficere unica monitio, sed requiritur bina, et ita sit intelligenda lex ista Partitarum: quod planè procedit in legatis piis, juxta dictum §. *si quis autem*; in aliis verò legatis, executore negligente, sufficeret unica monitio cum transcursu anni à die monitionis factæ per judicem vel ejus decreto, ut quis privetur commodo sibi à testatore relicto, prout voluit Glossa in dict. authent. *de hæred. et Falcid.* §. *si quis autem non implens*, et ibi Bartol. et Angel. et tenent communiter Doct. in authent. *hoc amplius*, *C. de fideicom.* Respectu verò devolutionis ad Episcopum propter negligentiam, vel ad alium executorem à testatore provisum in tali negligentia, juxta id quod notat Bald. in authent. *licèt*, *C. de Episcop. et cleric.* sufficeret unica monitio cum transcursu anni, ut in dict. cap. *nos quidem*, vel etiam sine aliqua monitione cum transcursu anni à die scientiæ executoris, ut dixi suprà eod. l. 6. de quo qualiter procedat in relictis ad non pias causas, vide per Abb. in cap. *si hæredes*, *de testam.* col. 3. versic. *venio ad tertium.*

(2) *Por juizio.* Et sic videtur, quòd requiratur ad hoc ut executor perdat lucrum sibi à testatore relictum, quòd proferatur prius sententia privationis ab officio executionis contra eum; quod nullibi, si benè memini, reperitur expressum in jure communi, imò ex sola monitione cum transcursu anni ipso jure, tam hæres non exequens seu non adimplens voluntatem testatoris, quàm alius legatarius vel fideicommissarius, seu quicumque qui commodum ex testamento consequitur, cui incumbuit tale onus adimplendi voluntatem defuncti, perdit, tale relictum, ut habetur in authent. *de hæred. et Falcid.* cap. 1. §. *si quis autem non implens*, et §. 4. vers. *in omnibus*, et vers. *his omnibus*, et ibi tenet Azon. in summ. et etiam Glossa ibi, et Doctores; et Doctores communiter in authent. *hoc amplius*, *C. de fideicommis.* licèt Paul. de Cast. ibi col. 2. voluit sententiam requiri super tali privatione, quem Jas. ibi dicit inadvertenter loquutum. Bartolus etiam post Jacob. de Bellovis. in authent. *de jurejur. à moriente præst.* collat. 5. vult, quòd requiritur sententia, cùm dicit, quòd aut hæres est inobediens in faciendo aliquid contra voluntatem defuncti, et tunc privatur ipso jure; si verò inobediens sit negligendo implere voluntatem defuncti, tunc non privatur ipso jure, et allegat notata in dict. §. *si quis autem non implens.* Quidquid ergo sit de jure communi in hærede et cæteris, quantum ad executorem tenendum videtur, quòd requiratur sententia super privatione officii propter negligentiam, prout lex ista apertè vult, et lata tali sententia lucrum ex testamento perdat executor ipso jure, prout est magis communis opinio. Tene ergo menti legem istam Partitarum, nisi fortè dicas, quòd in hac lege supplendum sit *maximè*, ut per hoc dicat, maximè sit propter hoc per sententiam sublati sunt ab officio executionis, cùm ut dixi, nullibi in jure communi hoc inveniam; sed quia materia est pœnalis, primum magis placet.

(3) *Aquella parte.* Concordat cum cap. *si quis autem pro redemptione*, vers. *si autem qui hoc facere jussi sunt*, *de eccles. titul.* juncto cap. 1. §. 4. vers. *his omnibus*, *de hæred. et Falcid.* ubi etiam de hærede, et aliis, et in authentic. *hoc amplius*, *C. de fideicommis.* ubi vide 8. limitationes per Jas. Vide etiam in cap. *si hæredes*, *de testam.* et adde, quòd ut pœna illius authenticæ procedat in hærede, requiritur, quòd hæreditas sit ab eo adita, ut tenet Bart. in dict. §. *si quis autem non implens*, per §. *semper igitur*, ibi: *indecotè res adeunt*, *de hæredibus et Falcid.* in princ. Adverte etiam, quòd hæres minor adversus talem negligentiam restituetur, ut hæreditatem non perdat, argumento l. 3. §. *et si hæres*, D. *de minor.* et idem videtur dicendum

auer en el testamento. Fueras ende si alguno dellos fuesse fijo del testador, ca este atal non deue perder la su legitima parte (4), que los fijos deuen auer en los bienes del padre, por razon de la naturaleza; segun diximos en el titulo de los Testamentos, en la ley que comiença, Religiosa vida.

TITULO XI.

COMO SE PUEDE MENGUAR LA MANDA, E FASTA QUE QUANTIA, A QUE DIZEN EN LATIN, FALCIDIA, O DEBITUM BONORUM SUBSIDIUM, O TREBELLIANICA.

Conuenible cosa es, e con razon, que el heredero de cada vn ome aya los bienes de aquel a quien deue heredar, o cierta parte dellos. Ca desaguisado seria de auer nome de heredero, e non le venir ende pro ninguno (1). E porque acaesce a las vegadas, que los omes esparzen, e derraman todos sus bienes faziendo mandas dellos, de manera que non finca al heredero aquella parte que deuia auer por derecho. Porende pues que en el titulo ante deste diximos de las mandas, e de los testamentarios, que las han de pagar; conuiene que digamos en este, quanto es lo que el heredero puede sacar de cada manda, quando non ouiesse aquella parte que deuia auer. E de que cosas puede esto ser fecho. E en qual manera, e en que tiempo.

LEY I.

Quanto es lo que el heredero puede sacar de cada manda, quando non ouiesse aquella parte que ha de auer; e en que cosas lo puede fazer.

Falcidia es llamada en latin, la quarta parte de la herencia, que deue auer el here-

in hospitali, vel ecclesia, quia licèt subjaceat pœnis illius constitutionis authentic. *de hæred. et Falcid.* ut probat textus, et ibi notat Bart. in dict. authentic. in §. fin. in fin. tamen competet restitutio, sicut minori. An autem pœna illius authenticæ procedat in hærede hæredis, si primus hæres decessit ante moram? Vide per Bart. in consil. 7. incipienti, *factum tale est*, *Andreas quidam*, ubi distinguere videtur, an primus hæres fuerit nominatim gravatus pœnali gravamine, si non impleret, et tunc pœna non transeat ad hæredem; aut non nominatim, et tunc transeat; cum quo transit Alexand. in l. fin. *C. de hæred. institut.* quod dictum procedit quando testator specialiter providit de pœna contra hæredem non adimplentem, si verò de hoc non fecit aliquam provisionem, sed dimisit in dispositione juris communis, Bartolus hoc non decidit: et videtur, quòd primo hærede decedente ante moram, hæres substitutus incurrat in pœnam dictæ authenticæ, ex regula dictæ l. fin. *C. de testam.* quod *hæres hæredis testatoris est hæres*; si verò decessit post moram, tunc videtur, quòd recurrendum sit ad cautionem, de qua dicta authentica, et in corpore unde sumitur, et non ad aliam pœnam. Et ex prædictis decides quæstionem, si conditor majoriæ gravavit nominatim illum quem primo loco vocabit, ut impleret suum testamentum, sub pœna perditionis majoriæ, et ex ejus constitutione in pœnam non adimplentis devoluta est ad alium majoria, quòd si ille non impleat, non perdet majoriam; et his adde glossam singularem, et ibi Bart. et alios in l. *recusare*, D. *ad Trebell.* Bald. in l. *cùm alienam*, col. 2. *C. de legat.*

(4) *Legitima parte.* Adde dict. authent. *hoc amplius*, et in corpore, unde illa sumitur, et ex generalitate hujus legis poteris dicere, quòd ejus dispositio, et dispositio dictæ authenticæ procedat, etiamsi negligentia sit in exequendis legatis piis, de quo Glossa possuit opiniones contrarias in cap. *Sylvester*, 11. quæst. 1. ubi Archidiac. et Dominicus tenent contrarium, imò quòd illa authentica, quatenus disponit de excipienda legitima, non procedat in legatis piis, et sic quod legata pia solventur integraliter absque deductione legitimæ, et quod propter talem negligentiam circa legata pia, filius perdat legitimam; tenent etiam Hostiens. Joan. And. et Ancharran. ibi; et istam esse communem opinionem attestatur Imol. in dict. cap. *si hæredes*, *de testam.* Contraria tamen opinio, imò quòd etiam tali casu filius non perdat legitimam, videtur probabilior, ex eo quod in dicta authent. *hoc amplius*, fit mentio legatæ libertatis, quod est legatum pium, l. 1. §. *si autem*, *C. de commun. serv. manum.* et ibi Baldus, et nihilominus ibi statuitur, quod legitimam adhuc habeat filius. Item legitima non dicitur lucrum, sed quasi debitum, l. *si quis legatum*, §. fin. ubi glossa notabilis, D. *de fals.* cùm ergo ll. imponant pœnam amissionis lucri hæredi negligenti solvere legata pia, ut in authentic. *de eccles. titul.* cap. 11. vers. *si autem qui hoc facere jussi sunt*, non debent extendi ad amissionem legitimæ: et hanc sententiam tenent Cardin. Abb. Imol. et Barbat. in dict. cap. *si hæredes*. Bald. in authentic. *hoc amplius*, *C. de fideicommis.* Silvest. in summa, in verbo *testamentum*, la 2. quæst. 10. Didacus à Segura in repetit. l. 3. §. fin. D. *de liber. et posthum.* fol. 7. col. 1. ex hoc inferens filium, cui pater relinquit tertiam et quintam partem bonorum, diferentem seu negligentem exequi per annum patris ultimam voluntatem, amittere quintam partem, non verò tertiam, quæ legitimæ portionis pars est; hanc etiam opinionem sensit Glos. in dict. cap. *si hæredes*, in fin. et istam dicit communem opinionem Joan. Lecirier in tractat. *primogenituræ*, lib. 3. quæst. 6. et sequitur Carolus Molin. *in consuet. Parisiens.* tit. 1. §. 8. in gloss. 3. quæst. 1. Tenet etiam Didacus à Covarr. in dict. cap. *si hæredes*, ubi respondet ad cap. *licet*, *de voto*, post Carol. ubi suprà, quod ibi filius propria promissione se astrinxerat ad executionem voti paterni, et ideo sub pœna anathematis etiam Papa jubet suam promissionem adimplere, et quod aliàs noverit se regno privandum: cessante verò propria promissione, non processerat ibi Papa ad regni privationem ex non adimpletione voti paterni tantùm.

TITULUS XI. DE FALCIDIA, ET TREBELLIANICA.

(1) *Ninguno.* Habes hic unam rationem, quare fuit introducta Falcidia, alias vide per Bart. in l. *nemo potest*, col. 1. D. *de legat.* 1. et adverte quod locum habet Falcidia etiam favore hæredis succedentis ab intestato, l. *filiusfamilias*, D. *ad leg. Falcid.* Quid autem in legatario, an possit detrahere Falcidiam de suo legato alteri legatario? Jacob. Butri. tenuit, quod sic, si totum fuit legatarius jussus restituere alii legatario; Gloss. tamen tenet contrarium in authentic. *de hæred. et Falcid.* in princ. §. *his igitur*, et ibi Bart. Gloss. etiam, et ibi Bald. in l. 1. fin. col. *C. communia de legat.* vide textum in l. *pœnales*, §. *si Titio*, D. *ad leg. Falcid.* de fideicommissario universali, an detrahat, si hæres non detraxit? Vide per Bart. in dict. §. *his igitur*, et per Joan. de Imol. et Alexand. in l. 1. §. *denique*, D. *ad Trebell.* et Azon. *C.* eod. in summa, column. 1.

LEX I.

Hæres extraneus institutus debet habere quartam quæ

dero estraño, a lo menos, de los bienes del finado, por razon que era escrito en testamento de otro. E porende dezimos, que quando algun ome faze manda de todos sus bienes, de manera que non dexa al heredero la su parte que deue auer, estonce el heredero puede abaxar de cada vna de las mandas (1) la quarta parte della, e retenella para si. E si por auentura el testador non fiziesse mandas de todos sus bienes, pero menguasselos, de guisa, que el heredero pagando enteramente las mandas, non le fincaria en saluo la su parte; dezimos, que bien puede abaxar de cada vna de las mandas aquello que de mas mandare (2), e retenerla para si, fasta que aya su derecho. E este abaxamiento se deue fazer de cada manda, segun fuere la quantia dellas. Mas si los herederos fuessen de los que descienden, o suben por la liña derecha del fazedor del testamento, estonce deuen auer la su parte legitima (3), a que llaman en latin, debitum jure naturæ; assi como diximos de suso en el titulo de los que pueden fazer testamento, en la ley que comiença, Religiosa vida. Otrosi dezimos, que el heredero puede sacar su parte, assi como diximos, de todas

dicitur *Falcidia*, quando gravatur multis legatis, ita quod excedunt alias tres partes hæreditatis, et resecatur de quolibet legato, ut habeat dictam quartam: si verò hæres institutus sit de descendentibus testatoris, habere debet legitimam debitam jure naturæ. Hoc dicit.

(1) *De las mandas.* Adde l. 2. *C. ad leg. Falcid.* et l. *in quantitate*, §. fin. l. *Plautius*, et l. *lineam margaritarum*, D. eod. et non potest detrahere falcidiam in una re tantum, ut notat Azon. *C.* eod. in summa, col. 2. Gloss. in dict. l. 2. et vide per Bart. in l. *in quartam*, D. eod. et adde l. 2. in fin. infrà eod. Quid autem de eo, quod detrahitur de legatis, ut legata, quæ excedunt patrimonium, reducantur ad vires patrimonii? Dic quod illa pars, quæ excedit, detrahetur de omnibus legatis tam piis quàm non piis ad dictum effectum, licèt aliás de legatis piis non deducatur Falcidia, quæ debetur jure institutionis, ut in authent. *similiter*, *C.* eod. et infra eod. l. 4. probatur hoc benè in l. *si certarum*, §. fin. D. *de testam. milit.* et tenet Joan. And. *in addition. ad Speculat.* tit. *de testam.* §. 1. super verbo *quid si legatum*, in fin. tenet etiam Alberic. in l. *si quis ad declinandam*, *C. de Episcop. et cleric.* Joan. de Imol. Paul. et Alexand. in l. *si post missionem*, D. *ad leg. Falcid.* Bart. in dict. authentic. *similiter.* Dicit tamen singulariter Angel. in dict. l. *si certarum*, §. *si miles*, hoc esse verum, si legata consistunt in quantitatibus, secùs si in speciebus consisterent, nam tunc illa, quæ sunt in speciebus hæreditariis, præstabuntur integra; pro quo benè facit textus in l. *si fideicommissorum*, D. *ut in pos. leg.* idem tamen Angel. in l. *quærebatur*, D. *ad leg. Falcid.* per illum textum tenet contrarium, imo quod pro rata detrahatur de quolibet legato, sive consistat in quantitate, sive in specie; et ibi respondet ad notata per Glossam in l. *si verò composita*, D. *de testam. milit.* quæ dicit non fieri compositionem neque contributionem, cùm quædam legata consistant in specie, quædam in genere; quia dicit se intelligere illam glossam, quando omnia legata sunt intra vires patrimonii, sed quando exhauriunt patrimonium fortè in longè pluri, tunc ad compositionem venitur per dictam l. *quærebatur.* Paul. de Cast. fuit in hoc sibi contrarius, ut refert Alexand. in dict. l. *quærebatur*, ubi ipse tenet opinionem Angeli tanquam tutiorem, quàm etiam dicit tenere Bald. in l. 2. §. 1. D. *de condict. indeb.* ubi respondet ad dictam l. *si fideicommissorum*: et idem tenet Bald. in l. 2. ad fin. *C. ad leg. Falcid.* et in l. *licet*, eod. tit. ubi dicit, esse ad hoc textum expressum. Adverte etiam, quod pretium servorum manumissorum ex judicio defuncti deducitur de hæreditate tanquàm æs alienum, et per consequens deducitur ante omnia legata, ut in l. *si servus*, cum l. sequenti, et l. *æris*, D. *ad leg. Falcid.* l. 1. §. *in quibusdam*, *D. si cui plus quàm per leg. Falc.* sed intelligendum est, ne in hoc decipiaris, respectu legis Falcidiæ debitæ jure institutionis, non verò respectu diminutionis fiendæ propter defectum patrimonii, secundum Bart. in dict. authentic. *similiter*, et quia est eadem ratio in aliis legatis piis, quæ tamen diminuuntur, ut dixi, propter defectum patrimonii; quod tamen subintelligerem; et limitarem, quando ageretur de præjudicio legitimæ filiorum debitæ de jure naturæ, quia illa non debet minui etiam propter libertates legatas servis, ut notat Gloss. in l. *Papinianus*, §. *quarta*, D. *de inoffic. testam.* cessante vero legitima, tunc etiam propter defectum patrimonii non debent minui legata talia libertatis, sed deducuntur ut æs alienum, ut probat textus apertus in dict. §. *in quibusdam.* Nota etiam quod legatum dotis factum filiæ per patrem ante omnia alia legata deducitur, tanquam æs alienum, et sic aliis legatis præjudicat, Bartolus notabiliter in l. 2. §. *si sponsa*, D. *de privileg. creditor.* Bald. novel. in tractat. *de dote*, fol. 34. col. 3. vers. 1. *privilegium.* De legato autem alimentorum, vel ususfructus, seu in annos singulos, quomodo defalcetur, vide l. *cum Titio*, et l. *hæreditatum*, D. *ad leg. Falcid.*

(2) *Mandare.* Adde dict. l. *in quantitate*, §. fin. D. eod. et *Institut.* eod. §. fin.

(3) *Su parte legitima.* Satis apertè probatur hic, filium vel patrem non posse detrahere duas quartas, debitam scilicet jure naturæ, et aliam debitam jure institutionis; quod patet ex dictione *mas*, quæ latinè *sed*, adversatur in jure et in facto, l. 2. D. *si quis in jus vocat. non ierit*, Gloss. et Bart. in l. *qui usumfructum*, D. *de verbor. oblig.* et in l. *prætoriæ*, §. 1. D. *de prætor. stipulat.* habebit ergo filius legitimam debitam jure naturæ tantùm, ut hic vides, et non quartam Falcidiam debitam jure institutionis, licèt ei locus esset, eo quod hæreditas onerata esset legatis puris, vel conditionalibus, vel in diem. Et hujus sententiæ fuit Azon. in summa, authentic. *de hæred. et Falcid.* column. 2. vers. *hic autem quæri potest*, ubi quærit, an alicui plures Falcidiæ competere possint, ut si filius fuerit institutus, et in totum restituere rogatus: an quartam Trebellianicam, et jure naturæ debitam possit habere: vel si fuerit legatis oneratus, an quartam jure naturæ, et jure institutionis habeat: vel si fuerit arrogatus, an quartam ex constitutione Divi Pii, et jure naturæ, et Trebellianicam possit petere? Et respondet satis se putare in omnibus casibus hujusmodi unam quartam sufficere, argumento cap. 1. §. *si quis autem non implens*, in ead. authentic. et l. *Papinianus*, §. penult. D. *de inoffic. testam.* nisi in casu, quando rogatus esset filius de restituenda hæreditate sub conditione, vel in diem; nam statim potest retinere debitum bonorum subsidium, sed adveniente die potest habere quartam Trebellianicam, ut *C. ad Trebell.* l. *jubemus*: et ista est communis opinio, et quæ practicatur in judiciis, et in scholis, secundum Angel. in l. *cohæredis*, §. *cum filiæ*, D. *de vulg. et pupill.* et plenè tradit Alexand. in l. *in ratione*, §. *quod vulgo*, 5. et 6. col. D. *ad l. Falcid.* et consil. 142. incipienti, *circa primam dubitationem*, in 2. vol. et in 2. *dubio*, Jason. in authentic. *res quæ*, *C. communia de legat.* col. 3. et in authentic. *novissima*, *C. de inoffic. testam.* num. 39. et in l. *filium*, num. 8. *C. famil. ercisc.* Decius consil. 55. num. 8. et consil. 228. col. fin. et consil. 419. col. 1. idem etiam esset in ascendentibus à liberis gravatis de restituenda hæreditate sub conditione, vel in diem, tenent Angel. et Cuma. in l. *si à milite*, §. fin. D. *de testam. milit.* ubi Bald. de hoc dubitavit: et opinionem Angeli, et Cuma. se-

las mandas, o donaciones (4) que los testadores fazen por razon de su muerte.

LEY II.

En que manera se deuen menguar las mandas.

La manera en que los herederos deuen baxar de las mandas por la su parte legitima, a que llaman en latin Falcidia, es esta (1). Que primeramente deuen pagar todas las debdas (2) que deue el defunto, tambien las que deue a aquel que establescio por su heredero, como a otros qualesquier, a quien las deuiesse. Fueras ende, si el testador dixesse señaladamente en su testamento, que el debdo que deuia a aquel que establescio por su heredero, que non queria que se sacasse (3) de las mandas, nin se entregasse del. Otrosi deue sacar en ante todas las despensas (4), que fuesssen fechas por razon de la muerte del defunto, e aun deue sacar en ante las despensas que fi-

quuntur dicentes eam esse communem, Joan. Crottus in l. *qui Romæ*, §. *duo fratres*, col. 22. D. *de verbor. oblig.* et Aimond. Sab. in consil. 110. quamvis Alexander contrarium tenuerit in dict. §. *quod vulgo*, col. 7. An autem de isto jure Partitarum, et legum Fori, et Tauri procedat hodie istud de Trebellianica quando filius, vel pater fuit gravatus de restituenda hæreditate, sub conditione, vel in diem? Vide quod dixi in l. 12. in gloss. fin. tit. 5. supra ead. *Part.* Et quod dixi suprà, non posse detrahi legitimam, scilicet debitam jure naturæ, et Falcidiam debitam jure institutionis, etiam quando legata erant conditionalia, vel in diem, tenet Fulgos. in l. *quamquam*, *C. ad leg. Falcid.* et istam partem tenet Alexand. in dict. §. *quòd vulgo*, col. 7. vers. *potest etiam ex prædictis dubitari*, ubi vult in hoc esse diversitatem inter Falcidiam, et Trebellianicam, quamvis Bald. in dict. l. *quamquam*, voluerit contrarium. An autem in casu, quo filius potest deducere duas quartas, possit adhiberi remedium, quod unam tantùm detrahat? Vide per Alexand. in l. *si debitor*, D. *ad leg. Falcid.* ubi tradit quod sic, videlicet ut pater prohibeat Trebellianicam deduci, et jubeat compensari eam cum legitima; vide ibi per eum quam plures ad hoc allegantem. Adverte etiam quod in casu, quo deducendæ essent duæ quartæ, detrahetur prius de universo legitima debita jure naturæ, et postea de residuo Trebellianica, ita vult Gloss. in cap. *Raynaldus*, super verbo *medietatem*, et super verbo *licèt ipsas non expresserit*, *de testam.* et tenet Bald. in dict. authent. *de hæred. et Falcid.* §. *si quis autem non implens.*

(4) *Donaciones.* Habet enim locum Falcidia non solùm in legatis et fideicommissis, sed etiam in donationibus causa mortis, l. *si is qui quadringenta*, D. *ad leg. Falcid.* et etiam in donationibus factis inter vivos, ita tamen si morte confirmantur, l. *in donationibus*, *C.* eod. et l. antepenult. *C. de donation. inter vir. et uxor.* habet etiam locum in mortis causa capionibus, in dict. l. *si is qui quadringenta*, et tenet Azo. eod. in summa, column. 1. vers. *locum habet Falcidia.*

LEX II.

Antequam detrahatur Falcidia, deducitur de bonis defuncti æs alienum, etiam ipsi hæredi debitum, nisi testator prohibuerit deduci, quod debet hæredi: deducuntur etiam expensæ funeris, et inventarii, et instrumenti testamenti. Item non detrahitur Falcidia de pecunia relicta ad emendos servos alienos et manumittendos, nisi in eo quod excedat pretium emptionis. Ex legato tamen quo quis gravatur, ut proprium servum manumittat, detrahitur Falcidia; de cæteris verò rebus detrahitur in eisdem rebus, si divisionem recipiant, aliàs in æstimatione: neque potest hæres eligere Falcidiam in una re alii legata, nisi de legatarii consensu. Hoc dicit.

(1) *Es esta.* Prosequitur dicta Azon. *C. ad leg. Falcid.* in summa, col. 2. vers. *sic autem ponitur.*

(2) *Las debdas.* Adde l. *qui fundum*, §. *si quis hæredem*, D. eod. *C.* eod. in l. *irritum*, et l. *in imponenda.*

(3) *Non queria que se sacasse.* Adde l. *si debitor*, D. eod.

(4) *Las despensas.* Impensa funeris omnino deducitur, quia necessaria est, ut hic; et intellige, ut habetur in l. 1. §. *de impensa*, D. eod. et l. 2. et in §. *cum autem*, *Institut.* *eod. tit.* ubi vide, quid si monumentum sit sumptuosum, quod testator jussit fieri, an detrahetur Falcidia de superfluo ultra necessitatem secundum qualitatem personæ defuncti, nam Angel. in dict. §. fin. et in l. *hæreditas*, §. 1. in princ. D. *de petition. hæred.* tenet, quod cùm hoc tendat ad ornatum ecclessiæ, dicetur relictum ad pias causas, et sic indistinctè cessabit Falcidia. Joan. de Imola tamen ibi tenet contrarium, quia non videtur propriè respicere piam causam, quatenus expenditur ultra necessitatem, sed potius tendit ad vanam gloriam et solatium vivorum, et memoriam defuncti. Alexand. ibi transit cum Ang. post Rapha. et Paul. de Cast. cum limitatione tamen, quod hoc tendat ad ornatum ecclesiæ, quia relicta ad ornatum ecclesiarum enumerantur inter legata pia, ut tradit idem Alexand. in l. 1. §. *ad municipium*, D. eod. Si ergo, secundum qualitatem defuncti dedecus esset sepeliri in terra, impensa necessaria reputabitur constructio monumenti ad sepeliendum eum, dum tamen talis impensa sit decens statui suo, ut declarat Joan. de Imol. in dict. §. *de impensa*, seu final. D. eod. et Angelus Aret. in §. fin. *Institut.* eod. Quid autem de expensis, quæ fiunt in exequiis prælati mortui; an sint solvendæ de dignitate, vel de bonis prælati mortui, vel ejus hæredum? Vide per Abb. in cap. *ut præteritæ*, *de elect.* ubi refert se in hoc non vidisse auctoritatem Doctoris antiqui, et quod Cardin. ibi brevissimè dixit se credere, quod sint fiendæ ex bonis prælaturæ, quia procedunt ad negotium electionis, ut in cap. *bonæ*, el 2. *de elect.* Abb. verò ibi referens se ad disputationem suam, quæ incipit *Sempronius*, concludit, quod expensæ concernentes remedium seu solatium animæ defuncti, fieri debent ex bonis prælaturæ, quantumcumque prælatus habuerit proprium, per argumentum optimum in cap. *ad Apostolicæ*, *de donation.* et in cap. *bonæ rei*, 12. quæst. 2. et in cap. *ubi periculum*, *de elect.* lib. 6. expensæ verò, quæ fiunt ad consolationem et pompam vivorum, ùt magnus apparatus funerum in vestibus et aliis similibus, istæ non sint deducendæ ex bonis prælaturæ: videas ibi per eum, et plenè in dicta sua disputatione. Quid autem si Papa det clerico licentiam testandi de his, quæ habuit ex titulis suorum beneficiorum, ad quem spectet impensa funeris tunc, vide per Decium in hoc consulentem, consil. 157. incipit, *quæritur*, de expensis funeralium Reverendissimi Cardinalis Tributii, et quatenus ibi tradit, quod translatio bonorum videtur facta cum oneribus suis. Adde ad allegata ibi per eum l. 2. §. *si quid*, D. *de hæred. vel action. vendit.* quæ magis in terminis facere videtur. Quæ autem dicantur impensæ funeris (seu *por razon de la muerte*, ut in ista lege dicitur) dic, quod quidquid in hoc fuerit erogatum antequam corpus sepeliatur, l. *at si quis*, §. *funeris causa*, et l. *funeris sumptus*, D. *de religios. et sumptib. funer.* optima l. 12. tit. 13. *Partit.* 1. ex quo infertur, prout infert Michael de Cifuente in l. 30. *in Ordinam. Tauri*, quod impensa facta in pulsatione campanarùm, et in recommendatione clericorum, et in ductione corporis ad ecclesiam sepulturæ, et in apertura sepulturæ, et in Missis, cera, et oblationibus, quæ offeruntur, et in vèstibus luctuosis, dicitur impensa funeris; allegat glossam notabilem, et ibi Angel. in l. *si ex re*, §. fin. D. *de stipulat. servor.* Cætera verò quæ expenduntur sepulto jàm corpore, non dicuntur impensa funeris, nisi in casu cùm corpus sepeliatur de nocte, et postea die sequenti ante-

zieren en los escritos del testamento, e en los memoriales (5) de los bienes del defunto. Otrosi deuen ante sacar los dineros que el testador mandasse, para comprar los sieruos que mandasse franquear. Pero en esto y a departimiento; ca si el testador mandasse a alguno dineros, por que franqueasse su sieruo mismo (6); de tal manda como esta bien puede sacar la parte que es llamada, Falcidia. Mas si mandasse dar los dineros a algun ome, a quien mandasse comprar sieruo de otri; si todos los dineros entrassen en la compra del sieruo, non se puede porende sacar la Falcidia; mas si sobrassen dineros de la compra, bien se pueden ende sacar (7): e de todo lo al que fuere, puede el heredero sacar la su parte legitima, en esta manera; que si aquella cosa de que fue fecha la manda fuere atal, que se pueda partir sin daño, e sin mal estança della, deue el heredero tomar della su parte (8): mas si fuesse cosa que se non pudiesse partir, assi como sieruo, o cauallo, o libro, o otra cosa semejante, estonce deuenla apreciar (9), e del precio della deue tomar el heredero la su parte. E si el heredero quisiesse tomar su parte entera en vna cosa (10) apartadamente, que fuesse mandada a otro, non lo puede fazer, si non fuere con plazer de aquel a quien fue mandada.

LEY III.

Que tiempo deue ser catado, para poder menguar las mandas, en razon de sacar el heredero la su parte legitima.

La quantia de los bienes del defunto deue ser catada e asmada en el tiempo que el fino (1), porque segun lo que por estonce era, deue el heredero sacar la su parte. E si despues se menguo, o se acrescio (2), el daño, o

quàm divertatur ad extraneos actus, efficiantur exequiæ, nam etiam tunc dicetur impensa funeris, secundum Cardinal. in Clement. *dudum*, in §. *verum*, 4. quæst. *de sepulturis*. Legem tamen istam et similes, scilicet quod impensa funeris deducatur, ut æs alienum, ut hic, et in dict. l. *imponenda*, et dict. §. fin. cum l. sequent. et l. *impensa*, D. *de religios. et sumpt. funer.* et l. fin. §. *in computatione*, *C. de jure deliber.* limitabis, ubi tractaretur de legitima filiorum vel ascendentium, nam tunc detrahitur talis expensa de quinto vel tertio bonorum, et non de tota hæreditate, ut cavetur in dict. l. 30. et in l. 6. *in Ordinam. Tauri.* Et quod supra retuli de vestibus luctuosis, quod reputentur impensa funeris, ex Glossa, et Angel. in dict. l. *si ex re*, §. fin. confert, secundum Angelum ibi, quod vestimenta vidualia tradita uxori tempore funeris et luctus mariti, imputentur hæredi, et non in summa dotis suæ, limita et intellige, secundum Joan. de Imol. in dict. §. fin. dict. l. *si ex re*, quando tales vestes essent vilis pretii, et deputatæ ad usum quotidianum; secùs fortè secundum eum si essent vestes festivæ, et magni valoris, quia tunc videtur potius tradita dicta vestis, ut servet honorem mariti, quamdiu sit vidua, quàm videatur donata, argumento l. *si ut certo*, §. *interdum*, D. *commodat.* et ideò si tunc mulier nuberet, hæres posset, secundum eum, tales vestes pretiosas repetere; quod tamen intelligit, nisi alia esset consuetudo regionis, nam illa esset servanda, argumento l. *minimæ*, D. *de legib.* Vitalis etiam in suo tractatu *clausularum*, fol. 332. cum sequent. adducit in ista quæst. Bald. *in margarita.* Innoc. super parte *maritus*, et Ludov. Roman. in authentic. *ex testamento*, *C. de collat.* et videtur se reducere, quod, aut hæredes tenentur ad alimenta, quia dos consistebat in mobilibus, vel uxor mansit prægnans, et tunc tenentur hæredes uxori ad vestimenta lugubria; aut non tenentur ad alimenta, et tunc neque tenebuntur ad istas vestes: si tamen ei datæ fuerunt, et sunt viles, efficiuntur uxoris; si verò sunt magni valoris, videntur traditæ ad usum, non animo donandi, unde si transeat uxor ad secunda vota, possunt repeti ab ea: quæ omnia intelligit, nisi aliter se habeat consuetudo, quia illa est servanda. Et quod istas vestes nigras uxor secundo nubens reddere debeat, adde Bald. 5. vol. *consil.* in consil. 478. incipit, *quædam sunt res*, ubi etiam ponit hæc verba: Quoad pannos nigros viduales debet distingui qualitas personarum, nam sicut uxor debet habere alimenta, ita etiam indumenta, unde absque viduali veste non potest honestè transire, debet fieri expensis viri, ut notatur in l. *sicut*, *de oper. libertor.* et ita servat consuetudo: tamen, si postea deponit luctum et habitum vidualem reddat vestes, quas recepit et contemnit, argumento D. *solut. matr.* l. *in his*, §. 1. mulier verò quæ non vult indui de nigro, non propterea est infamis, ut *C. de infam.* l. *decreto.*

(5) *E en los memoriales.* Adde l. fin. §. *in computatione*, *C. de jur. deliber.* deducitur etiam quod impenditur in benditione bonorum pro debitis exolvendis, ut D. eod. l. *quantitas.*

(6) *Su sieruo mismo.* Adde l. *generaliter*, §. *si quis alienum*, et §. *si cui*, et l. *decem*, D. *de fideicommiss. libert.* et l. *sed si non servus*, D. *ad leg. Falcid.*

(7) *Ende sacar.* Detrahitur ergo Falcidia, si ea detracta, quod superest sufficit ad alienum servum redimendum, ut in juribus in præcedenti glossa allegatis. Quid autem de pretio servi testatoris vel hæredis, quem testator jubet manumitti? Vide in l. *si servus*, cum ll. sequent. et l. *æris alieni*, D. eod.

(8) *Su parte.* Adde l. *Plautius*, et l. *lineam margaritarum*, D. eod. et *C.* eod. l. *error.* et l. 2. et l. fin.

(9) *Apreciar.* Et æstimatione facta denuntiabit hæres legatario, ut partem æstimationis inferat, ut subjicit; quod si non inferat, utetur adversus eum doli exceptione, l. 1. §. *si ususfructus*, et l. *si is qui*, §. fin. D. *ad leg. Falcid.*

(10) *En vna cosa.* Prosequitur dicta Azon. *C.* eod. in summa, col. 2. vers. *et pro hoc soleitur quæstio*, non enim potest hæres invitis legatariis in una re detrahere Falcidiam, ut probatur in l. *Plautius*, D. eod. et adde quæ dixi in l. 1. suprà eod. in gloss. 1.

LEX III.

Quantitas hæreditatis in computatione Falcidiæ inspicitur tempore mortis testatoris; nec quod postea accrevit, aufert hæredi Falcidiam; nec quod diminuit, eum exonerat à legatorum præstatione. Hoc dicit. Habuit ortum à §. *quantitas*, Instit. *ad leg. Falcid.* et à l. *in quantitate*, D. *ad leg. Falcid.*

(1) *Fino.* Adde l. *in quantitate*, in princip. D. *ad leg. Falcid.* et *Institut.* eod. §. penult.

(2) *O se crescio.* Adde l. *in ratione*, in princ. D. eod. ubi vide Angel. et Alexand. limitantem hoc quatuor modis, et per Paulum de Cast. limitantem etiam nisi diminutio vel augmentum contingens post mortem testatoris sumpsisset originem in vita testatoris, quia tunc videretur contigisse in vita, l. *Paulus*, D. eod. et vide ibi per Alexand. per quem etiam vide, quid in Trebellianica, et quid etiam in legitima debita de jure naturæ, et per Paul. de Cast. ibidem, et in l. *in quantitate*, in princ. eod. tit. Vide etiam ibi per Paul. et Alexand. an ista lex procedat etiam hodie facto inventario, et per Bart. et Alexand. in dict. l. *in ratione*, §.

:

el pro della pertenesce al heredero, e non a aquellos que deuen auer las mandas. E esto seria, como si el testador ouiesse en valia cient marauedis quando finasse, e los bienes en que los ouiesse fuesse en ganado, assi como en vacas, o en ouejas, o cabras, o otros ganados. Ca, si quando muriesse el testador valiessen cient marauedis los ganados, e non mas, e despues pariessen, o esquilmassen dellos otros frutos, assi como queso, e lana, de guisa que los fijos, e los esquilmos valiessen otros cient marauedis, o mas; por todo esso aura el heredero todo el esquilmo de los ganados, e la quarta parte de los cient marauedis, que valian los bienes del testador quando fino. Otrosi dezimos, que si se menguassen despues de los bienes del finado la quarta parte dellos, con todo esso auran las mandas cumplidamente aquellos a quien fueron mandadas, e el heredero perdera la su parte, de todo aquello que menguare ende. Ca derecho es, pues que a el pertenesce el pro del acrescentamiento de la herencia, que otrosi sufra el daño (3), quando y acaesciere despues de la muerte del testador.

LEY IV.

Quales mandas non deuen ser menguadas por razon de Falcidia.

Sacar pueden los herederos de las mandas la su quarta parte legitima, a que llaman en latin, Falcidia, assi como de suso mostramos. Empero mandas y a de tal natura, de que la non podran sacar, e son estas; assi como de las cosas, que dexa el fazedor del testamento a Eglesia (1), o a otro lugar religioso, o a hospital, o a pobres, o para quitar los captiuos, o en alguna otra manera que fuesse obra de piedad (2). Ca, de tales

diligenter, et adde etiam l. *cum quo*, D. *ad leg. Falcid.*

(3) *El daño.* Adde l. *secundum naturam*, D. *de regul. jur.*

LEX IV.

Non detrahitur Falcidia de relictis ecclesiæ, hospitali, et loco religioso, aut pauperibus, seu in redemptione captivorum, vel alias pias causas, secùs in legitima debita jure naturæ: nec etiam extraneus hæres de militari testamento jure militari facto. Hoc dicit. Concordat cum hac l. *si quis ad declinandam*, *C. de Episcop. et cleric.* et cap. *si pater*, *de testam.* lib. 6.

(1) *A Eglesia.* Adde cap. *Pontifices*, 12. q. 3. sive igitur relinquatur ecclesiæ simpliciter, sive ecclesiæ, et ad piam causam, sive ad piam causam tantùm, cessat Falcidia, ut hic, et in authentic. *similiter*, *C. ad leg. Falcid.* et in corpore, unde sumitur, et sic corrigitur l. 1. §. *ad municipium*, D. *ad leg. Falcid.* quatenus dicit, quòd habet locum Falcidia etiam in his, quæ Deo relinquuntur: et ista erit magis communis opinio, quam etiam tenebat Azo. *C.* eod. in summa, col. fin. cum finaliter dicit melius est favore clericorum, ut dicamus correctum. Sed quid si una ecclesia, vel alia pia causa esset instituta hæres, et gravetur legatis relictis alteri ecclesiæ, vel piæ causæ; an tunc etiam cesset Falcidia? Dinus tenuit, quòd tunc competat Falcidia, ex eo quia privilegiatus non potest uti privilegio contra pariter privilegiatum, per id, quod habetur in authentic. *de sanctissim. Episcop.* §. *sed hoc præsenti*, ubi etiam hoc tenet Angel. et idem voluit Abbas in cap. *in præsentia*, *de probat.* 12. col. et Salic. in authentic. *qui rem*, *C. de sacrosanct. eccles.* qui dicit ita tenere Doctores in dict. authentic. *similiter*, et pro ista opinione secundum Alexand. in dict. §. *ad municipium*, bene facit l. *sed et milites*, in princ. in vers. *nisi fortassis*, D. *de excusat. tutor.* ubi si privilegiatus fundat se in jure communi, potest illo uti contra pariter privilegiatum; quem textum ad hoc notat ibi Baldus post Jacob. de Aren. Ludov. tamen Roman. in repetitione authenticæ, *similiter in 40. speciali ad pias causas*, et in l. *Marcellus*, §. *res quæ*, D. *ad Trebell.* tenet contrarium ex eo, quia pia causa instituta non fundat se in jure speciali, sed in jure communi, secundum quod hæres debet detrahere Falcidiam de legatis; sed pia causa legataria fundat se in privilegio speciali, ideò debet præferri, l. fin. D. *ex quib. caus. major.* et respondet ad §. *sed hoc præsenti*, quòd ibi utraque causa reperiebatur in specie privilegiata, et istam opinionem dicit Alexand. ubi suprà magis sibi placere in puncto juris, per dict. l. fin. et notata per *Bart.* in dict. authentic. *quas actiones*, *C. de sacrosanct. eccles.* ibique respondet ad dictam l. *sed et milites*, quòd ibi non competebat privilegium contra excusationes juris communis; et subdit, quod in practica durum esset obtinere contra auctoritates prædictorum Doctorum tenentium, tunc Falcidiam posse detrahi: et certè non est recedendum ab opinione prædictorum, quæ est communis, ut tradit Decius in dict. cap. *in præsentia*, num. 32. et quia privilegiatus in specie non utitur privilegio contra alium privilegiatum in genere propter similem ejus qualitatem, nisi quando privilegiatus in genere certat de lucro, et alter de damno vitando, ut est in casu dict. l. fin. ut latiùs prosequitur Decius ubi suprà post Bald. in authentic. *perpetua*, *C. de sacrosanct. eccles.* et quia secundum Angelum in dict. §. *sed hæc præsenti*, rationes, quare cessat Falcidia in relictis ad piam causam, cessant quando pia causa est instituta.

(2) *De piedad.* Et tale legatum pium detrahetur, ut æs alienum de hæreditate, l. *ejus*, et l. *æris alieni*, D. *ad leg. Falcid.* Gloss. in dict. authentic. *similiter.* Doctores communiter in l. *ex asse*, D. *ad leg. Falcid.* volentes, quod si legata sint quædam pia, quædam non pia, de non piis non detrahetur Falcidia pro piis, textus notabilis in l. *si post missionem*, D. eod. si tamen eidem relinquatur unum legatum ad pias causas, et aliud ad non pias causas, tunc de legato non pio detrahetur Falcidia pro utroque, secundum Angel. in l. *sed si non servus*, §. 1. in princ. per illum textum, D. eod. et sequuntur Joan. de Imol. Paul. et Alex. ibidem, sub l. *si servus*, eod. tit. Paul. in l. *si post missionem*, D. eod. et Bart. in authentic. *sed in ea*, *C.* eod. et habes hic quòd relictum ecclesiæ, vel hospitali, vel in usus pauperum, vel redemptionem captivorum, dicitur relictum ad pias causas, et adde Specul. tit. *de instrum. edition.* §. *nunc vero aliqua*, vers. *et scias*, el 2. ubi vide, quòd inter relicta ad pias causas, idem esset, si relinquatur pro refectione murorum, et pro custodia terræ, quia custodiuntur orphani, et miserabiles, qui sunt intus. Item relictum ad instructionem pontium, et viarum, dicitur ad pias causas, Gloss. et ibi notat Nicol. de Neapol. in l. 1. §. *ad municipium*, D. *ad leg. Falcid.* quod intellige secundum Specul. in dict. vers. *et scias*, el 2. si necessitas immineat, non aliter, per l. *ad instructionem*, *C. de sacrosanct. eccles. cum aliis ibi allegatis*: sic ergo limitabis quæ dicit Paul. de Cast. in l. *pater filium*, col. 2. D. *de inoffic. testam.* cùm dixit, quod illa solùm sortiuntur privilegia piæ causæ, quæ in jure reperiuntur specificata; unde secundum eum legatum ad refectionem viæ, vel pontium, vel murorum, non dicitur pium. Et isto etiam modo limita et intellige quod hic dicitur de redemptione captivorum, nam debet intelligi, ut redimantur captivi egentes; si enim ipsi habeant facultates, quibus se redimant, non dicetur relictum pium, ut etiam in terminis tradit Bald. novell. in tract. *de dote*, fol. 7.

mandas como estas, nin de las otras semejantes dellas, non deue el heredero retener ninguna cosa para si por razon de Falcidia (3), ante deuen ser dadas cumplidamente, assi como el testador las mando. Fueras ende, si el heredero fuesse de los que descienden, o suben por liña derecha del testador. Ca estos atales en todas guisas deuen auer la su parte legitima (4), e non gela pueden embargar por tales mandas como sobredichas son, nin por otra manera (5) ninguna. Fueras ende, si el heredero fiziesse tal yerro, por que el testador le ouiesse desheredado con derecho. Otrosi dezimos, que quando estuuiesse algun Cauallero (6) en hueste, en seruicio del Rey, o en seruicio comunalmente de la tierra si fiziesse manda, en que dexasse mandas a otro, e establesciesse por su heredero a alguno, que non fuesse de los que descendiessen, o subiessen por la liña derecha del mismo, tal heredero como este non deue sacar de las mandas, que el Cauallero fiziesse en tal lugar ninguna cosa; maguer non ouiesse de otra parte, de que pudiesse auer la su parte legitima. E esto

col. 3. et vide Specul. ubi supra, de relicto, ut pingatur imago beatæ Virginis Mariæ, vel alterius Sancti, quòd dicatur, quòd pium: etiam tenet Angel. in dict. §. *ad municipium*, ubi etiam Alexand. et ut dicit Baldus in dict. authent. *similiter*, omne propter quod anima testatoris sublevatur, vel anima cujuscumque catholici, vel animatum corpus carcerati etiam pro maleficio, dicitur relictum ad pias causas, juxta notata in l. *si quis Titio*, D. *de legat.* 2. bonus textus in authentic. *ut cum de appell. cognosc.* cap. 3. §. 13. vers. *occasionem*, ibi: *eorum animæ piissimæ sublebentur.* Bald. tamen in authentic. *contra rogatus, C. ad Trebell.* vult contrarium in carceratis pro maleficio, quia non sunt digni secundum eum misericordia, qui deliquerunt, sed soli innocentes. Primum tamen dictum videtur verius, et tenuit Gloss. in cap. *sacrorum*, 12. q. 2. dum dicit, quòd dispositio illius capituli et l. *sancimus*, *C. de sacrosanct. eccles.* dicens, quòd res ecclesiæ possunt alienari in redemptionem captivorum, militat etiam in carceratis pro maleficio: allegat textum in cap. *si res aliena*, 14. quæst. 6. et cap. 1. et cap. *reos*, 14. quæst. 5. ubi habetur, quòd non est inhumanum benè facere etiam his, qui delinquerunt, allegat etiam cap. *non satis*, 86. dist. ibi cùm dicit, sed plus illis, qui sine culpa. Et illam glossam sequuntur Joannes de Imol. et Alexand. in l. *quamvis*, D. *solut. matrim.* et intellige de carceratis pauperibus, ut suprà tetigi post Specul. et adde Ang. in tract. *maleficior.* in parte *qui judex dictum Cajum carcerari jussit.* Adde etiam, quòd pia causa est maritare virgines, ut tradit Bald. in authentic. *nisi rogati*, *C. ad Trebell.* et vide per Bald. novell. ubi suprà, et intellige de pauperibus congruam dotem non habentibus, ut tradit Bald. novell. ibi, quem vide. Item an relictum pro malè ablatis dicatur pium, vide per Specul. ubi suprà, et ibi per Joan. And. in addit. col. mihi 29. et 30. et ibi vide, quid si malè ablata non ascendunt ad quantitatem legati, an quod superest, convertatur in alios pios usus; qui tenet, quod sic. Item dicitur relictum ad pias causas, si relinquatur pro alimentis etiam consanguineo pauperi, Gloss. in l. *illud*, *C. de sacrosanct. eccles.* per Bart. in l. *alio*, D. *de alim. et cibar. legat.* col. 2. et non ex verbis testatoris judicandum est, sit pium, vel ne, sed ex qualitate causæ, ut dicit Alberic. in l. *nulli*, col. penult. *C. de Episcop. et cleric.* Bald. in dict. authentic. *similiter*, non enim potest assertio testatoris veritatem immutare, l. *qui testamentum*, D. *de probat.* l. *si forte*, D. *de castr. pecul.* et argumento l. fin. D. *de exercitoria.*

(3) *De Falcidia.* Quid de Trebellianica? Gloss. in cap. *si pater*, *de testam.* lib. 6. in verbo *Trebellianicæ*, tenet quòd detrahatur etiam de fideicommisso, et idem tenent ibi Archid. et Joan. And. et tenent alii plerique Doctores, de quibus per Alexand. in l. *Marcellus*, in princ. col. 3. et 4. D. *ad Trebell.* Bartolus tamen in dict. l. *Marcellus*, tenet contrarium, imò quòd in Trebellianica sit idem, quod in Falcidia; ubi Alexand. et Jason. attestantur istam esse communem opinionem; quam etiam similiter dicit communem Socin. cons. 116. col. fin. 1. vol. ubi tradit multos, qui istam opinionem tenuerunt. Quam communem opinionem limita, quando pia causa fuit instituta, et de restituendo gravata, ut etiam dixi in Falcidia, supra ead. l. in gloss. 1. licèt Alexand. in dict. l. *Marcellus*, voluit contrarium in ista limitatione: et adverte, quòd licèt primus substitutus non sit privilegiatus, si tamen ille gravetur etiam de restituendo pauperibus vel aliæ piæ causæ hæres Trebellianicam non detrahet etiam à primo substituto non privilegiato, quia debet inspici persona pauperum vel causa pia, in quos ultimo devenire debet, qui sunt privilegiati, ita tenet Ludov. Roman. in dict. l. *Marcellus*, §. *quod autem*, et dicit se ita consuluisse, et est in ejus consiliis consil. 206. *licèt ex communi conclusione*, ad fin. ubi dicit, istud esse verum, quando erat certum relictum esse perventurum ad piam causam, secùs si erat incertum, ut quia esset gravatus restituere piæ causæ sub conditione, *si sine liberis decederet*, et istud etiam tenet Alexand. 3. vol. consil. 20. ad fin. incipit, *ponderatis his quæ in themate*, et in l. *cum dotem*, D. *ad leg. Falcid.* ubi sublimitat limitationem Romani, scilicet ut interim locus sit detractioni Falcidiæ, sed debebit hæres cavere, quòd eveniente conditione restituet, quod detraxit, argumento l. *in lege Falcidia non habetur*, D. eod. juncta l. 1. in princ. *cum similibus*, D. *ut legator. nomin. caveat.* Ista tamen sublimatio Alexandri non caret aliquo scrupulo, nam Baldus in consil. suo incipit, *in quæstione, quæ vertitur inter scholam S. Mariæ*, consuluit contrarium, quem refert Socin. consil. 8. 1. vol. 2. dubio; testator enim in casu Baldi instituerat filios, et præcedenti sine liberis substituit superstitem, et si uterque moreretur sine liberis, substituit pauperes Christi; concludit, quòd evenienti casu, quòd primus decedat sine liberis superstite altero, et decedente similiter sine liberis postea altero, pia causa non habet de portione primi nisi dimidiam, detracta scilicèt legitima et Trebellianica, quæ devenerunt ad fratrem superstitem, ut hæredem fratris, non ut fideicommissarium patris testatoris, id est, ejus hæres non restituit illam dimidiam piæ causæ, cùm enim semel dicta legitima et Trebellianica à fideicommisso exempta sit, rursus in fideicommissum non incidit, argumento l. *solita providentia*, *C. de remis. pignor.* Dicit tamen Socinus ubi suprà, quòd si talis casus occurreret, satis dubitaret: idem tamen Socin. cons. 144. ejusdem 1. vol. incipit, *diligenter considerata*, col. fin. videtur adhærere dicto Baldi in dict. consil. dicit enim, quòd quando restitutio est fienda mediatè et commutabiliter sub aliqua conditione, tunc à primo fideicommissario potest deduci Trebellianica, quæ deducta rursus non incidit in fideicommissum, argumento dict. l. *solita*, et allegat Baldum in dict. consil. et quòd idem voluerunt Roman. ubi suprà, et Joan. de Monte Sperelo in dict. authentic. *similiter*, et quòd ita sæpius vidit consultum per doctissimos viros: ego adhærerem dictis Alexandri, dum vult, quòd mediante cautione pia causa in hoc juvabitur.

(4) *Legitima.* Debita jura naturæ; hoc enim per nullam Falcidiam minuitur, ut hic, et in l. *scimus*, *C. de inoffic. testam.*

(5) *Manera.* Adde l. 11. tit. 4. suprà ead. *Partit.*

(6) *Cauallero.* Adde l. *si post misionem*, et l. *ad veterani*, et l. *si miles*, D. *ad leg. Falc.* et *C.* eod. l. *in testamento*, ubi Glossa dixit idem in Trebellianica, et vide l. 12. et quæ ibi dixi, tit. 5. suprà ead. *Partit.*

es, porque los Caualleros, de mientra que estan en hueste (7), han este priuilegio, e otras mayorias, mas que los otros omes, assi como se muestran en las leyes deste nuestro libro; porque son puestos para amparar el pro comunal de la tierra.

LEY V.

Como, si el heredero da alguna cosa ascondidamente por mandado del testador, a ome que la non podia auer de derecho, non puede despues sacar della Falcidia.

Personas ciertas son, a quien defienden las leyes deste nuestro libro que les non puedan dexar los omes mandas, nin otras cosas en sus testamentos; assi como diximos de suso en el titulo de los Herederos. E porque acaesce a las vegadas, que los fazedores de los testamentos ruegan ascondidamente a los herederos que den alguna cosa a tales personas; porende mandamos, que los herederos non sean tenudos de los obedescer en esto. E si contra esto fizieren pierdan (1) porende la su parte, que es llamada Falcidia, de manera que la non puedan sacar de las mandas; e si la han sacada, que la den a la Camara del Rey. Fueras ende, si el heredero fuesse fijo, o nieto, o sieruo (2) del fazedor del testamento. Ca estos herederos atales non la deuen perder (3) por tal razon; porque ellos estan en poder del, e son tenudos de caber su ruego (4), e de obedescer su mandado.

LEY VI.

Por quales razones, e de que cosas, non puede sacar Falcidia el heredero.

Maliciosamente cancelando el heredero el testamento, o las mandas, porque non valiessen, pierde (1) por ende, que non puede sacar la Falcidia dellas. Otrosi dezimos, que si el heredero furtasse alguna cosa de las que el testador fiziesse manda a otri, o la negasse maliciosamente, diziendo que era suya propria, e non del testador; por qualquier destas razones que sea vencido el heredero por juyzio, pierde porende (2), que non pueda sacar de las mandas la Falcidia. Otrosi, aquellos herederos que non suben, nin descienden por la liña derecha del testador, non pueden sacar Falcidia de las mandas si el testador les defendiesse señaladamente (3), que la non sacassen. Otrosi dezimos, que si el testador fiziesse manda a alguno de Castillo, o de otra heredad cier-

(7) *De mientra que estan en hueste.* Vide ll. suprà allegatas, et quæ dixi in l. 49. tit. 5. *Part.* 5.

LEX V.

Hæres accommodans tacitam fidem testatori de legato incapaci præstando, si præstet, perdit, quod sibi debetur per Falcidiam; nisi sit filius, nepos, aut testatoris servus, qui ratione potestatis tenentur ejus rogaminibus, vel mandatis obedire. Hoc dicit. Habuit ortum à l. *beneficio*, et à l. *hæreditatum*, in fin. D. *ad leg. Falcid.* et à l. *rescriptum*, D. *de his quæ ut indign.* et *de his quæ in testam. delent.* et à l. 1. et *si quis aliq. testari prohibuerit*, l. 2.

(1) *Pierdan.* Adde l. *hæres*, D. *de his quæ ut indign.*

(2) *Fijo, o nieto, o sieruo.* Adde l. *si tacitum*, D. *ad leg. Falcid.*

(3) *Non la deuen perder.* Confiscabitur ergo hæreditas sine præjudicio talis hæredis quoad Falcidiam, ut in dict. l. *si tacitum.*

(4) *De caber su ruego.* Facit ad ea quæ dixi in l. 13. tit. 7. suprà ead. *Partit.* et ex hoc nota, prout notat Alexand. in dict. l. *si tacitum*, quòd accommodare tacitam fidem de restituendo incapaci, non censetur inter attrociora delicta, quia aliàs non excusaretur servus, si paruit domino, ut in l. *ad ea*, D. *de regul. jur.* l. *servus*, D. *de action. et oblig.*

LEX VI.

Non detrahit hæres Falcidiam malitiosè cancellans testamentum vel legata, ne valerent, quia per hoc perdit Falcidiam: nec detrahet de re legata, quam subtrahit dicendo suam esse, et de his casibus, vel de eorum aliquo, si in jure convictus fuerit, privatur Falcidia. Item nec detrahitur si testator prohibet, ne detrahatur, nec etiam nec detrahitur de re legata prohibita à testatore alienari; nec de relictis pro legitima, vel dote aut libertate; nec detrahitur, si hæres credens satis sibi remanere, incœpit aliqua legata solida dependere; tunc non detrahitur et de aliis, nisi de novo magnum debitoris debitum detegatur, quia tunc de non solutis detrahet Falcidiam. Hoc dicit.

(1) *Pierde.* Concordat cum l. *beneficio*, D. eod.

(2) *Pierde porende.* Concordat cum l. *hæreditatum*, §. fin. D. eod. et intellige, quòd perdit Falcidiam in his rebus, quas subtraxit, vel negavit esse hæreditarias, ut ibi habetur.

(3) *Señaladamente.* Non ergo sufficit tacita prohibitio, ut hic, et in authent. *sed cum testator*, C. *ad leg. Falcid.* unde, et si testator scienter distribuat patrimonium suum per legata, si expressè non prohibuit detractionem Falcidiæ, habebit locum Falcidia, ut etiam notat Bart. in authent. *de hæredit. et Falcid.* §. *si verò expressim*, ad fin. et est bonus textus ubi Abb. ultim. notab. in cap. *Raynaldus*, *de testam.* quia non sufficit tacita, sed requiritur expressa prohibitio, ut hic, et in dict. authent. et ita voluit Angel. in dict. authent. *sed cum testator.* et in corpore unde sumitur: sufficerent tamen verba æquipollentia expressæ prohibitionis, veluti si testator jubeat integrè legata solvere, glossa singularis in l. *decem*, D. *de fideicommissar. libert.* Bald. in dict. authent. *sed cum testator.* ubi etiam Paul. de Cast. intelligit de verbis ita æquipollentibus, quòd non possent aliud importare; secùs si possent aliud importare, ut si dixerit pleno jure; vide ibi per eum, et per Alexand. 3. vol. consil. 5. *circa primum dubium*, *in secundo dubio*, ubi plura adducit circa dictam glossam, l. *decem*; et vide quæ in simili adducit Alexandr. consil. 133. *super quæsitis, de quibus in themate*, 5. vol. et Decius consil. 402. column. 2. et 3.

Sed quid si, prout est de consuetudine, in confectione testamentorum testator dicat, *et adimpleto hoc meo testamento, solutisque legatis in eo contentis, in residuo instituo Titium hæredem*, an ex hoc videatur prohiberi deductio Falcidiæ? Textus videtur, quòd non, in l. *Marcellus*, §. *item Pomponius*, D. *ad Trebell.* et ibi Paul. de Castr. quod tamen limita ex dictis Angeli ibi, nisi hæres deductis legatis rogatus esset restituere hæreditatem sub conditione, nam tunc testator videtur voluisse integra legata præstari sine detractione Falcidiæ. Et tunc de solo fideicommisso universali, hæres adveniente conditione gravatus detrahit

ta, en tal manera, que la non pudiessen vender (4), nin enagenar mas que siempre fincasse

quartam Trebellianicam, et ita dicit Angelus servari de consuetudine; vide quæ etiam in hoc dico in l. fin. in glos. 1. infrà eod. Si verò in clausula testamenti diceretur, et *solutis omnibus legatis*, *seu in totum solutis legatis*, an ex his verbis videatur prohibita Falcidiæ deductio? Videtur, quòd sic, quia perinde est, ac si diceret *integrè solutis*, et videtur de mente Paul. de Castr. in dict. authentic. *sed cum testator.* quod sine dubio procedit, quando dixit, *in totum solutis*; quando verò tantùm dixit, *solutisque omnibus legatis*, tunc videtur majus dubium, cùm idem sit dicere *solutis legatis*, quòd *solutis omnibus legatis*, cùm indefinita æquipolleat universali, l. *si pluribus*, cum similibus, D. *de legat.* 2. et Paulus loquitur, quando dixit, solvat totum fundum. Cogita tamen, quia ad præsens in terminis non invenio hoc decisum, nisi dicas decidi ex dicto Angeli in dict. §. *idem Pomponius*, volentis hoc casu videri prohibitam Falcidiam, et hæredem debere esse contentum cum eo, quod sibi relinquitur; quod etiam militat, quando et solum dixisset, *et solutis legatis*, licèt non adderet *omnibus*. Tu latius considera, nam pro primo dicto facit l. *nam quod*, §. fin. cum l. sequenti, et l. *qui totum*, D. *ad Trebell.* ubi habetur, quòd licèt testator dicat, universa bona mea, vel tota hæreditas restituatur, tamen adhuc potest detrahi Trebellianica, et est optimus textus, et ibi notat Abbas in cap. *Raynaldus*, in fin. *de testam.* qui textus fuit post dispositionem dictæ authenticæ *sed cum testator.* et vult adhuc Trebellianicam detrahi contra tacitam voluntatem testatoris. Et per illum textum in terminis, quando testator jussit omnia bona sua in totum restitui, tenet Socinus cons. 14. *sequendo ordinem*, col. fin. et latiùs idem Socinus consil. 33. *prosequendo ordinem*, in 4. quæst. col. penult. et fin. ubi plura adducit, quòd requiratur specifica prohibitio, et non sufficiat conjecturata, etsi dicatur, quòd integrè bona restituantur. Adverte tamen, quòd in hoc contrarium consuluit Alexand. cons. 5. volum. 3. incipit, *circa primum dubium*, col. fin. ubi voluit sufficere voluntatem conjecturatam, ex notatis per Bald. in l. *Centurio*, D. *de vulg. et pupil.* dum tractat de effectu substitutionis compendiosæ factæ per verba communia; ubi plura adducit, et ibi respondet ad leges, quas pro se adducit Socinus; vide ibi per eum. Et ista opinio magis placet, nam et illud, quod ex mente colligitur, dicitur expressum, l. *Prætor*, in princ. D. *de oper. nov. enuntiat.* et ibi Bart. et alii, et tradit idem Socinus cons. 127. *quoniam in præsenti consultatione*, 3. vol. col. antepen. et Decius cons. 389. *visa longa serie*, col. fin. Si verò testator adjiciens dictæ clausulæ, quæ est de consuetudine, diceret, *et hæres plus non petat*, satis ex hoc videtur prohiberi detractio Falcidiæ, secundum Baldum in l. *cum patrem*, *C. de jur. dotium*, et nota, quòd licet testator dicat, quòd res, quas relinquit hæredi, valent tantum, quod sufficeret ad Falcidiam debitam jure institutionis, non videtur ex hoc prohibere Falcidiam, quia videtur errare, et non esse certus de viribus patrimonii, ut declarant Bartol. Angel. Paul. et Doctor. in l. *quod de bonis*, ubi bonus textus, D. *ad leg. Falcid.* et nota etiam, quòd etiam de jure communi, quando testator prohibet Falcidiam, legata debentur etiam sine hæreditatis additione, ut in authent. *de hæredib. et Falcid.* cap. *hinc nobis*, et ibi Jacob. de Bellovis. et Bald. in l. *filium quem habentem*, col. 12. *C. famil. ercis.* ubi etiam Bald. dicit in versic. *deinde quæritur*, quòd non potest testator prohibere quartam, quæ debetur alicui ex forma consuetudinis vel statuti, allegat textum in cap. *Raynutius de testam.* Sed an Trebellianica similiter possit à testatore prohiberi? Variæ sunt opiniones, etiam inter Gloss. ut patet ex Gloss. in dict. authent. *sed cum testator.* ubi voluit Trebellianicam non posse à testatore prohiberi, cujus contrarium tenuit Gloss. in authentic. *de hæredib. et Falcid.* in §. *si verò expressim*; quod est magis communiter à Doctoribus approbatum, et tenet Bartol. in l. *Marcellus*, in princ. D. *ad Trebell.* ubi Jason. num. 45. fatetur hanc esse magis communem opinionem, et Alexand. consil. 67. 1. vol. et consil. 5. 3. vol. quod an procedat etiam in liberis primi gradus de restituendo gravatis, dicam in l. fin. infrà eod.

(4) *Que la non pudiessen vender.* Concordat cum authent. *ut sponsalitia largitas*, §. fin. et *C. ad leg. Falcid.* authent. *sed in ea.* Si ergo quis instituat aliquem hæredem in bonis suis, quæ voluit esse bona majoriæ, et prohibuit alienationem, non poterit detrahi per institutum Falcidia, neque Trebellianica, ut hic vides, et notat Bald. in dict. authentic. *sed in ea*, et facit ista lex, quòd sicut in bonis majoriæ non habet locum alienatio legalis ex Falcidia vel Trebellianica, quòd neque habebit locum alienatio per viam præscriptionis, et quòd sic præscriptio non habeat locum in bonis majoriæ: in qua quæstione vide, quæ latissimè dixi in l. 10. tit. 25. *Partit.* 4.

Facit etiam, quòd bona majoriæ prohibita alienari non publicentur propter delictum possidentis majoriam, de quo est textus notabilis, et ibi Bart. in l. *Imperator*, D. *de fideicom. libert.* circa quam legem vide Alex. cons. 23. vol. 1. in duobus locis. Adde l. *eum qui*, D. *de interd. et releg.* et notata per Cynum in l. 2. *C. de liber. et eorum liber.* et Salic. in l. *si quis Presbyter*, *C. de Episc. et Cleric.* et adde etiam l. *res uxoris*, *C. de donat. inter vir. et uxor.* et vide etiam l. *Statius Florus*, §. *Cornelio Felici*, D. *de jure fisci*, l. *Papinianus*, §. *meminisse*, D. *de inoffic. testam.* quod procedit etiam in crimine læsæ majestatis, textus et ibi Ang. in l. *eorum*, D. *ad leg. Jul. majestatis*, ubi est casus, quòd ea, quæ non transeunt in extraneum hæredem, non transeunt in fiscum, publicatis bonis propter crimen legis Juliæ majestatis: quod etiam tenet Bald. in §. fin. *quæ sit prima causa benefic. amitt.* et in §. *insuper*, *de prohib. feud. alienat. per Frederic.* ubi tenet, quòd propter delictum commissum in personam domini, licèt perdatur feudum, illa tamen quæ habentur jure geniture, et debent ad alios jure primogenituræ transire, non perduntur propter delictum commissum contra dominum; quod etiam tenet expressius Bald. in dict. §. fin. et confert ad prædicta quod habetur in Psal. 88. vers. 1. incipit, *Misericordias Domini*, juncto Psal. 131. vers. 1. incipit, *Memento, Domine, David*, nam Deus promiserat regnum perpetuum semini David, et licèt Deus propter peccatum soleat revocare promissa, tamen, quia istud pactum factum est David, non revocavit, licèt aliqui ab eo descendentes Reges commiserunt crimen læsæ majestatis idolatrando, ut traditur per glossam ordinariam, Matthæi cap. 1. et ibi Nicol. de Lyra: et adde quod habetur ad Roman. cap. 3. ibi: *quid enim si quidam illorum non crediderunt*, *etc.* et ibi Nicol. de Lyra. Poterit ergo ille, ad quem pertinet majoria, impedire fiscum, ne bona majoria incorporet, l. fin. et ibi Bald. *C. de bon. vacant.* in 11. notabil. lib. 10. l. *si pater*, *C. qui bon. ceder. poss.* benè tamen publicabitur ususfructus in vita delinquentis, ut in dict. §. *Cornelio Felici*; quæ omnia procedent, nisi per tenorem investituræ, seu majoriæ provisum esset, quòd statim in casu confiscationis bona majoriæ transeant in illam personam, quæ post mortem delinquentis vocatur ad majoriam, vel aliàs in hoc disponatur; nam tunc servabitur dispositio majoriæ, quandò facta fuit facultate regia vel per testamentum; si verò sine facultate regia, tunc recurrendum esset ad notata per Gloss. et Bart. in l. *qui absenti*, D. *de adquirend. possessione*: vide in hoc quæ tradit Alexandr. dict. consil. 23. Et in casu quo ex tenore majoriæ locus est confiscationi, an tunc bona erunt apud Regem, ut bona majoriæ, vel ut bona libera? Dic, quòd ut bona libera, nam variata persona variatur conditio rei, textus cum glossa in l. 1. §. *si is*, D. *de collat. bonor.* Bald. in l. 2. col. 2. *C. de jure fisc.* l. fin. *C. de usur. fiscal.* Bart. in l. *fiscus*, la 1. *C. de jur. fisc.* lib. 10. l. *cum in fundo*, §. *quod si acciderit*, D. *de jure dot.* Bald. in l. 2. in princ. D. *solut. matrim.* et ex hoc infertur, quòd si facta confiscatione Rex donet eam filio delinquentis vel proximiori vocato, quod erit apud istum donatarium ut nova majoria, non ut antiqua; posito, quòd Rex donaverit, ut esset majoria, vel erat ex sui natura, ut Comitatus, vel Ducatus; et pro hoc videtur textus in l. *si libertus meus in servitutem*, D. *de bon. libert.* et tenet Bald. in §. *insuper*, *de prohib.*

feud. alien. per Frederic. quæst. fin. et vide per Ludovicum de Goza consil. 46. num. 16. et vide quid in hoc dicit Joan. de Plat. per textum ibi in l. 1. in fine, *C. de impon. lucrat. descript.* lib. 10.

Sed quid si pater in constitutione majoriæ apposuit pactum, quòd si filius committeret delictum ex quo bona confiscarentur, bona reverterentur ad patrem, si tamen Princeps indulserit filio, quòd revertantur ad filium, contigit, quòd omnia ita acciderunt, et Princeps indulsit filio, pater verò vult de novo apponere gravamen, vel conditionem in majoria, an possit? Et videtur, quòd non, ex doctrina Bart. in l. *post dotem*, col. 6. ibi: *et ideo dico, quando pater dat dotem primo viro*, D. *de solut. matrim.*

Quid tamen in casu quo non est locus confiscationi majoriæ, si Princeps remittat postea delictum, et restituit delinquentem, fortè jam condemnatum; an recuperabit bona majoriæ, vel adhuc transibunt in sequentem vocatum? Et videtur dicendum, quòd si ille delinquens fuit condemnatus, et ita secundum vinculum majoratus bona fecerunt transitum in alium, seu jus majoriæ; tunc restitutio Principis nihil operabitur in præjudicium illius, qui sic erat vocatus propter delictum alterius, ut tradit Bald. in cap. 1. *hic finitur lex*, *deinde consuet. regn. incip.* col. fin. et quæstione fin. Si verò adhuc non erat condemnatus, bona tamen ipso jure erant confiscata, et cùm tunc fecerunt transitum in sic vocatum, et sic indulgentia vel restitutio nihil debet operari. Si verò neque condemnatio fuit sequuta, neque bona ipso jure fuerunt confiscata, et tunc non videtur perdidisse majoratum, et erit proficua indulgentia. Ista distinctio colligitur ex verbis Bald. in dict. cap. 1. §. *insuper, de prohib. feud. alienat. per Frederic.* quæst. fin. et vide quæ notat Bald. in cap. unic. *quid jur. si post alienat. vass. feud. recup.* in princip. In casu verò quo per majoriæ instrumentum nihil disponitur, ad quem ex delicto transeat majoria, publicabitur ususfructus, ut dixi; et si Princeps crimen indulgeat et restituat, operabitur restitutio, ut rehabeat suum majoratum uti prius cum fructibus, secundum Baldum in dict. cap. 1. *his finitur lex*, col. fin. videtur enim restitutio facta, ut sint bona majoriæ, non ut libera, per textum in l. *etiam*, §. *si deportatus*, D. *de bon. libert.* et l. 2. et 3. D. *de sentent. passis.* Quod intellige, si Princeps ante restitutionem non fecerat donationem alteri talis ususfructus, nam tunc non recuperaret per restitutionem, secundum Baldum ibidem, pen. col. de quo tamen ultimò vide, quæ latè traduntur et notantur per Alexandrum, et modernos in l. *Gallus*, §. *et quid si tantum*, D. *de liberis, et posthum.* Bart. in l. *quæcumque*, *C. de fide instrum. et jur. hastæ fiscal.* lib. 10. Cardinal. et Joan. de Imol. in cap. *quia diligentia*, *de elect.* Felin. in cap. fin. col. 4. *de constitut.* et in cap. *inter quatuor*, *de majorit. et obedient.* Abb. in cap. 1. *de parochis*, et singulariter per Socinum cons. 266. col. 19. 20. et 21. cum sequentib. Hodie communiter in facultatibus regalibus ad majoriam excipiuntur crimina hæresis, et læsæ majestatis, et criminis nefandi, ut in illis perdantur bona majoriæ: quod servandum videtur in his bonis, quæ vinculantur ex vigore facultatis, et aliter non posset vinculari, eorumque alienationes prohiberi; cùm enim has vires receperunt ex privilegio Principis, nil mirum, si Princeps tale privilegium in hoc possit modificare et declarare, seu sub certis limitationibus concedere. Si verò conditor majoriæ etiam sine facultate Principis poterat bona sua gravare fideicommisso, et restitutioni subjicere, ut quia nullos descendentes vel ascendentes habebat, et liberè poterat bona sua vinculare, vel si habebat, in tertia et quinta poterat liberè disponere juxta leges regni; talia bona non perduntur etiam propter crimen læsæ majestatis, ut dixi; et licèt interveniat facultas Principis insimul cum potestate, quæ disponenti competit, de jure communi non perdentur talia bona, in quibus competebat de jure communi etiam citra rescriptum Principis talis facultas: in dubio namque, ex quo condens majoriam non se restringit in sua dispositione ad talem regiam facultatem, visus fuit disponere omni meliori modo, quo dispositio sua conservari posset, Baldus in l. *id quod pauperibus*, col. fin. vers. *ultimo quæritur circa hoc*, *C. de Episcop. et Cleric.* et l. *planè*, D. *quod falso tutor. auctor.* et ibi Baldus. Et actus qui potuit geri ex duplici potestate, sustentabitur ex ea, qua melius valere potest, ut est casus multum singularis in cap. *nisi essent*, *de præbend.* et ibi Abb. in 2. notab. et per illum textum eleganter etiam dicit Bald. in §. 1. col. penult. *de lege Corrad.* quòd si partes compromiserunt in judicem delegatum, non per hoc videntur renuntiare rescripto, imo ex utraque auctoritate intelligitur judex procedere, et potest pro parte valere sententia ex una auctoritate, et pro alia parte ex altera, per dict. cap. *nisi essent*, quod dicit non esse alibi. Semper enim actus videtur esse gestus ex ea auctoritate, quæ majus robur et majorem efficaciam dat actui, ut in l. 3. ubi casus notabilis, D. *de testam. milit.* nam valens actum exercere ex duplici potestate, videtur actum exercuisse prætextu majoris potestatis, ut dixit Abb. per textum ibi, et per dictam l. 3. in cap. *quod sicut*, penult. notabili, *de elect.* Dixit etiam Bald. in l. *humanitatis*, col. 7. *C. de impub. et aliis substit.* quòd habens duo arbitria ad aliquem actum, videtur facere ex arbitrio pleniori, et hoc idem voluit Innocentius in cap. *cum ex officii*, *de præscript.* ubi etiam fortius voluit, quòd si quis habens auctoritatem ordinariam, crederet etiam se habere auctoritatem delegatam, quam tamen in veritate non habebat, et protestaretur velle tantùm procedere auctoritate delegata, nihilominus processus tenebit auctoritate ordinariæ jurisdictionis, quam tantùm habebat; quod est singulare, firmiora namque reputantur illa, quæ aguntur de jure communi, quàm illa quæ aguntur de jure speciali, l. *ejus militis*, §. *militia missus*, D. *de testam. milit.* et in authentic. *de non alienand.* cap. *quia verò verisimile*, et semper in dubio quis videtur velle facere actum validum jure communi et ordinario, non autem speciali vel extraordinario, l. *quamquam*, *C. de testam. milit.* et l. *in testamento*, la 1. eod. tit. et ideo dicit Freder. de Sen. consil. 125. incipit, *factum tale est*, *quædam domus*, quòd si quis potest procedere, ut ordinarius et ut delegatus, præsumitur in dubio uti potestate ordinaria. Consulo ergo, quòd disponentes circa majoriam exprimant se meliori potestate, qua possent facere et disponere, ut omnis dubietas tollatur, et quòd protestentur velle uti jure communi et facultate, illa via et forma, qua melius eorum dispositio conservari possit: et confert etiam ad prædicta l. *habebat*, D. *de institor.* per quam ibi notat Baldus, quòd licèt contraham tecum respectu unius mandati, quod te habere credebam, tamen possum agere contra te vigore alterius mandati, quod habes, licèt ignorarem tempore contractus, et sic sustinetur contractus, etiam ex alio mandato, de quo non fuit facta mentio, ut etiam plenius concludit Bart. in sua disputatione incipienti, *adunantia generalis*, et Bald. in l. *falsus*, *C. de furt.* et tetigit Bart. in l. *ambitiosa*, col. ult. D. *de decret. ab ordin. faciend.*

Sed erit pulchrum dubium, an in casu quo perdatur majoria ex crimine læsæ majestatis vel alterius criminis, an tenebitur de evictione, qui tale crimen commisit, si haberet unde possit solvere? Et videtur, quòd sic, ex dicto Baldi in §. *rursus*, *quib. mod. feud. amit.* vers. *sed quæritur utrum auctor.*

Quod autem dixi, quòd neque per crimen læsæ majestatis perdantur bona majoriæ, imò adhuc veniant in sequentem vocatum; an procedat in filiis delinquentis, qui ad majoriam essent vocati? Vide quæ dicam in l. 2. tit. 2. *Partit.* 7. ubi etiam tractabitur, Deo dante, de filiis ante vel post delictum conceptis, et de intellectu l. *quisquis*, *C. ad leg. Jul. majest.* et l. 6. tit. 27. *Partit.* 2. Et in casu, quo ex tenore investituræ vel aliàs, bona vel ususfructus majoriæ confiscarentur, si possessor deservivit Regi, si filius ejus vel majoriæ successor servivit, inclinari debet Rex ad benè meritum, ut jubeat ei dari bona, neque tam debent attendi demerita patris, quàm merita filii, l. *non tantum*, §. *si emancipatus*, D. *de bonor. posses. contra tabul.* et facit quod notat Bald. in cap. 1. in princip. col. 3. vers. *quid si sunt duo fratres*, *quib. modis feud. amit.* ubi dicit, quòd si ex duobus fratribus unus dereliquit dominum, alter sua probitate defendit, quòd tunc excusatur unus propter alterum, propter conjunctionem personarum et feudi.

Quid autem si villa seu castrum majoriæ confiscarentur ex his quæ habentur in l. 22. tit. 13. *Partit.* 2. ibi: *esso*

mismo dezimos, vide dict. l. et quæ ibi dixi. Facit etiam ista lex ad id quod notat Bald. in authentic. *præterea*, *C. unde vir et uxor*, col. 2. vers. *ulterius etiam*. Nota quòd prohibitus alienare, non potest per suum contractum vel quasi contractum introducere dispositionem legalem in oppositum, imo tenetur curare, ne id fiat, l. *si ita quis*, §. *ea lege*, *in gloss*. D. *de verborum obligat*. et adde Bald. in l. 1. *C. de inoffic. dotib.*

Item etiam facit ista lex ad decisionem illius dubitationis, an dispositio authenticæ *res quæ*, *C. communia de legat.* scilicet, quod bona subjecta restitutioni possunt alienari ex causa dotis, quando liberis legitima portio non sufficeret, procedat etiam stante expressa prohibitione testatoris; quam quæstionem latè tractat Jason. in dict. authentic. *res quæ*, col. 7. et 8. ubi asserit communem esse opinionem, quòd procedat etiam stante expressa prohibitione, contra Baldum qui voluit contrarium in §. *donare*, *qualiter olim feud. alien. poss.* et communem opinionem tenet Doctor de Palac. Rubios in repetit. cap. *per vestras*, *de donation. inter virum et uxorem*, col. 55. et 56. cum sequentibus, in formis minoribus. Certè ista lex Partitarum potest induci pro opinione Baldi, ultra alia quæ pro ea inducit Jason. in dict. authentic. *res quæ*, cùm vult hæc lex, quòd stante ista tali expressa prohibitione, cesset alienatio etiam ex dispositione legali, et sic licèt onus dotandi filias descendat à lege, ut in l. *capite trigesimo qui liberos*, D. *de ritu nuptiar.* l. 8. tit. 11. *Partit.* 4. Licèt dici possit, quòd ista lex parum faciat, cùm ratio ejus sit, quia testator potest prohibere Falcidiam, et prohibendo alienationem, per consequens videtur prohibere diminutionem per viam Falcidiæ; testator tamen non potest prohibere obligationem, qua tenetur pater dotare filiam. Sed adhuc potest responderi, quòd per expressam prohibitionem, quod neque ex causa dotis res subjectæ restitutioni alienentur, potest provideri per testatorem, ut tradit Alexand. consil. 56. *consideratis verbis testamenti*, 1. vol. quod etiam est repetitum consil. 23. vol. 2. qui tamen ad hoc nihil allegat: de dicto tamen ejus meminit Ambrosius, prout etiam refert Palac. Rub. ubi suprà, col. 62. in repetit. l. *filiusfamilias*, §. *Divi*, D. *de legat.* 1. et Jason. in dict. authentic. *res quæ*. In confirmationem tamen illius dicti Alexand. tradit Palac. Rub. ubi suprà, quod sicut potest adjici pactum vel conditio, ut res non possit alienari in ecclesiam vel pium locum, ut tradit Bald. in cap. *clerici*, col. 2. *de judic.* et in cap. *quæ in ecclesiarum*, *de constitut.* col. 3. vers. *sed hic quæritur*, Felin. in cap. *quæ in ecclesiarum*, eod. tit. Bald. et alii in l. *ea lege*, *C. de condict. ob caus.* per Doctor. in l. *si ita quis*, §. *ea lege*, D. *verbor. oblig.* sic etiam valere debet dispositio, ne res alienetur etiam ex causa dotis: per hoc tamen non arbitror recedendum à communi opinione, cùm expressior sit prohibitio, quod neque propter dotem alienentur, quàm si simpliciter alienatio prohibeatur. Et quod dixi, quòd teneat expressa prohibitio ut neque ex causa dotis alienetur, limita et intellige, quando prohibens non tenebatur ad dotem, nam si teneretur, talis prohibitio non obstaret, ut tradit Bart. in l. *filiusfamilias*, §. *Divi*, D. *de legat.* 1. quæst. 2. idem Palacios Rub. ubi suprà col. 63. textus notabilis in l. *cum fidei*, D. *de fideicommissar. libert.* l. *peto*, §. *prædium*, D. *de legat.* 2. et crederem hoc procedere, etiamsi mortuo patre nulla promissa dote ab eo vel constituta, filia de restituendo gravata, talem dotem promitteret vel constitueret, quidquid in contrarium voluerit Angel. in authentic. *de restitut. et ea quæ parit*, collat. 4. super glossa quæ incipit, *sed nonne*, quia videtur in hoc esse textum in contrarium in l. *mulier*, §. *cum proponeretur*, D. *ad Trebell.* et in specie tenet Jason. in dict. authentic. *res quæ*, col. fin. vers. 13. *limita*, et Doctor de Palacios Rub. ubi suprà, col. 66. Decius consil. 376. *viso casu proposito*. Adverte tamen, quòd hodie in regno attenta mente legum regni, videtur dicendum, quòd filia, in quam deveniret majoria, in qua essent bona alienari prohibita, etiamsi non exprimeretur, quòd neque ex causa dotis alienaretur, sed generaliter esset prohibita alienatio, adhuc non posset ex causa suæ dotis alienare bona majoriæ, juxta dispositionem dicti §. *cum proponeretur*, et dict. authentic. *res quæ*, quia in dictis juribus non erat dicta filia rogata restituere filiis suis, si eos haberet, sed erat rogata restituere, si sine filiis decesserit; unde filii erant in conditione, non in dispositione juxta glossam magis communiter approbatam in l. *Lucius*, D. *de hæredib. instit.* unde in casu dicti §. *cum proponeretur*, eo casu quo mulier non dedisset bona fideicommissi in dotem, et contraheret matrimonium, poterat disponere ad libitum de fructibus, tamquam de rebus paraphernalibus, juxta notata in l. penult. D. *ad leg. Falcid.* et in l. *hac lege*, *C. de pact. convent.* in l. *dotis*, D. *de jure dotium*, unde nullus fortè vellet contrahere matrimonium cum ea, et sic non inveniret maritum, et ideò emanavit provissio dicti §. et dictæ authenticæ. Item si daretur casus, quòd in casu illo filia haberet filios, poterat ipsa bona liberè alienare, et sic maritus inveniret se et illam, si cum ea contraheret sine bonis, ex quibus possent onera matrimonii sustentare: unde consideratur ibi, quòd maritus non aliter vellet contrahere, nisi dote data seu promissa, et ideò necessaria fuit illa provisio, ut fideicommissum ex causa dotis minueretur. In regno verò nostro maritus habet administrationem bonorum uxoris etiam non dotalium, et fructus ita sunt sui, sicut essent frutus dotis; sunt enim omnes fructus communes inter virum et uxorem, ex quibuscumque bonis percipiantur, secundum ll. regni, secundum quas etiam neque mulier sine assensu viri potest disponere de rebus suis, etiam paraphernalibus. Item in casu majoriæ filii sunt in dispositione, et ad eam vocati à primo disponente. Præterea de jure regni nihil amplius posset habere maritus, si hæc bona majoriæ sibi darentur in dotem, quam si simpliciter contraheret matrimonium, neque videmus quòd mariti curent, quòd talia bona sibi assignentur in dotem; tantùm procuratur, quòd uxor sit dives et habeat bona, et hoc habito non curatur de constitutione dotis; imò libenter volunt recipere bona sine assignatione dotis, quia minus obligantur, unde videtur, quod cesset dispositio dictarum ll. à cessante ratione. Imo per hoc videtur casus in dict. §. *cum proponeretur*, ibi cùm dicit nisi de fructibus possit sibi provideri de dote: cùm igitur tantum importet ad matrimonium majoria, quæ trahitur sine aliqua assignatione dotis, sicut si assignaretur in dotem, cessare debet dicta dispositio, et non poterit in regno talis filia, seu alia fœmina, in quam veniret majoria, alienare ejus bona etiam propter causam suæ dotis: et benè etiam ad prædicta confert, quod habetur in cap. *nuper*, *de donation. inter vir. et uxorem.*

Quando verò non tractaretur de dote filiæ, in quam venit majoria, sed de dotandis aliis liberis descendentibus à primo disponente, est dubium, an si tales liberi nati sunt jam ipso disponente mortuo, possint dotari de bonis majoriæ; in quo videtur velle Paul. de Castr. quòd sic, in dict. §. *cum proponeretur*, in princip. cùm tradit quid fuerit illius §. dispositioni additum per dispositionem authenticæ, *res quæ*; et dicit, quòd primo additur, quia in dicto §. tantùm habetur de filia instituta, et de restituendo gravata; in dicta verò authentica idem deciditur in nepote ex filio, vel in pronepote ex nepote, et sic de cæteris descendentibus, ut ibi colligitur in verbo *liberis*, quod comprehendit omnes descendentes, nam onus dotandi omnium personarum prædictarum pertineret ad testatorem, si viveret, ut in l. *dotem*, D. *de collat. bonor.* l. 8. tit. 11. *Partit.* 4. unde secundum eum censetur voluisse, quod faceret illud quod testator esset facturus, argumento l. *cum servus*, ante fin. D. *de condit. et demons.* ibi: *nam quod ipse vivus*. Secùs in nepote ex filia, vel pronepote ex nepote, quia onus dotandi illas non pertinet ad primum disponentem, sed ad parentes illorum, per ea, quæ notat Gloss. in l. *à filia*, D. *ad Trebell.* vult ergo Paul. de Cast. quòd de mente primi disponentis sit, licèt jam sit mortuus, quòd in omnibus descendentibus ejus per filium vel nepotem possit fieri alienatio ex causa dotis, juxta dispositionem dictæ authentic. *res quæ*: de quo ego multum dubito, et potius inclinarem in contrarium, et primo excludo casum indubitabilem, ubi conditor majoriæ etiam ex causa dotis prohiberet alienationem, nam tunc dispositio ejus servanda est (ut dixi), et etiam in isto casu est de mente Paul. de Cast. cùm fundamentum ejus sit, quòd si viveret, ipse fecisset, et sic quòd censetur voluisse, quòd fiat post ejus mortem. Quod fundamentum cessat stante voluntate expressa in contrarium;

:

quando verò non fuit hoc expressum, sed simpliciter prohibuit alienationem, tunc videtur, quòd in liberis natis eo mortuo, in quos nulla fuit orta obligatio dotandi, non censeatur idem voluisse quod fieret, ac si ipse viveret, neque præsumitur voluisse contra suam prohibitionem bona distrahi in eo, in quo ipse nullo modo erat obligatus, argumento l. *cum de indebito*, D. *de probationib.* et ubi potest sumi alia conjectura, non præsumitur donatio, ut tradit Bald. in l. 1. *C. ad Trebell.* et constat hic voluisse bona integra velle manere in majoria, et si talis conjectura donandi daretur, esse destruere omnes majorias vel penè omnes, si tale quid permitteretur in descendentes in infinitum, et l. *cum servus*, allegata per Paulum nihil in hoc probat. Imò ibi illa præsumptio tendebat ad conservationem majorem bonorum ex redditione rationum, quàm in eorum diminutionem, et procedet hoc magis indubiè de jure regni, ex quo per contractum matrimonii filius liberatur à patria potestate, juxta l. Tauri, et sic nulla obligatio dotandi esset in avo paterno nepotem ex filio: et facit ad prædicta l. 1. §. *si quis proximior*, D. *und. cogn.* ibi: "nam si post mortem neque obstabit alii, neque »ipse admittetur, quia non fuit proximior cognatus ei, quo »vivo nondum animal fuerit," et l. 1. §. *sciendum*, *cum similib.* D. *de suis, et legit. hæred.* Præterea ratio fundamentalis dictæ authentic. *res quæ*, ut tradit Paul. de Cast. consil. 80. 1. vol. *quia per supra scriptum eximium consultorem, etc.* est, quia pater tenetur filiam dotare; unde sicut non posset huic obligationi derogare subjiciendo res suas restitutioni, quominus ob dictam causam fieret diminutio, ita neque prohibendo illarum alienationem, cùm non debeat esse in potestate debitoris ab obligatione se eximere, l. *sicut*, *C. de action. et oblig.* Si igitur ista est ratio, et talis obligatio cesset, prout cessat in primo disponente, qui nunquam fuit obligatus ad dotandum neptes vel proneptes, quæ non erant, nec fuerunt in rerum natura eo vivo, patet, quòd potuit bona sua subjicere restitutioni, et prohibere alienationem; neque talis descendens habet de quo conqueratur, cùm numquam habuit talem ascendentem obligatum. Præterea etiam Paul. in dict. consil. videtur declarare se circa id quod dixerat in dict. §. *cum proponeretur*, et in dict. authentic. *res quæ*, penult. col. scilicet ut quod dixit, procedat quando tantùm erat prohibitio tacita legalis de non alienando, eo quòd bona erant subjecta fideicommisso; quando vero esset expressa prohibitio, et defectus non esset in potestate disponentis et prohibentis, tunc non procedat dispositio dictæ authentic. *res quæ*. Sed adhuc instabit quis, quia secundum hoc nihil specialitatis vel prærogativæ inductum fuerit per dict. authentic. *res quæ*, ex quo dicitur, quod tantum procedat in obligato ad dotandum, seu quando in persona primi disponentis nata fuit obligatio dotandi: ad quod respondeo, quod adhuc est multum favoris et prærogativæ, quia ipso mortuo tantùm poterat agere filia pro sua legitima, vel neptis, quæ forte non sufficeret ad constituendam dotem secundum qualitatem filiæ vel neptis, et alia de quibus in l. *filiæ*, D. *de legat.* 3. et tetigi in l. 8. titul. 4. *Part.* 5. in gloss. super parte *tambien*: et istud introductum fuit per dictam authenticam, ut legitima non sufficienti mitti possit manus ad bona prohibita alienari. Vel potest dici, quod multum inducat de novo illa authentica, ut stante tantùm tacita prohibitione legali, ex præsumpta voluntate defuncti disponentis bona subjecta fideicommisso possint alienari pro dote, etiam per liberos, qui non erant in rerum natura vivo primo disponente; quod non est stante expressa prohibitione, ut dixi velle Paulum de Castr. in dict. consil. Sed primum mihi plus placet, et quod in hoc nulla sit differentia inter expressam et tacitam prohibitionem: et confert ad prædicta, quia majoricatus in multis participat de natura feudi, et arguitur de uno ad aliud, ut tradit Bald. in l. *cum antiquioribus*, *C. de jur. deliber.* Socin. consil. 47. vol. 3. et videmus, quod feudum non potest dari in dotem, ut in §. *donare*, *qualiter olim feud. alien. poss.* et per illum textum dicit ibi Bald. quod authentica *res quæ*, non habet locum in re feudali; et in casu in quo permittitur aliquando feudum dari in dotem, procedit pro vita vassalli dantis in feudum tantùm, et non perpetuo, secundum Innoc. et Doctores in dict. cap. *nuper*; et postea revertitur feudum mortuo vassallo ad eum, ad quem ex forma investituræ reverti debet, secundum prædictos Doct. et tradit Felinus in cap. *quæ in ecclessiarum*, *de constitut.* col. 29. hinc etiam videmus quotidiè à Rege impetrare licentias et facultates, ut de bonis majoriæ possint filiæ dotari, vel bona majoriæ obligari pro restitutione dotis, et impetrantur quotidiè à descendentibus primi disponentis, quasi sit pro certo habitum, aliter non posse de jure fieri, quia frustra precibus impetratur, quod à jure communi conceditur, l. 1. *cum similib. C. de thesaur.* lib. 10. l. *cum per absentiam*, *C. quib. non objicitur long. tempor. præscript.*

Et licèt non sit disputandum de hoc de potestate Principis auferentis per tales licentias jus futuri fideicommissi, juxta ea quæ plenè tradit Alexand. consil. 2. *visis codicillis*, *legitimatione et aliis*, 1. volum. et consil. 94. ubi ad finem dicit, quod secundum illud consilium fuit judicatum; consulo tamen dominis de consilio Regis ad hoc deputatis, ut raro et cum magna causa istæ et similes facultates in eversionem bonorum majoriæ et fideicommissi dentur; si enim darentur sine causa justa, fortè tenerentur ad interesse parti læsæ, ex eo quod notat Baldus post Glossam ibi in §. fin. col. 5. vers. *item nota ex ista glossa*, *de pace jurament. firmand.* et quæ habentur in l. 31. tit. 18. *Part.* 3. et vide Petrum de Anchar. *in regu. possessor.* column. 17. vers. 5. *quæro*, *de regulis juris*, lib. 6. et ipse Princeps concedens tales licentias sine causa, non justè faceret, neque videtur posse per prædicta, vel saltem tenebitur gravato providere de bono cambio, ut notanter voluit Innoc. in cap. *nisi cum pridem*, *de renuntiat.* col. 2. vers. *nos credimus*, et neque alienans, neque recipiens erunt tuti in conscientia, juxta Gloss. in cap. *non est*, *de voto.* Item et sæpè patres in præjudicium filiorum vel filiarum, quibus defertur majoria, impetrant facultates regias, cùm filii sint sub eorum potestate et protectione, videntur delinquere, argumento l. *deferre*, §. *item eos*, D. *de jure fisci*, unde non debet eis faveri. Tales licentiæ tendunt contra publicam utilitatem, quæ consistit in conservandis bonis in familia nobilium, l. §. *sed et servus*, vers. *publicè enim interest*, D. *de ventre inspic.* et quod tradit Joannes Andr. *in addition. ad Specul.* tit. *de succession. ab intestat.* ubi referens disputationem Jacobi de Aren. dicit pertinere ad publicam utilitatem, quod agnatis et familiæ divitiæ conserventur; constat enim, quod per divitias familiarum conservatur honestas, quæ perit per inopiam, ut in authentic. *de testibus*, cap. *sancimus*, collat. 7. et sicut principatus divisione destruuntur, ut in §. *præterea ducatus*, *de prohib. feud. alien. per Frederic.* ita etiam patrimonia, ut experientia docet, ut tradit Socin. consil. 47. vol. 1. col. 2. et inter nobiles melior est quandoque aliorum filiorum dispersio, quàm hæreditatis divisio, ut tradit Abbas referens dictum Beati Bernardi in cap. *licèt*, *de voto.* Rescripta contra publicam utilitatem et in damnum aliorum vocatorum ad majoriam, non sunt concendenda, l. *rescripta*, *C. de precib. Imperat. offerend.* l. fin. *C. si contra jus vel utilitatem publicam*, cap. *rescripta*, et sub cap. *dicenti*, §. *omnes*, 25. quæst. 2.

Quid autem si Rex dedit licentiam extrahendi unam rem vel prædium à majoria pro dote filiæ, eo quia pater non habebat aliunde unde dotaret; an si pater postea perveniat ad pinguiorem fortunam, teneatur ipse dotare, et res ita alienata reverti debet ad majoriam? Videtur dicendum, quod non, per ea quæ notat Gloss. in dict. authent. *res quæ*, et in corpore unde sumitur, et probatur in dict. l. *mulier*, §. *cum proponeretur*, et faciunt, quæ notat Gloss. in l. *ubi adhuc*, *C. de jure dotium*, et Bart. in l. *si constante*, in princ. D. *soluto matrimon.* in quæstione illa, si vir incipiat esse dives post dotem datam uxori propter ejus paupertatem. In contrarium facit quod notat Innoc. in cap. *quia plerique*, *de immunit. eccles.* tradit Socin. consil. 164. vol. 2. ubi dicit, quod si Princeps subsistente aliqua causa abstrahit rem uni, si postea cessat causa, cessat dispositio, et res ablata debet restitui; et quia auctis facultatibus tollitur privilegium paupertatis, l. *non tantum*, §. *eos*, D. *de excusat. tutor.* l. *cura*, §. 1. D. *de munerib. et honor.* l. *ab his oneribus*, §. *auctis*, D. *de va-*

cat. muner. l. *Titia*, §. *usuras*, D. *de legat.* 2. Præterea hoc videtur de mente Bart. in dict. l. *si constante*, in princ. col. fin. quem pro prima parte jam citavi, cùm distinguit in quæstione illa; quod si actus superveniens qui ab initio impediret actum geri, tendit ad eumdem effectum cum actu gesto, et tunc ex supervenienti casu non tollitur id quod est gestum, l. *verbis*, D. *ad leg. Falcid.* si vero tendit ad contrarium effectum cum actu celebrato, et tunc vult quod retractetur actus ex supervenienti casu, et ita respondet ad dictam l. *cura*, §. *deficientium*, D. *de muner. et honor.* cum similib. Unde in casu quæstionis propositæ divitiæ supervenientes tendunt ad contrarium effectum actus celebrati, scilicet permissionis ob inopiam extrahendi pro dote rem majoriæ: et videtur dicendum, quod res redire debeat ad majoriam, et pater dotet ex supervenientibus divitiis. Sed dicendum videtur, quòd extractio talis rei, et constitutio dotis ex ea facta non retractetur, licèt superveniant divitiæ, ut in regul. *factum legitimè, de regul. jur.* lib. 6. et quia cùm actus est jam confirmatus, tunc per cessationem causæ non debet ejus effectus retractari, l. *qui res*, §. *aream*, D. *de solutionib.* l. *sancimus*, 1. *C. de adminis-trat. tutor.* Alexand. in dict. l. *si constante*, in princ. col. fin. Fortè tamen compellendus esset extrahens vigore talis facultatis de talibus divitiis supervenientibus subrogare aliam rem in majoria valoris rei, quæ extracta fuit, et optima cautela erit, quòd in talibus licentiis ita specificetur: et illud ad quod allegavi Innocent. in dict. cap. *quia plerique*, non videtur ita indistinctè verum, neque Innocentius hoc dicit, ita ut Socinus in dict. consil. eum retulit, ut per te poteris videre. Erit ergo optimum, ut cùm tales licentiæ conceduntur, quod dixi exprimatur, et ita licentia limitetur vel exprimatur, quòd tali casu res sic extracta reincidat in majoriam, et pater extrahens pro dote filiæ dotem solvat de supervenientibus divitiis.

Et si de consensu alienantis ex facultate regia, et emptoris dissolvitur alienatio, videtur quòd res redeat in majoriam, ut in l. *voluntate*, D. *quib. mod. pign. vel hypot. solv.* et vide quod habetur in l. *sicut*, §. *si voluntate*, cod. tit. et cap. fin. 33. quæst. 2. et Gloss. in cap. *nuptiarum*, in parte *uxores*, 27. quæst. 1.

Ex quibus decides, quòd si res sit extracta à majoria ex facultate regia, et de ea sit factus alius majoratus; an si res redeat ad priorem dominum, possit iterum ex ea condere majoriam? In qua quæstione videtur dicendum, quòd res sic rehabita non reincidat in majoriam, ut probatur in l. *si ita legatum*, §. *si domus*, D. *de legat.* 1. et probatur etiam in dict. §. *si voluntate*: unde ad faciendum de ea novam majoriam in præjudicium filiorum opus erit nova facultate: et adde quæ dixi suprà parum post principium hujus glossæ.

Adverte etiam, quòd qui ludit rem majoriæ, perinde est ac si rem alienasset, unde incideret in pœnam alienantis, glossa notabilis in l. 3. §. *miles*, D. *de re milit.*

Et quid si luderet super re majoriæ in tanta quantitate, quòd non esset spes luitionis? Vide l. *qui habebat*, D. *de legat.* 3. et Bald. in §. *aut si libellario*, *quib. mod. feud. amit.* Item adverte, quòd si quis habuit à Principe licentiam vendendi rem majoratus, et morte præventus non fecit, non poterit successor ejus in majoriam vendere ex tali facultate, ut tradit notanter Bald. in §. *Marchio*, column. 1. vers. *pone concessum est privilegium*, *de his qui feudum dare poss.* Item et adverte, quod si ille, qui habuit licentiam vendendi rem aliquam majoriæ, emat talem rem per interpositam personam, ut fortè alteri filio relinquat, quòd non obstante tali licentia et tali alienatione, vocatus ad majoriam poterit talem rem petere, argumento l. *si is qui bonis*, D. *de acquir. hæred.* adde Bald. in l. *ordo*, col. 2. vers. *quæro*, *data est potestas*, *C. de execut. rei. judic.*

An autem pretium, quod habetur ex re quæ permittitur vendi ex majoratu, sit majoriæ, ut convertatur in emptionem alicujus rei immobilis, etsi in facultate ad vendendum hoc non exprimatur? Videtur, quòd sic, ex his quæ notat Bald. in cap. 1. *de feud. non habente prop. naturam feudi*, vers. *quæro nunquid pretium*, ex quo in casu isto pretium habetur ex causa lucrativa.

Sed quid si possessor majoriæ juravit, quod non alienabit res majoriæ, qui tamen postea impetravit licentiam à Rege, quod posset alienare, tacens de juramento præstito; an poterit tunc alienare? Videbatur, quod sic, ex dicto Bald. in dict. cap. 1. in princ. col. 4. *de his qui feud. dare possunt*, vers. *et circa hoc quæro*, *si prælatus juravit*, referens Joan. And. in cap. *ut super*, *de reb. eccles. non alienand.* dicentem, quod si prælatus juravit non alienare sine licentia Papæ, quod si impetrat licentiam à Papa tacito juramento, quod potest alienare, neque fit transgressio juramenti. Videtur tamen in hoc dicendum, quod si istud juramentum præstatur futuris successoribus, vel ad eorum favorem, et conservationem rerum majoriæ, quod tunc non valebit alienatio, etiamsi impetret licentiam tacito juramento; quod et est de mente Joann. And. in dict. cap. *ut super*, dum dicit, quod si jurasset non alienare sine licentia Metropolitani, quod tunc si impetraret à Papa talem licentiam tacito juramento, non teneret licentia neque posset fieri alienatio.

Adverte etiam, quod vigore talis facultatis regiæ non debent vendi, neque pro dote obligari res pretiosiores, seu res magnæ majoriæ, si de vilioribus potest satisfieri, quia versari debet in hoc arbitrium boni viri, l. *magis puto*, §. *non passim*, D. *de reb. eorum*, et ibi Baldus notabiliter: Bart. in l. *alio*, D. *de alim. et cibar. legat.*

Et si data fuit licentia regia ad obligandum res majoriæ pro dote, videtur et dari, ut possint vendi, l. *si pupillorum*, §. 1. et ibi Bald. D. *de rebus eorum.* Si tamen licentiam daretur ad vendendum, non possent ejus virtute res majoriæ obligari, ut in dict. l. *si pupillorum* §. *si Prætor*, quia à forma decreti non est recedendum; adde l. fin. *C. de præd. curial.* lib. 10. et Gloss. in l. *non debet*, D. *de regul. juris.*

Sed pone, quòd data fuit licentia alternativè ad vendendum, vel ad obligandum res majoriæ pro aliqua necessitate, potest enim sic alternativè dari, ut in dict. §. *si Prætor*; an tunc si eligat obligare, possit postea vendere? Et videtur, quòd non, per textum in l. *cujus*, D. *de curator. furios.* quòd fortè procederet, si per viam obligationis satis esset necessitati consultum, non aliàs.

Quid autem si possesor majoriæ legavit aliquam rem majoriæ, et postea impetravit facultatem regiam ad extrahendum talem rem à majoria; an reconvalescit legatum? Vide l. *servum filii*, in princ. D. *de leg.* 1. et ibi Bart. et Paul.

Quid autem si ille, qui vult impugnare alienationem rei majoriæ cum facultate Regis factam, sit clericus? Videtur, quòd si tempore facultatis jam erat clericus, quòd possit; quia si Princeps de eo disposuit, ut non possit contravenire, non potuit ex defectu potestatis: si verò tantùm generaliter providit, quòd nullus contraveniat, ista verba generalia non referuntur ad impossibilia disponenti, et ad ea ad quæ sua jurisdictio se non extendit, vide Bald. in l. fin. §. *in computatione*, in fin. *C. de jure deliber.* et Bart. in l. *si quis sub conditione*, D. *de conditionib. institut.*

Sed pone, quòd Rex dedit licentiam alienandi aliquam rem majoriæ, an ille ad quem pertinet post mortem alienantis, poterit impedire traditionem possessionis offerendo pretium rei ad sublevandam necessitatem pro qua venditur? Videtur dicendum, quòd sic, et facit benè quod notat Bald. in §. *deniq.* vers. *item nota*, *quæ fuit prima causa benefic. amit.* ubi et tractat de successore, qualiter impediat alienationem. Imo et videtur, quod necdum proximus in gradu hoc posset, verum etiam quilibet alius de familia vocatorum, facit l. *qui Romæ*, §. *cohæredes*, D. *de verbor. obligat.* et textus singularis in ratione sui in l. *virilis*, D. *de legat. præst.* §. *si adierit*, et facit optimè l. *peto*, §. *fratre*, D. *de legat.* 2. Item et videtur, quòd tali casu locus sit retractui ex legis dispositione, quia res est de genere seu avolengo.

Quid autem si Princeps dedit licentiam alienandi ex majoria pro dote filiæ, et tamen pater non dotavit filiam, sed in suos usus expendit; an poterit successor majoriæ petere res alienatas? Videtur, quòd sic, ex dicto Bartoli per textum ibi in l. *is qui*, §. *ei quæ*, D. *de legat. præst.* vide tamen quæ dixi in l. 24. tit. 3. *Part.* 5. adde etiam l. *si operarum judicio*, D. *de oper. libert.* juncta glossa ibi in verbo *danda*, vers. *sed quare in certa*; unde idem esset, si

venditor pretium non consumpsit, unde pecunia illa convertetur in utilitatem majoriæ. Item si alienatio fuit nulla, seu non teneat, res debet manere penes majorem filium, et non penes omnes hæredes, l. *sicut*, D. *de operis libert.*

Sed quid si ille, qui ex facultate poterat extrahere à majoria rem aliquam pro dote filiæ, vel aliàs, leget filiæ talem rem, cum onere si ipsa dederit filio suo, qui succedebat in majoria, talem rem vel tantam quantitatem, et erat talis majoria, in qua non succedebat fœmina stantibus masculis, contingit, quòd moritur pater, item et filius masculus, et succedit quidem masculus transversalis, cui filia recusat dare rem vel quantitatem à patre injunctam, dicens, quod ipsa est hæres fratris, et sic adimpletum est onus injunctum; an teneatur adhuc solvere transversali succedenti in majoria, quod solvere debebat fratri? Dic, quòd sic, per textum notabilem in l. *is qui*, §. fin. D. *de legat. præst.*

Item pone, quod quis impetravit à Rege, ut possit extrahere à majoria talem rem pro secundo filio, qui filius ante acceptationem mortuus est, an revertetur talis res ad majoriam? Et videtur, quòd sic, per textum in l. *proponebatur*, D. *de castrens. pecul.* et l. *filiusfamilias*, et l. *de hæreditate*, §. *pater*, cum sequent. eod. tit. et confert ad hoc, quod si Rex concessit, quòd posset vendere rem majoriæ Titio, non videtur concedere, quod vendat Sejo, secundum Andr. de Iser. *de prohib. feudi alienat. per Freder.* cap. *Imperialem*, 1. respons. l. *cum servo*, 1. respons. D. *de contrah. emptione*, Lucas de Penn. in l. *si quantum*, in fin. *C. de bonis vacant.* lib. 10.

Sed pone, quod possessor majoriæ habuit licentiam à Principe alienandi aliquam rem ex majoria, quam in vita non alienavit, sed commisit filio successori ut id faciat; an possit? Videtur quod non per textum in l. *Cerdonem*, D. *de oper. libert.* in contrarium tamen fortiter facit l. *sicut*, §. *si debitori*, D. *quib. mod. pig. vel hypot. solv.* ubi qui consentit debitori, videtur consentire hæredi ejus: pro resolutione videas Bart. in l. *si marito*, §. *si voluntate*, D. *solut. matrim.* ubi distinguit inter consentientem ex voluntate, et consentientem ex necessitate; et ego adderem in consentiente ex necessitate, an duret necessitas in hærede, vel non: quid enim si necessitas dotandi sororem adhuc duraret, pro qua Princeps alienationem permisit? Certè tunc cùm duret necessitas, durabit et licentia ex mente Bartoli in dict. §. *si voluntate.*

Sed quid si testator, qui condidit majoriam, concessit licentiam vendendi, donandi et permutandi, prout vellet rem majoriæ, an possit tempore mortis legare, et si transivit multum tempus, quod nunquam disposuit post licentiam? Fortè potest argui, quod non, argumento l. *vicus*, D. *si quis in fraudem patron.* licèt non multum faciat. Tu cogita in hoc.

Adverte etiam, quod istæ licentiæ, quæ dantur à Principe ad alienandas res majoriæ, intelligi debent dummodo alienetur bona fide et sine fraudæ majoriæ, ex notatis per Bart. in l. *alio*, D. *de alim. et cibar. legat.* bonus textus in l. 1. §. penult. et l. *si libertus*, D. *si quid in fraud. patron.*

Quid autem si habebat licentiam vendendi rem ex majoria, et sic generaliter; iste verò habebat duas majorias, unam ex parte patris, aliam ex parte matris, vendidit rem ex majoria matris, tanquam si esset majoriæ patris; an tenebit venditio? Et videtur, quòd sic, ut notat Gloss. et ibi Bart. et Platea in l. 1. *C. ne fiscus rem, quam vendid. evinc.* lib. 10. Contrarium tamen esset, si licentia fuerat specialis ad rem ex majoria matris, si vendidisset rem ex majoria patris, ut vult ibi Platea in eo, quod dicit de re, quæ erat alterius ecclesiæ, cujus rector non consensit, et adde Bald. in dict. l. 1. et in cap. 1. *de his qui feud. dare poss.* col. 1. vers. *sed nunquid superior.*

Quid si minor 25. annis impetravit licentiam regiam ad vendendum rem majoriæ, vendidit, et tradidit, et postea in integrum restitutus est adversus venditionem, et rehabuit rem; an reincidat in majoriam? Dic, quòd sic, l. 2. §. *interdum*, et ibi Bart. ad fin. D. *de vulgar. et pupil.* l. 1. §. *si quis adita*, D. *ad Tertul.*

Sed pone, quod minor possidens majoriam impetravit à Principe facultatem alienandi aliquam rem ex ea non facta mentione ætatis; an tenebit alienatio? Et videtur dicendum, quod si alienatio erat ex causa necessaria, et servata fuerit solemnitas requisita in venditione rerum minorum, quod tenebit alienatio, quia etsi expressisset ætatem adhuc Princeps dedisset licentiam, ex quo causa erat necessaria. Si vero alienatio fuit ex causa voluntaria, non tenebit alienatio, ex quo Princeps minori in tali casu facultatem non dedisset, seu non ita de facili, cap. *postulasti*, et cap. *super litteris*, *de rescript.*

Sed pone, quod minor sine facultate vendidit et sine solemnitatibus, postea facta mentione ætatis et majoriæ impetravit à Principe confirmationem venditionis? Videtur quod sufficiat, quia auctoritas Principis supplet omnem solemnitatem requisitam in alienatione; textus, et ibi Joan. de Plat. in l. *si qui hæreditatis*, *C. de vendend. rebus civit.* lib. 11. Item et in ista materia vide, quod dixi in l. 10. tit. 26. *Partit.* 4. in gloss. magna, in vers. *sed an pretium.*

Sed pone, quod pater habebat facultatem faciendi majoriam novam, et tollendi et mutandi antiquam, qui fecit novam majoriam in filium, cui veniebat antiqu amajoria, ponens in nova aliqua bona antiquæ majoriæ, omittens alia de quibus non fecit mentionem; posuit tamen in nova majoria alia bona propria æquivalentia his, quæ omisit ex antiqua majoria; an videatur ex hoc vigore facultatis extraxisse bona, quæ sic omisit ex antiqua majoria, ut illa dividantur inter hæredes? Et videtur, quod per hoc videatur extraxisse, argumento l. *maritus*, *C. de procurator.* cum concordantibus, de quibus ibi in glossa: et quia non est verisimile disponentem gravare voluisse hæredes duplici onere, l. *Titia*, *cum testamento*, §. *qui invita filia*, D. *de legat.* 2. et Glossa ibi in verbo *non est verisimile*, quæ ponderat verba textus, quod non est intentio multiplicandæ dotis, quando ob dotem relinquitur; cùm ergo hic nomine majoriæ relinquit, non videtur velle facere duas majorias, et facit textus in ratione sui in l. *licet*, D. *de legat.* 1. et l. *cum alimenta*, §. fin. D. *de alim.* et *cibar. legat.* In contrarium tamen facit textus in l. *Aurelius*, §. *testator*, D. *de liberatione legat.* ubi non videtur recessum in codicillis à dispositione testamenti, quando non ponuntur in codicillis verba restrictiva: sed dic quod ideo id ibi statuitur, quia fuit positum verbum *hoc amplius*, unde fuerunt necessaria verba restrictiva. Confert etiam ad hoc, quòd cùm præcesserit licentia tollendi antiquam majoriam, actus sequens interpretabitur ex licentia præcedenti, l. *quædam mulier*, D. *de rei vendic.* et quod notat Bald. l. *quædam mulier*, D. *de rei vendic.* et quod notat Bald. in cap. unic. *quid juris*, *si post alien. feudi vasal.* ibi 2. notab. in vers. *profecto.*

Item pone, quòd Rex concessit patri facultatem permutandi aliquam rem majoriæ, an si pater non fuit usus facultate, transeat ad filium? Et videtur, quòd non, per textum in l. *apud Julianum*, §. *si quis alicui*, D. *de legat.* 1. et l. 27. tit. 9. *Partit.* 6. et videtur de hoc bonus textus in l. *sicut*, §. fin. D. *quib. mod. pignus*, *vel hypot. solv.* quod limita, et intellige, nisi talis facultas fuerit concessa propter utilitatem majoriæ, ut notat Bald. in §. *marchio*, vers. *pone concessum est per privilegium*, *de his qui feud. dare pos.* Adverte etiam, quod quando licentia datur ad vendendum bona aliqua majoriæ, ita ut alia loco illorum subrogentur, bona taliter subrogata sequuntur naturam et qualitates priorum: vide bonum textum in l. *generali*, §. *hæredes*, D. *de usufruc. legat.* et ibi Bart.

Quid autem si alicui est data facultas alienandi rem aliquam majoriæ, an si vendat post annum, incidat in pœnam, ac si vendidisset sine facultate? Joan. Faber. videtur velle, quòd sic, in l. fin. *C. de jure emphit.* allegans Specul. tit. *de locato*, vers. 98. et l. *sicut*, §. *si voluntate*, D. *quib. mod. pign. vel hypot. solv.* ex quo Doctor de Palac. Rub. in quibusdam suis recollectis inferebat ad facultatem regiam ad faciendam majoriam, quòd expiret per annum, et nihil aliud allegat nisi prædicta: facit tamen ad hoc cap. *plerumque*, et cap. *si autem*, *de rescript.* et l. 35. tit. 18. *Partit.* 3. et licèt loquantur in rescriptis ad lites ex ratione, videtur quòd possunt ad istas facultates ad majoriam extendi, cùm utraque rescripta videantur odiosa. Sed in utroque dicto videtur tenendum esse contrarium, imò quòd talia rescripta durent saltem per decem annos, juxta l. unic. D. *de nundin.*

a el, e a sus herederos (5) que de la manda que desta guisa fuesse fecha, non puede el heredero sacar Falcidia. Esso mismo seria, quando el testador mandasse a su fijo algo por

et l. 42. tit. 18. *Partit.* 3. neque obstat dictum Specul. et Joan. Fab. quia contrarium videtur verius, et Joan. And. in *additionib.* ibi tenet contrarium, quòd non esset certus terminus præfixus, et dictum cap. *plerumque*, non obstat, quia et ibi rescriptum valeret post annum, non impetrato secundo ab adversa parte, Gloss. et Doctores ibi.

Sed an sit causa justa concedendi facultatem ad alienationem bonorum majoriæ, quando res majoriæ sunt in partibus remotis à domicilio possessoris majoriæ? Et videtur, quòd sic, per textum in authentic. *de ecclesiast.* tit. capit. 12. vers. *si autem annale legatum*, collat. 9. et voluit Bald. in l. *voluntas*, *C. de fideicom.* in lectura antiqua, refert Jason. in l. *filiusfamilias*, §. *Divi*, in repet. num. 81. *de legat.* 1. ubi hoc limitat.

Quid autem si quis haberet majoriam cum licentia Principis factam, et cum tali vinculo, et conditione, quòd etsi possessor talis majoriæ committeret crimen etiam læsæ majestatis, bona majoriæ non confiscarentur, et majoria transeat in sequentem vocatum, qui postea ex facultate regia extraxit aliqua ex bonis majoriæ, et eadem facultate fecit de talibus bonis aliam majoriam in alium et alios, qui non vocabantur per majoriam antiquam sub aliquibus pactis, et conditionibus; et signanter inter cætera, quòd si possessor talis novæ majoriæ committeret crimen læsæ majestatis, bona talis majoriæ perderet, neque ulterius in tali casu disposuit in quem transirent; modo verò aliquis qui possidebat talem novam majoriam, commisit crimen læsæ majestatis, et sic perdidit illa bona; an confiscabuntur Regi, vel redire debeant in primam majoriam, dubium est notabile, et videtur, quòd non confiscentur, sed redeant ad primam majoriam, per id quod in fortioribus terminis notat Bald. in cap. *studuisti*, *de offic. legat.* versic. *pone Papa*, ubi ponit quæstionem in hæc verba: Pone, Papa concessit mihi quoddam castrum sub quibusdam conditionibus, quibus non servatis castrum debet reverti ad Papam; deinde concessit mihi civitatem, sub qua est illud castrum cum omnibus castris suis; deinde ego feci contra dictas condictiones: Papa dicit castrum ad se reversum, ego dico ad me pertinere, tanquam partem civitatis districtualem, seu subjacentem, D. *de judic.* l. *insulæ*, quæritur quid juris? Respondeo, quod perdidi uno capite speciali, recupero ex generali, quia Papa me loco sui posuit quoad civitatem et districtum; unde acquiro per universitatem, quod perdo inspecta specie, argumento D. *de acquir. rerum domin.* l. *quædam*, et D. *de serv. urb. prædior.* l. *si domus*, cum aliis: neque obstat, quod species derogat generi, quia verum est, quando genus venit ampliativè, ut notatur in l. *quæsitum*, §. penult. D. *de fundo instruct.* Modo quæro, quid in diversis personis, si castrum erat concessum Titio, nunc civitas cum suo districtu conceditur Sejo: et videtur dicendum, quod extincto Titio, ex sua concessione acquiratur Sejo ex suo capite generali, ut D. *communia prædior.* l. *si in venditione*; et D. *de jure dotium*, l. *si proprietati*, dicit l. quod si à specie prius est inchoandum, postea veniendum ad genus, *C. de pignor.* l. 2. quæ non est alibi: in contrarium videtur, nam lege cavetur, quod si capitaneus concessit alicui unum mansum in feudum, deinde vendidit curiam, illud mansum non venit in concessione generali, tanquam exceptum à curia per specialem providentiam, ut in cap. *quidam capitaneus*, *de capitaneo qui cur. vend.* Solutio, illud ideo, quia nomine curiæ non continentur feuda, sed nomine civitatis benè continerentur castra, salvo jure alterius: cùm autem illud jus deficit, consolidatur universitati suæ, et idem fortè est in feudis, per dict. l. *si proprietati.* Sic videbatur dicendum in prædicta quæstione, quod cum jus secundæ majoriæ deficiat, consolidetur primæ majoriæ universali: præterea ita Rex voluit, quòd ista bona extraherentur à prima majoria, ut remanerent in secunda, qua cessante non videtur, quod aliquid voluit agere contra primam majoriam, et rebus sic stantibus, scilicet stante secunda majoria, videtur dispensasse contra primam non illa cessante, l. *quod Servius*, D. *de condict. ob caus.* et quod tradit latè Socin. 3. vol. consil. 58. et Alexand. consil. 72. col. fin. 3. vol. facit etiam quod habetur in l. *sicut*, §. *illud videamus*, D. *quibus mod. pign. vel hypoth. solv.* et l. *etiam*, cum l. *jubemus*, *C. ad Vellejan.* et facit optimè l. *proponebatur*, et l. *filiusfamilias*, et l. *de hæreditate*, §. *pater*, cum sequent. D. *de castrens. peculio.* In contrarium tamen facit, quia jam ista bona desierunt esse primæ majoriæ ex facultate regia, et transierunt in aliam personam, unde jam non sunt reliquiæ primæ majoriæ, l. *pater filium*, §. *quindecim*, D. *de legat.* 3. et in simili habemus in fundo, qui semel exivit de familia, quod desinit esse patrimonialis mutatione personæ, argumento l. *gerit*, in fin. D. *de acquir. hæred.* et re facta amissibili ex crimine læsæ majestatis, semper erit amissibilis, ut aliàs in re facta alienabili, semper erit alienabilis, ut in dict. §. *quindecim*: et facit etiam, quod habetur in l. *si quis ædes*, D. *de servit. urb. prædior.* Item medii successores immutant rei qualitatem, l. *Paulus*, §. fin. D. *de acquir. hæred.* l. *locatio*, §. *fiscus*, D. *de publican.* l. *si avia*, *C. de donat.* l. 1. *C. de imponenda lucrativa descript.* lib. 10. Bald. *de eo, qui sibi vel hæred. suis*, in princ. Adde bonum et singularem casum in l. *si ita legatum*, §. *si domus*, D. *de legat.* 1. ibi: *at si ea domo destructa*, *etc.* et quod ibi Paul. de Cast. notat. in fine.

Per quem textum etiam inferes ad quæstionem, quòd si pater habens majoriam antiquam impetravit à Principe licentiam extrahendi ab ea aliqua bona, et constituendi ex eis majoriam aliam in filium secundum, et ita fecit, quòd mortuo secundo filio in vita patris, non revertuntur bona illa in primam majoriam, etiamsi constaret de voluntate patris, quòd revertentur, quia cum tali nova voluntate, ut reverterentur, debebat etiam concurrere licentia Regis necessaria, facit l. *quædam*, D. *de jure codicill.* si tamen esset casus, in quo facultas Regis in hoc non esset necessaria, sufficeret voluntas patris, per textum in dict. §. *si domus*, *in fin.* Et istam partem crederem de jure veriorem, nisi ex conjecturis aliquibus aliis constaret, Principem voluisse deficiente secunda majoria, quòd bona redirent ad primam, ut si cautum fuit, quòd decedentibus vocatis in secunda, bona redirent ad primam, vel alias de tali voluntate constaret, et in facultate regia non exprimerentur, quòd bona ex crimine læsæ majestatis confiscarentur, quia tunc incertis non esset opus conjecturis, l. *continuus*, §. *cum ita*, D. *de verbor. oblig.* Tu quando casus occurrerit, latiùs considera, quia quæstio est notabilis.

Pone etiam, quod contra tenorem majoriæ vocantis in defectum masculorum quemdam transversalem exclusa filia fœmina, Rex dispensavit, ut possessor daret majoriam filiæ et ejus descendentibus; comparet modo, non ille primo loco vocatus, sed sequentes vocati, et dicunt Regem illis non præjudicasse, unde petunt majoriam, an possint? Videtur, quod non, per textum valdè notabilem in l. 1. §. fin. D. *de assignandis libertis*, Bart. in l. 1. §. *si pater*, D. *de conjung. cum emancip. liber. ejus*; quod de plano procedet, si ille cui majoria deferebatur esset vivus tempore quo defertur; secùs videtur, si esset mortuus.

(5) *E a sus herederos.* Hoc dicit, ne aliàs præceptum prohibitionis alienationis dicatur nudum, ut in l. 44. tit. 5. et ibi dixi, 5. *Partit.* et facit hæc lex ad quæstionem majoricatus simpliciter facti, quia cùm secundum consuetudinem Hispaniæ intelligatur, ut veniat de filio majori in majorem, prohibitio facta de non alienando non dicetur nudum præceptum: probat etiam ista l. quod si majoria fiat in descendentes, et prohibitio alienationis facta sit tantùm primo vocato, quod extendatur talis prohibitio ad secundum, et cæteros descendentes vocatos; videtur enim prohibitio esse realis, non personalis, juxta id quod notat Bart. in l. 3. §. *opus novum*, ad finem, D. *de nov. oper. nuntiat.* et tangit Bald. in §. *rursus*, col. 1. vers. *quid de prohibitionibus*, *de controv. investit.*

razon de la su legitima parte (6), que deue auer en los bienes del padre; o si mandasse a alguna muger de lo suyo, por razon de dote (7); o si mandasse aforrar sus sieruos (8). Ca de tales cosas como estas non pueden los herederos sacar, nin retener ninguna cosa, por razon de Falcidia. Otrosi dezimos, que pagando el heredero complidamente (9) algunas cosas, de las mandas que ouiesse fecho el testador, non sacando ende la Falcidia, cuydando (10) que en la heredad que fincaua, auia assaz para pagar las otras mandas, e para retener para si la su parte legitima; estonce todas las otras mandas deue pagar complidamente. Fueras ende, si despues que las el començo assi a pagar, se descubriesse algun debdo grande, que el non lo sopiesse en ante, que era tenudo de pagar aquel a quien el heredo. Ca estonce, por esta razon, bien podria sacar Falcidia de aquellas mandas, que fuessen aun por pagar.

LEY VII.

Como los herederos pueden sacar la Falcidia, si fizieren el inuentario.

Todos los herederos que son establescidos por los testadores, pueden sacar Falcidia, segun que diximos en las leyes ante desta. E esto se deue entender, si fizieren primeramente el inuentario, que deue ser fecho, segund que diximos en el titulo, de como pueden auer consejo los herederos, si tomaran la heredad, o non. E si por auentura el inuentario non ouiessen fecho, estonce non podrian sacar Falcidia (1). Fueras ende, si los herederos fuessen de los que descienden, o suben por la liña derecha de los fazedores de los testamentos. Ca estos atales deuen auer la su parte legitima (2), por debdo que han en los bienes del padre naturalmente; mas los otros herederos han la Falcidia por otorgamiento de ley. E porende, pues que estos atales non guardan la ley, deuen porende perder aquello que deuian auer por otorgamiento della.

LEY VIII.

Como, aquel que es establescido por heredero, si es rogado que de la herencia a otri, puede sacar della la quarta parte, a que dizen en latin, Trebellianica.

Trebellianica dizen en latin la quarta parte, que el heredero deue auer de los bienes de la herencia (1) en que es establescido, quando es rogado del testador, que de, o en-

(6) *Legitima parte.* Adde l. *scimus*, in princ. *C. de inoffic. testam.* ibi: *nulla Falcidia interveniente.*

(7) *De dote.* Adde l. *cum dotem*, D. *ad leg. Falcid.* et Glossa in l. *in testamento*, *C.* eod.

(8) *Aforrar sus sieruos.* Adde l. *Papinianus*, §. *sed an libertates*, D. *de inoffic. testam.* et Gloss. in dict. l. *in testamento.*

(9) *Complidamente.* Adde authentic. *sed cum testator*, *C. eod.* et nota istam legem Partitarum, quæ benè declarat istum casum, et plenius quàm habetur in dict. authentic. et in corpore unde sumitur, et limita et intellige ut per Bart. et Doctor. in l. *si ex pluribus*, D. eod. quando scilicet plures res sub nomine collectivo essent legatæ, nam et si una ex dictis rebus fuisset sponte soluta, Falcidia posset detrahi de aliis, quia tunc est unum tantum legatum, quando verò sunt plura legata, et solvatur unum, procedit ista lex. Limita etiam istam legem, quando hæres solvisset integrè uni legatario cum protestatione, quod non intendit sibi præjudicare quoad alios, quia tunc sibi non præjudicat, secundum Jacob. de Raven. et Alberic. in dict. authent. *sed cum testator*, quia isto casu lex ista non loquitur; in dubio tamen simpliciter solvendo uni, videtur etiam consentire de solvendo aliis etiam integraliter, secundum Cyn. in dict. authentic. *sed cum testator*, quæst. 6. et ibi etiam Salicet. post dictum Jacob. de Raven. et Gloss. in dict. authent. *sed cum testator.*

(10) *Cuydando.* Secùs ergo si solveret per errorem, et non agnitis prius viribus patrimonii, ut in l. *quod de bonis*, §. *non idcirco*, D. eod. et l. *non dubium*, *C. de testam.* et l. *error*, *C.* eod.

LEX VII.

Hæres non faciens inventarium in forma juris, privatur Falcidia, non tamen legitima debita jure naturæ; quia cùm Falcidia sit beneficium legis, aufertur in legem committenti. Hoc dicit.

(1) *Falcidia.* Adde l. fin. §. *si verò postquam*, *C. de jur. deliber.* et l. 10. tit. 6. suprà ead. *Part.*

(2) *Legitima.* Approbat opinionem Gloss. in l. fin. §. penult. in gloss. fin. ad fin. *C. de jur. deliber.* et Gloss. in authentic. *hoc amplius*, *C. de fideicom.* super verbo *naturale*, et Gloss. in authentic. *sed cum testator.* in verbo *excedunt*, *C. ad leg. Falcid.* sed quæ erit utilitas in hoc, cùm filius non conficiens inventarium, etiam de suo proprio teneatur solida præstare legata, ut in l. 10. tit. 6. suprà ead. *Part.* responde, ut per Bart. in dict. authentic. *sed cum testator*, in vers. *quæro utrum per non confectionem.* Quid autem in Trebellianica, an privetur filius hæres vel alius hæres, si non faciat inventarium? Vide quæ dixi in dict. l. 10. in gloss. fin. et per Decium latè consil. 236. incipit, *non parva difficultas*, in 5. dub.

LEX VIII.

Non detrahit hæres quartam per Trebellianum, quando judicis mandato, et coactus addit: et computat hæres fructus, quos percipit judicio testatoris, in hac quarta; item et prælegata: nec restituet fructus, si plus quarta ascendunt, perceptos negligentia fideicommissarii non petentis; sed post tempus quo hæres debet restituere, malitiosè perceptos tenetur restituere: et pro ista quarta Trebellianica tenetur hæres pro oneribus hæreditariis: in quarta autem jure naturæ debita non computantur fructus percepti. Hoc dicit.

(1) *De los bienes de la herencia.* Adverte ad hoc verbum, nam ex eo decidi videtur quæstio, de qua per Oldrald. consil. 158. incipit, *factum tale est*, an Trebellianica deducatur etiam habito respectu ad legata relicta, vel tantùm de eo, quod superest hæredi, deductis legatis? Nam per istam legem videtur, quod tantùm deducatur de ea hæreditate, in qua est institutus, et quam rogatus est restituere fideicommissario universali, et idem videtur voluisse Azo *C. ad Trebell.* in summa, col. pen. versic. *quarto retentio*, cùm dicit, quod hæres possit detrahere quartam Trebellia-

tregue despues la herencia a otri. Pero deue contar en esta su parte (2) las cosas que el fazedor del testamento le mando, si las ouo. E aun dezimos, que los frutos (3) que tomo de tal herencia de mientra que la ouo, si fueren tantos, que montaren tanto quanto podria valer la quarta parte que el deue auer, estonce non deue tomar (4) ninguna cosa de la heredad; ante la deue dar libre, e quita, a aquel a quien le rogaron que la diessse. E si por auentura tanto non valiessen los frutos que el saco ende, contando ante lo que el rescibio dellos, sobre esto deuese entregar de los bienes de la herencia, fasta que aya la quarta parte. E si mas montaren los frutos, que lo que el deue auer por razon desta quarta parte, estonce dezimos, que si el testador le señalo dia a que rindiesse la heredad, e a aquel plazo la entrego a aquel a quien la deuia entregar, que auer deue todos los frutos, por la quarta parte que deuia auer, quanto quier que valan mas. E si non le señalaron dia cierto, a que diesse la heredad, e aquel que la deuia auer fuesse negligente (5) en demandarla, sabiendolo; estonce dezimos, que este que era tenedor de la heredad, aura los frutos della, e non los contara en la su quarta parte. Mas si este atal fuesse rebelde de dar la heredad, o lo metiesse por alongamiento maliciosamente: estonce, quanto quier que valan mas los frutos, que el esquilmo de la su parte que deue auer (6), sera tenudo de los dar al otro con la heredad. E lo que diximos en esta ley en razon de los frutos, que deuen ser contados en la quarta parte, segun que es sobredicho, ha logar, quando el heredero, a quien ruega que de la heredad a otri, non es de los fijos del testador (7). Ca si dellos fuesse, estonce los frutos que esquilmasse este fijo del fazedor del testamento, mientra

nicam de universitate, quam hæres rogatus est restituere, et maximè attento communi stylo testamentorum, cùm factis legatis, dicitur: *in cæteris vero bonis, legatis solutis, instituo talem hæredem*, et cùm legata non subjaceant restitutioni, neque per consequens subjacere debent retentioni quartæ Trebellianicæ. Oldraldus tamen ubi suprà consuluit contrarium, imò quòd detrahatur tam de legatis relictis, quàm de toto alio universali, per l. 1. §. *Julianus*, cum glossa ibi, et l. *Marcellus*, §. *Pomponius scribit*, D. *ad Trebell.* et C. eod. l. fin. in fin. et cap. *Raynutius*, *de testam.* et subdit notabiliter, quod illa verba usitata, *in cæteris bonis instituo talem hæredem*, non repugnant, quin institutio facta videatur ex universo, et quod modus sic loquendi apud testatoris irrepsit, ut cætera præter legata velint apud hæredem irrevocabiliter remanere; legata vero capi, sed restitui, l. *penes te*, D. *de verbor. signific.* Tu vero in ista quæstione dic, ut per Angelum, quem ibi sequitur Alexand. in dict. §. *idem Pomponius*, et tetigi in l. 6. in gloss. 3. suprà, eod. licèt Angelus nullam de istis dictis Oldraldi, neque etiam Alexander faciunt mentionem. Nota etiam unum quod Baldus dicit mirabile in rubric. *C. de revocand. his quæ in fraud. credit. alienata sunt*, ad fin. quòd in casu quo quis est institutus non comtemplatione sua, sed fideicommissarii, quòd tunc non detrahet quartam Trebellianicam, per textum singularem, et ibi Cyn. in l. *in fideicommissi*, §. *cum Polidius*, D. *de usufructu*, ubi etiam videbis per Alexand. *in addition. ad Bart.* Dicit etiam Bald. in dict. rubric. ad fin. quòd ubicumque quis tenetur restituere hæreditatem ex contractu, nihil detrahit, allegat l. *quidam cum filium*, D. *de hæred. instit.* Et adverte, quòd regulariter extra certos casus, de quibus per Bald. in l. *jubemus*, in princ. *C. ad Trebell.* non potest hæres sumere istam quartam in una re, vel rebus per eum electis; et beneficium deducendi istam quartam transit ad hæredem, l. *quamquam*, *C. ad leg. Falcid.* Et an testator possit prohibere Trebellianicæ detractionem, dixi in l. 6. suprà, eod. ubi communiter teneri dixi, quòd sic. Quod an procedat etiam in liberis primi gradus de restituendo gravatis, est inter scribentes maxima concertatio: et quòd non possit pater prohibere filiis rogatis talem detractionem, tenet Bart. et Salic. per textum ibi in dict. l. *jubemus*, *C. ad Trebell.* et idem tenet Decius consil. 81. et consil. 218. Jason. in l. *Marcellus*, num. 53. D. *ad Trebell.* Ludovicus tamen Romanus *singularit.* 192. tenet contrarium, imò quòd prohiberi etiam in his possit, cujus opinionem etiam tenuit Cyn. in dict. l. *jubemus*, et istam opinionem dicit communem Paulus à Monte Pico in l. *in quartam*, col. 117. D. *ad leg. Falcid.* prout late tradit Didacus à Covarruv. in relect. cap. *Raynutius*, *de testam.* §. 2. num. 7. qui adhæret opinioni Baldi, tanquam filiis favorabili, et secundum eum magis communiter receptæ.

(2) *Contar en esta su parte.* Adde l. *in quartam*, D. *ad leg. Falcid.* et nota quod portio hæreditaria donationis, quæ morte confirmatur, in Trebellianicam imputatur, l. *filium quem habentem*, *C. famil. ercisc.* secundum unam lecturam, de qua per Bald. ibi, 8. col. Item etiam computatur datum causa conditionis implendæ, vide ibidem, et l. *cum pater*, in princip. D. *de legat.* 2.

(3) *Los frutos.* Concordat cum l. *in fideicommissaria*, et cum l. *mulier*, §. *si hæres*, et l. *ita tamen*, §. *hæres ex asse*, D. *ad Trebell.* et vide Gloss. in dict. l. *in fideicommissaria.* Quid autem si testator jussit restitui retenta quarta, an tunc fructus computentur in quartam? Vide per Alexandr. post Raphael. in dict. l. *in fideicommissaria*, ubi Alexand. col. 5. quod tunc non computentur; quod est benè notandum.

(4) *Non deue tomar.* Non ergo posset hæres dicere, volo fructus restituere, et quartam in aliis rebus hæreditariis habere, ut hic patet: cujus contrarium dicebat Raphael relatus ab Alexandr. in dict. l. *in fideicommissaria*, ubi Alexander tenet contra eum, post Imol. in dict. §. *si hæres*, et opinio Imolæ, et Alexand. approbatur hic.

(5) *Fuesse negligente.* Quid si non fuit negligens, quia fortè erat absens, Bart. et Doctores communiter in dict. l. *in fideicommissaria*, tenent tunc etiam fructus cedere lucro cohæredis, qui non fuit in mora.

(6) *De la su parte que deue haber.* Et sic fructus, quos percepit ultra quartam, restituit; reliqui computantur in quartam. Quid tamen si fideicommissarius dicat in tali casu, quando hæredis mora intervenit, quod vult, quod fructus post moram percepti sibi restituantur, et quod hæres habeat quartam de aliis rebus hæreditariis; an sit audiendus? Videtur, quod non, ex quo lex ista vult, quod fructus intra quartam computentur in ea: quod planè procedit volente fideicommissario, seu non contradicente; eo autem invito non exprimit ista lex: unde satis videtur æquum, quod fideicommissario in hoc succurratur, ne aliàs dicamus esse in potestate hæredis per culpam et moram suam habere sibi quartam in talibus fructibus invito fideicommissario, cùm non sit in potestate hæredis, in qua re velit deducere quartam, sed judicis arbitrio committitur, Bart. et alii in l. *in quartam*, D. *ad leg. Falcid.* et quod fideicommissarius in hoc sit audiendus, tenet Joann. de Imol. et Alexan. post Jacob. de Raven. in dict. l. *in fideicommissaria.*

(7) *Fijos del testador.* Concordat cum l. *jubemus*, *C. ad Trebell.* et procedit in liberis primi gradus tantùm ut

que touiesse la heredad en su poder, non seran contados en la su parte legitima (8): ante dezimos, que esta parte deue ser sacada enteramente de los bienes de la herencia, e non de los frutos della, maguer el testador (9) lo ouiesse mandado de otra guisa. Pero lo que diximos desta quarta parte en esta ley, se deue entender desta guisa, que el heredero la deue auer, quando entra la heredad de su grado, sin constreñimiento ninguno que el Juez le fiziesse. Mas si es rebelde (10), non la queriendo entrar, e lo ouiesse a fazer por premia, e mandamiento del Juez, estonce non sacara la quarta parte sobredicha. Ante dezimos, que es tenudo de dar, e de entregar la heredad, con los frutos della, a aquel que le rogo, o mando el testador, que la diesse. Otrosi dezimos, que el es siempre tenudo de pagar su parte (11) de las debdas (12) que deuiesse el testador, quanto le copiesse a pagar por razon desta quarta parte.

TITULO XII.

DE LOS ESCRITOS QUE FAZEN LOS OMES A SUS FINAMIENTOS, A QUE LLAMAN EN LATIN CODICILLOS.

Codicillos dizen en latin, vna manera de escritos pequeños, que fazen los omes despues que han fecho sus testamentos, para crescer, o menguar, o mudar alguna de las mandas, que auian fechas en ellos. Onde, pues que en los titulos ante deste fablamos de los Testamentos, que son mayores escrituras que los omes fazen por razon de sus finamientos. Otrosi, de todas las cosas que pueden ser puestas, e fechas en ellos. Queremos aqui dezir, destas escrituras sobredichas. E mostraremos, que quiere dezir codicillus. E a que tiene pro. E quien lo puede fazer. E en que manera deue ser fecho. E sobre que cosas. E que departimiento ha entre los testamentos, e los cobdicilos. E de si diremos, como se pueden desatar.

LEY I.

Que quiere dezir Cobdicilo, e a que tien pro, e quien lo puede fazer, e en que manera deue ser fecho, e sobre que cosas.

Codicillus en latin, tanto quiere dezir en romance, como escritura breue, que fazen algunos omes despues que son fechos sus testamentos, o ante (1). E tal escritura como esta tiene gran pro; porque puede ome en ella crescer, o menguar las mandas, que ouiesse

Ley 2, tit. 18, lib. 10 Novis. Recop.

hic; et ibi. Et nota ex generalitate hujus legis inferri, quod hic disponitur procedere, sive filii graventur restituere aliis liberis, sive extraneo, licet Cyn. Alber. Fulg. Coraeus in dict. l. *jubemus*, Alexandr. in dict. l. *in fideicommissaria*, col. 3. tenuerunt contrarium, quando extraneo: primam tamen (quod ex istius legis generalitate approbari videtur) tenuerunt Salic. et Paul. in dict. l. *jubemus*, Joan. de Imol. in l. *quod de bonis*, §. *cum avus*, D. *ad leg. Falcid.* et Ripa in dict. l. *in fideicommissaria*, num. 29. quia major ratio et favor filii gravati est, quando gravatur restituere extraneo, quàm quando alteri filio.

(8) *En la su parte legitima.* Si intelligas in debito jure naturæ, planum est, quia talem legitimam, et legitimæ fructus, debet filius habere, ut in l. *scimus*, versic. *repletionem*, *C. de inoffic. testam.* Bald. in l. *non est ambiguum*, *C. famil. ercisc.* Gloss. in dict. l. *in fideicommissaria*, D. *ad Trebell.* Et an idem erit in legitima debita ascendentibus, ut fructus non computentur in ea? Bald. tenet, quòd non, in repetit. cap. *si pater*, *de testam.* lib. 6. allegat. l. *filiusfamilias*, D. *ad leg. Falcid.* et idem vult Alexand. in dict. l. *in fideicommissaria*, colum. 5. ubi dicit, se alibi hoc non legisse, et quòd pro Baldo adduci potest, quia §. *repletionem*, solùm loquitur in legitima descendentium: ergò in ascendentibus remanent incorrecta jura antiqua volentia indistinctè, quod fructus imputentur in legitimam l. *Papinianus*, §. *unde si quis*, D. *de inoffic. testam.* Mihi tamen plus placet, quod idem sit in legitima ascendentium, per l. *nam etsi parentibus*, D. *de inoffic. testam.* et l. 6. *in Ordin. Tauri*, et quia dict. l. *filiusfamilias*, loquitur in Falcidia, non in legitima, et quia dispositum in uno ex correlativis, disponitur in alio, seu censeri debet dispositum in alio, l. fin. *C. de indic. viduit. toll.* et in l. fin. *C. de cupress.* lib. 11. Si verò intelligas istam legem de Trebellianica, prout etiam debet intelligi et ipsa loquitur, procedit etiam planè, concordans cum dispositione dictæ l. *jubemus*: neque mirum Trebellianicam si lex ista vocet legitimam, et sic etiam vocat Falcidiam ut habetur in l. 4. suprà cod. et intellige de fructibus perceptis post mortem testatoris, ut illi non computentur in legitimam debitam jure naturæ, neque Trebellianicam; percepti verò ante mortem, seu tempore mortis pendentes, censentur ut reliquæ res hæreditariæ, et possunt computari, et assignari à judice pro legitima vel Trebellianica, secundum Alex. quem vide in dict. l. *in fideicommissaria*, col. 3.

(9) *Maguer el testador.* Concordat cum dict. l. *jubemus*, et istud urget multum ad illud, quod dixi suprà ead. l. in glos. 1. quod non possit pater prohibere Trebellianicam filiis primi gradus. An tamen hodie stantibus legibus hujus regni, filius gravatus debeat non solùm habere legitimam, sed etiam Trebellianicam? Dic, ut dixi in l. 12. tit. 5. suprà, ead. *Partit.* in glos. fin. ubi dixi, quod tantùm poterat detrahere legitimam de jure naturæ, etiam eo casu, quo de jure antiquo poterat detrahere duas quartas.

(10) *Si es rebelde.* Adde l. *nam quod*, §. *qui compulsus*, D. *ad Trebell.* et *C.* cod. l. *non justam.*

(11) *Su parte.* Adde *Institut. de fideicommissar. hæred.* in §. *sed quia*, cum duob. sequentib. et §. *si quis una.*

(12) *En las debdas.* Et sic pro rata illius quartæ tenetur creditoribus, non autem legatariis, ut in l. 1. et 2. *C. ad Trebell.* super quo tamen vide latiùs per Gloss. notabiliter et magistraliter distinguentem in l. 1. §. fin. in glos. fin. D. *ad Trebell.* et per Paul. de Castr. in dict. l. 1. et 2. *C.* cod. et per Alexand. in dict. l. 1. §. *sed si quadringenta.*

TITULUS XII. DE CODICILLIS.

LEX I.

Codicillus est brevis scriptura ante vel post testamentum facta: et possunt codicillare omnes, qui possunt testari; prodest enim codicillus, quia per eum possunt legata in testamento augeri vel minui: et potest codicillus in scriptis, vel sine, coram quinque testibus fieri, etiamsi non sint rogati. Hoc dicit.

(1) *O ante.* Adde l. *ante tabulas*, D. cod. et *Institut.* cod. §. *non tantum*, et *C.* cod. l. *sive ab initio.*

fechas en el testamento. E puedelo fazer todo ome, que sea mayor de catorze años (2), e la muger de doze años; solamente, que no sea de aquellos a quien es defendido, segun diximos en el titulo (3) de los Testamentos. E puede ser fecho el cobdicilo en escrito, e sin el (4), solo que se acierten y cinco testigos (5) quando lo faze. E pueden ser en el mandadas todas las cosas, que pueden ser dexadas en el testamento por razon de manda.

LEY II.

Que en el Cobdicilo non pueden ser establescidos herederos derechamente.

En los cobdicilos non pueden ser establescidos herederos (1) derechamente (2): porende si algun testador ouiesse establescido heredero en su testamento, e despues desso fiziesse cobdicilo, en el qual pusiesse condi-

(2) *De catorze años.* Is enim potest facere codicillos, qui de jure potest facere testamentum, l. *Divus*, §. *codicillos*, D. *de jure codicillor.* Quid autem si caveretur statuto, quod minor 25. annis non possit testari, an poterit codicillare post 14. annos? Bart. quod non, in l. 2. D. *de legat.* 2. contrarium tamen tenet Bald. in l. fin. *C. de testam.* vers. *quid si statutum dicit.*

(3) *En el titulo.* Vide ead. *Part.* tit. 1. l. 13. cum sequentib.

(4) *En escrito e sin el.* Adde l. fin. *C. de bon. libert.* et l. fin. *C.* eod.

(5) *Cinco testigos.* Adde dict. l. fin. *C.* eod. vide hodie, quod habetur in l. 1. tit. *de los testamentos*, lib. 5. *Ordin. Regal.* et in l. 3. *in Ordinam. Tauri*, et habes hic quod non requiritur testes in codicillis esse rogatos, cùm dicit: *que se acierten y.* Adde dict. l. fin. in fin. *C.* eod. et adde l. 32. tit. 16. suprà, 3. *Part.*

LEX II.

Hæreditas in codicillis non potest dari, nec adimi directè: nec conditio hæredi instituto apponi: sed si in codicillis hæredem immeritum certa ratione expressa dicit testator, probata ratione non habebit hæreditatem. Item per fideicommissum hæres in testamento vel ab intestato in codicillo rogatus tenetur restituere hæreditatem, et poterit ex ea quartam Trebellianicam retinere. Hoc dicit.

(1) *Herederos.* Concordat cum §. *codicillis*, *Instit.* eod. et vers. *directo*, et *C.* eod. l. *si idem*, et l. *hæreditatem*, unde si in codicillis quis instituatur in re certa, non habebitur loco hæredis, sed habebitur loco legatarii, secundum Bald. in l. *non codicillum*, *C. de testam.* ubi etiam dicit, quod si pater reliquit filio decem in testamento, et in codicillis dicat, quod declarat quod jure institutionis, non valebit testamentum ope et declaratione codicillorum, allegat l. *quod per manus*, D. *de jur. codicillor.* eo quod principale non debet confirmari ab accessorio. Sed erit pulchrum dubium, an cùm hodie de jure regni eadem solemnitas et numerus testium debeat intervenire in codicillis, quæ in testamento, et in testamento sufficiunt quinque testes, vel tres cum tabellione juxta l. Ordinamenti, si quis hodie in codicillis aliquem instituat directo, an tenebit institutio, ac si facta esset in testamento? Videbatur, quod non, ex eo quod notat Bald. in l. *filii*, circa fin. *C. famil. ercis.* ubi concludit, quod hæreditas directè dari non potest, etiamsi pater in codicillis filios instituat; quia cùm relinquere hæreditatem directò in codicillis speciale sit in milite; ergò in contrarium est jus commune, et idem voluit Bald. in l. *humanitatis*, colum. 12. vers. *sed nunquid ista exemplaria*, *C. de impuber. et aliis substit.* et tamen constat valere testamentum inter liberos etiam cum minori numero testium, ut in l. *hac consultissima*, §. *ex imperfecto*, *C. de testam.* l. 7. tit. 1. suprà ead. *Partit.* et sic si testator vocet codicillum dispositionem illam, in qua directò instituit, curabimus de nomine? Imò de mente, quæ per nomen significatur, quia civilia nomina retinenda sunt in sui natura, l. *verbis civilibus*, D. *de vulgar. et pupill.* idem tenet Salicet. in dict. l. *filii*, quando ex dicto notarii, vel aliàs constat patrem voluisse codicillari. In contrarium tamen facit, quod notat Bartol. in dict. l. *hac consultissima*, §. *si quis autem*, et in l. 2. D. *de injust. rupt. testam.* et in l. *militis codicillis*, D. *de testam. milit.* ubi tenet patrem posse in codicillis filio pupillariter substituere venientes ab intestato, et revocare substitutionem pupillarem prius factam per eum in testamento, in quo substituerat extraneos; de quo latè vide per Alex. in dict. §. *si quis autem.* Facit etiam, quod notat Joann. Andr. *in addition. ad Specul.* tit. *de instrum. edition.* §. *compendiosè*, col. 8. in addition. quæ incipit, *ad intellectum*, ubi dixit, quod si testator convocatis septem testibus instituat hæredes, et legata faciat, deinde dicat, quod vult dictam dispositionem jure codicillorum valere, quod valebit ut testamentum, per l. *non codicillum*, *C. de testam.* et probatur in l. *testamentum*, *C. de testam.* ubi Bald. et Salicet. notant, quod licet testator testamentum appellet codicillos, non per hoc desinit esse testamentum. Dixit etiam Angel. in l. *illud*, §. *tractari*, D. *de jur. codicillor.* quod si testator instituat hæredes, et notarius dicat, *talis volens codicillos facere*, ista verba notarii non impediunt, quin valeat ut testamentum, et tradit Jason. in dict. l. *non codicillum*, referens quoddam consilium Alexand. et dictum Bald. in l. *Imperator*, la 1. colum. 2. D. *de statu homin.* verba enim impropriantur, ut deserviant intentioni, l. *insulam*, D. *de præscript. verb.* l. *sed si possessorii*, §. *item si juravero*, D. *de jurejur.* cap. *intelligentiæ*, *de verb. signific.* et istud videtur tenendum, si ex aliis non constet testatorem voluisse codicillari, et non testari: quando enim hoc constaret, non posset testator facere, quin leges locum haberent in suo testamento, l. *nemo potest*, D. *de legat.* 1. et in simili quæstione hoc voluit Paul. de Castr. in dict. l. *nemo potest*, col. 1. vers. *sed quæro quid è converso*, ubi omninò vide, et in l. fin. *C. de codicill.* Et etiam ratio videtur esse, quia quando testator eligit codicillari, eligit viam incompetentem, et sic est imperfectio voluntatis, id est, voluntariæ electionis, et sic est defectus in qualitate seu specie voluntatis, ut etiam tradit Bald. in l. 1. colum. 18. v. *sed hic quæro*, *C. de sacrosanct. eccles.* et istud magis placet, quàm quod distinguatur prout distinguit Alexander, volens concordare opiniones contrarias super quæstione Joannis Andr. post Dyn. de qua ubi suprà in dict. l. *non codicillum*, scilicèt, quod aut instituti erant illi, qui successuri erant ab intestato, et procedat opinio Dini, et Joannis Andr. cùm non potest tunc dispositio sortiri effectum jure fideicommissi, cùm nullus sit, qui eis debeat restituere, et sic tunc valeat jure testamenti: aut alii erant instituti, et tunc procedat opinio alia, de qua per Paul. in dict. l. *nemo potest*, scilicèt, quod non valeat jure directo, ex quo potest valere jure fideicommissi. Licèt enim hæc distinctio benè procedat in casu, quo Dinus consuluit, relatus ubi suprà à Joanne Andr. quia dixerat ibi testator, si non valet jure codicillorum, valeat jure testamenti: tamen quando hoc esset dictum, non esset facienda talis distinctio, ex quo testator se arctavit eligens viam codicillorum, et non testamenti, ut dixi. Facit ad hoc, quod notat Bart. in l. 1. col. 1. post princip. D. *de jure codicillor.* ibi: *oppono, etc.*

(2) *Derechamente.* Verba tamen directa in codicillis posita, benè trahentur ad fideicommissum, ut in l. *Scævola*, ubi vide Bart. D. *ad Trebell.* et in l. *cum quis decedens*, §. *Sejam*, D. *de legat.* 3. Quid autem si pater in testamento filium hæredem instituit in re certa, et extraneum instituit hæredem universalem, et posteà in codicillis ademit filio, quod in testamento reliquerat; an valebit ademptio, et sic filius poterit testamentum dicere nullum? Bald. in l.

cion (3) alguna; o si quisiesse desheredar (4) en el, non empesce al heredero, porque perdiesse porende toda la herencia, nin parte della, nin seria tenudo de complir la condicion que fuesse y puesta. Pero si en el cobdicilo dixesse el testador, que el heredero que auia establescido en el testamento, le auia fecho tal mal, por que non meresciesse auer la heredad, nombrando aquel yerro; por tal razon como esta embargaria el heredero. Ca perderia (5) el heredero porende la heredad, si el yerro le fuesse prouado. Otrosi dezimos, que si el que fiziesse el cobdicilo vsasse atales palabras, diziendolas, o faziendolas escreuir en el: Ruego, o Mando o Quiero, que aquellos que han derecho de heredar la mi heredad, si yo muriesse sin testamento, que la den a tal ome. O si algun testador que ouiesse establescido a otro por su heredero en su testamento, rogasse, o le mandasse al heredero, o dixesse en el cobdicilo, que queria que la heredad en que lo auia establescido por heredero, que la diesse a otro; vsando el señor de la heredad a dezir tales palabras en el cobdicilo, como estas sobredichas, o otras semejantes (6) dellas, tenudo es el heredero de dar la heredad al otro, assi como lo mando el señor della. Pero bien puede tener para si la quarta parte de la herencia, a que llaman en latin Trebellianica; assi como de suso mostramos en el titulo, de como se pueden menguar las mandas, en las leyes (7) que fablan en esta razon.

LEY III.

Que departimiento ha entre los testamentos, e los cobdicilos; e como se pueden desatar.

Departimiento (1) ha muy grande entre los cobdicilos, e los testamentos. Ca los cobdicilos bien se pueden fazer, maguer non pongan en ellos sellos (2) los que los fazen,

omnimodo, in princ. vers. 3. *quæro*, dicit post Jacob. de Bellovis. quòd talis institutio facta de filio, ex quo in ea ratione legitimè consistebat substantia institutionis hæredis, non potuit adimi in codicillis: licèt secùs esset, si extraneus esset institutus in re certa, dato cohærede universali, cùm tunc redigatur ad instar legatarii, et sic tunc institutio talis adimi possit in codicillis; quod Baldus dicit diligenter notandum: adde etiam Bald. idem tenentem in authent. *ex causa*, column. 12. vers. 6. *quæro*, *C. de liber. præterit.*

(3) *Condicion.* Adde dict. vers. *directo*, *Institut.* eod. et l. *dici*, in princip. D. eod. l. penult. §. fin. D. *de condit. instit.*

(4) *Desheredar.* Vide in dict. §. *codicillis*, et l. *non codicillum*, *C. de testam.*

(5) *Perderia.* Quia aufertur hæreditas velut ab indigno, l. *hæreditas*, *C. de his, quibus ut indign.* et l. 23. tit. 1. ead. *Partita.*

(6) *Semejantes.* Quæ sonent in fideicommissum, ut in dict. §. *codicillis*, et vers. *directo*, et dict. l. *si idem*, *C.* eod. si tamen essent omninò verba directa, ex benignitate ad conservandam voluntatem defuncti trahuntur ad fideicommissum, ut dixi suprà, et tradit Bart. post Gloss. in l. *Scævola*, D. *ad Trebell.* quando apparet disponentem voluisse codicillos condere, ut etiam tradit Azon. *C. de codicill.* in summa. Alexand. in dict. l. *hæreditatem*, *C.* eod. ista tamen lex Partitarum, ut vides, multum insistit, quod verba sint importantia inducere fideicommissum, et quod sint verba obliqua, vel saltim communia, ut hoc importent; quæ fuit opinio Jacob. de Aren. de qua per Bart. in dict. l. *Scævola*, sed adhuc adhærerem primo dicto propter conservandam voluntatem defuncti; neque ista lex resistit, quia etiam verba directa possunt dici similia, quando testator codicillatur.

(7) *En las leyes.* Vide supra tit. 1. l. fin.

LEX III.

In codicillis non requiritur testes esse rogatos, nec requiritur sigillum, nec primus codicillus per secundum revocatur, nisi expressè revocaverit testator: in testamento tamen in scriptis, requiritur rogatio et sigillatio, et per secundum tollitur primum, vel etiam posthumi agnatione. Hoc dicit.

(1) *Departimiento.* Ponit in quibus differant codicilli à testamentis, et adde Azon. in summa, *C.* eod. colum. 2. Adverte etiam, quod qui decedet cum codicillis, non videtur decedere testatus seu cum testamento, etiamsi testamentum valeret jure codicillorum, quando fuit apposita conditio, si decederet cum testamento, vel sine testamento, quia verba conditionalia sunt propriè intelligenda, l. *Mævius*, et l. *qui hæredi*, D. *de condit. et demonstrat.* codicilli namque non sunt propriè testamentum, *Institut. de testam.* in princ. et D. eod. l. 1. ita dicit Socin. cons. 97. incipit, *præsens consultatio*, 3. volum. In contrarium tamen facit quia testamentum, latè sumpto vocabulo, comprehendit codicillum, quia etiam codicillus est testatio mentis, *Institut. de testam.* in princ. et in specie dicit Salicet. in l. *filii*, in 1. notab. *C. famil. ercisc.* per textum ibi, quod aliàs consuluit in Ferraria, cùm quidam jure libelli haberet fundum ab ecclesia S. Bartholomæi cum facultate relinquendi, cui vellet in testamento suo, quod potuit ille ex hac potestate relinquere in codicillo, et quia facultas concessa non requirit hæredis institutionem, sed legatum tantùm; et istum crederem esse verius, ubi facultas seu dispositio relata ad testamentum non requirat hæredis institutionem, sed posset fieri in codicillis, quia ut dixi, codicilli dicuntur testamentum, Gloss. in l. 2. in verbo *ex omnibus*, et ibi Bald. *C. communia de legat.* Gloss. in l. 2. in verbo *omnis*, *C. de constit. pecun.* et glossa finalis in cap. *quamquam*, *de usur.* lib. 6.

(2) *Sellos.* De codicillis in scriptis loquitur, ut vides, in testamentis enim in scriptis est, ubi subscriptiones et signacula testium requiruntur, l. 1. tit. 1. ead. *Partit.* l. *hac consultissima*, in princ. *C. de testam.* Sed est dubium hodie, maximè stante dispositione l. 3. *in Ordin. Tauri*, an si codicillus fiat in scriptis, requiratur, quod testes se subscribant, prout etiam debent subscribere in testamento in scriptis, ex tenore illius legis, et præ maximè quia l. fin. in fin. *C.* eod. de qua ista sumpta est, exigere videtur subscriptionem testium, quando codicillus fit in scriptis; et ita tenet ibi Gloss. Alber. Alex. et Jason. cùm enim ibi lex dicit *subnotationem*, intelligunt, id est, subscriptionem, per l. *in donationibus*, *C. de donat.* unde dicunt benè esse verum, quòd in codicillis in scriptis non exiguntur sigilla, subscriptiones tamen testium sic: et istud videtur de jure communi potius tenendum, quàm illud quod dixit Azon. *C. de codicill.* in summa, colum. 2. et etiam Gloss. in §. fin. *Instit. de codicill.* ubi voluerunt, neque signacula, neque subscriptiones testium exigi. Dicit enim Azon. hæc verba: Item in testamentis septem exiguntur testes, et rogati, et exigitur in testamento, quod fit in scriptis, subscriptio testium, et eorumdem signacula requiruntur; sed in codicillis quinque sufficiunt testes, neque exiguntur sigilla vel subscriptiones, ut dictum est. Lex etiam ista Partitarum disponit

nin los testigos que sé y aciertan; mas puedenlos fazer ante cinco testigos. E puede ome fazer muchos cobdicilos, e non desatara (3) el vno al otro. Fueras ende, si dixere señaladamente aquel que lo fiziere, que el cobdicilo que auia fecho primeramente, que non queria que vala. Otrosi dezimos, que el cobdicilo non se desata, maguer nazca despues (4) fijo a aquel que lo fizo. Mas en los testamentos que se fazen en escrito, el contrario es desto. Ca deuense fazer ante siete testigos, que pongan y sus sellos. E el testamento primero se desata por el postrimero. E otrosi se quebranta, quando nasce despues fijo al fazedor del, segund diximos en el titulo de los Testamentos (5).

TITULO XIII.

DE LAS HERENCIAS QUE OME PUEDE GANAR POR RAZON DE PARENTESCO, QUANDO EL SEÑOR DELLA MUERE SIN TESTAMENTO.

Sin testamento, e con el, ganan los omes a las vegadas las herencias, e los bienes, que fueron de otri. Onde, pues que en los titulos ante deste fablamos, de como vn ome puede ser heredero de otro por testamento. Otrosi, de las mandas, e de las otras cosas que le pertenescen. Queremos aqui dezir, en que manera puede heredar ome, por razon de parentesco, los bienes del finado, aunque muera sin testamento. E diremos, en quantas guisas pueden morir los omes sin testamento. E quantos grados son de parentesco. E quales son aquellos, que por razon del, deuen heredar los bienes del que assi finare. E quanto deue auer cada vno dellos de los bienes quando fueren muchos herederos.

LEY I.

En quantas maneras pueden morir los omes sin testamentos.

Ab intestato (1) es palabra del latin, que *Ley 1, tit. 18, lib. 10 Novis. Recop.*
quier tanto dezir en romance, como ome que

non exigi sigilla testium; de subscriptionibus verò nihil dixit, unde non videtur corrigere in hoc jus commune, sed hoc sub ejus dispositione relinquere, licèt Michael de Cifuentes unus ex Glossatoribus legum Tauri in dict. l. 3. dicit, quòd ista lex Partitarum disponit contrarium, quod dicta l. fin. quod non est dicendum, quia, ut vides, tantùm dicit de sigillis, non de subscriptionibus. Dicebat etiam ubi suprà dictus Michael, quòd ex illa lege Taurina sibi videtur, quòd hodie attenta dispositione dictæ legis Tauri requiratur subscriptio testium in codicillis, sicut requiritur in testamento, quando codicillus fiet in scriptis, et quòd licèt illa lex loquatur in testamento, per eamdem rationem, ut falsitas evitetur, extendatur ad codicillos. Sed adverte, quia dicta l. 3. potest induci secundum unum sensum, quòd quando loquitur de solemnitate codicillorum, intelligat tàm de codicillis nuncupativè factis, quàm in scriptis, et quòd qualitercumque fiant, servetur in eis dispositio legis Ordinamenti Regis Alphonsi, et sic quòd sufficiunt tres testes cives cum tabellione, vel quinque sine tabellione: et quemadmodum in testamento nuncupativo coram tabellione non requiritur subscriptio testium ex dispositione dictæ legis Ordinamenti, sic neque in codicillis, licèt in scriptis fiant: cum enim lex illa priùs loquatur, tàm de testamento nuncupativo, quàm de testamento in scriptis, et distinguat solemnitatem, quæ debet intervenire in eis, et posteà subdat, quòd in codicillis interveniat solemnitas requisita in testamento nuncupativo, juxta dictæ legis Ordinamenti tenorem, apertè videtur loqui de codicillis etiam in scriptis factis, argumento l. fin. D. *de reb. dub.* et cap. *inquisitioni*, et cap. *secundo requiris*, *de appellat.* Iste tamen intellectus ad illam legem non potest stare, nam tota illa lex venit ad interpretationem legis Ordinamenti, quæ disponit tantùm de testamento nuncupativo, et ad tollendum dubia, quæ ex ea oriebantur: et quatenùs loquitur de testamento in scriptis, est ad limitationem dictæ legis, et intra unum capitulum; et cùm transit ad alia capitula, scilicèt ad testamentum cæci et codicillos, revertitur ad explanationem dictæ legis Ordinamenti, et sic loquitur de testamento nuncupativo cæci, quia cæcus non potest testari in scriptis, ut dixi in l. 14. tit. 1. ead. *Partit.* et loquitur etiam de codicillis nuncupativè factis, juxta dictam l. cujus dubia explanat. Confert ad istum intellectum, quod tradit Bartol. in l. *Prætor ait*, §. *critque differentia*, D. *vi bonor. rapt.* et quod habetur in dict. cap. *inquisitioni*, et notatur in dict. l. fin. et quia aliàs intelligendo induceretur correctio dictæ l. fin. requirentis subscriptionem testium, quando codicillus fit in scriptis. Concludo ergò, quod cùm per istam legem Partitarum tantùm disponatur circa sigilla testium, et dicta l. Tauri tantùm loquatur de codicillis per nuncupationem factis, quod si codicilli fiant in scriptis, subscribere debeant testes, et erunt necessarii quinque testestes, ut hic, et in dict. l. fin.

(3) *Non desatara.* Concordat cum l. *cum proponatis*, *C.* eod. et *Institut.* eod. §. fin. et l. *Divi*, §. *codicillos*, D. *de jur. codicillor.*

(4) *Nazca despues.* Concordat cum l. *si quis cum*, §. *sed et si*, et l. penult. D. eod. et *C.* eod. l. 1. et intelligit Azon. *C.* eod. in summa, quando codicilli fiunt ab eo, qui vult decedere intestatus; nam si fierent ab eo, qui condidit testamentum, infirmato testamento infirmarentur etiam codicilli, ut in dict. l. 1. et l. *ab intestato*, D. eod. Quod tamen limita et intellige, ut per Paul. de Castr. et Alexandr. in dict. l. 1. Considera tamen, quod hodie stante lege regni, tit. *De los testamentos*, l. 1. *in Ordinam. Regal.* qua cavetur, quod legata debeantur, etiam hærede repudiante, vel aliàs non adeunte, videtur, quod non posset dici, quod codicilli pendeant à testamento, et sic quocumque modo infirmaretur testamentum, non infirmabuntur codicilli, et debebuntur legata in eis contenta: videtur enim dicta l. gravare venientes ab intestato absolvenda talia legata, neque legata desiderant aditionem hæreditatis ex testamento: sicut enim non infirmarentur codicilli infirmato testamento, si in codicillis essent expressè rogati venientes ab intestato, ut implerent legata, l. *ex testamento*, et l. *eam quam*, *C. de fideicom.* idem erit dicendum, si à lege graventur ad legata venientes ab intestato, prout vult gravare dicta l. *Ordinamenti.* Cogita tamen, quia mihi est nova consideratio.

(5) *Titulo de los testamentos.* L. 1. et 2. et l. 20.

TITULUS XIII. DE SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO.

LEX I.

Intestatus dicitur quadrupliciter: primò, si non condidit testamentum: secundò, si condidit imperfectum: tertiò, si posthumi agnatione, vel testantis arrogatione, vel adoptione rumpitur: quartus, si hæres scriptus repudiet hæreditatem. Hoc dicit. Habuit originem ab *Institut. de hæred. quæ ab intest. defer.* in princ.

(1) *Ab intestato.* Si benè advertis, lex ista vult, quod

muere sin testamento. E esto puede ser en quatro maneras. La primera es, quando ome muere, e non faze testamento. La segunda es, quando faze testamento non cumplido; non guardando la forma, que deuia ser guardada en fazerlo, segun diximos en el titulo de los Testamentos. La tercera es, quando el testador fizo testamento, que se rompio por algun fijo que nascio despues; del qual fijo non fizo emiente en el testamento. O si por auentura, aquel que fizo el testamento, se dexo despues porfijar (2) a otro, de manera, que passasse a poder de aquel que lo porfijo. La quarta es, quando faze testamento acabado, e establesce el heredero en el, e aquel heredero non quiere la heredad, desechandola (3).

LEY II.

Quantos grados son de parentesco.

Tres grados, e liñas (1) son de parentesco. E la vna es de los descendientes, assi como de los fijos, e de los nietos, e de los que descienden por la liña derecha. La otra es de los ascendientes, assi como el padre, o el auuelo, e los otros que suben por ella. La tercera es de los de trauiesso, assi como los hermanos, e los tios, e los que nascen dellos: e de cada vno dellos diremos adelante, en las leyes que se siguen, de como pueden heredar los vnos a los otros, muriendo sin testamento.

LEY III.

Como el padre, o el auuelo muriendo sin testamento, deue el fijo, o el nieto heredar los bienes del.

Muriendo el padre, o el auuelo sin testamento, o alguno de los otros que suben por la liña derecha, el fijo, o el nieto (1) que nasciesse de otro su fijo, ganan, e heredan todos los bienes del finado, quier sean varones, quier mugeres (2) maguer

ille propriè dicatur intestatus, qui testamentum facere potest, et decedit sine testamento, vel non jure facto, seu forma non servata, vel si factum rumpatur agnatione filii præteriti, vel irrito capitis diminutione, quia testator se dedit in arrogationem, vel quando ex testamento non fuit adita hæreditas, prout etiam habes in l. 1. D. *de injust. rupt.* et in princ. *Instit. de succes. ab intestat.* non tamen dicitur propriè intestatus, qui decedit intestabilis, id est, qui testari non potest, ut pupillus, vel furiosus, vel aliàs intestabilis, ut etiam habetur in l. 1. D. *de suis, et legitim. hæred.* ubi etiam lex dicit, quod etiam hos pro intestatis accipere debemus. Et ibi Bart. dicit, quod si ex communi usu loquendi, ille qui non potest testari, dicatur decedere intestatus, tunc etiam statutum loquens de decedentibus intestatis, comprehenderet intestabiles, cujus contrarium tenuit Bald. contra Bart. in cap. 1. in princip. in vers. *modo quæro, de successione feudi.* Vide etiam Alexand. consil. 115. incipit, *æterni numinis*, volum. 2. ubi multa et pulchra adducit, vide ibi per eum: et vide quæ latè tradit idem Alexand. *in addition. ad Bart.* in dict. l. 1. et Felin. in princip. *Decretal.* col. 5. nam est quæstio, in qua multa scripta sunt: et vide quæ notat Bald. in authent. *præterea*, col. 1. *C. unde vir, et uxor*, et Alber. post Cyn. in l. 2. ad fin. *C. qui testam. facere poss.*

(2) *Porfijar.* Vide in §. *alio*, et §. *non tamen*, *Instit. quib. mod. testam. infirment.* et in l. 18. tit. 1. ead. *Part.*

(3) *Deshechandola.* Adde l. *intestatus*, D. *de verbor. signific.*

LEX II.

Tres sunt gradus consanguinitatis, scilicet ascendentes, descendentes et collaterales. Hoc dicit.

(1) *Liñas.* Vide in l. 2. tit. 6. 4. *Partit.* et D. *de gradib.* l. 1. et l. *jurisconsultus*, et *Instit. de gradib. cognat.* per totum.

LEX III.

In successione ascendentium præferuntur propinquiores descendentes: sed si defunctus relinquat filium, et ex alio filio præmortuo nepotem, succedet cum filio nepos loco patris: nec si plures sunt nepotes, habent nisi partem, quam eorum pater, si viveret, obtineret. Item si ex uno filio unus nepos, et ex alio plures, tantum habet ille unus, quantum plures. Hoc dicit.

(1) *El fijo, o el nieto.* Sive sint in potestate, sive emancipati, ut in authent. *in successionem*, *C. de suis, et legitim. hæredib.* et in corpore unde sumitur, et l. *meminimus*, *C. de legitim. hæred.*

(2) *Mugeres.* Concordat cum dict. authent. *in successionem*, et l. *maximum vitium*, *C. de liber. præterit.* aliquando tamen ex natura oneris appositi, videntur vocati masculi, et exclusæ fœminæ, ut si Rex concessisset alicui castrum, vel aliam rem, ut ipse et filius major ex eo, et alii descendentes servirent Regi in aliquo officio virili, ut deportando lanceam, quando Rex iret in bello, vexillum, vel quod esset Magister Sala, vel quid simile; nam cùm fœmina non sit capax causæ, neque erit capax causati, textus et ibi Bald. in §. penult. *de his qui feud. dar. poss.* Et ex ista lege inferes, quod statutum de exclusione fœminæ propter masculum, licèt factum sit propter publicum bonum conservandarum familiarum, l. 1. §. *denuntiare*, D. *de vent. inspic.* tamen non est æquum, imo odiosum, quia quidquid est contra justitiam æquitatis, est odiosum, secundum Bald. in l. *certum*, col. 1. *C. unde cognati*, hinc dicit idem Bald. in l. *omnes populi*, col. 9. D. *de justit.* et *jure*, quod si statutum dicit, quod primogenitus, non secundo genitus succedat, quod non extendetur ad primogenitam, asserens tale statutum esse odiosum et irrationabile, eo quia in natura pari non debent contraria statui. Baldus tamen in l. 2. *C. de in jus vocando*, latè disputat; an statuta, quæ excludunt fœminas, et deferunt hæreditates masculis, sint odiosa, vel favorabilia; et tandem per Gloss. ibi solvit, tale statutum ex parte succedentis esse favorabile, ex parte verò mulieris, quæ repellitur, esse odiosum, unde si statutum dicat, quod filia non succedat, succedet neptis ex filio, quia representat patrem, qui succedebat: quæ tu nota ad majorias excludentes fœminas, et vocantes masculos, ut tanquam odiosæ dispositiones restringantur. Confert etiam, ut si quis faciat simpliciter majoratum, quod succedet filia primogenita excluso masculo secundogenito, ex quo disponens non prætulit masculos fœminis, sed tantum vocavit filium primogenitum, cum appellatione filii veniat filia, l. *quisquis*, et l. *justa interpretatione*, D. *de verbor. signific.* facit ad hoc, quod notat Bald. in cap. fin. *de feudo dato in vicem leg. commiss.* in vers. *Ego de facto fui consultus*, ubi concludit, quod si emphyteusis ecclesiæ præscribatur, extendetur in tertiam generationem tantùm, non in infinitum, ea ratione, quia sicut emphyteusis informiter concessa, id est, sine personarum distinctione, intelligitur in tertiam generationem, ut in authentic. *de non*

alienand. cap. *emphyteusim*, et tamen in emphytheusi constat venire etiam fœminas, et non excludi propter masculos, quando fuit informiter concessa per viam donationis, vel privilegii, seu in ultima voluntate: ut latè tradit Jason. in l. *si quis id quod*, col. 7. D. *de jurisdict. omn. judic.* secùs tamen esset in contractibus, ut latè ibi per eum, col. 6. et in l. *stipulatio ista*, §. *in stipulationibus*, D. *de verb. obligat.* In contrarium tamen facit quod notat Bald. in l. *in multis*, D. *de statu homin.* facit quod notat Bart. in l. *hæredes mei*, §. *cum ita*, D. *ad Trebell.* ubi dicit quod testator videtur se referre ad consuetudinem et statuta loci in dispositione sua: Bald. et Petr. de Anchar. in l. *tres fratres*, D. *de pact.* et in terminis primogenituræ ex consuetudine Hispaniæ tradit Andr. Sicul. 2. volum. consil. 10. incipit, *sapienter scribitur*, et Decius cons. 397. *viso puncto*, col. 2. Et de more Hispaniæ est, ut in majoriis per existentiam masculi, licèt natu posterioris, excludatur fœmina ejus soror, licèt prius genita, et habemus hoc expressum in successione regni in l. 2. tit. 15. 2. *Partit.* ad cujus exemplum cæteræ majoriæ debent regulari, ut adducit Paul. de Cast. cons. 164. *in causa majoriæ Hispalensis.* Facit etiam contra id, quod primo loco dixi, dictum Baldi, quod superius retuli in l. *omnes populi*, col. 9. D. *de justitia, et jure*, et hoc ultimum de jure verius. Procederet tamen primum, quando non extaret filius masculus, prout etiam habetur in successione regni in dict. l. 2. et facit benè ad id, quod dixi, l. *agnato*, D. *de legitim. tutor.* ubi habetur, quod fœmina propinquior non impedit agnatum remotiorem in successione tutelæ, unde etiamsi aliquis præcipiat, quod bona sua jure primogenituræ veniant in filium vel filiam majorem, filia non veniet nisi in defectum masculi, facit bonus textus in §. *similiter*, *de capitan. qui curiam vend.* ubi habetur, quod si feudum sit receptum pro masculis et fœminis, intelligur fœmina vocata in defectum masculi, et consuetudo interpretatur pactum; cùm igitur generalis sit consuetudo in majoria, quod non succedat fœmina stante masculo, ita tale pactum et dispositio debet interpretari, juxta dictam consuetudinem, maximè stante dicta l. Partitarum: et adde quæ tradit Alexander satis ad propositum, consil. 29. col. penult. in 1. vol. et per totum consilium, ubi disputatur hæc quæstio pro utraque parte. Vide etiam ad istam quæstionem Joan. Cirier. in suo tractatu *juris primogenituræ*, lib. 1. quæst. 19. Confert ad prædicta quod feudum vel majoria semper præsumitur concessa secundum suam propriam naturam, nisi alteratio probetur, Bald. in §. fin. *quid sit investitura*, et adde prædictis decissionem Delphinatus Guido Papæ, 506. incipit, *in contractu matrimonii.*

Et ex his inferre poteris, quòd si concedatur licentia per Regem ad faciendum majoriam in unum ex filiis vel filiabus, quem quis elegerit, quòd stante masculo non poterit fieri in fœminam, bonus textus in §. *quin etiam*, *Episcopum vel Abbat.* cap. 1. *de eo qui sibi*, *vel hæredib. suis*, et quod notat Paul. de Cast. in l. *cætera*, §. *si duobus*, D. *de legat.* 1.

Et quid si Rex concessit facultatem faciendi majoriam in unum ex filiis masculis, et ipse cui data est, fecit in filium majorem masculum et ejus descendentes, neque disposuit, quòd non succederet fœmina, contingit quòd iste filius habuit filiam, et non filium masculum; an succedit hæc fœmina, vel frater patris? Et videbatur, quòd non succederet fœmina, quia clausula facultatis de masculo, intelligatur repetita in cæteris vocationibus. Sed in contrarium videtur textus in l. 1. conjuncta l. 3. §. *emancipatos*, et l. *utrum*, cum gloss. D. *de assign. libert.*

Quid autem si conditor majoriæ voluit, quòd majoria deveniret ad filios masculos, et masculos descendentes ex eis per lineam masculinam, ita quòd non veniat ad fœminas; an in defectum filiorum masculorum veniet fœmina? Videtur, quòd si conditor majoriæ voluit majoriam esse perpetuam, quòd tali casu deficientibus masculis, fœmina succedet in majoria, facit dicta l. *agnato*, et quod ibi notat Bartolus: si tamen hoc non constaret, videtur, quòd in persona ultimi masculi decedentis expirent vincula majoriæ, argumento l. *qui solidum*, §. *prædium*, et quod ibi notat Bart. D. *de legat.* 2.

Quid autem si majoria excludit fœminas, et vocat masculos, et existit masculus, inhabilis tamen ad succedendum in majoria, quia fortè frater minor, vel aliàs inhabilis ad succedendum; an tunc admittetur fœmina? Bald. in l. *maximum vitium*, col. 5. vers. *item quæro*, *nunquid statutum*, movet istam quæstionem in simili, et concludit, quod si ex statuto frater excludit sororem, non procedet statutum in fratre, qui non succedit ex eo, quia de jure non potest succedere, vel licèt posset, renuntiavit tamen hæreditati; vide ibi per eum: adde textum, et ibi Bart. in l. 2. §. *sed si sint sui*, D. *ad Tertul.* et textum, et ibi Bart. in l. 1. §. *si pater*, D. *de conjungen. cum emancipat. liber. ejus*, et textum in §. *soluto*, in fin. authent. *de nupt.* et loquitur Bartolus pulchrè et subtiliter in dict. §. *si pater*: vide ibi per eum, quia informabis ingenium ad aliqua pulchra in ista materia. Et adde Decium consil. 383. incipit, *viso puncto*, col. 2. 3. et 4.

Quid ergo si cautum sit in majoriæ instrumento, quòd deficientibus filiis masculis, majoria veniat in fœminam; an intelligatur de filia primogenita, vel de alia, cui possessor majoriæ velit gratificare? Bald. in simili loquens in feudo, videtur decidere istam quæstionem in cap. 1. §. *et quia vidimus*, col. penult. vers. *extra quæro, de his qui feud. dare poss.* ubi dicit, quòd si actum est, quod deficientibus masculis feudum veniat in unam fœminam, et extant plures fœminæ, an succedat primogenita, vel an domibus gratificabitur cui voluerit, vel an ratione incertitudinis vitiabitur, vel sorte dirimetur? Et pro primogenita allegat l. *si quis ita stipulatur*, D. *de verb. obligat.* et pro domino feudi, dicit quod facit l. *si quis servum*, §. *si inter duos*, D. *de legat.* 2. quod vero incertitudo, vitiet, allegat l. *cum ex pluribus*, D. *de manumis. testam.* quod sorte dirimatur, allegat l. 2. *C. quando et quib. quarta pars debeat.* lib. 10. tandem respondet, quod si primogenita succedit in alia hæreditate, succedet etiam in feudo, et quod aliàs domini sit electio, quem vassallum velit. In majoria tamen loquendo ego simpliciter crederem absque alia distinctione primogenitam admittendam, per textum; et quæ ibi dixi in dict. l. 2. tit. 15. 2. *Partit.* non enim in majoria militant rationes, quæ in feudo.

Sed pone quod Princeps concessit facultatem faciendi majoriam in unum ex filiis masculis, et ille cui fuit concessa, fecit in unum filium masculum, et deinde in descendentes ex eo ordine genituræ, quibus deficientibus vocavit alium suum masculum et descendentes ex eo, et non disposuit, quod non succederet fœmina; postea contigit, quod iste filius habuit unam filiam tantùm, et nullum filium masculum; an succedet in majoria dicta filia, vel an excludetur à patruo, fratre patris sui? Et videtur prima fronte, quod succedat patruus, et sic quod clausula facultatis providentis masculis intelligatur semper repetita, et quia videtur de intentione Principis, quod semper succedat masculus. In contrarium tamen videtur esse textus in l. 1. conjuncta l. 3. §. *emancipatos*, et l. *utrum*, cum glossa ibi, D. *de assignand. libert.* ibi enim habetur, quod licèt à principio assignatio liberti debeat fieri filio in potestate, tamen isti filio in hoc, jure quodammodo majoriæ succedit emancipatus filius, et non patruus frater patris; videmus etiam quod conditio adjecta in institutione non censetur repetita in substitutione, l. *sub conditione*, D. *de hæredib. instit.* et cùm, ut dixi, tractetur materia odiosa de excludendo fœminas, debet restringi, et non extendi, sic et Joan. de Anania, consil. 22. incipit, *ad probandam*, consuluit, qualitatem masculinitatis in uno vel duobus capitulis testamenti appositam, non videri repetitam in alio capitulo, in quo simpliciter filii vocantur, de quo latius videbis per Jason. in l. *qui filiabus*, in princ. column. 1. D. *de legat.* 1.

Quid autem si ex dispositione majoriæ fœmina non potest succedere stante masculo, etiamsi esset masculus ex fœmina, deficientibus vero masculis vocata est fœmina, et quidam possessor majoriæ decessit relicta uxore prægnante, et etiam relicta sorore majore jam nupta, quæ non habebat filium masculum, et relicta etiam minore sorore, quæ filium habebat masculum contigit quod uxore prægnante mortuus fuit filius masculus ex sorore minore, et demum peperit uxor filium mortuum; quæritur quis succedet in majoriam? Et dicendum videtur, quod soror illa major, ex qua non

reperietur masculus, qui eam excludat; et videtur esse casus in l. *item Prætor*, §. fin. D. *de suis et legitim. hæred.* et l. 1. §. penult. D. *ad Tertul.*

Sed pone retento eodem themate, quod licèt uxor se credebat prægnantem, in veritate tamen non erat prægnans; et videtur tunc dicendum, quòd succedat soror minor jure filii sui masculi, qui defunctus est, ex quo secundum veritatem naturæ majoria jam transivit ad illum, et ex ejus persona revertitur ad proximiorem sibi fœminam ejus matrem; et videtur de hoc esse casus in l. *intestato*, §. *est autem tractatum*, D. *de suis et legit. hæredib.* facit l. *omnia quæ*, §. *in fideicommisso*, D. *de legat.* 2. et quæ tradit Socin. in l. *si cognatis*, D. *de reb. dub.* column. fin. vers. 6. *et ultima conclusio*, et per eumdem consil. 49. volum. 1.

Sed quid dices, cùm prius fuit vocatus masculus, et in defectum fœmina: pone quòd possessor majoriæ, qui habebat filium, captus fuit ab hostibus, quòd filius habuit etiam unam filiam patre adhuc existente in captivitate, habebatque sororem ex patre capto, mortuus est iste filius relicta dicta filia; postea verò ex sorore natus fuit filius, et deinde pater moritur in captivitate; quis succedet in majoria, an filia filii, vel filius filiæ captivi? Et videtur dicendum, quod filia filii, quia præsumitur à lege patrem fuisse mortuum præambula hora captivitatis, l. *lex Cornelia*, D. *de vulg. et pupill.* l. *in omnibus*, D. *de captiv. et postlimin. revers.* et sic filius videtur successisse: et cùm non esset natus filius sorori tempore, quo ipse abiit, reliquit majoriam filiæ suæ, quæ sibi non tollitur ex supervenientia masculi; et pro hoc potest induci l. penult. D. *de suis et legitim. hæred.* et l. 1. §. 1. *ad Tertul.* quæ etiam posset induci in partem contrariam pro filio sororis: sed primum magis placet attentis his, quæ dicta sunt, et dispositione l. *Tauri* 40. et 45.

Pone etiam, quod testator fecit majoriam, et dixit, et quia per mulieres perdi solet generis memoria, cùm transeunt in alienam familiam, volo, quod in ista majoria fœmina non succedat, et contigit quod tempore quo defertur majoria, est filia fœmina possessoris, nupta alicui de agnatione et genere testatoris, et de ejus nomine, seu *appellido*, ut vulgariter loquar; an succedet tunc talis fœmina? Et videtur quod sic, ex quo cessat ratio à disponente assignata, et dispositio restringitur per rationem, l. *cum pater*, §. *dulcissimis*, D. *de legat.* 2. ex quo enim ille maritus fœminæ descendit à disponente, hoc etiam suaderi videtur fuisse de ejus voluntate, et quod si fuerat interrogatus, ita disposuerat: et pro hoc videtur esse quasi casus in terminis in l. 2. §. *ad filiorum*, *C. quando et quib. quarta pars debeat.* lib. 10. et per illam legem Joan. de Plat. in l. 1. *C. de impon. lucrativ. descript.* eod. lib. et etiam per textum in dicta l. 1. infert argumentum, quod si filia, mater, vel avia vassalli nubat alteri vassallo ejusdem domini, quod ipsa succedet in feudum; ex quo conditio personæ vassalli non mutatur, licèt alias fœminæ in feudum non succederent: cùm enim conditio personæ non mutatur, neque status rei convenit immutari: quod tu benè nota, et dato otio, latiùs cogita.

Sed quid si testator habens filias et uxorem prægnantem fecit majoriam, et voluit, quòd si uxor, quæ pregnans erat, pareret filium masculum, ille succederet in majoria: et quòd aliàs faciebat eam in filiam majorem et ejus descendentes ordine geniture, et in ejus defectum in secundam filiam: contigit quòd testator non decessit pro tunc, et uxor tunc peperit filiam, postmodum vero iterum ex eodem testatore prægnans facta est, qua prægnante decessit testator: quæritur si uxor pariat filium masculum, quis succedet in majoria, an ille filius masculus, vel filia major; vel an deficiat dispositio tamquam ille casus fuerit omissus? Quod prima facie videbatur, per l. *commodissimè*, et l. *placet*, D. *de liber. et posthum.* neque obstare videtur l. *filius*, §. *si quis ex certa*, D. eod. quia ibi in genere et simpliciter instituit filium ex uxore certa, non se referens ad partum tunc instantem, secundum Gloss. in l. *ideoque* et ibi Bart. D. eod. videtur tamen quòd de mente defuncti fuerit vocare masculum, quandocumque nasceretur, et pro ista parte multum facit decisio Joan. And. in *addition. ad Specul.* in rubric. *de testam.* in addition. magna, vers. *occurrit alia quæstio*, ubi dicit, quod licèt testator instituat ventrem uxoris, si postea testator alios liberos suscipiat, et illi etiam videntur instituti: et quod procedit hoc, etsi eos habeat ex alia secunda uxore, tenet in expresso Socinus in dict. l. *placet*, et est opinio communis Doctorum ibi, quicquid in contrarium voluerit ibi Paul. de Castr. et vidè ibi per Socinum respondentem ad dictam glossam in dict. l. *ideoque*, et tenentem opinionem Joannis Andr. pro indubitata, quando nati sunt ex eadem uxore, et asserentem glossam illam in hoc non contradicere: et istud videtur verius, si non constet testatorem præcisè se retulisse ad partum tunc jam formatum in utero uxoris.

Succedit etiam quæstio pulchra, quid si conditor majoriæ in defectum masculi voluit succedere fœminam, hac tamen conditione, quod nuberet homini sui generis; qui nomen suum haberet et insignia, ut sui nominis memoria conservaretur; contigit quod talis fœmina contraxit matrimonium cum extraneo, qui tamen accepit nomen et insignia conditoris majoriæ, an fœmina perdat majoriam, vel adhuc posset eam haberi? Et quod possit illam habere, et non perdat, videtur facere textus in l. *murileguli*, *C. de murilegul.* lib. 11. per quem Bartolus, et Joann. de Plat. ibi inferunt ad quæstionem, quod si monasterium concedat in emphyteusim sub pacto, quod transeat in filiam fœminam, quæ tamen nubat alicui subjecto monasterii jurisdictioni, quod si filia vult nubere extraneo, qui vult effici de jurisdictione monasterii, quod poterit talis fœmina sic nubens retinere emphyteusim. Item quia ad limites rationis limitanda videtur dispositio dictæ l. *cum pater*, §. *dulcissimis*, ex eo enim voluit, quod nuberet alicui de genere et de nomine ejus, ut talis portaret insignia et nomen, quòd si hoc faciat extraneus, videtur satisfactum menti et dispositioni conditoris, et eo maximè, quia etiamsi talis fœmina nupsisset cum aliquo de genere conditoris, licèt non descenderet per lineam masculinam, sed per fœmininam, satis esset ad complementum dispositionis, quia etiam de genere meo dicuntur illi, qui sunt mihi cognati, secundum Bald. in l. 1. D. *de probat.* Paul. de Castr. in l. 1. *C. de condit. insertis*, vers. *item quæritur*, ubi dicit, quòd ista est veritas, quòd descendentes ex fœminis dicuntur esse de genere, et tradit latè Decius consil. 223. incipienti, *in casu proposito*, et tradit Bart. in authent. *quib. mod. nat. efficiant. sui*, §. 1. collat. 7. et tamen qui veniunt per lineam fœmininam, transierunt in alienas familias: et sic in casu quæstionis, disponens non videtur habuisse respectum ad conservandam agnationem, sed tamen ad nominis memoriam, quod conservatur assumendo extraneus nomen et insignia. Item talis dispositio referenda erat ad eum, cui fœmina dignè et justè nubere posset, l. *cum ita legatur*, D. *de condit. et demonst.* Bart. et Platea in l. *edicimus*, *C. de murilegul.* lib. 11. et sic talis, cui nuberet, debet esse ultra quartum gradum: quod etiam ostendit disponentem hoc præcisè non jussisse ratione sui generis, sed ratione suæ memoriæ conservandæ, quæ conservatur, ut dictum est, l. *facta*, §. *si verò nominis*, D. *ad Trebell.* et de ista mutatione nominis, et assumptionis alterius nominis, et insignium, videas Guilliel. Benedict. ultra alios in repetition. cap. *Raynutius*, in princip. fol. 8. et 9. de *testam.*

Pone verò, quòd ex tenore majoriæ fœmina transversalis non succedit, sed eam excludit masculus etiam descendens ex fœmina: modo aliquis habebat majoriam, et uxorem prægnantem, et sororem, et fratrem; mortuus est possessor majoriæ relicta uxore prægnante, et fratre, et sorore; contigit, quòd partu adhuc existente in utero, obiit frater relicta filia; mortua etiam est eodem tempore soror relicto filio masculo; postea verò uxor prægnans fecit abortum: quæritur quis succedat in majoria, an filia ex fratre, vel filius ex sorore? Et videtur dicendum, quòd filius ex sorore, cùm frater proximior agnatus decesserit pendente dubio, an posthumus nascatur, et sic jus suum non transmisit in filiam, cùm sibi majoria interim non est delata. Et pro hoc videtur esse casus, et ibi notat Bald. col. 2. in l. *ventre præterito*, D. *de acquir. hæred.*

Quid autem si ex tenore investituræ et majoriæ fœmina

non succedit, nisi cùm fuerit unica patri suo, seu cùm non sint filii masculi, sed fœminæ patri morienti; nunc pone, quòd avus possidebat majoriam, qui habebat duos filios masculos, cujus filius major mortuus est in bello in servitio Regis relicta filia; quæritur quis succedat avo in majoria, an filius secundus avi, an filia primogeniti: et videtur, quod filia primogeniti, argumento textus, et quæ ibi Joan. de Plat. in l. 1. *C. de filiis official.* lib. 12. nam qui in acie Principis moriuntur, per gloriam vivere intelliguntur, et sic videtur succedere patri morienti nunc. Sed videtur hoc rigidum, ut per talem fictionem excludatur filius secundus masculus, et vocetur fœmina contra tenorem majoriæ.

Sed quid si testator fecit majoriam in filium, et voluit, quod bona majoriæ semper in familia remanerent, et ab ea non exirent, et quod iste filius relinqueret proximiori de familia; modo iste filius veniens ad mortem, et carens filiis, relinquit istam majoriam sorori suæ, cùm tamen haberet et alium fratrem masculum, an potuit facere? Et videtur, quod sic, per textum, et ibi Bald. in l. *voluntas, C. de fideicom.* Contrarium tamen crederem, ex quo ex tenore majoriæ constat esse perpetuam, cùm voluit semper in familia remanere: si tamen ista verba, vel æquipollentia non essent, procederet quod habetur in dict. l. *voluntas*, aliàs secùs; quia juris intellectu proximior, quia à testatore, et etiam ex legis dispositione est vocatus, ut in l. *omnia quæ*, §. *in fideicommisso*, D. *de legat.* 2. intelligetur de masculo, ut tetigi superiùs, et adde Paul. de Castr. in l. *maritus*, *C. de procurator.*

Quid autem si testator juxta legem Tauri disposuit, quod in successione majoriæ nepos masculus ex filio, licèt præmoriatur pater vivo avo possessore majoriæ, præferatur patruo; si tamen talis filius relinqueret fœminam filiam et non masculum, tunc disposuit, quod succederet patruus exclusa tali filia: modo contingit, quod quidam, qui possidebat majoriam, dedit illam in vita sua filio suo majori, et sibi eam renuntiavit et tradidit, moritur posteà filius major relicta filia, et vivo avo et patruo; quis succedet tunc in majoria? Decisio quæstionis videtur pendere ex eo puncto, an tenuerit renuntiatio in vita in præjudicium vocatorum ad majoriam, vel ne. Nam si tenuit filia fœmina succedet, cùm poterat in defectum alterius fratris sui masculi succedere patri, neque repugnabat tenor majoriæ. Si vero renuntiatio non valuit, succedet alter filius, et sic patruus; quod videtur de jure verius, per textum in l. *cùm pater*, §. *an filia*, D. *de legat.* 2. et in l. *filiusfamilias*, §. *Divi Severus*, D. *de legat.* 1. et quæ notat Bart. in l. *unum ex familia*, §. *sed etsi fundum*, D. *de legat.* 2. et Bald. in l. *post mortem*, *C. de fideicom.* quod est notandum ad similes etiam quæstiones.

Pone vero, quod in dispositione majoriæ continetur, quod in ea non succedat fœmina, sed quod succedat masculus propinquiori decedenti; contingit, quod pater possidet majoriam, qui habet filiam, et ex ea nepotem masculum, habet etiam fratrem, et moritur pater; et cùm fœmina excludatur, est modo contentio inter patruum et nepotem ex filia, quis succedat: frater asserit se esse propinquiorem decedenti, quia secundum jus canonicum est sibi conjunctus in primo gradu, nepos vero ex fœmina est in secundo gradu, et sic quod præcedit in uno gradu: nepos vero allegat pro se, quod ipse est in linea descendentium: et ideo propinquior debet censeri respectu avi, quàm patruus suus, qui est in linea transversali, ut est textus hic, et in authent. *in successionem*, *C. de suis et legitim. hæred.* et testator seu conditor majoriæ videtur se jure communi conformasse, et disponere secundum jus, ut tradit Bald. in l. 2. *C. de condition. insert.* et quæ notant Bart. et Doctores in l. *hæredes mei*, §. *cùm ita*, D. *ad Trebell.* item quia jam majoria intravit lineam sui avi, unde non debet exire ab ea necdum finita, et facere transitum in aliam, ut in cap. unic. *de duob. fratrib. à capitan. invest.* cap. 1. *de natura success. feud.* allegat etiam pro se legem Tauri quadragesimam disponentem nepotem excludere patruum, necdum in successione ascendentium, sed etiam in successione transversalium: quæritur quid juris? Et Bald. videtur decidere istam quæstionem in authent. *cessante*, column. fin. *C. de legitim. hæredib.* vers. *unde facit ad quæstionem*, ubi dicit, quod si ex consuetudine non succedat filia in baronia; et quidam baro habebat fratres et nepotes ex filia præmortua, et sic decedat, quod non admittetur nepos, quia venit ex persona suæ matris, et ideo repellendus; sed ubi non essent fratres, neque fratrum filii, sed ulteriores, tunc benè veniret nepos, quia tunc non consideramus personam ejus à quo descendit, secundum Jacob. de Raven. et Cyn. Vult ergo Baldus nepotem ex filia excludi à patruo in casu quæstionis propositæ, quia non potest dici propinquior decedenti, nisi intret in locum matris, quæ cùm sit exclusa, nepos non est in ejus locum admittendus; et quod tunc nepos admitteretur, quando contenderet cum alio remotiori masculo, quàm esset frater defuncti, quia non esset sibi necesse tunc intrare locum matris. Et ad allegata pro nepote potest responderi, quod hic non tractatur de successione avi ipsius nepotis, sed primi constituentis, qui omnibus à se descendentibus videtur perspexisse secundum ordinem gradus, cap. 1. *de eo qui sibi et hæredib. suis mascul. et fœmin.* et sic cessat quod traditur in dict. cap. unic. *de duob. fratrib.* et quod habetur in ista lege, et in dict. authent. *in successionem*, cùm etiam frater sit de linea descendenti respectu primi disponentis. Lex etiam Taurina non obstat, quia procederet, ubi ille, quem nepos repræsentat, poterat succedere, et non aliàs excluderet patruum. Tu cogita, quia quæstio est notabilis et pulchra et dubia, maximè eo attento, quia de jure civili frater et nepos sunt in pari gradu decedenti, unde frater non poterit se dicere propinquiorem decedenti secundum computationem juris civilis, quæ attenditur in successionibus, ut in l. 3. tit. 6. 4. *Part.* Et Albericus in authent. *post fratres*, *C. de legitim. hæred.* relatis dictis Jacobi de Raven. de quibus suprà per Baldum, subdit, quod in contrarium multum facit, quia licèt nepos veniat ex persona filiæ, tamen non venit ut fœmina, sed ut masculus; allegat quæ dixit in simili in authent. *itaque*, ad fin. *C. communia de success.* cùm igitur in isto nepote concurrat eadem proximitas et sexus, et sit in eadem linea, quam ingressa est majoria, maxima æquitas videtur pro isto nepote. Tu vero qui habes majus otium, latiùs cogita.

Sed quid si ex dispositione majoriæ vocati sunt masculi, quos disponens voluit semper præferri fœminis, et in defectum masculorum vocavit fœminas, an tunc etiam masculi ex fœminis excludant fœminas? Et videbatur, quòd non, ex his quæ in principio hujus glossæ dixi, quia cùm tractetur de dispositione odiosa, videtur restringenda, et sic quod testator habuisset respectum ad conservationem agnationis, quæ conservatur per masculos descendentes ex masculis, non per descendentes ex fœminis. Habetur ergò perinde ac si vocasset agnatos, et eis deficientibus, fœminas: confert ad hoc, quod dicit Speculat. tit. *de locat.* §. *nunc verò aliqua*, vers. 146. quod si quis accepit rem in emphyteusim pro se et filiis suis masculis, intelligi debet de masculis descendentibus ex masculis, et non de descendentibus ex fœminis, licèt sint masculi, et tradit etiam Paul. in l. *Gallus*, §. *nunc de lege*, column. fin. D. *de liber. et posthum.* Facit ad hoc etiam, quod notat Bald. in cap. unic. fin. column. vers. *extra quæro*, *an agnatus*, *vel filius defuncti*, ubi dicit, quòd si statutum disponit, quod agnati excludant filias à successione, filius sororis non excludet filiam, quia non est agnatus, licèt per Justinianum redactus sit ad paritatem agnatorum, et nullum simile est idem l. *quod Nerva*, D. *depositi*; non enim secundum eum vocatur iste agnatus re et nomine, neque re tantum, sed similis, de quo statutum non loquitur, maximè quia tale argumentum à simili induceret exclusionem fœminæ contra jus naturale, et ita dicit Bald. fuisse determinatum Bononiæ, disputando per D. Martin. In contrarium videtur esse textum in cap. 1. *de eo qui sibi et hæredib. suis mascul. et fœmin.* ubi habetur, quod si feudum conceditur masculis, et eis deficientibus fœminis, masculus genitus ex sorore excludit amitam seu aliam fœminam. Neque obstat, si dicatur, quod illud sit speciale in feudo eo quia fœmina non potest servire, nam respondetur prout respondet Petr. de Anch. consil. 359. incipit, *Nos Petrus de Anchar. et Floria.* quod illud non statuitur ibi propter aliquam specialitatem in feudorum materia, sed est quædam interpretatio prudentium in illo casu, prout ibi dicitur in textu; cùm non sit dare rationem diversitatis, præsupposi-

to, quod vigore pacti sint capaces fœminæ, sicut et masculi, licèt quodam ordine successivo secundum prudentium interpretationem masculi præferantur, argumento l. *à Titio*, D. *de verb. obligat.* et cap. *inter corporalia*, *de translat. episcopi, vel elect.* et certè videtur hoc magis de mente disponentis, cùm simpliciter dixit de masculis; ut comprehenderet natos ex fœminis masculis deficientibus, masculis descendentibus ex masculis, prout etiam dixit Petr. de Anch. et Flor. in dict. consil. Hoc etiam vult Paul. de Castr. in l. 1. in princ. *C. de condict. insert.* et præsertim hæc procedent, cùm in majoriis sunt, ut plurimum sint, villæ, et castra, et jurisdictio, unde disponens cùm vocat masculos, et excludit fœminas, videtur considerare fragilitatem mulierum, quibus dominari non convenit, ut etiam adducit pulchrè Petrus de Anchar. consil. 339. incipit, *pro majori intelligentia dicendorum*, et sic voluit præferre masculos; quæ ratio viget in masculis, etsi descendant per lineam fœmineam, prout etiam adducit Socin. in l. *Gallus*, §. *nunc de lege Velleja*, D. *de liber. et posthum.* column. fin. vers. 3. *deciditur*, ubi etiam vide Claudium, col. fin. et ad dictum Speculat. responde ut per Paul. in dict. l. 1. et in l. *sed si hac*, §. *liberos*, D. *de in jus vocand.* et etiam colligitur responsio ex dictis per Petr. de Anchar. et Florian. in dict. consil.

Quid autem si facta fuit majoria in filium, et in masculos descendentes ex eo, et si non haberet descendentem masculum, succederet filia fœmina, filia disponentis; contingit, quod moritur disponens, et posteà filia relicto filio masculo, demùm moritur filius, in quem facta fuit majoria, relicta filia; an succedat talis filia, vel filius filiæ? Videtur quod filius filiæ, et non filia filii, ex notatis per Bald. in §. *filia vero*, in fin. *de success. feud.*

An autem ex eo, quod conditor majoriæ semper vocavit masculos, videatur ex hoc exclusisse fœminas, cùm extarent masculi? Et dicendum videtur, quod sic, argumento l. *cum ita*, D. *de condit. et demonstrat.* et tenet Bart. in l. *cum avus*, D. eod. vers. *quæro, dicit testator*, cujus dictum communiter approbatur, pro ut attestatur ibi Socin. chart. 9. colum. 2. benè facit textus in l. *scripturas*, in fin. *C. qui potior. in pign. habeant.* et ibi notat Bald. facit l. 1. D. *de legib.* dum dicit, *virorum*, ubi Bartolus dicit; ergo mulieres non possunt esse de consilio: facit l. *cùm Prætor*, D. *de judic.* l. *sicut certi*, *C. de testam. milit.* et nota, quod masculus etiam alterius lineæ præfertur filiæ ultimi possessoris, attento tenore investituræ disponentis, quod masculina generatio præferatur, ita consuluit per multa fundamenta Paul. de Castr. 2. volum. *consiliorum*, consil. 300. incipit *viso quodam processu*, et idem voluit Gaspar. Calderic. prout habetur in consiliis Baldi in novis. 2. volum. consil. 137. incipit, *Dominus Jordanus*, ubi dicit, quòd quandocumque est prioritas in sexu vel linea, remotior linea vel sexus præfertur cuicumque proximiori posterioris lineæ vel sexus; vide ibi per eos. In hoc tamen videtur latius considerandum, videlicèt quòd si conditor majoriæ simpliciter condidit majoriam, vocans ad eam descendentes suos vel alios, et tunc indifferenter admittentur masculi et fœminæ ad majoriam, et dumtaxat attendetur prioritas gradus, dum tamen in pari gradu existente masculo, et fœmina, præferatur masculus fœminæ; et hoc est, quod voluit Petrus de Bella Pertic. in l. *pater filium*, §. *quindecim*, D. *de legat.* 3. Bald. in l. *in multis*, D. *de statu homin.* l. 2. tit. 15. *Part.* 2. Et idem esset dicendum, quando disponens ab initio vocavit tàm masculos, quàm fœminas ad majoriam; videtur enim istius mentis fuisse, et facere suam dispositionem secundum qualitates juris communis, juxta notata per Bart. in l. *hæredes mei*, §. *cum ita*, D. *ad Trebell.* quando enim in quocumque gradu successionis vocavit matrem et fœminam, tunc in pari gradu excludetur fœmina à masculo, non si masculus sit in remotiori gradu. Si verò conditor majoriæ non ita disposuit, sed vocavit filium suum masculum et descendentes masculos ex eo, tunc masculus remotior excludet fœminam, etiam propinquiorem in gradu; voluit enim tunc disponens conservare agnationem suam, ut tradit Joan. Andr. referens disputationem Jacob. de Aren. *in addit. ad Specul.* tit. *de succes. ab intest.* et in rubr. *de testam.* referens disputationem Ricar. Malumb. Cyn. et Salicet. in l. 1. *C. de adulter.* Bald. in l. *maximum vitium*, *C. de liber. præterit.* et in l. *quod vero*, D. *de legib.* Joan. de Imol. in l. fin. D. *de hæred. instit.* Socin. in l. *Gallus*, §. *nunc de lege Velleja*, D. *de liber. et posthum.* et consil. 90. volum. 1. et cons. 12. et consil. 62. volum. 3. Caro Ruinus consil. 139. volum. 3. et consil. 150. volum. 2. vers. *sed præmissis non obstantibus*, et consil. 12. ejusd. volum. column. 1. vers. *aliquando et tertio.* Curtius senior consil. 40. Decius consil. 545. num. 6. Socin. consil. 73. volum. 4. et consil. 6. num. 12. et consil. 57. volum. 3. column. 3. Jason. consil. 140. volum. 2. Decius ubi dicit hanc esse communem opinionem, consil. 372. num. 4. vers. *Secundo præmittendum*, et procedit, etsi in eadem dispositione post vocationem masculorum, vocet fœminas in defectum masculorum, ut est casus singularis in dict. cap. 1. *de eo qui sibi et hæredibus suis*, nec est ibi aliqua specialitas feudorum, sed fundatur illa dispositio in mera ratione dispositionis præferentis masculos fœminis, ut in terminis voluerunt Petrus de Anchar. et Florian. consil. 359. inter consilia Ancharrani, incipit, *Nos Petrus*; et adest manifesta ratio, ad hoc enim segregantur masculi à fœminis, et de masculis fit specialis dispositio, ut et ipsi præferantur quocumque sint gradu, et in eis conservetur agnatio. Prætereà quando disponens loquitur discretivè de per se de masculis, et de per se de fœminis, nunquam masculinum concipit fœmininum, ut tradit Bald. in dict. l. *in multis*, Jason. per textum ibi in l. *cohæredi*, §. *quid discretas*, cum §. sequenti, D. *de vulgar. et pupil.* et in l. *si quis id quod*, D. *de jurisdict. omn. jud.* Idemque dicendum est, etsi non ita expressè, sed ex aliis conjecturis et clausulis dispositionis appareret, hanc fuisse mentem disponentis circa vocationem masculorum et conservationem suæ agnationis; quod enim colligitur ex talibus conjecturis, pro expresso habetur, l. *cum proponebatur*, in fin. et in l. *unum ex familia*, §. fin. D. *de legat.* 2. l. *fideicommissa*, §. *hæc verba*, et l. *Pamphilo*, in princip. et l. *pater filium*, §. penult. cum gloss. D. *de legat.* 3. l. *ex facto proponebatur*, §. *rerum*, D. *de hæredib. instit.* ibi: *et facit quidem totum voluntas defuncti*, l. *cum quidam* in fin. *C. de necessariis servis hæredib. instit.* et non dicitur casus omissus, sed expressus, Bald. singulariter in l. 1. *C. de his, qui ante apert. tabul.* et in l. *si mater*, *C. de instit. et substit.* Oldrald. cons. 224. Decius cons. 397. et benè confert, quod notat Bald. in l. *captatorias*, in 5. oppositione, *C. de testam. milit.*

Sed an exclusis fœminis videantur etiam exclusi masculi descendentes ex fœminis? Et certè quando talis masculus ex fœmina non prætenderet specialem vocationem ex persona sua, ex tenore majoriæ indubium videtur quin exclusa matre, excludatur et ipse, ex doctrina Baldi, quæ semper allegatur in l. 1. D. *de Senator.* non enim in causato potest esse plus virtutis, quam præcedat ab influente potentia causæ, allegat §. *hoc autem notandum*, *de his, qui feud. dari poss.* ex hoc inferens, quòd si filia Regis Francorum ex rationabili consuetudine Francorum, non succedit in regno, filius scilicèt Rex Angliæ nullum jus in regno Francorum prætendere potuit: est etiam bonus textus ad hoc, et ibi notat Joan. Andr. in cap. *ad Apostolicæ*, *de re judic.* lib. 6. adde Bald. in l. fin. quæst. 25. *C. de hæred. instit.* et in l. *cum antiquioribus*, column. 5. *C. de jur. deliber.* et adde quæ notat Bart. in l. 2. §. *videndum*, D. *ad Tertul.* Bald. in l. *maximum vitium*, *C. de liber. præterit.* et Joan. Cirier. in suo tractat. *primogenituræ*, lib. 1. quæst. 23.

An autem fœmina semel exclusa, censeatur semper exclusa, vel an temporaliter quandiu non extant masculi? Quæstio est valdè tractata, tàm in successione hæreditatis, quàm in materia feudali; de primo tradit Bart. in l. fin. D. *ad Tertul.* Bald. in l. *in quibus*, *C. de secund. nupt.* et de secundo Andr. de Isern. Bald. et cæteri in cap. 1. §. *quin etiam*, *Episcopum, vel Abbat.* et magis communis resolutio Doctorum videtur; quòd fœmina semèl exclusa per existentiam masculi perpetuò duret exclusa, per textum in dict. §. *quin etiam*, secundum quod intelligit Andr. de Isern. ibi. Si tamen ex tenore investituræ constaret fœminam non perpetuò, sed temporaliter exclusam, ut quia instrumen-

tum majoriæ cantaret, quòd donec masculus superesset, fœmina non succederet, tunc enim fœmina semèl per masculum exclusa, admitteretur posteà deficiente masculo, ut in dict. cap. 1. cum ibi notatis, *de eo, qui sibi vel hæredib. suis mascul. et fœmin.* et istud dicit communiter approbatum Socinus consil. 92. incipit, circa primum hujus consultationis articulum, column. 10. in 4. dubitat. 1. volum. ubi quamplures hanc opinionem etiam in successione hæreditatis tenentes allegat: tenet etiam Francisc. Curtius *in suo tractat. feudali*, 3. part. in princ. quæst. 17. vers. 2. *limitate*. Et adverte, quòd ille, qui semèl fuit exclusus propter indignitatem, non poterit posteà etiam alia vice succedere, vide textum in l. *etiam*, §. *si capitis*, ad fin. D. *de bonis libert.* et l. *cum pater*, §. *libertis*, D. *de legat.* 2. et quòd ille qui fuit exclusus ex una vocatione, admittatur ex alia licet à prima fuerit exclusus propter ingratitudinem, vide textum notabilem in l. *filius qui patri*, in princ. D. *de bonis libertor.*

Et quid si quis fuit exclusus lite vel præscriptione à majoria, cùm tamen ipse fuerit ille qui primo loco erat vocatus, an si posteà propter alienationem, vel aliàs perdat qui possidet majoriam, ille sic exclusus poterit illam reacquirere? Et videtur, quòd sic, per textum in l. *milites prohibentur*, D. *de re milit.* Joan. de Plat. in l. unic. *C. quibus ad conductionem prædior.* lib. 11. non enim videtur exclusus ex nova causa superveniente, l. *qui Romæ*, §. *duo fratres*, D. *de verb. obligat.* cap. 2. *de renunt.* unde si quis propter alienationem perdidit majoriam, si posteà cùm transivit ad alium, iterùm vacet, et ipse alienans sit proximior, admittetur, ut in cap. unic. et ibi Bald. *de eo, qui finem fecit agnator.* Bald. in §. *præterea, quibus mod. feud. amitt.* Gloss. et Bald. in cap. 1. *Imperator Lotharius*, Bald. in §. fin. *si de feud. fuerit controv. inter domin. et agnat.*

Quid autem si filia semel fuit admissa ad successionem majoriæ, quia non erat masculus, an repellatur masculo posteà superveniente? Decides ex his, quæ tradit Jacob. de Bellovis. Nicol. de Neapol. et Bald. in dict. cap. 1. *de eo, qui sibi vel hæredib. suis*, ubi volunt contra Andr. de Isern. ibi, quòd masculus superveniens non excludat fœminam in possessione feudi existentem, quia natura dominiorum acquisitorum est, quod sit perpetua, l. *sice possidetis*, *C. de probation.* et istam partem post multa tenet etiam in dicto suo *tractat. feudali*, Francisc. Curtius, in 3. part. in princ. quæst. 28. ubi videas.

Sed quid si fœminæ fuerunt exclusæ in una parte, seu gradu majoriæ, an videantur exclusæ etiam in aliis gradibus, et vocationibus factis in majoria? Aliquid tetigi suprà de conditione masculinitatis, an repetatur, est utilis quæstio, et requirit longiorem stilum: videtur, pro nunc, quod si exclusio fœminarum fiat intra certum capitulum alicujus gradus seu vocationis, ad solum illud referatur, et non ad sequentes vocationes seu substitutiones, ut probatur in l. 3. §. *filius*, D. *de liber. et posthum.* et notat Gloss. in l. 1. *C. de liber. præterit.* si vero exclusio fiat in aliqua clausula de per se absolutè posita, videtur, quòd referri debeat ad omnes gradus et ad omnes vocationes, per textum in dict. §. *filius*, et in l. *talis scriptura*, in princ. D. *de legat.* 1. l. fin. D. *de reb. dub.* cap. *secundo requiris*, et cap. *inquisitioni*, *de appell.* sive talis clausula apponatur in principio, sive in medio, sive in fine, ut colligitur ex dictis juribus, ubi cùm casus occurrerit ad majorem enucleationem veritatis, videas per Doctores. Quid autem si habens pater licentiam Regis ad faciendam majoriam in unum ex filiis, convenit cum uno ex filiis de faciendo in eum majoriam certa pecunia, quam ab eo recepit; an possit tunc in constitutione majoriæ ponere clausulam, qua excludantur fœminæ? Videtur, quòd non, ex his quæ notat Bald. in §. penult. ad fin. *de his, qui feud. dare poss.*

Succedit tamen pulchra quæstio, quam vidi in facto, an possit Rex disponere per suum rescriptum vel privilegium, quod fœminæ, et ex eis descendentes admittantur in successione majoriæ, exclusis masculis etiam agnatis, etsi ex tenore et dispositione majoriæ tales fœminæ essent exclusæ propter favorem agnatorum? Et omissis argumentis distinguendi sunt in materia ista aliqui casus, nam si majoria facta fuit per viam donationis inter vivos, vel alicujus contractus seu dispositionis, ex qua de jure naturali vel gentium transfertur jus et dominium, nulla requisita licentia neque auctoritate Regis; et tali casu fatendum videtur, non posse Regem derogare juribus, et vinculis, et substitutionibus talis majoriæ, cùm non possit Princeps rescribere contra ea, quæ sunt juris naturalis vel gentium, sunt enim immutabilia, ut in §. *sed naturalia*, *Institut. de jur. natur. gent. vel civili*, et non potest Rex etiam de plenitudine potestatis sine causa jus et dominium alterius auferre, quando tale jus et dominium fuit acquisitum ex jure naturali vel gentium, ut est receptior conclusio, et communior omnium Doctor. in cap. *quæ in ecclesiarum*, *de constitut.* et habetur de isto jure Partitarum in l. 31. tit. 18. 3. *Partit.* et in l. 2. tit. 1. 2. *Partit.* unde neque in tali majoria posset auferre jus futuri fideicommissi, seu vocationis alicujus, licèt in spe, et non re tunc tale jus habentis. Jus namque primogenituræ, et fideicommissi est ita in consideratione, ac si esset jus jam delatum et acquisitum, et ita transmittit, qui illud habet, sicut æs suum, ut adducit pulchrè Joann. And. *in addition. ad Speculat.* in rubric. *de feud.* in quæstione illa, *patrui et nepotis*: et Oldrald. ante eum consil. 94. et hinc est etiam, quod Rex non potest dare secundogenito regnum, quod à consuetudine, vel providentia primorum constituentium pertineret primogenito, ut concludit Joan. And. in cap. *licèt*, *de voto*, et tenet etiam Abb. in cap. *intellecto*, column. 2. *de jurejurand.* ubi dicit, quod Reges non possunt privare consanguineos descendentes ex linea paterna, secundum Innoc. in cap. *grandi*, *de supplend. neglígent. Prælat.* lib. 6. et tradit Jason. in l. *nemo potest*, D. *de legat.* 1. Joan. Cirier. in suo tractat. *primogenituræ*, lib. 3. quæst. 3. Imo etiam in jure futuri fideicommissi, quod sit in consideratione tanquam jus jam formatum, et quæsitum, tenet Bart. in l. *is potest*, col. 3. D. *de acquir. hæred.* vers. *sed circa hoc quæro*, ubi etiam dicit, tale jus esse æstimabile, cùm non certetur de hæreditate viventis, sed jam mortui; hinc est, quod jus primogenituræ est cessibile et vendibile, *ut tradit* Joan. And. in dict. cap. *licèt*, et in dict. rubr. de feud. col. antepenult. in addit. *ad Specul.* ubi plura adducit Abb. etiam in dict. cap. *licet*, Alexand. consil. 67. 1. volum. 2. dubio, et consil. 94. eod. volum. Si vero majoria facta fuerit per viam testamenti, seu alicujus ultimæ voluntatis, est majus dubium, an Princeps tali casu possit disponere contra disposita in testamento, et auferre jus futuri fideicommissi; nam in l. *si testamentum*, *C. de testam.* disponitur non valere rescriptum Imperatoris contra testamentum, et ibi Raphael, Fulgos. et Jason. dicentes, quod in hanc sententiam, quod neque rescripto Principis possit derogari testamento, potiùs est inclinandum: licèt enim testamentum quoad solemnitatem ejus sit de jure civili, quoad substantiam est de jure gentium, quia eo ipso quod gentes esse cœperunt, de bonis suis disponebant, ut dicit Bart. in l. *interdum*, D. *de condict. indebiti*, et secundum istam opinionem consuluit Philipp. Decius, consil. 357. incipit, *In casu magnifici Domini Petri*, et consil. 403. incipit, *Quamvis in casu proposito.* Contrariam tamen partem, imo quod Princeps possit disponere contra contenta in testamento, tenet Bald. in dict. l. *si testamentum*, in fin. dummodo Princeps apponat clausulam, *non obstante*; injustè tamen aget in semetipsum, secundum eumdem Bald. ibi. Et quod Princeps de plenitudine potestatis possit auferre etiam sine causa jus futuri fideicommissi ex testamento, voluit Alexand. consil. 2. 1. vol. incipit, *visis codicillis*, column. penult. dicens talem acquisitionem ex testamento esse de jure civili, l. *lege obvenire*, D. *de verbor. signific.* et notatur in l. 1. D. *de acquirend. rerum domin.* et nititur ibi respondere ad dicta Bartoli in dict. l. *interdum*: et idem voluit consulendo idem Alexand. consil. 94. ejusd. volum. ubi ad finem se refert ad dicta in dict. consil. 2. referens ita fuisse judicatum. Et forte istud ultimum videtur de jure verius; sed primum justius et æquius, et conscientiæ Principis salubre, ne sine causa voluntates defunctorum subvertantur.

Erit tamen in hoc pulchrum dubium, quid si ille qui fecit majoriam inter vivos, poterat adhuc illam revocare.

qui tamen non revocavit, imo eam testamento confirmavit, an tunc videatur majoria haberi ex testamento, et non ex dispositione inter vivos? Bart. in l. *post legatum*, §. fin. D. *de his quæ ut indign.* vult, quod habeat ex testamento, vide ibi, et cogita super hoc; si vero majoria sumpsit vires à Regia licentia et facultate, ut quia facta fuit de legitimis filiorum, in quibus rescripto Principis filii fuerant gravati, tunc videtur quod Rex possit dispensare contra talem majoriam, in qua vocati sunt masculi descendentes ex masculis, et admittere fœminas vel descendentes ex fœminis: quod probatur ex his, quæ notat Bald. in l. *qui se patris*, column. 6. *C. unde liberi*, ubi tenet, quod speciale est in Principe, quòd possit revocare suum privilegium sine causa, etiamsi ex eo alicui sit jus quæsitum; et saltim hoc procederet respectu eorum, quibus non erat adhuc jus realiter acquisitum, quia non cesserat dies seu delatio majoriæ, juxta notata per Abb. in cap. *novit, de judic.* ubi dicit, quòd quando privilegium Principis concessum subdito habet actum successivum respectu rerum aut personarum, tunc tale privilegium, saltim quoad futuros actus et personas, est revocabile ab ipso Principe: sic etiam dicebat Paul. de Cast. in l. *rescripta*, *C. de precib. Imperat. offerend.* quod faciliori modo permittitur Principi revocatio rerum ab eo donatarum, quàm aliarum rerum, quas haberet subditus citra donationem et titulum Principis: et quando Princeps ex voluntate sua fuit causa, quod alicui jus quæratur, tunc jus ipsum sola voluntate potest auferre, ut eleganter decidit Angelus in l. *Lucius*, D. *de evictione*; et ideo secundum eum potest Imperator auferre sine causa rem acquisitam ex præscriptione vel usucapione, quia talis modus acquirendi inductus fuit ab eo. Idem voluit Bald. in l. fin. penult. col. vers. *sed immediatè oppono*, *C. sentent. rescind. non posse*, ubi dicit, quod quædam sunt, quæ quis potest acquirere etiam contra Principis voluntatem, quia acquiruntur de jure gentium, sicut dominia, et ista non possunt auferri sine causa; secùs in his, quæ sunt de jure civili, ut judicia et sententiæ. Et licèt ista conclusio potest habere aliquid difficultatis, postquam dominium est perfectè acquisitum, tamen clarissima est, quando lex vel Princeps dedit modum acquirendi dominium, et ipsum modum tollit Princeps sine causa, antequam quis dominium acquisierit, veluti si tollit venientibus ab intestato jus adeundi, quod est de jure civili, dict. l. *lege obvenire*, D. *de verb. signific.* ut tradit Felin. in dict. cap. *quæ in ecclesiarum*, col. 18. vers. 5. *declaratio.* Præterea in casu isto Princeps non aufert de directo jus alicui competens, sed potius procedit removendo obstaculum ab eo, cui tale jus potest competere, faciendo de incapace capacem, quo casu valet dispositio Principis etiam sine causa, ut probatur in l. *quæris*, D. *de natalib. restitut.* ita in simili quæstione huic nostræ, et quasi in eisdem terminis in materia feudali tradit Francisc. Curtius in consilio 1. *posito in calce sui tractatus feudalis*, column. 10. ad fin. Neque ad hoc obstabit quod tradit Rodericus Suarez in disputatione sua majoratus, posita in calce repetitionum, l. *quoniam in prioribus*, et l. *post rem judicatam*, cùm vult, quod licèt ex licentia Regis bona majoriæ vinculentur, non per hoc dicitur quod bona sunt à Rege donata, ut sic pater in eis non habeat usumfructum; nam illud procederet eo respectu, ut est quæstio sua.

Sed in quæstione nostra multum hoc esset in consideratione, ex quo majoria et vincula ejus totum robur acceperunt à licentia regia, ut possit, quod dedit per talem licentiam revocare, vel saltem modificare respectu eorum, quibus vigore suæ licentiæ bona majoriæ sunt ventura; licèt enim talia bona non dicantur à Principe donata, juxta l. *cum multa*, *C. de bonis quæ liber.* tamen ille modus acquisitionis, quo venit in futuros fideicommissarios, et ad majoriam vocatos, venit ex donatione Principis, et sic militant, quæ suprà adduxi: et hæc procederent quando constaret Principem de plenitudine potestatis hæc velle, et vocatis per majoriam velle facere præjudicium: nam si essemus in dubio, non est tale de Principe præsumendum per jura vulgaria, tam juris communis, quàm legum regni: unde etsi Rex dicat, quod fœminæ et ex his descendentes admittantur, *non obstante, quacumque majoria aliter vocante et disponente*, si talis dispositio majoriæ esset ex testamentis primorum constituentium, non sufficeret talis clausula, cùm Princeps videatur, cùm hæc dicat intelligere de majoria ejus auctoritate robur et firmitatem assumenti, non verò de ea, quæ sine ejus auctoritate tenuit. Unde si in testamento quis carens liberis disposuit, faciens majoriam de bonis suis, vel habens liberos disponat de tertio bonorum, clausula talis nihil operabitur ad eversionem talis majoriæ et substitutionum ejus, neque in præjudicium futuri fideicommissarii, cum Principis privilegium ita sit interpretandum, ut minus jus tertii lædat; quando enim privilegium generaliter intellectum derogaret jus alterius tertii, reducitur ad jus commune etiam eo casu, quo ita reductum nihil operaretur, ut est textus in l. *si quando*, et ibi declarat Bald. in princ. *C. de inofic. testam.* et benè confert, quòd generalis dispositio non refertur ad ea, quæ pendent ex testamento, ut notat Gloss. et ibi Doctores in l. *tres fratres*, D. *de pact.* Bart. in l. *qui Romæ*, §. *duo fratres*, D. *de verb. obligat.* et videtur requiri Principem esse informatum de contentis in testamentis talibus, l. *de his*, et l. *non est ferendus*, D. *de transaction.* et ideo Socinus consil. 282. in 2. volum. consuluit non valere laudum super certo legato cujusdam testamenti, non obstante, quod in compromisso per verba generalia videretur etiam comprehendi, quia fuit facta mentio de relictis in testamento et codicillis, cùm sint verba generalia, et quæ non inferunt certam notitiam et cognitionem, prout dicit Bald. in dict. l. *de his*, in 2. lectura, et etiam Angel. per textum ibi in l. *generaliter*, *C. de non numerat. pecun.* et l. 4. D. *de optione legat.* imo, et quod requiratur citatio substituti, vel fideicommissarii habentis jus in spe, quando Princeps talia facit, consuluit Anchar. consil. 427. et Philip. Decius consil. 284. ubi plura refert col. 5. vers. 3. *communis opinio*, et Socinus consil. 246. col. 4. et 5. in 2. vol. licèt hoc dictum fortè non procederet, ubi materia est talis: in qua Princeps potest præjudicare alicui invito, et constat quod vult præjudicare, ut tradit dictus Curtius in dict. consil. col. 12. et 13. videas ibi per eos plura referentes. Et in casibus in quibus dixi Principem posse tollere jus futuri fideicommissi, et quod majoria aliter deferatur, an tunc apud illum, cui Princeps vult quod bona deveniant, venient ut bona majoriæ, vel ut libera? Et videtur quod debeant venire jure majoriæ; pro quo facit bonus textus, et quæ ibi notat Joan. de Plat. in l. 2. *C. de fundis rei priv.* lib. 11.

Quid autem retento eodem themate, si quis habeat majoriam cum licentia Principis factam, et cum tali vinculo et conditione, quod etsi possessor talis majoriæ committeret crimen etiam læsæ majestatis, bona majoriæ non confiscarentur, et majoria transeat in sequentem vocatum; qui postea ex facultate regia extraxit aliqua ex bonis majoriæ, et eadem facultate fecit de talibus bonis aliam majoriam in alium et alios, qui non vocabantur per majoriam antiquam, sub aliquibus pactis, et conditionibus, et signanter inter cætera, quòd si possessor talis novæ majoriæ committeret crimen læsæ majestatis, bona talis majoriæ perderet, neque ulterius in tali casu disposuit in quem transirent; modò vero aliquis, qui possidebat talem novam majoriam, commisit crimen læsæ majestatis, et sic perdidit illa bona, an confiscabuntur Regi, vel reddire debeant in primam majoriam? Dubium est notabile, et videtur, quòd non confiscentur, sed reddeant ad primam majoriam, per id quod in fortioribus terminis notat Bald. in cap. *studuisti*, *de offic. legat.* vers. *pone Papa*, ubi ponit quæstionem in hæc verba: Pone Papa concessit mi quoddam castrum sub quibusdam conditionibus, quibus non servatis castrum debet reverti ad Papam; deinde concessit mihi civitatem, sub qua est illud castrum cum omnibus castris suis; deinde ego feci contra dictas conditiones. Papa dicit castrum ad se reversum, ego dico ad me pertinere, tanquam partem civitatis districtualem, seu subjacentem, D. *de judic.* l. *insulæ*, quæritur quid juris? Respondeo, quod perdidi ex uno capite speciali, recupero ex generali, quia Papa me loco sui posuit quoad civitatem et districtum, unde acquiro per universitatem, quod perdo inspecta specie, argumento D. *de acquir. rer. domin.* l. *quidam*, et D. *de servitut. urbanor. prædior.* l. *si domus*, cum aliis. Neque obstat quòd species derogat generi, quia verum est, quando genus venit am-

aquel que murio sin testamento, ouiesse hermano (3), o otros parientes propincos de la liña de trauiesso. Pero dezimos, que quando algun ome muriesse sin testamento, dexando un fijo con nieto, fijo de algun su otro fijo, o de fija, que fuessen ya muertos amos a dos; el fijo, e el nieto (4) heredaran la heredad del defuncto egualmente (5). E non empesce al nieto, porque el tio es mas propinco (6) del defunto, porque aquella regla de derecho que dice: Que el que es mas propinco de aquel que fino sin testamento, deue auer los bienes del, ha logar, quando el finado non dexa ningun pariente de los descendientes (7).

pliativè, ut notatur in l. *quæsitum*, §. penult. D. *de fund. instruct.* Modo quæro, quid in diversis personis, si castrum erat concessum Titio, nunc civitas cum suo districtu conceditur Sejo, et videtur dicendum, quod extincto Titio, ex sua concessione, acquiritur Sejo ex suo capite generali, ut D. *communia prædiorum*, l. *si in venditione*, et D. *de jure dotium*, l. *si proprietati*, dicit lex, quod si specie prius est inchoandum, postea veniendum ad genus, *C. de pignor.* l. 2. quæ non est alibi. In contrarium videtur, nam lege cavetur, quod si capitaneus concessit alicui unum mansum in feudum, deinde vendidit curiam, illud mansum non veniet in concessione generali, tanquam exceptum à curia per specialem providentiam, ut in §. *quidam capitaneus, de capitan. qui curiam vendid.* solutio; illud ideo, quia nomine curiæ non continentur feuda, sed nomine civitatis benè continerentur castra, salvo jure alterius; cùm autem illud jus deficiat, consolidatur universitati suæ, et idem fortè est in feudis per dict. l. *si proprietati*: sic videbatur dicendum in prædicta quæstione, quod cùm jus secundæ majoriæ deficiat, consolidetur primæ majoriæ universali. Præterea ita Rex voluit, quod ista bona extraherentur à prima majoria, ut remanerent in secunda, qua cessante, non videtur, quod aliquid voluit agere contra primam majoriam; et rebus sic stantibus, scilicet stante secunda majoria, videtur dispensare contra primam, non illa cessante, l. *quod Servius*, D. *de condit. caus. data*, et quæ tradit Socin. 3. volum. consil. 58. et Alexand. consil. 72. col. fin. 3. volum. facit etiam quod habetur in l. *sicut*, §. *illud videamus*, D. *quib. mod. pignus, vel hypothec. solvit.* et l. *etiam*, cum l. *jubemus*, *C. ad Vellejan.* et facit optimè l. *proponebatur*, et l. *filiusfamilias*, et l. *de hæreditate*, §. *pater*, cum sequenti, *de castrens. pecul.* In contrarium tamen facit, quia jam ista bona desierunt esse primæ majoriæ ex facultate regia, et transierunt in aliam personam, unde jam non sunt reliquiæ primæ majoriæ, l. *pater filium*, §. *quindecim*, D. *de legat.* 3. et in simili habemus in fundo, qui semel exivit de familia, desinit esse patrimonialis mutatione personæ, argumento l. *gerit*, in fin. D. *de adquirend. hæred.* et re facta amissibili ex crimine læsæ majestatis, semper erit amissibilis, ut aliàs in re facta alienabili, semper erit alienabilis, ut in dict. §. *quindecim*, et facit etiam quod habetur in l. *si quis ædes*, D. *de servitut. urbanor. prædior.* Item medii successores immutant rei qualitatem, l. *Paulus*, §. fin. D. *de acquirend. hæredit.* l. *locatio*, §. *fiscus*, vers. *mercatores*, D. *de publican.* et l. *si avia*, *C. de donation.* l. 1. *C. de imponen. lucrativ. descript.* lib. 10. Bald. *de eo qui sibi vel hæredib. suis*, in princ. adde bonum et singularem casum in l. *si ita legatum*, §. *si domus*, D. *de legat.* 1. ibi: *at si ea domo destructa, etc.* et quod ibi Paul. de Cast. notat in fine. Per quem textum etiam inferes ad quæstionem, quod si pater habens majoriam antiquam, impetravit à Principe licentiam extrahendi ab ea aliqua bona, et constituendi ex eis majoriam in filium secundum, et ita fecit, quod mortuo secundo filio in vita patris, non revertuntur bona illa in primam majoriam, etiamsi constaret de voluntate patris, quod reverterentur, quia cum tali nova voluntate, ut reverterentur, debebat etiam concurrere licentia Regis necessaria, facit l. *quædam*, D. *de jur. codicillor.* Si tamen esset casus, in quo facultas Regis in hoc non esset necessaria, sufficeret voluntas patris, per textum in dict. §. *si domus*, in fin. et istam partem crederem de jure veriorem, nisi ex aliquibus aliis conjecturis constaret Principem voluisse, deficiente secunda majoria, quod bona redirent ad primam, ut si cautum fuit, quod deficientibus vocatis in secunda, bona redirent ad primam, vel aliàs de tali voluntate constaret, et in facultate regia non exprimeretur, quod bona ex crimine læsæ majestatis confiscarentur, quia tunc in certis non esset opus conjecturis, l. *continuus*, §. *cum ita*, D. *de verb. oblig.* Tu quando casus occurrat, latiùs considera, quia quæstio est notabilis.

Pone etiam, contra tenorem majoriæ vocantis in defectum masculorum quemdam transversalem, exclusa filia fœmina, Rex dispensavit, ut possessor daret majoriam filiæ et ejus descendentibus: comparet modo non ille primo loco vocatus, sed sequentes vocati, et dicunt, Regem illis non præjudicasse, unde petunt majoriam, an possint? Et videtur, quod non, per textum valde notabilem in l. 1. §. fin. D. *de assignan. libert.* Bart. in l. 1. §. *si pater*, D. *de conjungen. cum emancip. liber. ejus*, quod de plano procedit, si ille cui majoria deferebatur, esset vivus tempore quo defertur; secùs videtur, si esset mortuus.

(3) *Hermano.* Concordat cum authent. *de hæred. ab intest. venientib.* cap. 1. *collat.* 9.

(4) *El fijo, e el nieto.* Et non corrumpitur gradus, sed repræsentatur, nam nepos ingreditur locum sui patris, secundum Bald. in l. 1. et in l. *in quibus*, *C. de secund. nupt.* unde, etsi caveatur statuto, quòd filia dotata, existentibus liberis masculis, non succedat, sed quòd ipsi filii hæreditatem possideant, non præfertur filius nepoti ex alio filio præmortuo, secundum Bald. in dict. l. *in quibus*, vers. *et prædicta faciunt ad quæstionem.*

(5) *Egualmente.* Adde §. *cum filius*, *Institut. de hæredit. quæ ab intestat. deferuntur*, et l. 3. *C. de suis, et legitim. hæred.*

(6) *El tio es mas propinco.* Ut in l. 1. §. *proximus*, et §. *gradatim*, D. *unde cognat.* §. *si plures*, *Instit. de agnator. succession.*

(7) *Ningun pariente de los descendientes.* Et hoc verbo probatur, quòd in linea descendentium datur cuilibet ex descendentibus hoc privilegium repræsentationis in successione ascendentium, neque gradus est limitatus, et idem videtur probari in authent. *de hæred. ab intest. venien.* cap. 1. et ita tenet Salic. in authent. *post fratres*, ad fin. *C. de legitim. hæred.* Angelus tamen de Aret. in §. *cum filius*, *Instit. de hæredit. quæ ab intest. deferunt.* vult, quod ista repræsentatio non transeat ultra pronepotem, per textum ibi, et allegat ita velle Bartolum in l. 1. §. *si quis*, D. *de suis*, *et legitim. hæred.* sed Bartolus non limitat, ut non transeat ultra pronepotem, sed vult pronepotem includi; si ergo agatur de hæreditate proavi, et sic nepos ex uno filio, et pronepos ex nepote ex alio filio, succedent pariter nepos, et pronepos, per textum hic, et textum expressum in dict. §. *cum filius*, quicquid dixerit hic Montalvus, et Joan. Fabr. in dict. §. *cum filius.* Si tamen ad hæreditatem proavi vellet concurrere pronepos cum filio sui proavi, an posset tali casu? Et videbatur, quod non, quia esset dicere, quod repræsentaret personam sui avi, non sui patris, et leges dicunt personam patris repræsentare: in contrarium videtur textus in ista lege Partitarum, cùm dicit, *ningun descendiente*, et sic vult, quod quocumque gradu sit descendens ex filio præmortuo, concurrat cum alio filio defuncti; hoc etiam expressiùs probatur in dict. authent. et dict. cap. 1. ibi cum dicit: "sic tamen, ut si quem horum descendentium filios relinquentem mori contigerit, illius filios, aut filias, aut alios descendentes in proprii parentis loco succedere, sive sub potestate defuncti, sive suæ potestatis inveniantur, tantam de hæreditate morientis accipientis partem, quanticumque sint, quantam eorum parens, si viveret habuisset;" cum ergo dicit, *aut alios descendentes*, et cùm dicit, *quantam*

Otrosi dezimos, que si estos nietos fuessen muchos, nascidos de vn padre, todos heredaran en logar del padre con el tio, e auran aquella parte (8) de los bienes del auuelo, que auria el padre dellos si biuiesse. E si alguno muriesse sin testamento, e fincasse vn nieto, de vn su fijo que fuesse ya muerto, e de otro fijo que fuesse ya finado, le fincassen tres nietos, o mas; este vno solo, tanta parte aura en la heredad del auuelo, como todos los otros (9) sus primos; porque pocos o muchos que sean, fincan en logar de su padre, e heredan todo lo que heredaria, si biuiesse.

LEY IV.

Como los padres, e los auuelos, pueden heredar los bienes de sus fijos, e de sus nietos, quando mueren sin testamento.

Segund el curso de natura, e la voluntad de los padres, deuen heredar los fijos los bienes dellos, dexandolos en su logar despues de su muerte; mas porque acaesce a las vegadas, que los fijos mueren ante que los padres, e los auuelos. E porende, pues que en la ley ante desta mostramos de la herencia que ganan los fijos, o los nietos, quando sus mayorales mueren ante dellos, conuiene que diga-

eorum parens, etc. et cùm dicit, *in proprii parentis loco,* est textus expressus pro hoc; parentes enim dicuntur etiam usque ad tritavum, ut in l. *jurisconsultus*, §. *parentes*, D. *de gradib.* seu in infinitum, ut in l. *quæque litigandi*, §. *parentes*, D. *in jus vocand.* Si enim ratio est hujus repræsentationis, quia proximior gradus in ista linea descendentium respectu successionis ascendentium, non consideratur, ista ratio ita limitat in pronepote concurrente cum filio, sicut et in nepote: benè etiam confert ad hoc lex Tauri quadragessima, cum disponit filium, seu nepotem, sed alium descendentem ex filio primogenito, præferri in successione majoriæ filio secundo possessoris majoriæ; et sic pronepos, vel abnepos excludet à majoria patruum magnum, et si in majoria excludit, in successione hæreditatis ab intestato concurret, cùm omnia hæc statuantur ex vi præsentationis. Quæ tu benè nota, quia Montalvus hic aliter decidit, dicens, quæstionem istam disputatam fuisse in Cancellaria, et conclusum fuisse per famosos Doctores, quòd si agatur de hæreditate proavi, tunc licèt nepos repræsentet personam patris quoad hæreditatem avi, non tamen quoad hæreditatem proavi, stante filio dicti proavi, ut tali casu non extendatur repræsentatio ad pronepotes: tu verò tene firmiter contrarium per supradicta. Et in hanc sententiam, quam ego teneo, videtur inclinare Azon. in summa, in authentic. *de hæredib. ab intestat. venient.* in princip. ubi ponit hæc verba: Adeò autem liberos vocat, ut si ex uno filio præmortuo sit nepos vel pronepos, una cum alio defuncti filio vocetur: et adverte, quòd ista repræsentatio tunc habet locum, quando succeditur titulo hæreditario, et successione legali ab intestato, et secùs esset si ageretur ex fideicommisso ex dispositione testatoris, nam tunc non esset locus huic repræsentationi, ut tradit Bald. in l. *cum ita legatur*, §. *in fideicommiso*, D. *de legat.* 2. et plenè Decius, quem vide consil. 1. num. 4. et 5. qui alios refert, et in consil. 412. quod tu benè nota, quia Joan. de Imol. per Glossam ibi contrarium voluit, in dict. §. *in fideicommisso*: et procederet opinio Joan. de Imol. post Glossam, quando testator adæquasset successionem talis fideicommissi successioni ab intestato, prout tradit idem Decius consil. 79. col. 2. Procederet etiam dicta opinio Glossæ, et Joan. de Imol. quando ageretur de fideicommisso inter transversales; et secùs esset, si ageretur inter descendentes respectu fideicommissi relicti ab aliquo ex ascendentibus, nam tunc idem esset in fideicommisso, quod in hæreditate, ut tradit idem Decius cons. 217. incipit, *in casu proposito*, et sic erit extensio ad istam legem Partitarum, ut procedat etsi agatur de successione fideicommissi. Procederet etiam quando ageretur de successione patrui, nam tunc etiam admitteretur repræsentatio in filiis fratris, succedentibus cum patruo in fideicommisso, prout vult idem Decius dict. consil. 217. dicens, quòd id quod consuluit consil. 1. fuit, cùm ageretur de successione patrui magni, ubi non datur ista repræsentatio: et sic in effectu ista limitatio potius est extensio ad istam legem, ut scilicet ubicumque admittatur repræsentatio, habeat locum, etiamsi succedatur ex fideicommisso; nam cùm ita sit de jure, verba testatoris secundum dispositionem juris debent interpretari, secundum Bald. in l. *precibus*, *C. de impuber. et aliis substit.* et in l. 2. in fin. *C. de condition. insert.* l. *si duo*, et ibi Bald. D. *de acquir. hæredit.* Sed adverte, quòd cùm succedatur ex fideicommisso, videtur succedi primo disponenti, ut l. *cohæredis*, §. *cum filiæ*, D. *de vulg. et pupill.* unde si respectu illius de jure non procederet repræsentatio, licèt procederet respectu ultimi descendentis, non procedet repræsentatio, per adducta per Decium in dictis consil. Adverte etiam, quia in linea ascendentium, cùm agitur de successione descendentium, non est locus tali repræsentationi, cùm natura repugnet, ut in dict. authent. *de hæredib. ab intest. venient.* cap. *si igitur*, collat. 9. et tradit Salicet. in authent. *defuncto*, *C. ad Tertul.* et in authent. *post fratres*, *C. de legitim. hæredib.* hæc etiam repræsentatio in linea vel gradu collateralium, cùm agitur de successione collateralis, datur solùm filiis fratrum, et non ulteriori, ut in l. 5. infrà eod. et in dict. authent. *de hæredib. ab intest. venient.* cap. *si igitur*, el 2. in vers. *hujusmodi.*

(8) *Aquella parte.* Succedunt enim in stirpes, non in capita, ut hic, et in dict. §. *cum filius*, *Institut. de hæreditatib. quæ ab intest. defer.* et in cap. 1. in authent. *de hæred. ab intest. venient.* collat. 9. de quibus juribus sumpta est ista lex.

(9) *Como todos los otros.* Concordat cum l. 2. *C. de suis et legit. hæred.* sed an idem sit in pronepotibus diversorum nepotum, ut succedant proavo in stirpem et non in capita, sicut succedunt nepotes diversorum filiorum, Albericus disputat, in dict. l. 2. et refert Alber. Papien. tenuisse, quòd pronepotes inter se succedant in capita, et illa l. 2. loquens de nepotibus non extendatur ad pronepotes: cùm enim non succedant tunc cum proximioribus in gradu intrantes locum parentum, nihil mirum si tunc vocentur in capita, et non in stirpes, sicut esset quando concurrerent cum proximioribus; quia tunc licèt faveatur in uno, gravantur in alio, ut scilicet successio sit in stirpem, et non in capita, quæ ratio cessat, quando solùm succedunt inter se. Albericus tamen ibi dicit æquiorem opinionem sibi videri, quòd etiam pronepotes succedant proavo in stirpes, sicut successissent patres eorum, in quorum locum succedunt. Quid autem si nepotes vel pronepotes vocarentur per aliquod fideicommissum, et sic ex dispositione testatoris, seu ex institutione, vel substitutione, an tunc succedant in stirpes, vel in capita? Vide per Decium consil. 412. viso eleganti consil. ubi concludit, quòd tunc vocentur in capita: vide ibi per eum.

LEX IV.

Mortuo descendente sine liberis, succedunt ei pater et mater una cum fratribus defuncti per capita; et si fratres non habet, succedunt parentes; his deficientibus, admittuntur avi ex utroque parente, et tantum habebit unus

mos, como deuen heredar los ascendientes a aquellos que descendieron dellos; e dezimos, que quando acaesciere que el fijo muera sin testamento, non dexando fijo, nin nieto que heredasse lo suyo, nin auiendo hermano, nin hermana; que estonce el padre, e la madre (1) deuen heredar egualmente (2) todos los bienes de su fijo. E si hermanos ouiesse, estonce deuen ellos (3) con el padre e con la madre partirlo por cabeças. E maguer ouiesse auuelo, o auuela (4), non heredara ninguno dellos ninguna cosa en los bienes de tal defunto. Mas si aquel que muriesse sin testamento, non dexasse heredero ninguno que descendiesse del (5), nin ouiesse hermano (6), nin hermana, nin padre, nin madre; si ouiere auuelos, quier sean de parte de su padre, quier de parte de su madre, ellos heredaran egualmente (7) todos los bienes de su nieto. E si por auentura, de parte de su padre, o de su madre ouiere vn auuelo solo, e de la otra dos, estonce, aquel solo (8) aura la meytad de todos los bienes, e los dos que fuessen de la otra parte, auran la otra meytad. E si acaesciere, que este que assi fino auia auuelos, e hermanos, quel pertenezcan de padre, e de madre (9), estonce heredaran todos los bienes que fincaron del, partiendolos entre si por cabeças egualmente. E esso mismo seria, si el finado dexasse fijos de tales hermanos (10).

LEY V.

Como los hermanos, e los otros parientes de la liña de trauiesso, se pueden heredar los vnos a los otros, quando mueren sin testamento.

Fasta aqui mostramos en que manera los ascendientes, e los descendientes, deuen heredar entre si, quando alguno dellos muriere sin testamento. E agora queremos dezir, como pueden heredar entre si, los que son de la li- *Ley 1, tit. 22, lib. 10 Novis. Recop.*

avus, si est solus ex una parte, quantum duo ex alia: et ascendentes cum fratribus succedunt per capita; et idem de filiis fratrum. Hoc dicit.

(1) *El padre, e la madre.* Concordat cum authentic. *defuncto, C. ad Tertul.* et cum authentic. *de hæredib. ab intest. venien.* cap. *si igitur*, el 1. collat. 9. Nota tamen, quòd in majoria filii non succedit pater, quia majoria respicit lineam descendentem, sicut et feudum, vel emphyteusis ecclesiastica, Bald. in authent. *defuncto, C. ad Tertul.* qui licèt loquitur in feudo, eadem ratio est in majoria.

(2) *Egualmente.* Non ergo fiet distinctio bonorum, ut acquisita à patre vel patris causa patri deferantur, matri verò acquisita ex parte matris vel ejus causa, prout distinguit Bart. in authentic. *itaque, C. communia, de successión.* per textum quem dicit singularem in l. *quod scitis, C. de bonis quæ liber.* cui sententiæ quamplures Doctores adhæserunt, ita ut communior opinio videatur, ut tradit And. Tiraquellus *de retractu legali*, §. 14. num. 12. dicens hanc opinionem receptam esse apud Gallos: et probatur hæc opinio l. 10. tit. 6. lib. 3. *For.* II. contra dictum Bartoli tamen tenet Baldus in dict. authent. *defuncto*, ubi etiam Salicet. Petrus, et Cynus in dict. authent. *itaque*, et Corneus in dict. authent. *defuncto*, et plerique alii etiam relati à Tiraquello, ubi suprà: et hanc dicit esse communem opinionem Baldus consil. 31. volum. 2. et istam opinionem approbat lex ista Partitarum, cùm dicit, *egualmente todos los bienes de su fijo*, et etiam l. 6. *in Ordin. Tauri*; unde lex Fori non procederet, nisi in his locis, ubi fuerit usu recepta, prout dicit dicta l. 6. neque hoc limitarem in lucris nuptialibus, juxta dispositionem l. 2. *C. de bonis quæ liber.* prout et Baldus limitabat in dict. l. *quod scitis*, cùm ex dispositione hujus legis et dictæ l. 6. nulla sit fienda distinctio, etiam cujuscumque qualitatis sint bona, et procedat istarum legum dispositio.

(3) *Deuen ellos.* Hoc hodie corrigitur in regno per l. 7. *in Ordinam. Tauri*, qua cavetur, quod fratres defuncti non concurrant cum patribus, vel aliis ascendentibus defuncti.

(4) *O auuela.* Habes hic, quod etiamsi pater sit constitutus sub avi potestate, succedit filio ab intestato, excluso avo paterno. Adde l. *quod scitis, C. de bon. quæ liber.* et textum in authent. *defuncto, C. ad Tertul.* et in corpore unde sumitur: collige etiam, quòd mater excludet avum etiam paternum, et sic correcta est dispositio l. *æquissimum*, §. fin. D. *ad Tertul.* cùm neque pater præferatur matri in successione filii intestati, ut hic, et in dict. cap. *si igitur*, et authent. *defuncto*, per quas correcta fuit l. 2. §. *objicitur*, D. *ad Tertul.* et l. 2. *C. ad Tertul.* et §. *præferuntur, Institut. de senatusconsulto Tertul.* Collige etiam hic, quod si defuncto filio supersit mater, vel pater, et etiam avus, quòd excluditur avus, etiamsi filius talis avi, pater, vel mater defuncti prædecesserit vivo avo; non enim avus ingreditur locum filii, ut dixi suprà eod. l. 3. et notat Gloss. in dict. authent. *defuncto.*

(5) *Descendiesse del.* Descendentes enim excluderent ascendentes, ut hic, et in authentic. *in successionem, C. de suis et legitim. hæred.* l. 6. *in Ordinam. Tauri.*

(6) *Hermano.* Vult, quòd si haberet fratrem, vel sororem utrinque conjunctos, quòd excluderent tales fratres avum vel aviam; cujus contrarium tenent Glos. Bart. et alii Doctor. communiter in dict. authentic. *defuncto*, et contraria opinio, quæ ibi recitatur in glos. super verbo *proximis*, videtur approbari hic: quam etiam tenebat Jacob. de Bellovis. in authent. *de hæredib. ab intestat. venient.* §. *si verò.* Hodie tamen non repellerent, imò nec concurrerent cum avo vel avia, ut in dict. l. 7. *in Ordinam. Tauri*, vide, quæ dico infrà eod. in glos. penult.

(7) *Egualmente.* Medietatem habebunt avus et avia paterni, et aliam medietatem avus et avia materni, non distincto utrum bona pervenerint ex linea paterna, vel materna, ut dixi suprà in gloss. 2. in ista l. et tradit Salicet. in authent. *itaque, C. communia, de succession.* si verò tantùm supersint avus et avia paterni, vel materni, divident etiam æqualiter, ut hic, et in dict. cap. *si igitur*, et authent. *defuncto.*

(8) *Aquel solo.* Et sic in isto casu fit distributio in stirpem, et non in capita. Idem habetur in dict. authen. ubi Gloss. et communiter Doctor.

(9) *De madre.* Concordat hæc lex cum opinione Glossæ et Doctor. in dict. authent. *defuncto*, ut etiam fratres utrinque conjuncti non excludant avum, vel aviam, sed concurrant: hodie verò neque concurrent, ut in dict. l. 7. *in Ordinam. Tauri*, et in l. 1. tit. 6. lib. 3. *For. II.*

(10) *Hermanos.* Concordat cum authentic. *ut fratrum filii*, §. fin. collat. 8. Hodie serva quod habetur in dict. l. 7. *in Ordinam. Tauri.*

LEX V.

Ad successionem fratris vocantur fratres una cùm filiis fratrum præmortuorum in stirpem; sed si nemo fratrum vivit, succedant fratrum filii per capita; sed tàm fratribus,

ña dicha, de trauiesso; assi como los hermanos, e los tios, a los otros parientes que son en aquella mesma liña, muriendo alguno dellos sin testamento. E dezimos, que si alguno que assi muriesse sin testamento, non ouiesse de los parientes que suben, o descienden por la liña derecha, e ouiesse hermano, o hermana (1) de padre, o de madre, o sobrino fijo de tal hermano, o de tal hermana que fuesse ya muerta; que el hermano, e el sobrino heredan los bienes de tal defunto egualmente: e maguer sean los sobrinos dos, o mas, nascidos de vn hermano, o de hermana, non auran mas de la meytad (2) de la heredad, e partirla han ellos entre si por cabeças egualmente. Mas si este que muriesse sin testamento non auiendo ascendientes, nin descendientes, ouiesse sobrinos de dos hermanos de parte de su padre, o de su madre, e fuessen los hermanos amos muertos, heredaran los sobrinos los bienes de su tio, e partirlos an entre si por cabeças (3) egualmente. E sobre todo dezimos, que si este que assi muriesse, ouiesse otros hermanos, que non le pertenesciessen si non de parte de su madre, o de su padre, que estos, nin los fijos dellos, non deuen auer herencia del finado (4) con los hermanos que le pertenescen de parte de padre e madre, nin con los fijos dellos, si los padres fuessen muertos.

LEY VI.

Como se pueden heredar los hermanos, qué non son de padre, e de madre: e otrosi, quien puede heredar a aquel que muere sin testamento.

Hermanos de padre tan solamente, e otro de madre, auiendo aquel que muriesse sin testamento, si non dexasse otro pariente ninguno, que heredasse lo suyo, de los que descienden, o suben por la liña derecha; estonce dezimos, que en tal caso como este, el hermano que le pertenesciesse a este atal de padre tan solamente, esse heredara todos los bienes del defunto, que le vinieren de parte de su padre (1); e el hermano que le pertenes-

quàm filiis fratrum præferuntur fratres ex utroque parente, conjuncti defuncto, aut eorum filii. Hoc dicit.

(1) *O hermana.* Fratres utrinque conjuncti sunt, qui in successione ab intestato vocantur ad successionem fratris primo loco, ut hic et in authentic. *cessante, C. de legitim. hæred.* in patruis tamen succedentibus nepoti, seu sobrino suo, non consideratur ista duplex conjunctio, sed admittuntur pariter, sive fuerint conjuncti patri nepotis eorum fratri ex utroque latere, sive ex uno tantùm, ut tradit Bartol. in l. *post consanguineos*, §. *legitima*, D. *de suis, et legitim. hæred.* hæc namque conjunctio consideratur tantùm, cùm agitur de successione fratris, vel patrui, ut in authentic. *de consanguin. et uterin. fratrib.* ad fin. collat. 7.

(2) *De la meytad.* Concordat cum dict. authent. *cessante*, et cum l. 8. *in Ordin. Tauri*; sed quid si frater utrinque conjunctus repudiet hæreditatem, qui tamen habet filium vel filios, an pars repudiata accrescet nepotibus, seu filiis sui fratris adeuntibus, vel an filii repudiantis aliquid habebunt? Vide per Salicet. in authent. *post fratres*, l. 1. *C. de legitim. hæred.* ubi tenet, quòd non accrescat, sed etiam filii repudiantis cum illis succedant, cujus contrarium tenuit ibi Corneus, vide ibi per eos: et opinio Saliceti videtur æquior et probabilior.

(3) *Por cabeças.* Approbat opinionem Azon. *C. de legitim. hæred.* in summa, quam etiam tenuit Gloss. in §. *hoc etiam*, *Instit. de legit. agnat. successión.* Glossa tamen in dict. authen. *cessante*, tenuit contrariam opinionem, imò quod admitterentur in stirpes, et in l. *lege duodecim tabularum*, *C. de suis, et legitim. hæred.* Bart. in l. *post consanguineos*, §. *hæc hæreditas*, D. *de suis et legitim. hæred.* et communiter Doctores in dict. authent. *cessante*, et hanc dicit communem esse opinionem Nicol. de Ubaldis, in tractat. *de succes. ab intest.* 3. part. col. 1. opinionem tamen Azon. tenet Baldus, et Salyc. in dict. authent. *cessante.* Tu tene menti istam legem Partitarum hoc decidentem, et opinionem Azonis approbantem, ut quando filii fratrum solùm inter se succedunt, et non cum patruo, divisio fiat in capita, et non in stirpes. Quid autem si agatur de successione feudi? Vide per Bald. in cap. 1. §. *item quia*, *de his, qui feud. dar. possunt*, et in cap. 1. in princ. *de successión. feud.* et in vers. *his verò*, *de successión. fratrum*, et in cap. unic. *de natur. successión. feud.* et per Alex. cons. 55. colum. 8. et 9. vol. 4.

(4) *Del finado.* Concordat cum dict. authent. *cessante*, *C. de legitim. hæredib.* et authentic. *itaque*, *C. communia, de successión.* Quid autem si non ageretur de hæreditate fratris, sed de substitutione fideicommissaria, in qua testator vocabit filios suos, qui erant ex diversis matrimoniis; an præferantur utrinque conjuncti conjunctis ex uno latere tantùm? Et dicendum est, quòd non, cùm ex tali substitutione fideicommissaria non succedatur fratri, sed testatori, l. *cohæredis*, §. *cum filiæ*, D. *de vulg. et pupil.* et quantum ad ipsum testatorem omnes filii sunt æquales, licèt procreati ex diversis nuptiis, et sic omnes æqualiter admittentur, ut decidit Bart. et l. *Lucius*, colum. fin. penult. quæst. D. *de vulg. et pupil.* vers. *quæro*, *quidam habens duos filios*, et probatur in l. final. D. *ad Trebell.* et tradit Decius consil. 304. incipit, *in casu proposito*, et adde Bald. in l. *in testamento*, colum. 4. vers. 5. *quæritur*, *C. de testam. milit.* et Alexandr. consil. 30. 2. volum. incipit, *viso testamento.* Item in baronia, vel feudo non consideratur an aliquis frater sit utrinque conjunctus, sed an sit conjunctus ex illa parte, ex qua feudum defertur: vide per Bald. in l. 1. *C. de suis et legitim. hæred.* Et idem videtur dicendum in majoria; ex quo inferes ad quæstionem, quod si mulier, quæ habebat majoriam, habuit filium ex primo viro, cum quo matrimonium contraxit, si fortè posteà iste vir ivit in bellum, et fuit orta fama, quòd ibi mortuus fuerit, si forte mulier contraxerit cum secundo viro, ex quo habuit filium, et demùm reverso primo, fuit restituta primo viro, ex quo habuit tertium filium, quòd si mortua ista muliere successit filius ejus major, qui posteà decessit sine liberis; quòd majoria debetur filio secundo, licèt non sit frater utrinque conjunctus filii majoris decedentis, et non tertio filio, licèt fuerit fratri utrinque conjunctus.

LEX VI.

Si defunctus habet fratrem ex parte patris, et alium ex parte matris, quilibet eorum succedit in bonis, quæ ex linea sua provenerunt defuncto; in aliunde autem quæsitis succedunt æqualiter: fratre verò non existente, succedet propinquior consanguineus usque ad decimum gradum, quibus non existentibus, succedit conjux: et si non sit conjux, succedit fiscus. Hoc dicit.

(1) *De parte de su padre.* Sequitur dictum Glossæ in dict. authent. *post fratres*, l. 1. *C. de legitim. hæredib.* per

ciesse de parte de la madre, esse heredara otrosi todos los bienes que le vinieren de parte de su madre: e los bienes que atal defunto como este ouiesse ganado (2) por otra manera qualquier, amos los hermanos sobredichos los partiran egualmente. E sobre todo esto dezimos, que si alguno muriesse sin testamento, que non ouiesse parientes de los que suben, o descienden por la liña derecha, nin ouiesse hermano, nin sobrino (3) fijo de su hermano; que destos adelante (4), el pariente que fuere fallado que es mas cercano (5) del defunto fasta en el dezeno grado (6), esse heredara todos sus bienes. E si tal pariente non fuesse fallado, e el muerto auia muger legitima (7) quando fino, heredara ella todos los bienes de su marido (8): esso mismo dezimos del marido, que heredara los bienes de su muger en tal caso como este. E si por auentura, el que assi muriesse sin parientes non fuesse casado, estonce heredara todos sus bienes la Camara del Rey (9).

l. *de emancipatis*, *C.* eod. et dictum Azon. *C.* eod. in summa, et Gloss. in authent. *itaque*, *C. communia*, *de succes.* et idem quod hic disponitur in fratribus, erit in filiis fratrum, secundum Mathes. in tractat. *de succession. ab intest.* in vers. 3. *articulus principalis*, per textum in authentic. *de hæredib. ab intest.* cap. 2. vers. *reliquum*, et tenet etiam Angel. Aretin. in §. *si plures*, ad fin. *Instit. de legitim. agnat. succes.* Sed quid si concurrant avunculus ex parte matris, et patruus ex parte patris, non extantibus fratribus, neque filiis fratrum, an fiat ista distinctio bonorum in successione inter eos? Non memini vidisse tactum, et videtur, quod sic, ex identitate rationis et ex æquitate. Cogita tamen, quia in contrarium facit, quod lex inter istos non considerat, nisi propinquitatem gradus, ut in simili quæstione dicit Paulus de Cast. in authent. *post fratres*, la 2. *C. de legitim. hæredib.* et quia cùm sint bona commixta, non debet fieri distinctio bonorum extra casum in jure expressum. Item quia respectu istorum jam ista bona non dicuntur paterna, vel materna, prout diceretur inter fratres vel filios fratrum, qui sunt in linea descendenti à patre, vel à matre, et sic non habebit locum §. *exceptis*, l. *de emancipatis*, *C. de legitim. hæred.* et pro hoc induco, quod dicit Andr. de Isern. in cap. *si quis miles*, in versic. *et filius fratris*, *Imperator Lotharius Eugenio Papæ*, colum. 2. in quæstione illa, an patruus succedat nepoti ex fratre in feudum; dicit inter alia hæc verba: Constitutio etiam dilucidans successiones non debet intelligi in non enumeratis, quamvis intelligerentur aliàs propter similitudinem, vel eamdem rationem; et ponendo de nepote, dicta constitutio debuit patruum exprimere, si fuisset intentionis suæ, quod patruus succederet sicut nepos, quoniam appellatione nepotis non continetur patruus, quia sunt in distanti gradu, et sicut in nomine discrepant, sic in effectu, *C. de feriis*, l. *à nullo*, l. *si idem*, *C. de codicillis.* Et post hæc scripta reperi Ludovicum Bolognin. *in addit. ad Mathesilanum*, in tractat. *de success. ab intest.* charta 9. col. 1. versic. *non sunt multi dies*, dicentem, quod pro ista parte sic consuluit; vide ibi per eum, qui in specie tractat quæstionem istam, et concludit, quod non fiat in matertera et patruo ista distinctio bonorum.

(2) *Ouiesse ganado.* Adde dict. authent. *post fratres*, et ibi gloss. 1. *C. de legit. hæred.* Sed qualiter isti solvent debita defuncti, dic, quòd debita contracta pro bonis maternis solvent succedentes in maternis, contracta pro paternis succedentes in paternis, argumento l. *si certarum*, §. 1. D. *de testam. milit.* quod si non appareat pro quibus bonis fuerunt contracta, pro rata substinebunt, secundum Alber. in authent. *itaque*, columu. 3. *C. communia de succesion.*

(3) *Nin sobrino.* Iste enim excludit patruum, etiamsi sint in pari gradu, ut hìc, et in authent. *post fratres*, la 1. *C. de legitim. hæredib.* et in authent. *de hæredib. ab intest. venient.* cap. 3. vers. *si autem*, collat. 9. et tenet Joan. Faber in §. fin. column. 2. *Instit. de servil. cognat.* et Saliect. in authentic. *post fratres*, la 1. in princip. sumans illum textum, et textus ad hoc expressus est ibi. Quid autem erit in feudo, si concurrant patruus et filius fratris mortui? Vide per Bald. in cap. 1. *Imperator Lothar. Eugenio Papæ*, in fin. ubi dicit, idem esse in feudo, quod in allodiis, et à fortiori ratione, quia ferè contra naturam feudi est, quod respiciat ascendentes; filius ergò fratris succedet in cellula fratris, sed patruus non habet aliam cellulam, nisi seipsum; et ideo filius fratris intelligitur esse proximior per fictionem quoad gradum, et per veritatem quoad effectum.

(4) *Adelante.* Non ergo habet locum repræsentatio in successione collateralium ultra filios fratris, ut hìc, et in authent. *post fratres*, la 2. *C. de legitim. hæred.* et dixi suprà in l. 3.

(5) *Mas cercano.* Concordat cum dict. authent. *post fratres*, la 2.

(6) *Dezeno grado.* Approbat opinionem Azon. *C. de legitim. hæred.* in summa, col. fin. reprobata opinione Placent. qui dicebat omnes agnatos et cognatos in infinitum debere succedere, et opinionem Azonis tenet etiam Gloss. in authent. *de hæred. ab intestat. venient.* §. *si vero neque fratres*, et in authent. *in successione*, *C. de suis*, *et legit. hæred.* ubi etiam Bart. et Doctores: et Jas. in l. fin. col. 2. *C. unde legitim.* In feudorum tamen successione porrigitur successio usque ad septimum gradum tantùm, et non ulterius, cap. 1. §. *hoc autem sciendum*, *de his*, *qui feud. dar. poss.* nisi feudum sit constitutum nomine et titulo regni, ducatus, marchionatus, aut comitatus, nam tunc etiam ultra centesimum gradum successio porrigitur, Bald. in cap. 1. *de feud. Marchiæ*, in §. *capitanei*, Jason. post alios in dict. l. fin. col. 2. Decius consil. 85. Tu in feudorum successione vide l. 6. tit 26. *Partit.* 4. et quæ ibi dixi, et l. 7. ejusd. tit. et ea, quæ etiam ibi dixi: et qualiter computentur isti gradus, vide in l. 3. tit. 6. *Partit.* 4. et adde Decium consil. 334.

(7) *Muger legitima.* Concordat cum l. 1. D. *unde vir et uxor*, et l. 1. *C.* eod.

(8) *Marido.* Ut habetur similiter in dictis legibus.

(9) *Del Rey.* Concordat cum l. 1. et l. 4. *C. de bonis vacant.* lib. 10. et l. 1. §. *Dives*, D. *de jur. fisci*, et in authent. *de hæred. et Falcid.* cap. 1. §. *si vero institutio*, et in tit. *quæ sint regaliæ*, in parte *bona vacantia*, *in usibus feudorum*, et nota, quod si clericus non habet consanguineos, neque beneficium ecclesiasticum, et decedit ab intestato, bona talis clerici non veniant applicanda fisco Papæ, sed potius debent applicari Episcopo loci, ut ipse diligenter ea distribuat in usum ecclesiæ universalis, non verò, ut sibi appropiet, ut notat Abb. in cap. 2. ultim. notab. et in cap. 1. ad fin. *de succession. ab intest.*

LEY VII.

En quanta parte de los bienes del marido rico puede heredar la muger pobre, si casasse sin dote, e non ha de que beuir.

Paganse (1) los omes a las vegadas de algunas mugeres, de manera que casan con ellas (2) sin dote (3), maguer sean pobres porende, guisada cosa, e derecha es, pues que las aman, e las honrran en su vida, que non finquen desamparadas (4) a su muerte. E por esta razon tuuieron por bien los Sabios antiguos, que si el marido non dexasse (5) a tal muger, en que pudiesse bien e honestamente beuir, nin ella lo ouiesse de lo suyo (6), que pueda heredar (7) fasta la quar-

LEX VII.

Si matrimonium sine dote scienter contrahitur, si mulier unde honestè vivat post mortem viri non habeat, succedit ipsi viro etiam liberos habenti in quarta, quæ non ultra centum libras auri ascendat; sed si habet unde vivat, non succedit. Hoc dicit.

(1) *Paganse.* Sumpta est de cap. *quia vero legem*, el 2. in authent. *ut liceat matri et aviæ*, collat. 8. et à cap. *quoniam vero*, in authent. *de exhibend. et introd. reis*, columm. 5. et in authent. *præterea*, *C. unde vir et uxor*: et licèt ista lex loquatur in uxore inope, idem erit in viro, ut in dict. authent. et vide per Gloss. et Bald. in l. *licèt*, ubi et Bald. in 2. lectur. *C. de jure dotium.*

(2) *Con ellas.* Procedet etiam inter sponsos de præsenti, etsi uxor non sit ducta ad domum, vide Bald. in l. fin. col. fin. vers. 6. quæst. *C. unde legitim.*

(3) *Sin dote.* Item si dos esset parva, secundum Bald. in dict. authent. *præterea*, circa fin. cujus dictum communiter tenetur; sed tunc talis dos computabitur in quartam, secundum eum, et Paul. de Castr. ibi. Quid autem, si dos fuit congrua tempore contracti matrimonii; sed posteà ex mutatione temporum, qualitatis personarum, et facultatum, facta est incongrua? Vide per Socin. consil. 30. in 4. vol. col. penult.

(4) *Desamparadas.* An idem erit in viro inope, uxore præmoriente? Textus in dict. cap. *quoniam vero*, in authent. *de exhibend. reis*, probat apertè, quod sic, et tenet Gloss. in dict. cap. *quia vero legem*, ubi respondet ad textum ibi qui videbatur obstare, et ita tenetur communiter per Doctor. in dict. authent. *præterea.* Si tamen ex uxore præcedenti maritus habeat filios, qui succedunt matri, et pater habeat usumfructum, tunc maritus non habebit istam quartam; quod procedit sive matrimonium fuerit cum dote, vel sine dote, cùm talis quarta detur in subsidium propter inopiam, ut fatetur Decius in dict. authent. *præterea*, in princ. col. 2. si autem non extarent liberi, et mulier dotata fuisset, et dos esset restituenda per maritum, posset tunc maritus habere quartam, licèt matrimonium esset cum dote, ut tenet glossa singularis in l. *licèt*; in gloss. 1. *C. de jur. dot.* et illam glossam sequuntur communiter Doctores, ut tradunt Alexand. et Decius in dict. authent. *præterea.*

(5) *Non dexasse.* Ex hoc verbo videtur, quod dispositio hujus legis, et illarum, de quo sumpta est, procedat etiam condito testamento; et idem dicunt Doctores per textum ibi in dict. authent. *præterea*, et sic etiam contra voluntatem testatoris debetur ista quarta, prout vult Baldus in dict. authent. *præterea*, parum post principium, et Alexander ibidem, column. 2. qui alios allegat, ex quo Alexander impugnat dictum Saliceti ibi in vers. *Sed dubitari potest septimo*, ubi tenet, quod si testator jussit uxorem esse contentam cum eo, quod sibi relinquit, et ultra petere prohibuit, quòd tunc ultra petere non possit; quia hæc quarta debetur uxori contingenter, non necessario, et ideò solùm præter voluntatem testatoris, non contra voluntatem debet posse venire. Tu considera, quia fortè ex dispositione hujus legis Partitarum hæc possunt reduci ad concordiam, videlicèt, quod si testator reliquit uxori tantumdem, ex quo posset benè et honestè vivere, licèt sit minus quarta, quod tunc uxor non possit ultra petere: neque exigerem, quod ponantur verba à testatore, per quæ prohibeat eam plus petere, prout exigit Salicetus, sed tantùm quod relictum sic sufficiens ad alimenta, ne uxor infelix mendicare cogatur; si verò legatum à marito relictum non esset ita sufficiens, tunc etiamsi prohibeat eam plus petere, tamen petere poterit quartam istam, et imputabitur tunc tale legatum in quartam, ut disponit textus in dict. authent. *præterea*, quæ ita debet intelligi, cùm loquitur de tali imputatione: et isto medio respondetur ad fundamenta Alexandri, et opiniones reducuntur ad concordiam.

(6) *De lo suyo.* Licèt ergò uxor pauper esset industriosa, et manibus suis posset victum lucrari, adhuc habebit istam quartam, cùm hæc lex se referat ad ea, quæ habeat in facultatibus propriis; et in terminis ita decidit Decius in dict. authent. *præterea*, column. fin. vers. 3. *ex supradictis*, et movetur, quia efficaciùs debetur uxori inopi quarta ista, quæ jure actionis peti potest, quàm alimenta quæ solùm judicis officio filiis debentur, ubi ad talem industriam habetur consideratio, ut in l. *si quis à liberis*, §. *sed etsi filius*, D. *de liber. agnosc.* et quia ista quarta datur in honorem præteriti matrimonii, ut conserventur conjuges in solito statu, ut habetur in dict. cap. *quoniam vero*, authent. *de exhibend. reis*, unde non videtur, quòd cogatur tunc mortuo marito plus solito victum propriis manibus quærere: et maximè hoc procederet, si mulier esset nobilis, cui esset dedecus laborare, ut in simili tradit Bald. in l. *alimenta*, *C. de negot. gest.* et de filio nobili tradit Bart. in l. 1. *C. de mendic. valid.* lib. 11. et satis hoc placet attenta ista lege Partitarum, et aliis legibus, de quibus sumpta est, licèt Socin. consil. 30. *in causa dominæ Agnetis*, 4. volum. velit contrarium in column. fin. vel ex dictis Socini ibi hoc limitetur, nisi dos licèt parva cum industria sufficeret ad alimenta, et sic quòd ultra industriam esset dos, licèt de per se non congrua; vide ibi per eum. Quid autem si uxor superstes haberet magnam domum vel prædium, ex quo tamen vivere non posset, nisi vendat proprietatem? Et dic, quòd non cogitur vendere proprietatem, ut est textus singularis in l. fin. §. *ipsum autem*, *C. de bon. quæ liber.* et tenet Decius ubi suprà, et adde, quæ dixi in l. 2. tit. 19. 4. *Partit.* Item cùm hic dicit, *nin ella lo ouiesse de lo suyo*, intelligitur tempore mortis mariti, quia qualitas adjecta verbo intelligitur secundum tempus verbi, l. *in delictis*, §. *si extraneum*, D. *de noxal.* et l. *si Titius*, ubi Bart. D. *de testam. milit.* unde licèt posteà efficiatur dives, non excludetur ab ista quarta et ejus petitione, ut tenet idem Decius in dict. authent. *præterea*, in fin. referens se ita consuluisse, et pater ejus consilio 24.

Sed quid si uxor habeat patrem divitem, à quo alimenta petere possit, an adhuc agere poterit ad istam quartam? Alexand. in dict. authentic. *præterea*, post Raph. Cuman. in l. *in suis*, D. *de liber. et posthum.* tenet, quòd non, per fundamenta quæ ibi videbis, cujus contrarium tenet ibi Decius col. penult. qui respondet ad fundamenta tradita per Alexand. opinio tamen Alexandri communiter tenetur, ut etiam fatetur idem Decius col. fin. tu adde Socin. dict. consil. 30. incipit, *in causa dominæ Agnetis*, 4. volum. ubi idem tenet, quod Cuman. et alii. Tu adverte, quòd duo sunt principalia fundamenta, quibus Cumanus, Alexand. et alii moventur. Primum, quia quæ habet patrem divitem, non potest dici pauper, neque vulgò pauper appellatur, eo quòd pater, et filius reputantur eadem persona, et extimum patris reputatur extimum filii, Gloss. in l. 2. *C. qui ætat.* lib. 10. Secundum, quia filia potest cogere patrem, ut sibi alimenta subministret, et sic succurretur suæ inopiæ, quod est justius, quàm quòd succurratur ex bonis viri prædefuncti: et tamen ad primum potest dici, quòd illud de extimo et

ta parte (8) de los bienes del, maguer aya fijos (9): pero esta quarta parte non deue montar mas de cient libras de oro (10), quanto quier que sea grande la herencia del fina-

reputatione ejusdem personæ procedat, quando filius est in potestate, prout dicit Gloss. in dict. l. 2. sed de jure regni per contractum matrimonii, juxta l. Tauri, filia liberatur à patris potestate, et cùm sit emancipata, cessat dictum motivum. Ad secundum verò potest dici, quòd illud non debeat esse in consideratione ad tollendam petitionem hujus quartæ, nam hujus quartæ petitio locum habet etiam stantibus filiis illius matrimonii, ut hic, et in dict. authent. *præterea*, et tamen certum est, quòd poterit uxor suæ inopiæ succurrere, cogendo filios ad alimenta, l. *si quis à liberis*, in princ. D. *de liber. agnosc.* et confirmatur quia uxor (quæ alenda est ab hæredibus viri infra annum, ut in l. unic. §. *exactio*, *C. de rei uxor. actione*) non tamen excluditur ab ista petitione, ut volunt Jacob. Butri. Salic. et Angel. in dict. l. unic. §. *cum autem*, *C. de rei uxor. action.* per textum in l. *cum unus*, in fin. D. *de aliment. et cibar. legat.* Facit etiam pro ista opinione contra communem lex ista Partitarum cùm dicit, *nin ella lo ouiesse de lo suyo*, et sic innuit non sufficere si alimenta possit aliàs à patre consequi. Cogita, quia passus est consideratione dignus, et ut dicit Decius in dict. authentic. *præterea*, col. fin. hoc totum residere videtur in arbitrio judicis, qui habet judicare et declarare, an pauper dicatur.

(7) *Heredar.* Facit quia si filii repudiarent, uxor succedet in totum per jus accrescendi, vide de hoc per Bald. in l. unic. col. 7. vers. *quoad secundam quæstion. C. quando non petent. partes*; filiis tamen communibus illius matrimonii proprietatem reservare tenetur, ut in dict. auth. *præterea*, et quod succedat ut hæres, probatur hic, et in dict. cap. *quoniam verò*, in authent. *de exhibend. reis*, quod videtur clarum, quando succedit ex testamento vel ab intestato; sed quando succedit contra testamentum, Bald. et Salicet. Cuman. et Paul. de Cast. in dict. authent. *præterea*, dicunt, quod tunc uxor habebit quartam conditione ex illa lege; quibus satis obstat hæc littera cum dicit, *puede heredar*; textus etiam in dict. cap. *quia verò legem*, in authent. *ut liceat matri, et aviæ*, dicit, uxorem *accipere*, et sic innuit, quod non habeat petere, sed accipere, prout etiam ponderat Philipp. Corneus, consil. 178. 2. volum. col. 4. vers. *præterea est advertendum.*

(8) *Quarta parte.* Si tres filii sint vel pauciores; quod si plures sint, succedit in virilem, ut in dict. authent. *præterea.* Quid autem si maritus in vita fecit aliquam donationem, vel donationes, ex quibus venit præjudicium in ista quarta; an uxor possit eas revocare respectu talis quartæ? Vide per Philipp. Corn. consil. 178. 2. vol. et reperies etiam inter consilia Socin. consil. 108. 1. vol. *cum subscriptione alterius consulentis*, et ibi concludit, quod non admittetur ad talem revocatoriam: vide ibi per eum.

(9) *Fijos.* Sive illius matrimonii, sive alterius, ut in dict. authent. *præterea*: idem à fortiori si habeat ascendentes, secundum Bart. et Doctor. communiter in dict. authent. *præterea*, et cùm dispositio hujus legis Partitarum non reperiatur correcta per aliquam legem Ordinamentorum, seu alias, procedet ejus dispositio etiam hodie, licèt legitima filiorum sit aucta ad omnia bona, excepta quinta parte, in qua pater habet liberam dispositionem; quod patet, quia et ista lex loquitur, cùm succederetur ab intestato, ubi omnia bona veniebant ad filios, et nihilominùs uxori datur ista quarta; et quia illud argumentum legitimæ fuit eo respectu, ne gravarentur in ea filii per parentes, et non quando gravarentur ex dispositione legali, ut in isto casu: et leges posteriores augmentantes legitimam recipiunt intellectum et limitationem per priores leges, l. *sed et posteriores*, D. *de legib.* et l. *non est novum*: Gloss. in l. *sciendum*, in princ. D. *qui satisd. cogant.* et Gloss. in authent. *offeratur*, *C. de lit. contestat.* et quod nova lege non exprimitur, id veterum legum regulis relictum intelligitur, l. *præcipimus*, in fin. *C. de appellat.* et benè confert, quod in isto proposito tradit And. de Isern. in tit. *quæ sunt regaliæ*, in parte *bona vacantia*, et Socin. consil. 121. incipit, *Præmittenda est disputatio*, col. 2. num. 8. et certè, cùm succeditur ab intestato, quæstio videtur habere minorem dubitationem. Si verò esset successio istius quartæ contra testamentum, in quo pater legavit quintam bonorum pro anima, vel extraneis, et in reliquis bonis instituit filios; tunc videtur magis dubium, an scilicèt admittatur dispositio in quinta bonorum, et insuper de legitima filiorum uxor habeat quartam, nam secundum tempora juris communis et legum Partitarum, legitima, quanticumque essent filii, non transcendebant semissem hæreditatis, ut in authentic. *novissima*, *C. de inoffic. testam.* et l. 17. tit. 1. ead. *Partit.* et sic ex successione uxoris in ista quarta non fiebat eis præjudicium in legitima, et ideò cautè in dict. authent. *præterea*, ponitur, quod si tres filii sint vel pauciores, succedat uxor superstes in quartam, si verò plures, in virilem; quod ideò videtur dispositum, ne fiat præjudicium filiis in legitima, et ipsa non habeat ampliorem portionem, quàm unus ex filiis. Sed hodie legitimo augmentata fieret eis magnum præjudicium, si ultra quintam uxor ferat quartam de residuo bonorum, quæ erant legitima filiorum; et pro ista parte facit cap. 1. §. fin. *de investit. de re alien. fact.* ubi habetur; quod conjux inops non succedet in feudo, etiam respectu istius quartæ, quæ sibi debitur in bonis viri; ubi Baldus dicit, quod ratio dubitandi in illo §. erat, quia tale lucrum quartæ erat alienatio legalis, et ideò videbatur habere locum in feudis: sed contrarium est verum, secundum eum, per illum textum, quia alienatio legis non intelligitur fieri cum præjudicio tertii, neque in rebus sui natura prohibitis alienari: facit etiam Gloss. in l. *si ita quis*, §. *ea lege*, D. *de verbor. obligat.* quod prohibitus alienare non potest dare occasionem, ut à lege alienetur. Sed adhùc non recederem à primo dicto, nam quod sic disponitur in dict. authent. *præterea*, non est ratione legitimæ, sed ut dixi, ne ipsa uxor habeat ampliorem portionem; quod patet, quia in numero liberorum non dixit, *si quatuor sint*, *vel pauciores*, prout disponitur in dict. authent. *novissima*, sed dixit, *si tres sint*, *etc.* et sit legitima non fuit in consideratione.

Præterea res non videtur magni præjudicii; saltem quando supersint filii ejusdem matrimonii, quibus proprietatem reservare tenetur, et durum esset contrarium asserere, cùm nulla lege istius legis dispositio reperiatur correcta. Tu cogita, quia passus est novus, et quando filii essent alterius matrimonii, magis dubius, et magis præjudicialis filiis: et tenendo istam partem, quod adhùc etiam hodie aucta legitima dispositio hujus legis procedat, non obstabit, quod fuit adductum, quod qui non potest alienanare, debet curare, quod neque id fiat ex dispositione legali, glossa singularis in dict. §. *ea lege*, nam illud procedit, quando alienatio specialiter fuit prohibita in illam personam, vel personas, in quam ex dispositione legis fit, nam tunc curare debet, ne etiam ab intestato ex legis dispositione in talem personam veniat; secùs si prohibitio est generalis; de non alienando simpliciter, ut declarant ibi Joan. de Imol. et Paul. de Cast. latius, quem videas. Ad dictum §. fin. *de investit. de re alien. fact.* potest dici, quod ibi loquitur de rebus feudalibus, quæ de sui natura sunt prohibitæ alienari, et quia ibi tractatur de præjudicio alterius, qui erat dominus directi dominii: quod totum hic cessat, quia sumus in bonis allodialibus, et quorum integra proprietatas est mariti.

Sed an perdet istam quartam uxor, si luxuriosè vivat post mortem viri, vide per Joan. Lupi. de Palac. Rubeis, in repet. cap. *per vestras*, *de donat. inter vir. et uxorem*, in rubric. in column. 372. ad fin. in formis minoribus.

(10) *De oro.* Concordat cum dict. authent. *de exhibend. reis*, cap. *quoniam verò*, et cum dict. cap. *quia verò legem*, et de valore unius libræ auri vide in l. *quotiens*, ubi Joan. de Plat. *C. de susceptor. et arcdar.* lib. 10. et Jas. in l. 2. §. *ex his*, penult. column. D. *de verbor. oblig.*

do. Mas si tal muger como esta ouiesse de lo suyo con que pudiesse beuir honestamente, non ha demanda ninguna en los bienes del finado, en razon desta quarta parte.

LEY VIII.

Quando puede heredar el fijo, que non es legitimo, en los bienes de su padre, si muere sin testamento; o el padre, en los bienes de tal fijo.

LL. 4, 5 y 6, *tit.* 20, *lib.* 10 *Novis. Recop.* Sin testamento muriendo ome, que non dexasse fijos legitimos, su fijo natural (1) que ouiesse auido de alguna muger de que non fuesse dubda que la el tenia por suya, e que fuesse el fijo engendrado en tiempo que el non ouiesse muger legitima, nin ella otrosi marido; tal fijo (2) como este puede heredar las dos partes (3) de las doze, de todos los bienes de su padre; e el, e su madre deuen partir estas dos partes ygualmente. E si por auentura, el padre non ouiesse pariente de los descendientes, nin de los ascendientes (4), estonce puedel dar mientra viuiere, o dexar en su testamento, todo lo suyo a tal fijo como este. Pero si ouiesse fijo legitimo, non le podria dar, nin dexar en su testamento, a tal fijo natural, si non de las doze partes de la herencia, la vna (5). Mas si acaesciesse que el padre non ouiesse fijo legitimo, e ouiesse otro pariente de los ascendientes, as-

LEX VIII.

Si defunctus non habet descendentes, nec ascendentes, succedit illi filius naturalis ex concubina in sexta parte æqualiter cum matre dividenda, sed in vita, vel testamento benè potest ei pater omnia bona sua donare: si autem filium legitimum habet, unam duntaxàt unciam; si ascendentem tantùm, relicta ei legitima hæreditatis, quæ est tertia, aliud potest filio naturali relinquere; et si pater de eo non fuit recordatus, tenetur eum hæres arbitrio boni viri alimentare: prædicta omnia habent locum è contra, cùm de successione filii naturalis tractatur. Hoc dicit.

(1) *Natural.* Hic habes declaratum, quid debeat concurrere, ut quis dicatur filius naturalis, scilicèt, quod sit procreatus ex soluto et soluta, et quod non esset dubietas, quin pater illam habeat in concubinam, adde l. 1. tit. 11. 7. *Part.* ibi: *o amiga que tenga conocidamente por suya*, sed vide quæ dixi in l. 1. tit. 13. 4. *Part.* et quod notat Abb. in cap. *innotuit*, *de elect.* penult. columu.

(2) *Tal fijo.* Quid si esset nepos, vel alius de liberis naturalibus ulterioris gradus? Videbatur dicendum, quod illi nunquam possunt avo, vel proavo paterno in aliquo succedere, imò neque filius naturalis et legitimus procreatus ex filio naturali tantùm, non potest avo paterno ab intestato succedere, ut in l. fin. in fin. *C. de natural. liber.* quæ lex etiam hodie manet incorrecta, ut patet in authent. *quib. mod. natural. effic. sui*, in cap. *discretis*, §. 6. ad fin. in vers. *de nepotibus*, licèt Glossa ibi aliud innuat, scilicet quod sit idem, quod in filiis, quia secundum Matesillan. in tract. *de success. ab intestat.* fol. 2. columu. 1. in princ. dicta lex finalis non est correcta in nepotibus, neque reperitur de jure cautum, quod idem sit in nepotibus circa hoc, quod est statutum in filiis: allegat etiam pro se textum in dict. authent. in cap. *filium verò*, ibi: *tamen nullum habeat participium ad ascendentes*, quod tamen capitulum loquitur in alia materia: Angel. de Aret. refert, et sequitur simpliciter Matesillan. in §. *novissimè*, *Instit. ad Orficiam.* Salicetus verò in dict. l. fin. *C. de natur. liber.* tenet contrarium, imò quod nepos naturalis succedat ab intestato in his duabus unciis avo. Movetur ex eo, quod in successionibus nepotes patrem repræsentant, ut sicut legitimi in totum succedent, ut in authent. *in successionem*, *de suis*, *et legit. hæred.* sic naturalis in duabus unciis, ut poterat ejus pater: et subdit, quod hæc opinio est æquior, et humanior, et quod satis probatur ex mente dictæ l. fin. quia in illa lege ideò clauditur via nepotibus naturalibus, quia et erat clausa filiis. Si ergò in aliquo aperitur filiis, ut in authentic. *licèt*, *C.* eod. et hic, ergò et nepotibus, et quia apertè dicta l. dicit, quod non debet ita via relinquendi nepotibus restringi, sicuti et filiis: et huic opinioni Saliceti videtur adhærere Roderic. Suar. in commento l. 1. tit. 6. lib. 3. *Foro LL.* vers. *hæc de naturalium filiorum successione*, columu. 1. et certè punctus iste est disputabilis, ut dicit Joan. Bapt. Catialup. in repetit. l. *si qua illustris*, *C. ad Orfician.* ubi dicit, quod in stricta disputatione opinio Matesillani videtur magis de mente testus in dict. vers. *de nepotibus*, ut latiùs ipse inducit, columu. 16. num. 39. ubi videre poteris. Sed quia Azon. in summa, *C. de natural. liber.* col. 1. vers. *et quæ dixi de naturalibus filiis*, tenet idem dicendum in nepotibus naturalibus, quod in filiis, et idem tenet Dinus, seu ille, qui auctor fuit tractatus *de success. ab intestat.* qui est inter tractatus Bartoli, in consulendo, et judicando non videretur ab ista opinione recedendum, secundum eum: et etiam ego teneo per istam legem Partitarum, quod ea, quæ in dict. versic. *de nepotibus*, continebantur circa nepotes naturales, hic non transtulit; et appellatione filii in materia favorabili venit nepos, ut tradit Bartol. in l. *liberorum*, D. *de verbor. signific.* et Salic. in dict. l. fin. et per Bald. in l. *maximum vitium*, columu. 3. et 4. *C. de liber. præter.* et quia etiam ad dict. versic. *de nepotibus*, conjuncta dicta l. fin. potest responderi, ibi tantùm probari nepotes, etiam legitimos ex filio naturali tantùm, avo intestato non succedere, ut legitimos; quod tamen succedant, ut naturales, non negant dicta jura.

(3) *Dos partes.* Concordat cum dict. authent. *licèt*, *C. de natural. liber.* et removetur ab istis unciis seu partibus, non solùm si stent filii legitimi et naturales, verum etiam si stent filii legitimati rescripto Principis; quod satis probatur hic, et in dict. authent. *licèt*, et ex dictis Baldi in l. *cum quam*, num. 20. et in l. *cum acutissimi*, *C. de fideicom.* et idem si starent filii adoptivi, similiter excludetur, secundum Nicol. de Ubal. in tractatu *de success. ab intestat.* col. 11. et Joan. Baptist. de S. Severi. in dict. l. *si qua illustris*, *C. ad Orfician.* fol. 5. Quid si haberet descendentes, qui tamen renuntiarant hæreditati, veluti filiæ, juxta formam cap. *quamvis pactum*, *de pact.* lib. 6. vide per Bartolum in l. 1. §. *habebat*, D. *de bon. poss. contra tabul.* et Ludovic. Roman. consil. 43. et Guilliel. Bened. in repetit. cap. *Raynutius*, *de testam.* in verbo, *et uxorem nomine Adelasiam*, num. 679. cum sequentib. ubi et vide, quid si substituatur legitimis filiis: et vide l. *Lucius*, et ibi Angel. et Joan. de Imol. D. *de vulg. et pupill.* et quæ dixi suprà ead. *Part.* tit. 9. in l. 32. in gloss. magna.

(4) *Ascendientes.* De jure isto Partitarum non poterat institui per patrem ejus filius naturalis, si talis pater habebat patrem, vel alios ascendentes legitimos, ut hic vides, nisi in eo quod non erat legitima talium parentum; et idem habetur in dict. authent. *licèt.* Hodie tamen per l. 10. *Tauri* etiam nulla legitima relicta ascendentibus potest pater instituere filium naturalem in bonis suis omnibus hæredem, vel relinquere, quod voluerit.

(5) *La una.* Concordat cum authent. *quib. mod. natur. efficiant. sui*, cap. 12. §. *ne igitur*, et cum authent. *de trien. et semis.* cap. *consideremus*, et etiamsi non supersit concubina mater talis filii naturalis, potest sibi relinqui ista uncia, ut hic colliges, et tenet Glos. et Alber. in l. 2. *C. de natural. liber.*

si como padre, o auuelo; estonce, dexando a estos ascendientes su parte legitima (6) que es la tercera parte (7) de lo suyo, las otras dos partes puede dar en su vida, o dexar en su testamento al fijo natural sobredicho. E si por auentura, el padre non se acordasse (8) de tal fijo como este, non dexandole ninguna cosa de lo suyo, estonce los herederos (9) del son tenudos de le dar lo que le fuere menester (10) para su gouierno, e para su vestir, e calçar, segun aluedrio de omes buenos, de manera que lo puedan sofrir (11) sin gran su daño. Otrosi dezimos, que en aquella misma manera que el fijo natural puede, e deue heredar a su padre en los bienes del, e aprouecharse dellos, assi como sobredicho es; que en essa misma manera (12) puede heredar el padre en los bienes de tal fijo, e ayudarse dellos (13).

Quid autem si haberet duodecim filios legitimos, et unum naturalem, an possit tunc relinquere unciam dicto filio naturali? Alber. post Mar. de Fa. in dict. authent. *licèt, de natural. liber.* dicit, quòd non, ne plus habeat naturalis, quam legitimus, per textum in l. *communium*, in fin. §. 3. cod. tit. et §. *quoniam variæ*, in authent. *de nupt.* et quid si substituatur bastardus legitimo? Vide quæ dixi suprà in gloss. super verbo *dos partes*. An autem ultra istam unciam poterit pater relinquere filio naturali quintam partem bonorum pro alimentis, ex dispositione l. 10. *in Ordinam. Tauri*? Et videbatur, quòd sic, cùm ista lex, neque authentica *licèt*, non disponant, quòd hoc liceat patri ratione alimentorum filii naturalis, et sic etiam filio naturali diviti pater etiam stantibus filiis legitimis poterit relinquere istam unciam; sed contrarium credo, imo quòd solum poterit pater filio naturali etiam egeno relinquere, vel istam unciam, de qua hic, vel quintam bonorum, si pater voluerit, juxta dictam l. 10. et sic ex dicta l. 10. et ex aliis ll. Fori, ista uncia fuit augmentata usque ad quintam partem, si pater eam naturali relinquere voluerit, neque alterius erit capax, stantibus legitimis, etiam ratione alimentorum, eo quia cautum est, neque in vita, neque in morte patrem filios legitimos habentem, non posse disponere ultra quintam bonorum in extraneos, vel pro anima, seu aliàs extra filios legitimos, ut habetur in l. *Fori*, titul. *De las mandas*, l. 9. et in l. 28. *in Ordinam. Tauri*, et in l. 1. tit. *De las herencias*, lib. 3. *For. LL.*

(6) *Legitima.* Hodie dic, ut in l. 10. *in Ord. Tauri.*

(7) *Tercera parte.* Adde textum in authen. *de trien. et semis.* §. 1. Glos. in authent. *novissima*, *C. de inoffic. testam.* et ibi Doctores, Bart. in l. *nam, et si parentibus*, D. eod. quam legit sub l. *pater filium*, in fin. sed hodie jure regni legitima ascendentium sunt duæ partes de tribus, ut in l. 6. *in Ordinam. Tauri.*

(8) *Acordasse.* Satis hic probatur testamento facto per patrem nihil posse prætendere filios naturales contra tale testamentum patris, licèt enim admittantur secundum voluntatem, non tamen contra voluntatem patris, ut etiam voluit Glos. ubi notat Bartol. in l. 1. in princ. D. *de bonor. possess. contra tabul.* idem Bartol. in l. *Gallus*, §. *etiam si parente*, D. *de liber. et posth.*

(9) *Herederos.* Habes hic, quòd onus alimentandi filium naturalem, quo pater tenebatur, ut in authent. *ex complexu*, *C. de incest. nupt.* et in l. *si quis à liberis*, §. 1. D. *de liber. agnosc.* l. 2. tit. 19. 4. *Part.* transit in ejus hæredes, etiam extraneos. Concordat dicta l. *si quis à liberis*, §. *item rescriptum*, ubi vide Gloss. Bart. et Alberic. D. *de liber. agnosc.* et adde l. 6. et quæ ibi dixi, in dict. tit. 19. 4. *Part.*

Sed an hæredes mariti tenebuntur alere uxorem inopem? Glossa vult, quod sic, infra annum à morte mariti, in l. *sicut patronus*, D. *de oper. libertor.* quam ad hoc allegat Bartolus in tractatu *de alimentis*, col. fin. et intellige dictum Bartoli juxta dictum illius Glos.

(10) *Menester.* Concordat cum dict. authent. *licèt*, *C. de natural. liber.* ibi: *hujusmodi enim naturalis filios pasci boni viri arbitrio, necesse est*; et ex istis verbis junctis præcedentibus cùm dixit, *non se acordasse de tal fijo non dexandole ninguna cosa de lo suyo, estonce, etc.* argui potuit, quòd si pater relinquat filio naturali unciam, quæ erat duodecima pars hæreditatis, vel quinta per dict. l. 10. *Tauri*, licèt talis pars sic relicta, et si vendatur, neque ejus pretium non sufficiat ad alimenta, quòd non tenebuntur hæredes patris ad alendum talem filium naturalem; et idem si patri naturali decedenti ab intestato succederit in duabus unciis. In contrarium tamen videtur dicendum, quia alimenta sunt debita filio naturali etiam de jure naturæ, l. 1. §. penult. vers. *hinc liberorum*, D. *de just. et jur.* et *Instit. de jur. natur.* in princ. et hinc dicebat Bald. in l. *pactum quod dotali*, col. fin. quæst. fin. *de collat.* quod neque tali juri alimentorum à lege et natura debito potest renuntiari, etiam cum juramento. Neque tale jus naturæ videtur lege mutabile, maximè attenta æquitate canonica, de qua in cap. *cum haberet*, *de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adulter.* neque de mente hujus l. neque etiam dictæ l. 5. est tollere filio naturali tale jus petendi alimenta ab hæredibus patris, in quos transit hoc onus alimentorum, ut in l. *si quis à liberis*, §. *item rescriptum*, D. *de liber. agnosc.* et hic; nam intelligendæ sunt, quod in proprietate bonorum, quæ à patre naturali manserunt, stantibus filiis legitimis filius naturalis etiam occasione alimentorum non sit capax aliquid ultra habendi, etiamsi à patre sibi relinquatur; non verò ex hoc negatur, quin si tale relictum esset insufficiens ad alimenta, quod non possit petere id, quod sibi deficeret ad alimenta, ab hæredibus patris filiis vel extraneis, et similiter si duæ unciæ ab intestato non sufficerent. Idem videtur dicendum, et quòd istæ ll. intelligantur, quando uncia, vel quinta relicta, vel quod pater reliquit, sufficeret ad alimenta, nam si non esset sufficiens, non intendit tollere tale jus alimentorum: hoc etiam vult Roderic. Suar. in commento l. 1. tit. 6. lib. 3. *For. LL.* in vers. *notandum est igitur*, ubi allegat textum cum glossa in §. *discretis*, in authentic. *quib. mod. natural. efficiant. sui*, et ibi Bartolus: et cave, ut intelligas dicta Roderici, quando duæ unciæ non essent sufficientes ad alimenta, ut prædixi, et quod ita intelligi debet Bartolus in §. *discretis.*

(11) *Sofrir.* Nota hoc verbum, et vide l. 2. et quæ ibi dixi, et l. 4. tit. 19. 4. *Partit.*

(12) *Manera.* Concordat cum dict. authent. *licèt*, et cum corpore unde sumitur, et cum dictis Azon. *C. de natural. liber.* in sum. col. 1. et *C. de legitim. hæred.* in summ. ad fin. ubi posuit hæc verba: et fortè eodem modo succedit naturalis pater filio, sicut etiam naturalis filius patri, ut ita sit eadem vel par ratio pietatis, ut D. *de inoffic. testam.* l. *nam et si parentibus*, licèt Plat. dixerit, patrem in solidum succedere filio naturali, etiamsi filius esset spurius, et vide bonum textum in §. 1. *Institut. de servil. cognat.* et Bart. in l. fin. col. 1. vers. *quæro quid è contra*, D. *de his quib. ut indign.* et in authent. *quib. mod. natural. efficiant. sui*, §. *si quis igitur.*

(13) *Dellos.* In alimentis, ut dict. authent. *licèt.*

LEY IX.

Como non se embarga al fijo natural la su parte que deue auer, por razon de la muger legitima que fue de su padre.

Ley 6, tit. 20, lib. 10 Novis. Recop.

Las leyes antiguas (1) otorgan, que el padre muriendo sin fijos legitimos, puede el fijo natural heredar los bienes, de las doze partes, las dos, non dexando el muger legitima. Ca si la dexasse, embargaria al fijo, de guisa que non podria demandarlas. E porque non podimos fallar ninguna razon (2) derecha, por que se mouieron los que fizieron las leyes, a toller a tal fijo esta su parte, por esta razon de la muger legitima que dexasse su padre; porende tenemos por bien, e mandamos, que la aya, e que non se le embargue por esta razon. E a esto nos mouimos, a mudar (3) de la manera que la auia puesta la ley, por dos razones. La vna, porque este fijo nascio en tiempo en que la muger legitima del padre non rescibio enojo, nin tuerto por razon del. La otra, porque, maguer a el tolliesse esta parte, non la ganaria ella (4), e auerla yen los otros mas propinquos parientes del finado. E demas semejaria estraña cosa, que ella pudiesse fazer daño a otri segund ley, non meresciendo, nin veniendo ende a ella ninguna pro.

LEY X.

Quales fijos non son legitimos, nin naturales, e que non pueden heredar los bienes de sus padres.

Nascido seyendo alguno de fornicacion (1), o de incesto, o de adulterio; este atal non puede ser llamado fijo natural (2), ni deue heredar (3) ninguna cosa de los bienes de su

LEX IX.

Lege antiqua cessante, uxor defuncti non impedit filium naturalem patri in duas uncias succedere, quia ei non fecit præjudicium ante conjugium natus; nec quod auferendum esset naturali, applicandum esset uxori. Hoc dicit.

(1) *Antiguas.* Authent. *licèt*, *C. de natur. liber.* et in corpore unde sumitur.

(2) *Ninguna razon.* Hostien. in summa, *qui filii sint legitim.* vers. *an utrumque genus*, dicit illam fortè esse rationem, favor videlicet et honor matrimonialis, propter quem noluit lex, quod vivente uxore legitima naturales succederent in memoriam matrimonii præteriti, ne mulier illa scandalizaretur, argumento l. 2. D. *rerum amotarum*, et C. eod. l. 2. ibique tradit, quod est in mari triplex genus piscium, murenæ, et locustæ, et purpuræ, quorum piscium unus ab alio vincitur, non è contra; nam murena à locusta vincitur, locusta à purpura, purpura à murena; et subdit, habet ergo conjux potestatem diaboli, quia naturali obest, et sibi nihil prodest.

(3) *A mudar.* Multùm nota istam legem, ut caveas multùm in dicendo quod aliquando ll. Partitarum corrigunt jus commune, nam cùm hoc lex Partitarum voluit, id expressit, ut hic vides.

(4) *Non la ganaria ella.* In contrarium videbatur, quia si aliquid aufertur alicui alterius favore, cedere debet illi pro quo aufertur, l. 2. § *si duo*, et ibi Bart. D. *de collat. bonor.* et in l. 2. §. fin. D. *ad Tertul.* et consuluit Paul. de Cast. consil. 187. in 2. vol. incipit, *notandum est*, quòd si Princeps eximit castrum, quod donat, à jurisdictione civitatis, cui antea subjiciebatur, quòd cum hoc fiat contemplatione donatarii, videtur donatario ipsam applicare, argumento l. *servo legato*, §. *si testator*, D. *de legat.* 1. et ex notatis per Bart. in dict. l. 2. §. fin. Confert ad idem, quod tradit Joan. And. *in addition. ad Specul.* tit. *de success. ab intest.* in rubric. col. 2. vers. *sed quæstionem*, et quæ tradit Socin. consil. 5. 1. volum. incipit, *præsens consultatio*, et consil. 84. eod. volum. et consil. 241. col. 12. volum. 2. et consil. 73. in 4. dubio, volum. 3. incipit, *dubitationem faciebat*, ubi per dicta consilia notanda in proposito videre poteris: potest dici, quod in casu isto lucrum duarum unciarum nunquam per ll. antiquas fuit delatum filio, nisi sub hac conditione, si legitima soboles, vel conjux legitima non superesset, et sic non potest dici, quod auferatur lucrum, eo quod nunquam stante uxore legitima fuit delatum; et ideo per leges antiquas non applicabatur uxori, sed venientibus ab intestato, à quibus auferretur. Præterea ll. antiquæ non movebantur ad hoc statuendum contemplatione uxoris, cui nulla injuria facta fuerat, neque à lege in hoc aliquid pro se habebat, sed quia sic placuit Legislatori deferre tale lucrum, et non aliàs; et sic est diversa ratio quæ in adductis in contrarium, et sic justè motus fuit Legislator Princeps noster, qui hanc legem condidit ad tollendum dispositionem antiquam, ut talis conjux non sit impedimento filiis naturalibus, ex quo ipsa non poterat sibi acquirere, quod naturalibus auferretur.

LEX X.

Nato ex fornicatione, adulterio, vel incestu, non potest inter vivos, vel in morte pater donare, aliàs revocant fratres legitimi, aut patrui, vel avi, nisi Rex confirmet: et si intra duos menses non revocent, vel non sunt qui revocent, sic donatum vel relictum erit Regis. Hoc dicit.

(1) *De fornicacion.* Intellige de ea fornicatione, quæ etiam accedente fornicantium consensu conjugalis esse non potest, nam aliàs inter solutum et solutam filius inde habitus naturalis diceretur, et non spurius, ut suprà eod. l. 8. Et quod de tali fornicatione hæc lex debet intelligi, patet etiam ex l. 1. tit. 15. supra, 4. *Partit.* quæ natum ex adulterio vel incestu appellat fornecinum, et ex l. fin. tit. 14. ead. *Partit.* 4. quæ dicit idem esse dicere spurium, quod fornecinum.

(2) *Fijo natural.* Imo est spurius, vide dict. l. 1. tit. 15. *Part.* 4. et quæ ibi dixi.

(3) *Heredar.* Sunt enim tales filii omnino incapaces respectu patris, et neque ex testamento, neque ab intestato, neque ex contractu inter vivos aliquid à patre capere possunt, ut in §. fin. *quib. mod. natural. efficiant. sui*, et in authent. *ex complexu*, *C. de incest. nupt.* et in authent. *licet*, *C. de natural. liber.* et hic, et l. 4. tit. 3. supra ead. *Part.* nisi sit ad alimenta, ut in l. 9. et 10. in *Ordinam. Tauri*, et in l. 5. tit. 19. 4. *Part.* et in cap. *cùm haberet*, *de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adulter.* et per Bartol. in dict. authent. *ex complexu*, et respectu talium alimentorum erunt capaces etiam ratione proprietatis, stantibus filiis legitimis aliis, usque ad quintam bonorum, ut in dict. ll. *Tauri*, et non stantibus, etiamsi excederet quintam, dummodo talis proprietas æstimata non excedat valorem necessarium ad alimentandum filium spurium, considerata ejus ætate, et qualitate, et dignitate ejus et patris, ut novissimè tradit Roderic. Suarez in repetit. l. 1. tit. 6. lib. 3. *For.* ll. vers. *secundum est*, *utrum legatum alimentorum*: et cùm ex dictis ll. 9. et 10. *Tauri*, permittatur patri filio spurio titulo alimentorum posse legare, vel donare usque ad quintam bonorum, procederet, etsi filius ditissimus sit, ut tradit Aimon. consil. 199.

padre: e si atal fijo como este diesse el padre alguna cosa de lo suyo, los otros fijos legitimos, que fueren de aquel padre mismo, pueden reuocar la donacion (4) e la manda (5). Fueras ende, si el Rey le confirmasse (6) la donacion, o la manda por su preuillejo. E si fijos legitimos non ouiere, puedenla reuocar los hermanos (7) del padre deste fijo atal, o su auuelo, o su auuela. E si tales parientes non ouiessen que la reuocassen, o si los ouiere, fuessen tan negligentes, que non quisiessen demandar fasta dos mes (8) lo que fuesse dado a tal fijo como este, estonce deue ser del Rey.

(4) *La donacion.* Non potest ergo donari filio spurio per patrem, ut hic vides, et dixi suprà in gloss. proxim. Quid autem si pater donet filio decem, et rogavit eum, ut ea restitueret; an valebit fideicommissum? Bald. in l. *ab eo, C. de fideicommis.* dicit, quòd sic, quia licèt non capiat, neque obligetur, tamen tanquam executor restituere potest, allegat l. *si quis quos*, D. *de legat.* 2. Bart. tamen in l. *cam quam*, *C.* eod. col. penult. vers. *quæro*, 4. vult contrarium, videlicet, quòd ille qui est incapax in totum, cùm habeatur pro non scripto, non teneat fideicommissum ex persona ejus, per notata in l. *codicillis*, in princip. D. *de legat.* 2. sive sit fideicommissum universale, sive particulare, et contra Baldum tenet Alexander in l. *cogi*, §. *hi qui solidum*, D. *ad Trebell.* col. penult. et Jason. in dict. l. *cam quam*, col. fin. quos videas. Quid autem ex titulo venditionis, ut quia inter se vendere velint? Specul. tit. *de succes. ab intest.* col. fin. dicit quòd neque titulo venditionis, si ponas hoc fieri ex prohibito affectu; sed si tanquam inter prorsus extraneos, fortè secundum eum tenebit venditio, argumento D. *de donation. inter vir. et uxor.* l. *si sponsus*, §. *circa*, et D. *de contrah. empt.* l. *si quis donationis.* Sed contra istud dictum facit l. 1. *C. de natural. liber.* quæ locuta fuit de titulo emptionis, ut neque hac via filii spurii, de quibus ibi, essent capaces: cui adde l. 2. tit. 3. lib. 5. *Ordinam.* et l. 22. tit. 9. lib. 1. *Ordinam. Regal.* et fortè in dubio præsumendum esset, emptionem factam ex prohibito affectu, per illam l. et per dictas ll. regni. Si verò constaret rem gestam, ut inter extraneos, fortè procederet dictum Speculatoris, præsertim attentis verbis hujus legis Partitarum, qui nihil dicit de emptione, sed de donatione; et facit etiam quod Albericus dicit in dict. l. 1. cùm dicit: notà, contractum initum per patrem cum filiis naturalibus, vel uxore non legitima, præsumi fictitium et in fraudem factum, et ideò retractatur pro hoc, D. *de probation.* l. *qui testamentum*, in fin. et ibi vide Glossam, et Salicet. in dict. l. 1. ubi et Baldus. Segura tamen in repetit. l. 3. §. fin. D. *de liber. et posthum.* fol. 10. col. 1. per illas ll. Ordinamenti, vult, quòd neque titulo vero emptionis: sed fortè limitandum est, ut dixi. Quid autem si filius spurius emat ab eo, cui pater vendidit, vide Bart. in l. *si is qui*, in fin. D. *de vulg. et pupill.* ubi vult, quòd adhuc alienatio præsumatur facta in fraudem.

(5) *La demanda.* Ab alio tamen, quàm à patre, etiam ab avo, potest spurio donari, vel relinqui, Glos. et Doctores in dict. l. 1. *C. de natural. liber.* et dixi in l. 4. tit. 3. suprà eod. *Part.* intellige tamen quod dixi, quando relinquitur ab avo non habente legitimam sobolem, nàm si haberet, non potest relinquere nepoti spurio, nisi esset intra quintam bonorum per ll. hujus regni. Idem neque posset avus habens legitimam sobolem ultra dictam quintam relinquere nepoti etiam legitimo et naturali ex filio spurio, ut tenet Glos. in l. fin. *C. de natural. liber.* per textum ibi, et tradit Jason. in l. *hæreditas*, penult. col. *C. de his quib. ut indig.* et tradit Didacus à Covar. *in suo epitome matrimoniali*, part. 2. cap. 8. vers. 2. *conclusio.* An autem possit à patre relinqui spurio, cùm capere possit? Vide Bald. in l. *cam quam*, col. 11. *C. de fideicommiss.* vers. *et ex hoc infertur*, ubi dicit, quòd non valet relictum: et illud dictum Baldi dicit pulchrum, et singulare Paulus de Cast. quem vide in l. 1. D. *de regul. Catoniana*; contrarium tamen tenet Alexander, et videtur communis opinio, in l. *Gallus*, §. *instituens*, col. 1. D. *de liber. et posthum.* Decius consil. 176. col. antepenult.

An autem possit capere spurius quod relinquitur causà conditionis implendæ? Bald. in dict. l. *cam quam*, circa fin. vers. *sed juxta prædicta*, dicit, quòd non, allegans glossam notabilem id tenentem in l. *quod conditionis*, D. *de donat. caus. mort.* quæ est glossa singularis, et idem tenet Bald. in §. *naturales*, col. 1. vers. *extra notata*, *si de feud. fuer. controvers. inter. domin. et agnat.* Vide etiam per Bald. in dict. l. *cam quam*, in fin. et ibi addita, utrum spurius possit succedere patri, qui non est solvendo. Adde etiam, quòd benè poterit substitui vulgariter filio spurio, vide per Bald. in l. *humanitas*, col. 10. *C. de impuber. et aliis substit.* ipse tamen spurius non poterit substitui vulgariter, neque per fideicommissum à patre, ut post alios tradit latè Guilliel. Benedict. in repetit. cap. *Raynutius*, *de testam.* in verbo *et uxorem*, num. 690.

(6) *Confirmasse.* Cum clausula, *non obstante*, ut tradit Glos. in dict. l. 1. *C. de natural. liber.* et tradit Azon. *C.* eod. in summa, col. 2. vers. *quid si Imperator*: vide per Salic. l. fin. *C. de divers. rescript.*

(7) *Los hermanos.* Concordat cum dict. l. 1. *C. de natural. liber.* et nota benè, quia hæc lex approbat opinionem Azonis ibi in summa, qui intellexit illam legem etiam in spuriis natis ex aliis personis non in dignitate positis. Et adverte, quia per istam legem videtur reprobari quædam, quæ erat magis communis opinio, videlicèt quòd relictum spurio palam, remanere debeat penes hæredem scriptum, vel apud venientes ab intestato; non autem primo vadat ad personas nominatas in dicta l. 1. et hic; quam opinionem tenet Bart. in l. *hæreditas*, *C. de his*; *quib. ut indig.* ubi etiam Bald. Angel. et Salicet. et Alexand. dicens istam opinionem magis communem: et idem tenet Bart. in dict. l. 1. ubi et Salicetus dicit, quòd istæ personæ ibi et hic nominatæ, non admittuntur priusquàm hæredes, sed venient istæ personæ inter se ordine succesivo, eo ordine quo hæreditas defertur ab intestato, tamen post hæredem scriptum. Et ut hic vides hæc lex sequens opinionem Azonis, vult, quod primo loco statim defertur personis hic scriptis; quam opinionem etiam voluit tenere Gloss. in dict. l. *hæreditas*, et inter eas defertur ordine successivo, ut dixit Salicetus. Quod tu tene menti contra dictam magis communem opinionem, quam etiam tenuit Bartolus, ubi plenè tractat, in l. fin. columm. 2. D. *de his, quibus ut indig.* vers. *quæro et revocò in dubium*, et sic quòd ex istis ll. Partitarum fiat distinctio inter omninò incapaces, qui non dicuntur indigni, et tunc procedat opinio Bartoli, et quod habetur in l. 1. *C. de hæred. instituend.* et in l. fin. tit. 7. ead. *Part.* et inter incapaces, ob indignitatem etiam sine culpa sui, quia alieno vitio laborant, ut isti spurii, et tunc procedat opinio Azonis, et Glossæ in dict. l. *hæreditas*, quæ approbatur hic. Tu verò cogita, si quo modo possit defendi communis opinio ab ista lege Partitarum; ut videlicèt intelligatur non existente hærede scripto, cùm hæc lex non appeiat hæredem fore scriptum, et esset magna restrictio ad istam legem.

(8) *Fasta dos meses.* Concordat cùm dict. l. 1. *C. de natural. liber.* et facit, quòd si possessor majoriæ committat tale delictum, propter quod transeat in sequentem vocatum, quod si ille sit negligens in petendo intra duos menses, quod possit petere fiscus; et adde, quod Baldus notabiliter dicit in §. fin. in fin. *per quos fiat investit.* Cogita tamen, an cursus duorum mensium tantùm sufficiat, et vide quæ dixi suprà in l. 10. 4. *Part.* in gloss. magna, vers. *item pone*, tit. 26.

LEY XI.

Quales fijos, de aquellos que non son legitimos, pueden heredar a sus madres.

Las madres siempre son ciertas (1) de los fijos que nascen dellas; por esta razon (2) todo fijo deue heredar en los bienes de su madre (3) en vno con los otros fijos legitimos (4) que nascen della, quier sea legitimo, o non. Fueras ende, si fuesse tal fijo como el que llaman en latin incestuoso, que quiere tanto dezir, como el que es engendrado de ome, e de muger, que sean parientes fasta el quarto grado: o fuesse otro que llaman en latin, natus ex damnato coitu (5), que quiere tanto

LEX XI.

Mater semper est certa, ideo ad ejus successionem spurii cum legitimis admittuntur, nisi sint incestuosi ex consanguineis infra quartum gradum geniti, aut ex damnato coitu, id est, ex Religiosa; vel mulier sit nobilis generis, cui non succedit vulgo quæsitus cum legitimis. Hoc dicit.

(1) *Siempre son ciertas.* Adde l. *quia semper*, D. *de in jus vocand.* et dicit Philosophus 1. *de generatione animalium*, quod fœmina in generatione dat corpus, id est, ministrat materiam corporis informem, formatur autem per virtutem formativam, quæ est in semine patris: et laboriosior est generatio matrum, quàm patrum, et magis sciunt, qui sunt ipsarum filii, quàm patres, ex quo secundum Philosophum 9. *ethicor.* magis sunt amantes filiorum, quàm patres. Item quia mater plus laborat in generatione et educatione, quàm pater, unde dicitur Ecclesiastici cap. 7. v. 29. *gemitum matris tuæ ne obliviscaris.*

(2) *Por esta razon.* Adde §. *novissimè*, *Institut. ad Orfician.*

(3) *Los bienes de su madre.* Idem dic in bonis aviæ maternæ, vel alterius ascendentis per maternam lineam, perinde ac si nati essent de legitimo matrimonio, ut in dict. §. *novissimè*, et l. *si spurius*, et l. *hac parte*, D. *unde cognat.* et l. *Modestinus*, et in l. 9. *in Ordinam. Tauri*, ibi: *por su orden, y grado*: et tradit Mathesillanus in suo tract. *de succession. ab intestat.* fol. 1. col. 4. Angel. Aretin. in dict. §. *novissimè.* Et idem dic è contra in matre, et avia, et aliis ascendentibus naturalibus, ut similiter succedant suis descendentibus naturalibus: ut in dict. l. *si spurius*, et in §. fin. *Institut. ad Tertull.* et in §. *vulgò*, *Institut. de successión. cognat.* tradit Mathesillanus in suo dict. tractat. fol. 6. column. 3. vers. *aut sunt parentes.* Angel. Aretin. in §. *præferuntur*, *institut. ad Tertull.* et probatur in l. 6. *in Ordinam. Tauri*, nam in hoc, perindè est, ac si nati essent ex legitimo matrimonio, et poterit tàm mater, quàm avia, vel alii ascendentes per lineam maternam, quærellare contra testamentum talis descendentis, l. *si suspecta*, §. *de inofficioso*, D. *de inoffic. testament.* quæ lex licèt loquatur in matre, idem dicendum in aliis ascendentibus, quæ in ejus locum subintrant, ut in §. *cum filius*, *Institut. de hæredit. quæ ab intest. defer.* et tradit Socinus, et ibi in subscriptione etiam Bald. de Bartholinis consil. 148. 1. volum. incipit, *Memini, jam sunt duo menses*, et probatur in dict. l. 6. *in Ordinam. Tauri*, et in l. *nam etsi parentibus*, D. *de inoffic. testam.* et eamdem legitimam debent habere in bonis talium descendentium, ac si tales descendentes essent de legitimo matrimonio, ut probatur in dict. l. 6. et 9. *in Ordinam. Tauri*, et juxta notata per Gloss. et ibi Salic. et Doctor. in authent. *novissima*, *C. de inoffic. testam.* Et pro indubitato tradit Socin. in dict. consil. quòd in talibus naturalibus, seu spuriis respectu successionis maternæ legitima sit triens, juxta dictam authent. *novissima*, quæ auxit antiquam legitimam, quæ erat quarta, ut in l. *Papinianus*, §. *quarta*, D. *de inoffic. testam.* l. *cùm quæritur*, *C.* eod. et hodie per ll. hujus regni est etiam aucta in filiis et descendentibus, ut in l. 9. tit. 5. lib. 3. *Foro* ll. et in dict. l. 6. ubi etiam, quòd duæ tertiæ partes ex tribus debentur pro legitima ascendentium: et licèt illa l. 6. dicat: *los ascendientes legitimos*, verificatur etiam in ascendentibus naturalibus per lineam maternam, qui ut dixi, perinde succedunt, ac si essent de legitimo matrimonio, ut etiam probari videtur in dict. l. 9. tit. 5. lib. 3. *For. LL.* cùm dicit, *que ayan derecho de heredar.* Neque obstabit matri, neque aviæ maternæ, quod habeat filios legitimos et naturales, ut ex hoc repellatur à successione filii vel nepotis naturalis, cùm nullo jure caveatur, quòd tales filii sui obstent, et quia id in simili quæstione videtur decidere Mathesillanum in dict. suo tract. *de succes. ab intestat.* 6. fol. col. 3. vers. *aut sunt parentes*, cùm dicit, quod etiam illustris mater succedit filio naturali, licèt habeat filios legitimos et naturales; et tamen talis filius naturalis non posset succedere tali matri illustri, habenti filios legitimos et naturales, ut in l. *si qua illustris*, *C. ad Orfician.* et hic; et idem post Mathesillanum tenet Angel. Aretin. in dict. §. *præferuntur*, column. penult. Neque huic dicto obstavit, quod idem Mathesillanus notat in dict. tractat. fol. 7. col. 1. vers. *et ex hoc infertur mirabiliter*, ubi voluit, quod quemadmodum filius naturalis non succedit patri in duabus unciis ab intestato, quando pater habet legitimam sobolem, ut in authent. *licèt*, *C. de natural. liber*, sic neque talis pater naturalis habens talem sobolem, non succedet filio naturali, per textum in cap. *in quibus*, in authent. *quib. mod. natur. efficiant. sui*, disponentem eodem modo et vice patrem naturalem succedere filio naturali, quo et filius naturalis sibi, et idem voluit Angel. Aretin. in dict. §. *præferuntur*, column. fin. post dictum Mathesillani, et Joann. Bapt. Catialup. in repetit. dict. l. *si qua illustris*, num. 42. quia illud dictum non credo esse verum, neque fundatur jure, quia dictus §. *in quibus*, intelligitur, ut ea vice et modo succedat pater naturalis filio, sicut et ipse filius naturalis sibi, quasi velit dicere, quod cùm filius caruerit legitima sobole, succedat ei pater, sicut et filius succedit sibi carenti tali sobole; non vero prout intelligit Mathesillanus; quia est intellectus extraneus, et absurdus, et ita Ludovic. Bologniu. licèt non sit declarans, impugnat ibi dictum mathesil. *in addition.* et quia dato, quod dictum Mathesillani esset verum, procederet in successione patris naturalis, ad quam se restringit dictum cap. *in quibus*, et l. Partitarum suprà eod. l. 8. in fin. non verò in matre, vel ascendentibus per lineam maternam, prout et voluit dictus Mathesillanus in successione matris illustris, ut prædixi.

(4) *Con los otros fijos legitimos.* Concordat cum l. *si qua illustris*, in fin. *C. ad Orfician.* et §. *novissimè*, et ibi Glossa, *Institut.* eod. hoc tamen hodie corrigitur per l. 9. *in Ordinam. Tauri*, disponentem, quòd stantibus legitimis, spurius non succedat matri.

(5) *Natus ex damnato coitu.* Intellige ex quo mater debet in foro exteriori puniri, ut declarat Bart. in l. fin. col. 1. in vers. *quæro an succedat*, D. *de his quib. ut indign.* et idem vult Ang. de Aretin. in §. *novissime*, *Institut. de succesśion.* col. fin. vers. *unum enim restat*: hoc etiam expressè disponitur in l. 9. *in Ordin. Tauri* ibi: *de dañado y punible ayuntamiento*, *de parte de la madre*, et Doctores loquentes secundum jus commune exemplificant in coitu cum consanguinea, vel affini, vel cum conjugata, vel moniali, vel in coitu inter dominam et servum, ut tradit Bart. ubi suprà, et Joan. Baptist. de S. Severin. in l. *si qua illustris*, *C. ad Orfician.* fol. 2. column. 1. Angel. in dict. §. *novissimè*, *Institut. ad Orfician.* Idemque dicendum in nato ex virgine stupro vitiata, cùm etiam talis coitus punibilis sit etiam ex parte matris, ut probatur in l. *si uxor*, §. *si quis planè*, et in §. fin. *D. ad leg. Jul. de adult.* et in l. *fœdissimam*, secundum primum intellectum Glossæ, *C. ad leg. Jul. de adulter.* et tenet Gloss. in l. *si mulier*, *C.* eod. quæ tractat, an pœna stupri respectu mulieris hodie sit immutata, sicut reperitur immutata in adulterio; de

quo etiam per Gloss. et Bart. in l. *si adulterium cum incestu*, D. *de adulter.* et per Salic. in l. *cum qui duas*, et in dict. l. *si mulier*, ubi distinguit, *C.* eod. et quòd etiam mulier punitur pœna stupri, sicut et vir, tenet Angel. de Aret. in tractat. *maleficiorum*, in parte *che may adulterato*, column. 7. Videmus tamen hodie de consuetudine, virginem non puniri pœna stupri, neque alia, neque in judicium id contra eam deduci, neque leges Partitarum virgini stupratæ talem pœnam imponunt, ut patet ex l. 1. et 2. tit. 19. et ex l. fin. tit. 18. 7. *Partit.* dummodò talis coitus non sit incestuosus, ut in dict. l. fin. ubi tamen virgo per vim, vel coitum impressivum esset stuprata, talis coitus non esset punibilis ex parte matris, et filius ei succederet, ut tradit Bald. in l. *cum quam*, column. 6. vers. *et scias*, *C. de fideicomm.* et in l. *si qua illustris*, *C. ad Orfician.* et probatur in dict. §. *si quis planè*; idemque dicendum esset de coitu cum vidua honesta, l. *inter liberas*, et l. *si uxor*, D. *de adulter.* §. 2. *Institut. de public. judic.* Cum vidua verò honesta, etsi infimæ sortis sit, vel cum virgine, paupere, vel infimæ sortis, stuprum est punibile, ut patet in dictis ll. et in dicta l. 2. tit. 19. 7. *Partit.* et tradit Bertrandus consil. 158. volum. 3. Hodie verò per l. 9. *Tauri*, solus ille coitus dicitur damnatus et punibilis ex parte matris, eo respectu ut filius ab ejus successione excludatur, ex quo mater esset punienda pœna mortis naturalis, seu ex quo mater incurrat in pœnam mortis naturalis, quod exemplifica in casu l. 1. *C. de mulierib. quæ servo. prop. se immisc.* vel quando ex tali coitu mater commiteret crimen incestus, ut in l. fin. tit. 18. 7. *Partit.* ibi cùm dicit: *esta mesma pena deue auer la muger, que a sabiendas fiziere este pecado*: et sic vult, quod patiatur eamdem pœnam, quam vir tali casu pateretur, quæ est pœna mortis; pro quo facit textus notabilis cum glossa in cap. *relegentes*, 23. quæst. 5. et licèt pœna in adulterio sit innovata in muliere, non tamen hoc reperitur in incestu, ut in simili dixi suprà ead. gloss. et notat Glossa, et Bart. in dict. l. *si adulterium cum incestu*, in princip. Quod saltèm indubiè procederet in coitu nefario, et incestuoso inter ascendentes, et descendentes, Levitici cap. 18. v. 22. seu quando adulterium et incestus concurrerent, tunc sine dubio est pœna mortis, ut in dict. l. *adulterium cum incestu*, in princip. et ibi notat Bartol. et Angel. Aretin. in suo tractat. *maleficior.* in parte *che may adulterato*, col. 5. in fin.

Quid autem si mulier uxorata ex coitu adulterino suscipiat filium, an talis filius adulterinus succedat matri? Et de jure communi nullum est dubium, cum talis coitus, ut dixi, sit damnatus et punibilis ex parte matris; dubium faciebat lex ista Partitarum, quæ cùm dixi, *natus ex damnato coitu*, subdit, *que quiere dezir tanto, como el que nasce de muger religiosa*: item in l. 4. tit. 3. ead. *Partit.* dicit: *nin puede establescer por heredero a ninguna persona, que fue nascida de dañado coitu, que quiere tanto dezir, como de vedado ayuntamiento, assi como de pariente, o de muger religiosa*, et non dicit de conjugata; sed nihilominùs dicendum est isto jure Partitarum talem filium adulterinum non succedere matri, cum dictæ ll. loquantur gratia exempli, et non excludant alios similes casus, prout etiam in istis terminis allegans istam legem tenuit Rodericus Suarez in repetit. l. 1. tit. 6. libro 3. *For.* ll. fol. fin. ad fin.

Majus tamen dubium in hoc surgit ex dispositione dictæ l. 9. *in Ordin. Tauri*, et ex l. Fori permittente, ut mulier adultera occidatur à viro, ut patet in l. 1. tit. *de los adulterios*, lib. 4. *For.* ll. nam ex hoc videtur dicendum ex tali coitu mulierem incurrisse pœnam mortis; et in hanc sententiam inclinant aliqui ex interpretibus illius l. 9.

In contrarium tamen fortiter facit, quia illa l. Fori non jubet, sed permittit, et non damnat ad mortem, sed permittit, et sic non potest dici, quòd mater per legem incurrat pœnam mortis, ut in his terminis vult Bald. in l. *data opera*, column. penult. *C. qui accus. non poss.* et in cap. *ex litteris*, ad fin. *de constitut.* et est glossa notabilis, quæ communiter approbatur in l. *accusationis*, *C. quod met. caus.* et in isto casu maritus non est minister legis, sed ultor propriæ injuriæ, ut declarant ibi Salicet. et Paul. de Cast. quos videas. Pro prima parte tamen multum facit, quòd sufficit, quòd aptitudine possit sequi pœna mortis, ut dicatur quis incurrisse in pœnam mortis, argumento l. *sufficit*, D. *de condition. indebit.* sic etiam Doctores dicunt, quòd quando ex crimine non imponitur præcisè pœna capitalis, sed alternativè, quòd adhùc censetur crimen capitale, argumento l. *cum illud*, D. *quando dies legat. ced.* et tenent Bart. et alii in l. 2. D. *de public. judic.* ubi et Joan. de Imol. col. 2. vers. 3. *tangit.* Bartolus dicit, quod satis esse debet ad judicandum crimen capitale, quòd inspecta ordinata dispositione, facta super ipso crimine, possibile est pœnam capitalem imponi posse. Sed potest responderi, quòd ista dicta Doctorum in dict. l. 2. procedunt, quia in casibus, quibus loquuntur, pœna capitalis, sive alternativè, sibi conditionaliter imponitur à lege; in isto verò casu, quo hic loquimur, lex non imponit pœnam mortis, sed permittit, et non omnibus de populo, sed tantùm marito, et sic in ultionem propriæ injuriæ, et non ut ministro legis. Cogita, quia est passus pulcher, et hactenùs non consideratus per aliquem ex Doctoribus Hispanis, quos ego viderim.

Qui autem de filiis clerici constituti in sacris, vel de filio monachi, vel monachæ professæ? Vide, quod habetur in dict. l. 9. ad fin. et quæ dixi in l. 3. tit. 21. 4. *Partit.*

An autem hæc prohibitio, quod filius ex damnato coitu non succedat matri, extendatur ad filios ulteriores ultra primum gradum? Videbatur, quod sic, tanquam natos ex radice infecta, et quia non videtur, quod esse possint melioris conditionis, per textum cum ibi notatis, in l. fin. *C. de natural. liber.* et per textum in l. *liberorum*, D. *de verbor. signific.* textus, et ibi colligit Abb. in cap. *causam*, el 1. *qui filii sint legitim.* cap. *lator*, et ibi Anton. eod. tit. et declarat Bald. in l. fin. *C. de verbor. signific.* l. *si viva matre*, *C. de bon. mater.* Contrarium tamen voluit Socinus consil. 148. column. fin. 1. volum. incipit, *memini jam sunt duo menses*, movetur, quia de jure antiquo omnis spurius succedebat matri, l. *si spurius*, et l. *hac parte*, D. *unde cognat.* et cùm hodie per legem novam, scilicèt per textum in authentic. *quib. mod. natural. efficiant. sui*, in §. fin. hoc reperiatur prohibitum in filiis primi gradus, prohibitio legis correctivæ non debet extendi ad ulteriores gradus, l. *sancimus*, *C. de testam.* l. *præcipimus*, *C. de appellat.* et ita dicit colligi ex dictis Cyni in dict. l. fin. *C. de natur. liber.* et quod ita in specie decidit elegans Doctor Joan. de Monte Sperello in l. *si qua illustris*, *C. ad Orfician.* et ibi Socinus respondet ad allegata in contrarium, quod illa procedant in patre et paterna linea, in qua non habemus jura antiqua permissiva successionis spuriorum et descendentium, sed tantummodò prohibitionem spuriorum, unde prohibita radice descendentes non remanent sub aliqua regula permissiva: et pro his dictis Socini facit etiam quod tradit Nicol. de Ubald. in tract. *de successión. ab intest.* 3. part. column. 3. vers. 2. casu, dum concludit, quòd licèt videretur dicendum, quòd ex quo pater illustris excluditur à successione filii spurii, ut in dict. l. *si qua illustris*, et similiter videbatur dicendum, quòd transversales etiam ex linea materna excludantur, cùm infecta radice ramunculi non possunt pullulare. Tamen contrarium videtur dicendum, quoniam ll. Digestorum simpliciter invitabant matrem et omnes conjunctos ex linea materna, non distinguendo esset mater illustris, vel non: lex autem Codicis correxit tantùm quoad filios et matrem, quando superessent legitimi, nihil dicendo de aliis conjunctis; remanebit ergò jus commune intactum respectu talium conjunctorum, ut in dict. l. *præcipimus*, *C. de appellat.* et cap. *cum expediat*, *de elect.* lib. 6. et facit textus in authentic. *de nupt.* cap. *optimè.* Facit ad hæc, quæ notat Bald. in l. penult. *C. de legitim. hæred.* ad fin. ubi dicit, quòd si statutum dictat, quòd soror non succedat fratri, per hoc non videtur dictare, quòd è contra frater non succedat sorori, quia dato uno inconvenienti, non debet dari majus, secundum eum; et motus ex hoc dicto Baldi assèrit Michael de Cifuent. in dict. l. 9. quòd consanguinei clericorum legitimi, et naturales succedent filiis clericorum, et tamen tales filii non possent succedere cognatis ex parte patris; ex quo similiter et tu posses dicere, quòd cùm dicta l. Tauri solùm repellat filium clerici à successione matris, extendens ad hoc et amplians l. *de Soria*, non excludentur nepotes et alii ulteriores descendentes, qui pro se

dezir, como el que nasce de muger Religiosa (6), que es ayuntamiento dañado por sentencia de ley. Esso mesmo seria, si tal muger como esta fuesse dueña de noble linage (7), o de honrrado lugar. Ca si esta atal ouiesse fijo, de aquellos que son llamados espurios, non deue heredar de los bienes della el espurio con el legitimo (8). E espurio es llamado (9) el que nascio de muger puta, que se da a muchos.

LEY XII.

En que manera pueden heredar entre si los hermanos que son dichos naturales.

Fijo natural (1), que non es nascido de legitimo matrimonio, si muriere sin testamento, non auiendo fijos, nin nietos, nin madre, estonce sus hermanos que le pertenes-

habent antiquas leges permissivas: et licèt fortè quis dicat, quòd talis filius clerici non possit succedere cognatis etiam ex parte matris, per dictam legem, et l. *de Soria*, fratres tamen et sorores legitimi, et naturales talis clerici, benè possunt sibi succedere; quæ tamen dicta tàm Socini, quàm Michaelis non carent scrupulo, propter ea quæ habentur in dict. l. fin. et quia fratres, cæterique cognati, intestatis fratribus, vel cognatis illegitimis, eo modo succedunt, quo ipsi illegitimi eisdem fratribus, vel cognatis et agnatis intestato decedentibus succederent, nam hæc successio reciproca est, ut in authent. *quib. mod. natural. efficiant. sui*, in cap. *filium*, Angel. de Aret. in tractat. *de testam.* super verbo *nolens intestatus decedere*, column. 9. et Nicol. de Ubal. in dict. tractat. *de success. ab intest.* 3. part. column. 3. et 4. Dicas ergò, quòd dicta L. Tauri tantùm ampliat dispositionem l. *de Soria* respectu successionis matris, à qua filium clerici vult excludi, non verò excludit filium clerici à successione cæterorum consanguineorum ex parte matris; et cùm si lex correctoria, ut dixi in dict. l. 4. tit. 21. 4. *Partit.* debet intelligi, et limitari tantùm in casu in quo loquitur. Et sic succedet filius clerici consanguineis ex parte matris, et versa vice succedent ei tales consanguinei; pro quo satis benè confert quod tradit Nicol. de Hubald. ubi suprà, dum concludit, quòd transversales per lineam maternam, adulterini, vel incestuosi filii, seu nati ex alio damnato coitu, cùm habeant inter se jus cognationis et proximitatis, licet non jus agnationis, succedent talibus cognatis spuriis, neque reperitur jure cautum, quòd tales excludantur: et cùm mater solùm excludatur propter suum delictum à successione filii spurii, et propter idem delictum filius à successione matris, ut probatur in dict. cap. *filium*, ibi, sed sit supplicium hoc parentum, ut agnoscant, quia neque quicquam peccatricis concupiscentiæ eorum habebant filii; non est ergò conveniens, quòd frater, vel alius transversalis, qui sine aliqua culpa fuit, excludatur à successione dicti spurii, vel ipse filius à successione transversalis sui, per regulam, *non debet quis sine culpa*, *de regul. jur.* et hanc partem asserit tenuisse Joan. Petrucci præceptorem suum, in l. fin. D. *de in jus vocand.* et etiam voluisse Dinum: dictum tamen Michaelis cùm loquitur de consanguineis clerici, non potest stare per supradicta, cùm lex *de Soria* repellat ab eorum successione filium clerici, et versa vice ipsi videntur ab ejus successione exclusi.

(6) *Religiosa.* Ut in l. *si quis non dicam rapere*, *C. de Episcop. et cleric.* et hic adde Gloss. in cap. *virginibus*, 27. quæst. 1. quòd accedens ad monialem committit tria crimina, incestum, scilicèt, et adulterium et sacrilegium, et bona talis applicantur monasterio, ut in cap. *si quis rapuerit*, ead. causa, et quæst. et de pœna etiam ipsius monialis, vide in cap. *si qua monacharum*. ead. caus. et quæst.

(7) *De noble linaje.* De illustri dicit, ut in l. *si qua illustris*, *C. ad Orfician.* de qua ista sumpta est.

(8) *Con el legitimo.* Hoc est hodie regulare, etiamsi mater non sit illustris, ut in dict. l. 9. *in Ordinam. Tauri*; succedet ergo matri, non obstante filio, vel filiis legitimis, ut hic, et in dict. l. 9.

(9) *Espurio es llamado.* Nota hic, quòd dicitur spurius ille, cujus pater ignoratur: similiter et dic, quòd dicitur spurius, qui ex damnato coitu nascitur, ut tradit Salicetus post Gloss. in dict. l. *si qua illustris*, et adde ad id quod dicit ista lex, §. *si adversus*, *Instit. de nupt.* et sic dicitur spurius quasi sparsim conceptus. Vide quæ in hoc tradit Didacus à Covarruv. *in suo epitome matrim.* 2. part. cap. 8. §. 5. in princ.

LEX FINALIS.

Filio naturali ab intestato decedenti sine liberis et matre, succedunt fratres ex parte matris, exclusis fratribus ex parte patris tantùm; non extantibus tamen fratribus uterinis, seu ex parte matris, succedunt fratres consanguinei seu ex parte patris tantum, quibus tamen præfertur, qui eorum fuerit legitimus et naturalis. Item filii naturales non habent jus succedendi ab intestato legitimis, neque consanguineis ex parte patris tantum, licèt aliis cognatis ex parte matris sic. Hoc dicit.

(1) *Fijo natural.* Propriè de filio naturali loqui videtur, de quo in l. 8. suprà eod. Quid autem si sit natus ex damnato coitu, an succedant ei fratres uterini, scilicèt ex parte matris procreati, vel alii transversales ex parte matris est maxima contentio inter Doctores, nam Mathesillanus in suo tractat. *de success. ab intest.* fol. 13. col. 2. cum sequent. dicit, quòd sive uterque prædictorum fratrum, scilicèt defunctus et succedere volens, aut alter tantùm natus sit de damnato coitu; nullo modo invicem succedere possunt, quia non sunt nominandi fratres, vel consanguinei, vel consobrini: allegat authent. *quib. mod. natur. efficiant. sui*, cap. fin. et dicit esse de mente Dini in suo tractat. *de succes. ab intest.* column. 1. et quia sublato fundamento corruit ædificium, cap. *cum Paulus*, 1. quæst. 1. cui in hoc ibi assentit Bologninus, et subdit Mathesillanus inferens, quòd sicut natus ex damnato coitu Bertæ non potest succedere filio legitimo et naturali dictæ Bertæ, qui sibi est frater uterinus, ita è contra ille legitimus non poterit succedere huic: et cum dictis Mathesillani transit etiam Angel. de Aretin. in §. *vulgo quæsitos*, *Instit. de succes. cognat.* hoc etiam tenet Alexand. plenè tractans, 5. volum. *consilior.* consil. 174. incipit: *super eo*, *de quo quæritur*, et aliqui alii relati à Math. de Afflict. decis. 96. quibus etiam ipse adhæret: tenuit etiam Joan. de Ana. consil. 95. Abb. consil. 50. in 2. volum. Decius consil. 311. col. 1. Aimon. consil. 38. col. 3. Contrariam tamen partem tenuerunt quamplures alii relati in decisione, de qua supra Math. de Afflict. Joan. S. Petrucii de Monte Sperello, in l. *si qua illustris*, *C. ad Orficiam.* cujus fundamentum videbis in dict. decis. et plerique alii, et Nicol. de Ubald. in suo tractat. *de succes. ab intestat.* ut et dixi suprà l. proxima: tenet etiam Philipp. Corneus in dict. l. *si qua illustris*, et consil. 21. 1. volum. et cons. 234. column. pen. 4. volum. Curtius Junior. consil. 123. et secundum istam opinionem dicit fuisse judicatum in Consilio Neapolitano dictus Matthæus: et Doctores in hoc sunt ita varii, quòd non facilè perpendes, quæ sit communis opinio. Lex ista Partitarum pro nulla ex istis partibus adstringit, cùm loquatur de filio naturali, in quo nulla est dubietas inter Doctores: et quòd ista lex non loquatur de filio ex damnato coitu, patet cùm dicit: *non auiendo fijos, nin nietos, nin madre.* Cùm enim præsupponat, quòd mater præfertur fratribus in successione filii, constat, quòd loquitur de naturali filio, et non ex damnato coitu; nam tali filio ex damnato coitu mater non succederet, ut suprà l. proxima. Tu cogita, quæ opinio prædictarum sit verior, quia certè punctus iste indigeret regia declaratione, quia

cen de parte de su madre (2), deuen auer todo lo suyo (3): e si otros hermanos ouiere de parte de su padre tan solamente, non heredaran (4) ende ninguna cosa. E esto es, porque los hermanos que le pertenescen de parte de su madre, son ciertos, e los de parte del padre son en dubda. Mas si este fijo natural que muriesse sin testamento, ouiesse otros hermanos naturales, que le pertenesciessen de su padre tan solamente, e non ouiesse de los otros que fuessen nascidos de su madre como el; estonce, estos atales (5) bien heredarian lo suyo, porque son los mas cercanos parientes. Fueras ende, si el que assi muriesse ouiesse hermano natural e legitimo (6) de parte de su padre. Ca estonce, este ha mayor derecho en la herencia, que los otros naturales que son de parte del padre tan solamente. Otrosi dezimos, que los fijos naturales non han derecho de heredar los bienes de los legitimos (7), nin de los parientes otros (8) que le pertenescen de parte de su padre: mas de los otros parientes que le pertenescen de parte de su madre (9), que muriessen sin testamento, bien los puede heredar, seyendo ellos mas propinquos parientes.

TITULO XIV.

DE COMO DEUE SER ENTREGADA LA TENENCIA, O EL SEÑORIO DE LA HEREDAD DEL FINADO AL HEREDERO, QUIER LA DEMANDE POR RAZON DE TESTAMENTO, O DE PARENTESCO.

Entregada deue ser la heredad con todas sus pertenencias al heredero del defuncto, quier la gane por razon de testamento, o de parentesco. Ca, si de otra guisa lo fiziessen, auria el nome sin la pro. Onde, pues que en los titulos ante deste fablamos de los herederos, e de las naturas dellos, queremos aqui dezir destas entregas. E mostraremos, que quier dezir Entrega. E quantas maneras son de Entregas. E a quien tiene pro. E como deue ser fecha. E por cuyo mandado. E en que tiempo. E por quanto tiempo pierde el heredero su derecho, si lo non demanda.

pro utraque parte fundamenta sunt satis urgentia; et adde, quòd etiam illam partem quòd inter se succedant, licèt sint ex damnato coitu, tenet Ludovic. de Sardis in suo tract. *legitimationum*, cap. *sequitur de successione spuriorum*, versic. 7. *quæritur*, tenet etiam insignis Doctor Andr. de Iser. in §. *naturales*, *si de feud. fuer. controv. inter domin. et agnat.* ad fin.

(2) *De parte de su madre.* Si tamen iste defunctus ex parte matris haberet fratres legitimos et naturales, fortè præferentur aliis naturalibus, argumento l. *si qua illustris*, *C. ad Orfician.* et l. 9. *in Ordin. Tauri*, et infrà ead. l. et tenet etiam Angel. in auth. *quib. mod. natur. efficiant. sui*, in §. fin. vers. *sed restat videre.*

(3) *Todo lo suyo.* Si tamen haberet defunctus patrem, succederet ille in duabus unciis, et fratres uterini in omne reliquum, ut in authentic. *quib. mod. natur. efficiant. sui*, in §. *quibus*, et tenet Mathes. in dict. tract. fol. 14. col. 3. vers. *sed quid si in casu prædicto*: et si superessent defuncto duo fratres uterini, sed unus eorum est utrinque conjunctus, ille præfertur uterino ex matre tantùm conjuncto, ut in authent. *itaque*, *C. communia de succession.* secundum eumdem Mathesillanum ibidem, versic. *tertio quid si supervieveret*, licèt conjunctus ex utraque parte non esset legitimus; quod est notabile ad extensionem dictæ authenticæ secundum Bologninum ibi; et cum istis dictis Mathesillani transit Aug. de Aretin. §. *vulgò*, *Instit. de successione cognatorum*, column. fin.

(4) *Non heredaran.* Concordat cum authent. *quib. mod. natur. efficiant. sui*, cap. *filium*, et l. *si spurius*, D. *unde cognat.*

(5) *Estos atales.* Nota hoc, quia reprobat opinionem Gloss. in l. *hac parte*, D. *unde cognati*, quam dicit singularem Abb. consil. 50. column. 1. 2. vol. et Florian. in l. *qui testamentum*, D. *de probation.* cum qua transit etiam Bartolus in authent. *quib. mod. natur. efficiant. sui*, in §. *si quis igitur*, quæ glossa voluit, quod filii naturales nati ex eodem patre et duabus concubinis, sibi invicem non succedant, licèt nascantur ex talibus concubinis diverso tempore retentis, prout etiam voluit Specul. et ibi Joann. And. in addit. in tit. *succes. ab intestat.* vers. *quid de natis ex uno patre*, ubi Joan. Andr. *in addition.* refert aliquos tenuisse contrarium, quorum opinio approbatur hic in ista lege Partitarum, quam tene menti; et istam etiam opinionem tenet Alberic. in l. *humanitatis*, *C. de natur. liber.* referens Speculatorem, ubi suprà, ita tenere; sed si bene inspicias, contrarium, ut dixi, videtur tenere Speculatorem.

(6) *Natural e legitimo.* Facit ad id, quod dixi suprà in gloss. in verbo *de parte de su madre*, et nota hoc, et adde Aug. in authent. *quib. mod. natural. efficiant. sui*, in §. fin. vers. *sed restat*, dicèntem, quod ubicumque de successione fraterna tractatur, ille frater præfertur, qui pluribus nexibus erit conjunctus, scilicèt nexu naturæ et nexu juris, quod notat ad auth. *itaque*, *C. communia, de succession.*

(7) *Los bienes de los legitimos.* Concordat cum authent. *quib. mod. natural. efficiant. sui*, in cap. *filium*, ubi hoc in fortioribus terminis disponitur, etiamsi filius sit legitimatus: adde etiam l. *spurius*, D. *unde cognat.* et limita, ut *Institut. de serv. cognat.* in 1. responso. Quid tamen si tali fratri legitimo et naturali ex parte patris non superessent alii fratres legitimi et naturales ex parte patris, vel uterini ex parte matris; an frater naturalis ex patre tantùm ei succedat? Videtur, quòd sic, perinde sicut et ipse succederet naturali, ut suprà ead. l. cum sit reciproca hæc successio, ut dixi supra eod. l. proxima.

(8) *Parientes otros.* Concordat cum dict. l. *si spurius*, et cum dict. cap. *filium*, in athentic. *quib. mod. natural. efficiant. sui*, et §. *vulgo*, *Instit. de succession. cognat.* et §. *novissimè*, *Institut. ad Orfician.* et collige ex his verbis, quòd filius fratris naturalis non succedet patruo, licèt ejus pater poterat succedere, ut suprà dixit, ibi: *ca estos atales*; et sic erit ille casus specialis et exorbitans, et non extendetur ad filios fratrum respectu successionis patrui, licèt desint fratres uterini; quod nota.

(9) *De parte de su madre.* Ut in dict. l. *si spurius*, et juribus, de quibus suprà. An autem naturalis succedat matri vel cognatis matris in feudo materno? And. de Isern. dicit, quòd non, in dict. §. *naturalis*, per illum textum indistinctè loquentem; quod et tu poteris inferre ad materiam majoriæ, ut neque filius naturalis succedat matri in majoria materna. Cogita tamen, et vide quod habetur in cap. *dicat aliquis*, 32. quæst. 4. et quæ habentur in l. *ex facto*, §. *si quis rogatus*, D. *ad Trebell.*

LEY I.

Que quiere dezir Entrega, e quantas maneras son della, e a que tiene pro.

Entrega quiere dezir, como apoderamiento corporal, que rescibe el heredero de los bienes de la herencia que le pertenescen. E puedese demandar la entrega de tales bienes, en dos maneras. La primera es, quando el heredero demanda tan solamente la possession (1) e la tenencia de los bienes de la heredad. La segunda, quando demanda en uno la propriedad (2) e la possession della. E tiene muy grand pro tal entrega al heredero, porque gana luego el señorio (3) della, quando se faze con derecho. E aun, porque siempre es de mejor condicion el que tiene la cosa, que el que la manda, assi como diximos en la tercera Partida deste libro en el titulo de la Tenencia (4), en las leyes que fablan en esta razon.

LEY II.

Como deue ser fecha la entrega de la herencia al heredero, e por cuyo mandado.

Viniendo el heredero (1) delante el Jud-

TITULUS XIV.

LEX I.

Missio in possessionem dicitur dupliciter: primò cùm quis petit possessionem: secundo cùm petit simùl possessionem et proprietatem; melius enim est possidere, quàm à possidente petere. Hoc dicit.

(1) *La possession.* Per interdictum *quorum bonorum*, vel ex remedio l. fin. *C. de edict. Divi Adr. toll.* et infrà eod. l. 2. et l. 1. tit. 14. lib. 3. *Ordin. Regal.*

(2) *La propriedad.* Per petitionem hæreditatis.

(3) *El señorio.* Sed nonne adita hæreditate statim sine apprehensione rerum hæreditariarum, transit dominium in hæredem, ut in Clem. *exivi de paradiso*, vers. *quia igitur*, *de verb. signific.* et in l. *cum hæredes*, in princip. D. *de arquir. possess.* Cur ergò hic requirit traditionem? Potest dici, quòd licèt de jure civili ex aditione hæreditatis hæres consequatur dominium, non tamen de jure gentium, nisi sequatur traditio, prout voluit Paul. de Castr. in dict. l. *cum hæredes*, in princ. D. *de acquir. possess.* et facit ad quæstionem, de qua ibi per Paul. et Alexand. cui tamen videtur contrariari Socinus cons. 120. col. 7. in 3. vol. vel dic, quòd in ista lege Partitarum non dicitur, quòd hæres jam hæreditatem adierit, et sic quòd velit, quòd etiamsi non antea adierit, per traditionem et apprehensionem rerum hæreditariarum acquiret dominium, et videtur adire, ut in l. 11. tit. 9. suprà ead. *Partit.* vel dic, quòd tunc per aditionem hæreditatis sine apprehensione transfertur dominium, quando defunctus habebat rerum hæreditariarum dominium; si tamen non haberet, sed haberet jus ad res hæreditarias, hæres adeundo non consequeretur plus quàm defunctus habebat; sed tamen traditione facta, consequetur dominium, ut hic. Habes etiam hic, quòd possessio non transit, licèt adeatur hæreditas, ut habetur in dict. l. *cum hæredes*, in princ. et procedit, etiamsi ecclesia sit hæres, ut tradit Bald. in l. fin. col. 3. *C. de sacros. eccles.* et procedit etiam in suo hærede secundum Bart. in dict. l. *cum hæredes*, et Bald. in l. fin. column. 1. *de edict. D. Adriani toll.* et in l. 1. in fin. *C. de appell.* et tenetur communiter, secundum Alexand. in dict. l. *cum hæredes.* Procedit etiam, etsi fiscus sit hæres, secundum Bald. in cap. 1. *quid sit investit.* Item procedit, etsi colonus possideat rem hæreditatis, Gloss. et Bald. in l. *cum notissimi*, col. 2. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* in §. *sed cum illud*, et ibi Baldus consuluit hæredi, ne credat per detentationem coloni acquisitam sibi esse possessionem, sed quòd ipse apprehendat. Contrarium tamen videtur velle Paul. de Cast. notando ad hoc glossam 1. in l. *qui fundum*, in princ. D. *de usucap. pro empt.* quòd per servos detinentes res hæreditarias, et sic etiam per colonos et inquilinos tempore, quo aditur hæreditas, hæres adeundo, non solùm acquirit dominium, sed etiam possessionem, et quòd sic limitetur dicta l. *cum hæredes*, in princ. et dicit probari ex his, quæ habentur in l. *qui universas*, §. *quod per colonum*, D. *de acquirend. possess.* qui textus probat dictum Baldi. Sed si intelligas dictum Pauli, dum tamen colonus continuet possessionem nomine hæredis, procederet ejus dictum, ut probatur in dict. §. *quod per colonum*, et ibi tenet Alexander: et idem si hæres locaret fundum post aditam hæreditatem ante apprehensam possessionem, statim quòd conductor apprehendat rem, acquirit hæredi possessionem civilem et naturalem, ut in dict. §. *quod per colonum*, et vide Paul. de Cast. in l. *si homo*, D. *de usucap.* Et an hæres possit ratione juris patronatus præsentare ante possessionem acquisitam? Bald. quod sic, in l. fin. column. fin. *C. de edict. Divi Adrian. toll.* et sequitur Rochus in suo tractat. *juris patronatus*, chart. 28. colum. 3. Adverte etiam, quod benè poterit hæres propria auctoritate, si velit, accipere possessionem vacantem rerum hæreditariarum, secundum Bart. in l. fin. in vers. *item extra glossam*, *C. de edict. D. Adrian. toll.* et in l. *ex facto*, la 2. D. *de hæred. institut.* tenet etiam Bald. in dict. l. fin. column. 1. et in l. 3. *C. famil. ercis.*

(4) *En el titulo de la tenencia.* Vide in l. 28. tit. 2. 3. *Partit.* et tit. 30. per totum.

LEX II.

Hæres ostendens coram judice testamentum perfectum, non rasum, nec cancellatum, est statim mittendus in possessionem bonorum, quæ testator tempore obitus obtinebat: nec alius tenens potest hoc, aliqua ratione objectus in testamentum vel testatorem, vel alia simili superioribus, impedire; nisi statim probet ista impedimenta, tunc audiretur, nisi hæres petens dumtaxat possessionem sit impubes de descendentibus, contra quem filiationis vel status objectio differtur usque ad tempus pubertatis; sed si proprietatem petat, non differtur, imo cognoscere debet judex de ea quæstione. Hoc dicit.

(1) *El heredero.* Procedit etiam in instituto in re certa, non dato alio cohærede universali, secundum Gloss. in l. fin. *C. de edict. Divi Adrian. toll.* de qua ista sumpta est, vel si datus repudiavit: quando tamen non repudiavit, tunc institutus in re certa non habebit beneficium illius, neque hujus legis, secundum Angel. et Salic. in dict. l. fin. et tradit Alexand. in l. *quotiens*, *C. de hæredib. instit.* et est verior et communis opinio contra Bartolum et Paul. in dict. l. fin. qui voluerunt, quod et isto casu habeat beneficium illius legis. Quid autem si filius instituatur in legitima? Baldus in dict. l. fin. quæst. 1. voluit, quod habeat hoc beneficium; cujus contrarium tenet ibi Alexand. col. 2. vers. *juxta hoc quærit Baldus*, ex eo, quod legitima non sit quota hæreditatis, sed quota bonorum; quem videtur sequi Decius in dict. l. fin. col. 7. Similiter locum habebit hoc beneficium in fideicommissario, cui verbo tantum est restituta hæreditas, secundum Bart. et communiter Doctores in dict. l. fin. et sequitur Decius, col. 7. Et idem videtur dicendum per ll. regni, si hæres gravatus fideicommisso universali nolit adire, ut dixi in l. fin. in gloss. fin. tit. 5. supra ead. *Partit.* Sed an dabitur hoc remedium possessori, ut possessio confirmetur? Et dic quod sic, secundum Cyn. et Bart. in dict. l. fin. Bald. in l. 1. *C. de Carbon. edict.*

gador (2), e mostrando carta del testamento (3) en que era establescido por heredero: si tal carta fuesse acabada, o cumplida (4) assi como deue ser; e non fuesse rayda, nin cancelada (5),

Guido Pap. q. 219. incipit, *edictum Divi*, et in q. 132. Decius in dict. l. fin. col. 14. et in dict. l. 1. et quæ tradit Alexander in l. *cum hæredes*, in princ. D. *de adquir. poss.* Habet etiam locum in substitutione directa vulgari, vel pupillari, Gloss. in dict. l. fin. super verbo *ex parte*, et tenet ibi Bartolus dummodo liquidatum sit, quod casus substitutionis evenit; et procedit etiam in tacita vulgari, vel pupillari, secundum Bald. in dict. l. fin. q. 1. et in l. 1. D. *de his, quæ in testam. delent.* cum quo transit Decius ibidem col. 8. defendens Baldum ab impugnatione modernorum aliquorum, qui tenuerunt in hoc contra Baldum; et hoc in materia favorabili, prout est ista; in materia namque exorbitanti aliud esset, prout et voluit idem Bald. in cap. 1. *de constitut.* vers. *et ideo statuta*, Decius *ubi suprà.* Datur etiam hoc remedium Episcopo, et executori testamenti pro pauperibus institutis, secundum Bart. in dict. l. fin. ubi et Bald. et Alesand. et alii etiam moderni; et per Bald. in l. *si quis ad declinandum*, colum. 2. *C. de Episcopis, et Cleric.* Dabitur etiam patri pro hæreditate delata filio, ut et tradit Bald. in l. *cum non solum*, in princ. *C. de bonis quæ liber.* licèt in hoc de patre et Episcopo contrarium voluit Angel. de Aretin. in §. *substituitur*, *Institut. de pupill. substitut.* per textum in l. *qui liberis*, §. *hæc verba*, D. *de vulg. et pupill.* sed communis opinio est, quam primo dixi, ut tradit Decius in dict. l. fin. col. 8. ubi respondet ad dictum §. *hæc verba.* Datur etiam hæredi hæredis, ut Bald. in dict. l. *cum non solum*, et per Speculat. tit. *de testam.* §. *sequitur*, col. fin. vers. *sed pone.* An autem istud remedium detur venientibus ab intestato; et communis opinio est, quòd non, ut concludit Alexander post alios in dict. l. fin. et communem opinionem sequitur Calder. consil. 36. in tit. *de testam.* Tu adde Bald. in cap. unic. *de content. inter mascul. et fœmin. de beneficio*, ubi et dicit, quòd competit tunc officium judicis filio, ut ponatur in possessione vacante, quia si filius est, ergo hæres, etc. unde idem operatur existentia sui hæredis, quòd operantur tabulæ testamenti; quod dicit esse notatu dignum. De jure verò istius regni, per l. 1. tit. 2. lib. 5. *Ordinam. Regal.* non solum filio, sed etiam alteri successori ab intestato competit istud officium judicis, et legis illius, quæ vulgo dicitur *de Soria*, remedium ad possessionem istam, quæ lex jubet in hoc summariè procedi. Dabitur etiam hujus legis remedium præterito filio à matre, quæ non habuit facultatem mutandi testamentum, quia in puerperio decessit, juxta casum, l. 3. *C. de inoffic. testam.* ubi hoc dixit Baldus. Quid autem si sub conditione sit institutus, an stante conditione possit uti isto remedio? Speculator dicit, quod sic, in tit. *de testam.* §. *sequitur*, penult. col. ad fin. vers. *quòd si quis*, per l. *si quis instituatur hæres*, D. *de hæredib. instit.* et l. *si sub conditione*, D. *de bonor. posses. secund. tabul.* Sed an dabitur hoc remedium sucessori in majoria, et quando in testamento pater reliquit filio majori? Videtur, quod sic, quia divisio bonorum, quam pater facit inter filios, habetur loco institutionis, Bart. in l. *Marcellus*, §. *quidam*, D. *ad Trebell.* si autem succedatur in majoria ex dispositione inter vivos, dabitur remedium legis Taurinæ, et l. 7. tit. 4. 5. *Partit.* Et nota in hoc pulchrum dictum Archid. in cap. fin. 11. quæst. 1. col. 4. quod si duo contendunt de uno beneficio, et potiora jura apparent pro uno, quam pro alio, ille qui offert potiora jura, est in possessione mittendus, vel tuendus, allegat dictam l. fin. de qua ista sumpta est.

(2) *Judgador.* De competenti intellige, prout dicit l. fin. de qua ista sumpta est, ubi Glossa in verbo *competenti*, non ergo vicarii, et potestates castrorum, qui non habent mixtum imperium, possunt facere istam missionem, sed recurrendum erit ad potestatem civitatis; et est bonus textus in l. *ea quæ*, §. *magistratibus*, D. *ad municipal.* ipsa tamen cognitio de mittendo in possessionem, fieri poterit à magistratibus municipalibus, secundum Bart. in dict. l. fin. per textum in l. *cognitio*, §. *ut possessio bonorum*, D. *de officio ejus, cui mandat. est jurisdict.* de quo miratur Paul. de Castr. ibi; et si bona sunt extra territorium, judex territorii faciet istam missionem ad requisitionem judicis, qui pronuntiavit de mittendo, quando persona erat subdita judici, qui pronuntiavit, secundum Bart. in dict. l. fin.

(3) *Carta del testamento.* An intelligatur de originali? Paul. de Castr. in dict. l. fin. in 2. notab. dicit, quòd sic, Allegat Bartolum hoc dicentem in l. 1. §. *si quis in duobus*, D. *de bonor. posses. secund. tabul.* et de mente Bartoli videtur, quòd non sufficeret exemplum testamenti, etiam in manu ejusdem notarii, quia posset esse originale cancellatum, et habere vitium, quod in exemplo non apparet, prout advertit Decius in dict. l. fin. col. 4. in 3. notab. qui tamen refert modernos ibi tenentes sufficere, si exemplum sit manu ejusdem notarii, qui scripsit originale, cum tale exemplum faciat fidem, secundum Bart. et Doctor. in authent. *si quis in aliquo documento*, *C. de edend.* et in l. *si quis ex argentariis*, §. *Prætor*, D. *de edend.* et fortè istud est verius, et ita servatur in practica; et facit ad hoc quod notat Bart. in l. *Sempronius*, D. *de legat.* 2. Et procedit hæc lex, necdum in testamento in scriptis, sed etiam in testamento nuncupativo, Gloss. in dict. l. fin. in verbo *depositionibus*, et ibi vide per Doctores, signanter Decium col. 11. et non oportebit probare de morte testatoris, sed satis est producere testamentum, l. 2. §. *si dubitetur*, D. *quemadmod. testam. aperiant.* tenet Bartolus in dict. l. fin. ubi etiam Decius col. 8. respondet ad illud, quòd præsumatur quis vivere usque ad centum annos. Sed quid si appareant duo testamenta eodem die confecta, et non constet de prioritate, et posterioritate? Glossa movet in dict. l. fin. et Bart. in l. 1. §. *non autem*, D. *de bonor. posses. secund. tabul.* et concludit, quòd propter incertitudinem utrumque vitietur, nisi alter ex hæredibus possideret, quia in casu dubio et incerto potior efficitur, secundum Bartolum in dict. §. *non autem*, Doctores in dict. l. fin. vel nisi in altero tettamento esset instituta pia causa, quia illud prævaleret Ludov. Roman. in repetit. authent. *similiter* in 12. speciali, *C. ad leg. Falcid.* Doctores moderni in dict. l. fin. imò, et præferretur alteri, licèt possideat, quando talis possessio non esset intitulata, secundum Decium in dict. l. fin. col. fin. quod videtur indubium in quæstione proposita de duobus testamentis, quia alter possidens, de necessitate fatendum est, quòd habeat possessionem titulatam, et sic præfertur piæ causæ, et sic frustra in hoc videtur laborasse Decius. Limita etiam, nisi ambo hæredes concordarent, et unus cederet alteri, et renuntiaret jus suum, tunc non vitiaret incertitudo, ut dicit And. de Iser. in §. *præterea*, la 2. column. 2. *de prohib. feud. alien. per Frederic.*

(4) *Acabada, o cumplida.* Cum sufficienti numero testium, ut in dict. l. fin. Item, et dic, quod sit perfectum ratione voluntatis, ut in l. *si is qui*, D. *de testam.* de quo dixi in l. 23. tit. 1.

(5) *Rayda, nin cancelada.* Et sic judicatur de testamento, prout in prima figura apparet, vide Bald. in l. *post divisionem*, in princ. *C. de juris et facti ignor.* Quid autem si rasura non sit in loco substantiali? Alexander post alios in dict. l. fin. dicit, quòd tunc impediet missionem, rejecta opinione Bartoli in l. *si unus C. de testam.* indistinctè tenentis, quòd rasura vel cancellatio testamenti habeat impedire istam missionem in possessionem; et opinionem Bartoli defendit Decius in dict. l. fin. col. 10. Sed potius mihi placet opinio Alexandri post alios, per textum in cap. *ex liberis*, *de fide instrum.* Item neque vitiabit rasura vel cancellatio, si fiat manu notarii, et notarius de hoc attestetur, secundum Bart. in dict. l. fin. et in l. *si unus*, *C. de testam.* ubi et Alexander. Item non vitiabit, quando ex præcedentibus et sequentibus colligatur, quòd sic debet stare, Bart. in dict. l. fin. similiter non obstabit rasura, si instrumentum testamenti, vel aliud reperitur apud adversarium, secundum Bald. in l. 1. *C. de fide instrum.* et Alex. in dict. l. *si unus*: et adde ad ista, quæ dixi in l. 44. tit. 18. 3. *Part.*

estonce, demandandolo (6) el, deuelo meter en possession (7) e en tenencia de los bienes de la heredad (8), e de todas las otras cosas (9) que el testador auia, e tenia a la sazon que fino. E non deue ser embargada tal entrega como esta, maguer aquel que fuesse tenedor de los bienes de la herencia, dixesse que aquel testamento era falso (10), o que aquel que lo mando fazer, non auia poder de lo fazer (11), porque le era defendido, o razonasse alguno otro embargo (12) semejante destos. Fueras ende, si luego (13) quisiere prouar lo que dize, sin alongamiento ninguno. Ca estonce, deuese detener la entrega, e oyrle, e rescebir las pruebas sobre esta razon. Pero si el heredero fuesse menor de catorze años (14), e demandasse tenencia (15) e entrega de los bienes de su padre (16), o de su auuelo; si aque-

(6) *Demandandolo.* Sufficit, quòd viva voce petat, et quòd in scriptura redigatur, secundum Paul. de Castr. in dict. l. fin. bonus textus *in Clement. sæpè*, vers. *verum, de verbor. signific.* et procedet etiam quando appareat contradictor, prout volunt Bart. et Paul. in dict. l. fin. licèt Alexand. post alios ibi aliud velit; et cum Bartolo et Paulo tenet Decius ibidem, col. 9.

(7) *Deuelo meter en possession.* Et sic quoad istam missionem instrumentum testamenti habet executionem paratam, ut etiam notat Bald. in 3. notab. in dict. l. fin. An autem idem procedat respectu legatarii? Vide ibi per Jason. et Decium in 6. notab. et adverte, quòd non requiritur citatio alicujus in ista missione, nisi illius qui possideret, secundum Bart. in dict. l. fin. et vide ibi per Decium, col. 10.

(8) *De los bienes de la heredad.* Quæ testator mortis tempore possidebat, ut hic, et in dict. l. fin. Quid autem si per testes probaretur, quod testator possedit tales res, sed quod per tres vel quatuor annos ante mortem testatoris alius tenuit easdem res; an fiet adhuc missio in talibus rebus? Alexandr. cons. 33. incipit *ponderatis verbis*, col. fin. consuluit, quod sic, quia cùm testes deponant de antiquiori possessione testatoris, illa superveniens possesio in aliam non obstabit, ex quo præsumitur, quod dictus testator animo retinuit possessionem civilem, l. *clam possidere*, §. *qui ad nundinas*, D. *de acquirend. poss.* et l. *si id quod*, §. 1. eod. tit. ibique allegat decisionem quamdam dominorum de Rota; vide ibi per eum, et cogita super hoc.

(9) *De todas las otras cosas.* Videtur ex hoc, quod et si defunctus possidebat aliqua bona titulo majoriæ, quod etiam in illis hæres mitti debet in possessionem, prout etiam est in feudalibus, secundum Bald. in cap. 1. in princ. vers. *quæro ergo*, *de success. feud.* vide §. *inter filium*, *si de feud. contentio sit inter domin. et agnat.* et Bald. in cap. 1. *de controvers. inter mascul. et fæmin. de benefic.* quod videtur limitandum, nisi possessor sit ille, ad quem venit majoricatus, juxta notata per Bartolum post Dinum in l. *si patroni*, in princ. D. *ad Trebell.* Et quid si sint res incorporales, an in illis fiat ista missio, vide Bald. in dict. l. fin. q. 9. col. penult. et ibi vide de jure patronatus.

(10) *Era falso.* Concordat cum l. 2. *C. de edicto Divi Adrian. toll.*

(11) *Non auia poder de lo facer.* Adde dict. l. 2. et ibi Bart. et Doctores.

(12) *Otro embargo.* Non ergo admittetur exceptio defectus proprietatis, secundum Angel. in l. 2. *C.* eod. allegans Innoc. in cap. 2. *de caus. posses. et propriet.* nisi incontinenti offerretur probatio, secundum eum, et probatur hic, tradit Decius in dict. l. fin. 9. notabil. Item neque quod filius fuit præteritus, ut in dict. l. 2. quod intellige, nisi ex ipso testamento constaret de vitio præteritionis, ut quia fuit in eo facta mentio de filio, non instituendo eum, neque exhæredando: tunc enim ex tali vitio, cùm sit visibile, impedietur missio secundum Bartol. in dict. l. fin. et tradit Decius ibi, col. 10. super gloss. in verbo *vitiatum*.

(13) *Luego.* Sequitur notata per Gloss. in dict. l. 2. et quomodo dicetur istud, statim declarat ibi Baldus in duobus locis, et tandem vult hoc judicis arbitrio committi; et quando dicatur exceptio requirere altiorem indaginem, vide per Bartolum in extravag. *ad reprimendum*, in gloss. super parte *summariè*, col. 1. et id, quod non potest expediri propter judicii brevitatem, in alio judicio est reservandum, secundum Bald. in l. *si quis*, *C. de captiv.* quod autem de facili potest liquidari, dicitur liquidum, vide per Balbum in tract. *præscription.* chart. 5. col. 4. et adde quæ notat Decius cons. 424. et Alexand. consil. 166. in 2. vol. et dicit Bald. in §. *insuper*, col. 2. *de prohib. feud. alien. per Frederic.* quòd quando fellonia est visibilis, vel de facili probabilis, tunc vassallus non debet investiri; si verò invisibilis, et requirit altiorem indaginem, tunc debet investiri. Sed cùm hodie juxta ll. Tauri, et Partitarum transfertur possessio majoriæ, si is in quem transfertur, non potuit propria auctoritate occupare, quia alius est in possessione, unde recurrit ad remedia possessoria, et præsentat instrumentum majoriæ; adversarius verò opponit contra majoriam aliqua, quæ requirunt altiorem indaginem, dicens, quòd omnia quæ detrahunt majoriæ, detrahunt possessioni, juxta ea quæ notat Bart. in l. 1. §. *parvi*, D. *quòd vi aut clam*, textus et ibi Bart. in l. *non putavit*, §. *non quævis*, D. *de bonor. posses. contra tabul.* per Abb. in cap. *item cum quis*, *de restit. spoliator.* l. *si in adoptionem*, vers. *licèt non jure scriptus*, secundum 1. lecturam, D. *de bonor. posses. contr. tabul.* actor verò replicat, quòd sicut obtineret ostendens testamentum prima facie validum et non suspectum, et reservarentur exceptiones requirentes altiorem indaginem; sic debeat isto casu fieri. Cùm dictæ leges potius conditæ fuerunt in favorem vocatorum ad majoriam, quàm in damnum, crederem, quòd per dictas ll. non fuit sublatum remedium hujus legis, et l. fin. *C. de edict. Divi Adrian. toll.* cujus remedium competit etiam pro retinendo, secundum Gloss. et Doctores ibi; et benè facit dicta l. *si in adoptionem*, secundum secundam lecturam Glossæ, et planè procederet quando majoria probaretur per testamentum: si autem facta esset inter vivos, cogita et vide quæ notat Bald. in l. *Marcellus*, §. *quidam*, D. *ad Trebell.* et in cap. unic. *de controversia inter mascul. et fœmin. de benefic.* et Archidiac. in cap. fin. 11. quæst. 1. col. 4. et vide hodie declarationem novam super ista materia factam in bonis majoriæ.

(14) *Menor de catorze años.* Adde l. 7. tit. 22. et quæ ibi dixi, 3. *Part.* et de impubere dicit, quia puberi non datur l. 3. §. *puberi*, D. *de Carbon. edict.* existenti verò in utero datur alia bonorum possessio ventris nomine, per quam providetur nascituro, l. 1. in princip. D. *de vent. in posses. mittendo.*

(15) *Demandasse tenencia.* Ex hoc verbo junctis præcedentibus probatur hic, quod ista bonorum possessio, de qua loquitur nunc ista lex in filio impubere (quæ latinè dicitur *Carboniana bonorum possessio*) detur etiam filio instituto à patre, cujus contrarium videtur disponi in l. 1. §. *Pomponius*, et in l. *cum fine*, D. *de Carbon. edict.* ubi habetur, quod filio instituto non datur Carbonianum, quia sufficit ei bonorum possessio secundum tabulas: dic, quod illud procedit, quando non negaretur esse filium; si tamen negaretur, opponendo ei per successores ab intestato, quod non valet institutio, quia institutus est ut filius, et quod non est filius; vel allegaretur, quod est servus, et sic quod non potest habere hæreditatem, quia institutus est ut liber, tunc non cessabit, sed competit ei remedium Carbonianum ex constitutionibus, ut in l. 3. §. *quamvis*, D. eod. saltem quoad differendum quæstionem in tempus pubertatis, ut ibi habetur, et ita vult Bart. in dict. §. *Pomponius*, et clarius Bald. in l. 1. *C. de Carbon. edict.* allegat l. 3. in princip. D. eod. et dict. §. *Pomponius*, quæ leges licèt loquantur in

llos que le quisieren embargar, dixessen que non era fijo, o nieto de aquel de cuyos bienes se queria apoderar, o que era sieruo, estonce non le empescen tales embargos (17) como estos; ante dezimos, que deue ser entregado (18) en aquellos bienes, e criarse en ellos (19) fasta que sea de edad de catorze años (20), e dende adelante le pueden mouer tales pleytos, si quisieren; e estonce aura el mejor entendimiento, e amigos (21) para amparar su derecho, lo que non podia auer ante deste tiempo. E esto que diximos, ha lugar, quando el fijo, o el nieto, demanda tan solamente la tenencia de los bienes que quiere heredar; mas si el demandasse la propriedad (22) de la herencia, estonce todas las co-

posthumo instituto, idem dicendum in jam nato, cùm negatur esse filium, cùm sit eadem ratio; quod etiam, ut tu vides, clarè probatur hìc in ista lege Partitarum, et idem tenet Salicetus et Jason. *C. de Carbon. edict.* in rubrica. Confert etiam, quia istud beneficium datur impuberi instituto ab extraneo, si ejus status revocetur in dubium, ut est de mente Bart. in l. 3. §. *missum*, D. eod. col. fin. et facit benè l. *de bonis*, in princip. et ibi Gloss. D. eod. quod procedit indubiè, si tali impuberi instituto ab extraneo quæstio moveatur, possidente tali impubere, per l. *si impubes*, §. *si pupillus*, D. eod. et ibi Glossa.

(16) *De su padre.* Hoc dicit, quia in bonis matris non datur remedium Carbonianum, l. 1. §. *et generaliter*, et l. *de bonis*, D. *de Carbon. edict.* Gloss. in l. 1. in verbo *patris*, *C.* eod. et rationem tradit Jason. ubi suprà, quæ est, quia cùm dicta Carboniana bonorum possessio non detur exhæredatis, ut in dict. §. *Pomponius*, et in l. *qui de inofficioso*, D. *de inoffic. testam.* et præteritio matris habeatur pro exhæredatione, ut in §. *mater*, *Institut. de exhæred. liberor.* infertur, quod non potest habere locum in bonis matris; ex qua ratione infert Jason. ibi unum, quod dicit nunquam legisse tactum ab aliquo, quod si mater instituisset filium impuberem, cui moveretur quæstio status, tunc etiam in hæreditate matris haberet locum hoc remedium possessionis habendæ, ex quod cessat dicta ratio, et quod ita limitetur dicta l. *de bonis*, §. 1. et insuper hoc dicit ostendi ratione, quia Carboniana competit illis, quibus competeret contra tabulas, l. 1. in princ. D. eod. sed contra tabulas competit illis, quibus competeret ab intestato bonorum possessio *unde liberi* in successionibus parentum, l. 1. §. *recte*, D. *si tabul. testam. null. extab.* Sed contra hoc instatur, quia contra testamenta fœminarum non datur bonorum possessio contra tabulas, l. *illud*, §. *ad testamenta*, D. *de bonor. possess. cont. tabul.* et sic non debet habere locum Carbonianum. Item etiam hodie in bonis maternis non datur bonorum possessio *unde liberi*, l. *quotiens*, et ibi Gloss. *C. de legitim. hæred.* Bald. in l. fin. column. 3. vers. *sequitur videre*, *C. unde legitimi.* Sed potest responderi, quod hodie jam dabitur bonorum possessio contra tabulas contra testamentum matris, cùm hodie præteritio matris non habeatur pro exhæredatione, per cap. *aliud quoque*, in authent. *ut cum de appellat. cognos.* et dixi in l. 1. tit. 7. ead. *Part.* ita tenet Angel. in l. 1. vers. 7. *regula est*, *C. de Carbon. edict.* et opinio Angeli est communis, prout attestatur Decius in l. *posthumo nato*, num. 8. *C. de bonor. poss. contr. tabul.* ubi Jason. col. 5. et 6. defendit istam opinionem Angeli, et per consequens dabitur Carbonianum; neque obstabit ista lex Partitarum, quæ dixit, *de su padre*, nam suppleri potest, ut idem sit in matre, sicut etiam in l. 10. tit. 7. ead. *Part.* cùm loquitur illa lex de præteritione, dixit de patre, et non est dubium: quim idem velit in matre; et videtur æqua ista opinio, et filiis impuberibus favorabilis, ideo tene menti ad dictam l. *de bonis*, in princ. D. eod.

(17) *Tales embargos.* Concordat cum l. 1. D. eod. et l. 1. *C.* eod. *de Carbon. edict.* et adverte, quòd probari videtur ex ista lege, quòd petita bonorum possessione per filium impuberem, si negetur filius, non est necesse, quòd omittatur primum judicium, et quòd de novo detur libellus petendo per remedium Carbonianum, prout dicit Bart. in l. 3. §. *duæ*, col. 1. et in §. *missum*, D. eod. sed ex eodem judicio consequitur fructus Carboniani edicti, replicando contra exceptionem quòd quæstio status et bonorum differenda sit in tempus pubertatis; et nota, quòd ad hoc ut istud remedium impuberi competat, debet prius constare per aliquas præsumptiones, licet non perfectas probationes de filiatione, ut quia defunctus eum tractabat, ut filium, et nominabat filium, ut in l. 3. §. *causæ cognitio*, D. eod. et tradit Paul. de Cast. in l. *qui de inofficioso*, D. *de inoffic. testam.* et Gloss. in dict. §. *causæ.*

(18) *Entregado.* Et efficietur possessor, non detentor, ut dicit Paul. de Cast. per textum ibi in dict. l. *qui de inofficioso.*

(19) *En ellos.* Adde dict. l. *qui de inofficioso*, et l. fin. *C.* eod. et licèt postea non probetur, filius non tenebitur restituere alimenta, quæ percepit, nisi probetur, quòd calumniosè, et scienter asserat se esse filium; quia sanctius est, quòd fuerit alitus de alieno, si aliqualiter probaverit, quàm quòd fuisset mortuus fame, si fortè erat filius, secundum Paul. de Cast. in dict. l. *qui de inoficioso*, Gloss. in dict. l. 2. *C. de Carbon. edict.* ubi bonus textus.

(20) *De catorce años.* Nam finitur hoc commodum hujus bonorum possessionis adveniente pubertate, l. 3. §. *puberi*, D. *de Carbon. edict.* l. 2. *C.* eod. adhuc tamen post pubertatem iste missus sustinebit partes rei, et possessio ipso cavente non auferetur ab eo, ut in l. *de bonis*, §. *post pubertatem*, D. eod. et ibi vide Bart. Quid autem si quæstio non fiat de filiatione, vel statu ipsius impuberis, sed de statu patris, an differatur tunc quæstio usque ad tempora pubertatis? Dic, quòd sic, si per quæstionem status patris vertitur similiter quæstio super statu filii, ut quia defunctus dicatur servus, secundum Bart. in dict. l. 3. §. *missum*, D. eod. col. fin. per l. 1. §. *si mater*, D. eod. sed si per quæstionem non revocatur in dubium status ipsius filii, ut quia fuit institutus ab extraneo, tunc quæstio non differtur, ut in l. *liber*, *C. de petit. hæreditat.* tenet Bart. in dict. §. *missum*, licèt tali casu, si probationes non offerrentur incontinenti, deberet fieri missio in possessorio, ut in l. 2. *C. de edict. Divi Adrian. toll.* et Gloss. et Doctor. in dict. l. *liber.* Adverte etiam, quòd si expediens sit pupillo, potius non differri quæstionem istam in tempus pubertatis, id fieri debet quod sibi sit utilius, ut in dict. l. 3. §. *duæ*, D. eod.

(21) *Amigos.* Expedit habere amicos ad defensionem litium, ut hic vides.

(22) *Propriedad.* Petitione videlicet hæreditatis: si tamen velit filius supersedere in petitorio per ipsum inchoato, et transire ad possessorium, posset, et differetur quæstio, secundum Gloss. Bart. et Paul. in l. 1. per textum ibi, *C. de Carbon. edict.* et vide per Bart. in l. 3. §. *missum*, D. eod. bonus textus in cap. *pastoralis*, *de caus. poss. et propriet.* Ultimo nota circa materiam hujus legis quòd etiam in bonis majoriæ habebit locum istud Carbonianum, et hujus legis beneficium, prout etiam in bonis feudalibus, ut dixi in l. 7. tit. 22. *Part.* 3. unde et si aliquis occupavit possessionem bonorum majoriæ, et veniat filius, vel filia, quæ ex tenore investituræ seu vocationum prætendat majoriam, qui petat sibi tradi possessionem, et quòd pendente impubertate quæstio super filiatione et bonis differatur, quòd constituto summariè de filiatione, debeat sibi tradi possessio, et occupator expelli, et quæstio super filiatione differri. Vide ad hoc bonum textum in l. 3. §. *parci*, et §. *si quis liber*, D. *de Carbon. edict.* quod tu benè nota, quia quotidiè super legitimitate filiorum vocatorum ad majoriam, sunt quæstiones, et semper intelligas hoc de differenda quæstione super statu in tempus pubertatis, quando est quæstio status, nam si tantum sit quæstio bonorum, tunc non datur

sas (23) que diximos de suso, que pidiessen contra el, deuelas el Juez oir, e examinar, e librar segun derecho sin alongamiento ninguno, ante que lo entregue de la herencia, que es assi demandada.

LEY III.

Que es lo que deue fazer el Juez, quando vienen dos herederos, e muestran amos cartas de testamento, de aquel que los establescio.

Delante el Juez viniendo algun ome, que mostrasse el testamento en que fuera establescido por heredero de otro, e pidiesse, que le metiessen en possession de la heredad, segun dize en la ley ante desta; si otro alguno (1) viniesse ante aquel mismo Juez, e dixesse, que el auia mejor derecho en la heredad, porque fuera despues establescido por heredero (2) del fazedor del testamento, o por otra razon alguna (3) que mostrasse, e que dixesse que lo queria luego prouar (4), estonce, el Juez deue ver amos los testamentos, e oyr las razones de amas las partes, e el que mostrasse que ha mejor derecho en la heredad, aquel deue ser entregado en ella. E si amos mostraren que han egual derecho en los bienes del finado, amos deuen ser metidos en possession dellos egualmente.

LEY IV.

Como deue entregar los bienes de la herencia al heredero, aquel que es tenedor della.

Entregando el Juez de la herencia del finado, a aquel que ouiesse derecho de la auer, deuele otrosi mandar entregar de los frutos della (1). Pero en estos ha departimiento. Ca, si aquel que era tenedor de aquella heredad, ouiesse despendido los frutos, que cogio, o ouo della, auiendo buena fe en teniendola, cuydando que era suya, estonce non seria tenudo de dar la estimacion dellos (2); mas bien

ista dilatio, ut probatur in l. 1. §. *si quis filium*, in vers. *si testamentum valere contendunt*, *controversia non est differenda*, et in l. *si impubes*, §. *cum verò*, D. eod. cum glossa ibi, non enim habebit locum missio ex Carboniano, sed quæstio de statu differenda est, ut ibi. Si autem esset majoria facta tam à patre, quàm à matre, an tunc in totum habet locum Carbonianum? Vide ibidem in l. *de bonis*, §. *planè*, et ibi Glossa, quæ vult, quòd ex Carboniano tunc fiet tantùm missio in bonis patris, non verò in bonis matris, quia benè potest esse, quòd si filius patris, et non illius quæ dicitur mater, et è contra: sed si esset casus, quòd non possit esse bastardus, sive illegitimus ex patre, quin etiam esset ex matre, ut si allegatur consanguinitas parentum cum scientia utriusque, cùm ibi veniat examinandum utrumque, videtur, quòd non solùm quæstio differatur super legitimitate, verum etiam fiat missio etiam in bonis matris, per textum in dict. §. *plane*, et l. *si impubes*, §. *si pupillus*, D. eod. juncta Glossa, in dict. l. *de bonis*, §. *plane*, super verbo *differendas*, in fin. licèt Alberic. post Oldrald. in dict. §. *si pupillus*, velit quòd in casu illius §. prosit Carbonianum quoad dilationem controversiæ, non verò quoad missionem, et allegat notata in dicto §. *plane*, per Glossam; sed rectè intellecta non contradicit, imò assistit ad id, quod dixi. Et quid si majoria sit materna, an in illa habebit locum Carbonianum, et istius legis dispositio? Hoc decidit l. *de bonis*, in princ. D. eod. et l. *si impubes*, §. *si pupillus*, eod. tit. ex quibus decides, quid si esset quæstio, in qua non posset quis dici bastardus ex parte matris, quin esset ex parte patris, vel è contra, et vide quæ notat Bart. in l. 3. §. *quamvis*, eod. tit. ubi tradit, quòd etiam quando instituto movetur quæstio super statu, habet locum Carbonianum, ex quo videtur, quòd in majoria, quæ provenit jure institutionis, habebit etiam locum. In majoria verò quæ non jure isto veniret, videtur, quòd non habeat locum Carbonianum, ut probatur in l. *cum sine*, ibi: *jura libertorum*, D. *de Carbon.*

(23) *Las cosas.* Adde l. *liber*, et ibi Gloss. *C. de petit. hæred.*

LEX III.

Si impediens hæredem possessionem petentem, statim doceat hæreditatem ad se pertinere, mittetur ipse in possessionem; et si ambo æquè probent, sunt æquè mittendi. Hoc dicit.

(1) *Alguno.* Quis dicatur legitimus contradictor ad impediendum istam missionem, declarat ista lex: sed vide plenius per Gloss. in l. fin. *C. de edict. Divi Adrian. toll.* super verbo *legitimo*, et ibi latè per Bart. et Decium col. 12. 13. et 14. qui declarat mentem, et verba Bartoli; et ibi etiam vide, quid si contradictor veniat post licentiam datam à judice, seu mandatum de mittendo, vel post missionem.

(2) *Heredero.* Glossa in dict. l. fin. in verbo *contradictor*, posuit istud exemplum.

(3) *Razon alguna.* Vide Gloss. et Doctor. ubi suprà in verbo *legitimo.*

(4) *Luego prouar.* Nota benè, quòd semper quis est legitimus contradictor, si paratus sit de jure suo probare incontinenti, et adde quod habetur suprà l. proxima, et Bart. et Paul. in dict. l. fin.

LEX IV.

Si possessor à quo evincitur hæreditas, est possessor bonæ fidei, tenetur restituere fructus perceptos ante litem contestatam stantes, non consumptos, de percipiendis non tenetur: sed malæ fidei possessor, de consumptis, et de aliis qui percipi potuerunt, deductis expensis eorum gratia factis, tenetur. Hoc dicit.

(1) *Della.* Ex hoc verbo, junctis ll. 2. et 3. suprà proximis, posset fortè quis dicere, quod cùm ista lex veniat statim post dictas leges, quæ tractant de missione in possessionem, ex edictis ll. et edicto Divi Adriani, seu l. fin. illius tit. *C. de edict. Divi Adrian. tollen.* quod etiam in isto remedio veniat condemnatio fructuum perceptorum ex hæreditate; cujus contrarium tenet Specul. in tit. *de testam.* §. *sequitur*, col. fin. vers. *sed nunquid accessiones*, imò quod fructus et accessiones non veniant in tali judicio, et idem voluit Alexand. consil. 184. *viso processu causæ vertentis*, col. fin. unde tu dicas, quod ista lex Partitarum jam non loquitur de illo remedio possessorio, sed de petitione hæreditatis, de qua dixi suprà in l. 1. ibi: *la segunda*, in qua veniunt fructus, ut in l. *item veniunt*, §. *fructus*, et l. *illud*, §. *prædo*, D. *de petit. hæreditatis*: jam enim in ista lege non loquitur de possessione rerum hæreditariarum, sed de ipsa hæreditate, et de habente jus ad eam, et patet ex superioribus cum dixit: *que ouiesse derecho de la auer.*

(2) *Dellos.* Si tamen ex eis factus est locupletior, tene-

seria tenudo de dar los que non ouiesse despendido, si algunos le fincassen en el tiempo que el pleyto fuesse començado sobre la heredad, o en el que fue dada la sentencia (3) sobre ella. E este que era tenedor de la heredad, deue sacar de los frutos las despensas (4) que ouiere fechas en labrarla, o en razon de coger los frutos della. Ca, segun dixeron los Sabios antiguos, aquello es llamado fruto, que finca en saluo a aquel que lo cogio, sacadas las despensas (5) que fizo por razon del. Otrosi dezimos, que seyendo negligente, o perezoso (6), aquel que tiene la herencia de alguno que fuesse finado, non la aliñando en la labrar como deuiesse, si este ouiesse buena fe en teniendola, cuydando que era suya, o auia razon derecha de la tener, estonce dezimos, que si el ouiesse a entregar al heredero por mandado del Juez tal herencia, non seria tenudo de darle los frutos que pudiera esquilmar della, si la ouiesse labrada. Ca, pues que el buena fe auia en teniendola, non semeja que el dexaua de la labrar por fazer engaño a otro; mas dexauala, como ome que dexa a las vegadas su heredad, que la non labra, por non poder, o por otra razon. Mas si ouiesse mala fe (7) en teniendo tal heredad, si juyzio fuere dado contra el, que la desampare, este atal es tenudo de entregar la heredad con todos los frutos que el esquilmo della, tambien los despendidos, como los otros que tuuiesse estonce; e aun con las rentas, e los frutos, que pudiessen ser sacados della, si la ouiesse labrada: por que non auia derecha razon, nin buena fe, en teniendo la herencia del finado. Pero este atal, las despensas que fizo por mejoramiento de los bienes de la herencia, por razon de la aliñar, o de coger los frutos, bien las puede tener (8), e sacar dellos.

bitur in quantum locupletior factus est, ut in dict. l. *illud*, §. *prædo*, vers. *in bonæ fidei*, tunc enim restituuntur tanquam augmentum in universali judicio, ut ibi in textu, et declarat ibi Angelus, et probatur in l. *item veniunt*, §. *fructus*, et in l. *sed si lege*, §. *consuluit*, et §. *quod autem quis*, D. *de petit. hæredit.* licèt in judicio rei vendicationis, fructibus consumptis, neque in hoc teneretur bonæ fidei possessor, ut in l. 4. §. *post litem*, D. *finium regundor.* et vult Alber. in l. *si à domino*, §. *fructus*, D. *de petit. hæred.* ibi, *sed secus in rei vendicatione.* Angelus tamen in dict. §. *prædo*, l. *illud*, D. eod. dicit, quod in judicio singulari, licèt cesset ratio augmenti, quæ consideratur in judicio universali petitionis hæreditatis, restitui tamen debent fructus consumpti ex æquitate, l. *si me et Titium*, D. *de rebus credit.* quod dicit esse menti tenendum perpetuo, et allegat Innoc. in cap. *in litteris*, col. 1. *de restit. spoliat.* et Gloss. *Institut. de officio judic.* in princ. in verbo *cum fructibus*, et Gloss. in §. *si quis à non domino*, in verbo *fructus*, *Institut. de rerum divis.* et intellige hoc, quando fructus essent naturales, prout loquitur Innoc. et Glossæ superius allegatæ, et habetur in l. 39. tit. 28. 3. *Partit.* nam si essent fructus industriales, lucratur eos in totum bonæ fidei possessor, si sunt consumpti, pro cultura et cura, ut in dict. §. *si quis à non domino*, et in eis procederet quod vult Alber. et voluit etiam Gloss. in dict. verbo *cum fructibus*, et Azo *C. de petit. hæred.* in summ. col. fin. ubi assignans differentiam inter petitionem hæreditatis, et rei vendicationem, dicit, quod in rei vendicatione bonæ fidei possessor non tenetur de consumptis, etsi sit locupletior, nisi in duobus casibus, ut D. *de rei vendicat.* l. *sumptus*, et l. *emptor*; hic è contra. Angelus tamen in l. *ex diverso*, D. *de rei vendicat.* in princ. tenet, quòd etiam industriales fructus restituat bonæ fidei possessor etiam in judicio singulari, quatenus factus est locupletior, et ibi respondet ad dictum §. *si quis à non domino*, et consuluit Alexand. consil. 90. vol. 2. col. fin. ubi alios allegat, licèt consil. 21. vol. 4. dicat multos in hoc tenere contrarium. Sed prima opinio, quæ fuit Azonis, videtur communior et æquior, et probari videtur in dict. l. 39. tit. 28. *Partit.* 3. et nota ad id, quod primo dixi, quod in dubio præsumitur locupletior, nisi probetur contrarium, Gloss. et quod ibi notat Angelus in dict. l. *utrum*, D. *de petit. hæred.* et idem Angel. in dict. §. *prædo*.

(3) *Sentencia.* Tempus rei judicatæ inspicitur in judicio petitionis hæreditatis, an quis factus fuerit locupletior, ut hic, et in l. *si à domino* §. penult. D. *de petit. hæredit.* et etiam litis contestatæ, ut hic et notat Gloss. in dict. §. penult. et sic si tempore litis contestatæ sit locupletior, licet ante sententiam desinat esse locupletior nihilominùs tenebitur; et si tempore litis contestatæ non sit locupletior, sit tamen tempore rei judicatæ, idem erit per istam legem, quæ approbat dictam glossam.

(4) *Despensas.* Adde dict. l. *si à domino*, §. *fructus*, D. *de petit. hæredit.*

(5) *Sacadas las despensas.* Adde dict. l. *fundus qui*, D. *famil. ercis.* et l. *si à domino*, §. *fructus*, D. *de petit. hæred.* et l. *fructus*, D. *solut. matrim.* et quod notat Baldus in l. 1. colum. 1. 2. 3. et 4. *C. de fructib. et litium expens.* et Paul. de Cast. in l. *quantitas*, D. *ad leg. Falcid.* et Specul. tit. *de locat.* §. *postquam*, vers. *quid si tibi locavi*, et hæc regula fallit in decimis prædialibus, ut in cap. *tua nobis*, *de decim.* Item fallit, quando dominus dat terram suam rustico, ut eam laboret, et det sibi certam partem fructuum, nam debet expensa fieri sumptibus coloni, ut tradit Alberic. in dict. §. *fructus*, Innoc. et Abb. in dict. cap. *tua nobis*: de decimis verò personalibus, vel his similibus, quæ percipiuntur industria et labore hominum, vide Gloss. et Angel. in dict. §. *fructus*.

(6) *O perezoso.* Concordat cum l. *si quid possessor*, §. *sicut*, D. *de petition. hæred.* et l. *sed et si lege*, §. *consuluit*, eod. tit.

(7) *Mala fe.* Adde dict. l. *illud*, §. *prædo*, et l. *item veniunt*, §. *fructus*, D. *de petit. hæred.* et quod hic disponitur in possessore malæ fidei, idem dic in possessore bonæ fidei post litem contestatam, l. *sed et si lege*, §. 5. vers. *quod si ab initio*, et §. *si ante litem*, D. *de petit. hæred.* et per solam sententiam rei alienæ dicitur malæ fidei, l. *item veniunt*, §. *petitam*, el 2. D. eod. et in dict. §. *si ante litem*, et hoc quoad restitutionem fructuum, sed quoad periculum interitus, vide quod habetur in l. *illud*, D. eod. et infrà eod. l. 6.

(8) *Puede tener.* Et sic etiam malæ fidei possessor deducit expensas factas causa quærendorum fructuum, ut hic, et in dict. l. *fundus qui*, D. *famil. ercis.* l. *si à domino*, §. fin. D. *de petit. hæred.* sive ante litem contestatam, vel post, percipiantur fructus, et an stent vel non. Quid autem si nullus fructus perceptus fuit, an deducat expensas malæ fidei possessor? Azon. in summ. *C. de petit. hæred.* dicit, quòd non, per l. *quod si sumptus*, D. eod. ubi vide Gloss. et idem tenet ibi Paul.

LEY V.

Que aquel que tiene los bienes de la herencia como non deue, si enagena alguna cosa dello, la deue pechar.

Si contra alguno que fuesse tenedor de la herencia que pertenesciesse a otro, fuesse dada sentencia que la tornasse, deuela entregar a aquel que la vencio, con todas las otras cosas que ouo por razon della (1). Pero, si de mientra que era tenedor della, vendiesse, o enagenasse alguna cosa de tal herencia, estonce, si auia buena fe en teniendo la heredad, cuydando que era suya, dezimos, que si aquella cosa que vendio, pudiere cobrar por aquel mismo precio, o por menos, que recibio por ella; tenudo es de la comprar (2), e de tornarla al verdadero heredero que la vencio. E si la non pudiere auer, non es tenudo de dar por ella mas de aquel precio que recibio (3). Mas si aquel que la vendiesse, ouiesse mala fe en teniendo la herencia, tenudo es de tornar aquella cosa misma que vendio, si la pudiere auer en alguna manera. E si auer non la pudiere, deue dar por ella, tanto quanto mas pudiere valer (4), a aquel que vencio la herencia por juyzio.

LEY VI.

Que aquel que es tenedor de la herencia como non deue, si se muriere alguna bestia, o alguno de los ganados entre tanto, la deue pechar a los herederos,

Començado (1) seyendo el pleyto por demanda, e por respuesta contra alguno, sobre la heredad de que fuesse tenedor a mala fe (2), si entre aquellos bienes de la herencia fuessen algunas bestias, o ganados, maguer se muriessen de enfermedad, o por otra razon, en tal tiempo como este, tenudo seria de la pechar al heredero, seyendo este tenedor vencido de la heredad por juyzio. Mas si este daño viniesse en las bestias, o en las otras cosas de la herencia, ante que el pleyto fuesse començado sobre ella, non seria tenudo de lo pechar, quando acaesciesse sin culpa del (3). Pero si este que fuesse assi vencido, era tenedor de

LEX V.

Possessor condemnatus hæreditatem restituere, tenetur restituere non solùm hæreditatem, sed etiam quidquid ejus occasione quæsivit; et si rem hæreditariam distraxit, tenetur eam redimere minori, vel æquo pretio, quod habuit; si autem bonam fidem habuit, tenetur ad pretium dumtaxat receptum; malæ fidei tamen possessor tenetur rem, aut quantum magis potuit valere, restituere. Hoc dicit.

(1) *Razon della.* Addè l. *item veniunt*, in princ. cum §. sequenti l. *sed et si lege*, §. fin. cum sequentib. usque ad l. *nisi ex re*, D. *de petition. hæred.* et tenebitur possessor hæreditatis refundere pœnas, quas percipit, ut in l. *utrum*, et in l. *post senatusconsultum*, ubi Angel. D. eod. sive fuerit possessor bonæ fidei, sive malæ fidei, nisi sit pœna ratione contumaciæ vel injuriæ sibi factæ, l. *at ubi*, D. eod. Paul. ibi, sub l. *utrum*, ubi post Angel. de pœna compromissi occasione rei hæreditariæ, quod veniat in petitione hæreditatis. Item et reddet etiam inhonestos quæstus, l. *si possessor*, et l. *ancillarum*, §. fin. D. eod. Nota etiam, quòd et si malæ fidei possessor, vel bonæ fidei, emit aliquam rem necessariam hæreditati, non poterit, si ab eo evincatur hæreditas, illam sibi retinere, et refundere pretium, ut est bonus textus in dict. l. *veniunt*, in princ. ex quo Baldus ibi colligit argumentum optimum ad prælatos intrusos ementes aliquam rem necessariam prælaturæ, vel beneficio; vide ibi per eum, et Paul. de Cast.

(2) *Comprar.* Nota hoc benè ad l. *quod si in diem*, §. *idem Julianus*, et l. *sed et si lege*, §. *item si rem distraxit* el 2. D. *de petition. hæredit.* et vide in l. *item veniunt*, §. penult. et final. D. eod.

(3) *Recibio.* Concordat cum dict. §. *idem Julianus.* Et quid si bonæ fidei possessor habeat rem et pretium? Vide l. *si rem et pretium*, D. eod. et adverte, quòd si verus hæres prius egit contra venditorem, et pretium est consequutus, non poterit posteà petere rem ab emptore, cùm videatur ratificasse venditionem, et non debet habere rem et pretium, ut in dict. §. *item si rem*, et vers. *certe si minori.* Si verò non egit contra venditorem, et agit contra emptorem ad rem rei vendicatione, an possit exceptione repelli ab emptore, eo quod emisset à bonæ fidei possessore? Dic ut habetur in dict. §. *item si rem*, secundum quod declarat ibi Paul. de Castr. nam in tribus casibus posset exceptione verum hæredem repellere. Primus est, quando concurrunt duo, scilicèt, quòd ipse emptor habet regressum de evictione contra venditorem, et quòd venditor consumpserat pretium, et non est ex eo factus locupletior, tunc enim emptor habet exceptionem ex persona venditoris, ne teneatur ultra quam facere potest. Secundus, quando venditor compareret in judicio, et ipsum supra se susceperit, quia tunc emptor habet exceptionem ex persona sua, ut conveniatur auctor suus, qui se offert liti, et non ipse tertius, quando prius egit contra venditionem ad pretium, ut suprà dixi. Sed quid si venditor factus est locupletior, et emptor conveniatur, an possit uti exceptione aliqua contra verum heredem? Vide per Glos. in dict. §. *item si rem*, in verbo *exceptione non repellatur*, in fin. et distingue, ut per Bart. ibi, col. 2. vers. *pro hujus declaratione.*

(4) *Valer.* Hic enim dolo desiit possidere, quia erat possessor malæ fidei, unde ratione doli tenetur ad verum pretium, et quatenùs juretur in litem, potius ad pœnam, quàm ad interesse, ut l. *item veniunt*, §. fin. et in l. *nec ullam*, §. penult. aliàs incipit, *etiam*, D. *de petition. hæred.* et declarat Paul. in dict. §. *item si rem*, et adde Azon. *C.* eod. in sum. col. 3. ibi, cùm dicit: Item veniunt et ea, quæ quis dolo desiit possidere, si stant non deperdita vel diminuta, vel si reas ab emptore nullo modo recipere potest, juratur contra eum in litem; et ista dicta Azonis sequitur hic ista lex.

LEX VI.

Tenetur malæ fidei possessor de interitu rei hæreditariæ post litis contestationem eveniente, ante non; sed possessor bonæ fidei non tenetur de interitu ullo tempore litis. Hoc dicit. Concordat l. *item si verberatum*, D. *de rei vendic.*

(1) *Començado.* Ortum habet à l. *illud*, in princ. versic. *quid enim si post litem contestatum*, D. *de petit. hæred.* et l. *et non tantùm*, §. *veniunt*, eod. tit.

(2) *Mala fe.* Quia qui verè est possessor malæ fidei, si posteà controversia ei moveatur, periculum fatalitatis, vel interitus rerum spectat ad eum, ut in dict. l. *illud.*

(3) *Sin culpa del.* Nam si culpa, teneretur, etiamsi ante litem contestatam res pereat, ut hic, et in dict. l. *et non tantùm*, §. *veniunt.*

la herencia a buena fe (4), cuydando que auia derecho de la tener, estonce el daño que acaesciesse, assi como de suso diximos, non seria tenudo de lo pechar. Ca assaz abonda (5) al heredero, que cobre la heredad, e las cosas que y son falladas biuas al tiempo del juyzio que dan contra el tenedor, que non auia derecho de la tener.

LEY VII.

Por quanto tiempo puede perder el heredero la herencia, non la demandando.

Tenedor podria el ome ser de la heredad agena, en tres maneras. La primera es, quando aquel que la tiene, cuyda auer derecho en ella por alguna razon, e non lo ha. E esto seria, si la ouiesse comprado de alguno que non ouiesse derecho en ella, cuydando que era suya; o si alguno fuesse establescido por heredero en algund testamento, que despues fuesse reuocado, non lo sabiendo el. E en tal caso como este dezimos, que si aquel que dize que ha derecho en tales bienes como estos, non los demandare en juyzio fasta diez años (1) a aquel que assi los tiene, seyendo en la tierra, o fasta veinte, seyendo en otra parte, que perderia despues su derecho; e gana la herencia aquel que fuesse asi tenedor della. La se-

(4) *Buena fe.* Quia licèt post litem contestatam omnes possessores efficiantur æquales, et dicantur prædones, ut in l. *sed et lege*, §. *si ante litem*, D. *de petit. hæred.* hoc procedet quantum ad fructus posteà collectos vel colligendos, ut quilibet teneatur de perceptis et percipiendis, secùs verò quoad interitum rei, nam tunc est differentia inter malæ fidei possessorem verè et à principio, et inter malæ fidei possessorem ficti per litis contestationem, qui à principio fuit bonæ fidei, nam iste non tenebitur de interitu sine dolo et culpa sua, ut hic, et in dict. l. *illud.* Si tamen talis bonæ fidei possessor à principio, posteà efficiatur malæ fidei verè propter scientiam rei alienæ, idem esset in eo quoad talem interitum, sicut in malæ fidei possessore ab initio, et sic iste post litem contestatam teneretur de interitu, secundum Bart. in dict. l. *illud*, et in l. *in fundo*, D. *de rei vendic.* quod limita, secundum Paul. in dict. l. *illud*, nisi res fuisset eodem modo peritura penès actorem, si fuisset restituta, quia tunc præterita bona fides excusaret illum ab interitu, ut notat Gloss. in l. *item si verberatum*, in fin. D. *de rei vendic.* et facit dicta l. *illud*, et idem si habuisset justam causam litigandi, ut ibi notatur.

(5) *Abonda.* Nota istam rationem, et alia habetur in dict. l. *illud*, quia scilicèt non debuit propter metum hujus periculi jus suum indiscussum relinquere.

LEX FINALIS.

Possessor hæreditatis præscribit eam per decem annos inter præsentes, aut viginti inter absentes; sed malæ fidei possessor cum titulo, vel sine eo, præscribit triginta annis: quæ præscriptio non currit contra minorem vigintiquinque annorum ea ætate durante. Hoc dicit.

(1) *Fasta diez años.* Habes hic, quòd petitioni hæreditatis præscribitur decem annis à possidente cum titulo, et bona fide: et idem probatur in l. *hæreditatem*, *C. in quib. caus. cess. long. temp. præscript.* et in l. fin. *C. de edict. D. Adrian. tollend.* Sed contra hoc opponitur, quia petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem, l. *regulariter*, D. *de petit. hæred.* cujus ratio est, ut declarat. Bartol. in l. *hæreditatis*, *C.* eod. quia in petitione hæreditatis agens, fundat se solùm ex titulo suo, et possessione defuncti; licèt enim defunctus non fuerat dominus, nihilominùs venit in petitione hæreditatis, l. *et non tantum*, D. eod. sed ille qui possidet titulo, habet titulum et possessionem, et sic æquale jus cum actore, unde in pari causa melior est conditio possidentis, cap. *in pari*, *de regul. jur.* lib. 6. l. *sive autem*, circa princ. et §. 1. D. *de publiciana*; et hæc est verissima ratio secundum Bartolum, quam etiam dat Baldus in dict. l. *hæreditatem*, et poterit de hoc opponi per reum, non solùm ante litem contestatam, sed etiam post litem contestatam, secundum Bart. in l. *cogi*, versic. *quæro* l. *C.* eod. est enim hæc exceptio peremptoria, et sic videtur impossibile quòd petitio hæreditatis excludatur præscriptione longi temporis, cùm talis præscriptio non procedat, nisi adsit titulus, l. *nullo*, *C. de rei vendic.* et l. *Celsus*, D. *de usucap.* Sed responde, quòd aliqui sunt casus, in quibus petitio hæreditatis datur etiam contra titulo possidentem, de quibus per Glos. in dict. l. *hæreditatem.* Quibus adde alium casum singularem, scilicèt quando talis titulus fuisset acquisitus post mortem defuncti, nam tunc talis titulus non obstaret, secundum Baldum singulariter in l. fin. in 9. et 11. oposit. *C. de edict. D. Adrian. tollend.* sed istud dictum Baldi impugnatur ibi à Salicet. et Alexandr. colum. penult. ubi latè; et tamen potest salvari dictum Baldi, cùm talem titulum acquisierit ab eo, qui poterat conveniri petitione hæreditatis, et mala fide seu lite pendente talis titulus fuit acquisitus, ut colligitur ex verbis Bartoli in dict. l. *cogi*, ad fin. et tradit Alexandr. in dict. l. fin. Adde etiam Alexand. cons. 73. incipit, *punctus talis est*, 5. volum. ubi latè impugnat etiam istud dictum Baldi, et ibi fundat singulariter, quod licèt petitio hæreditatis non possit dari contra titulo possidentem, etiamsi talis titulus acquiratur post mortem defuncti, tamen si agatur ex remedio dictæ l. fin. *C. de edict. D. Adrian. tollend.* de quo suprà eod. in l. 2. poterit agi contra titulo possidentem, si post mortem defuncti talis titulus fuit acquisitus; videas ibi per eum. Adde etiam, quod contra possidentem titulo putativo, benè datur petitio hæreditatis; cessat enim tunc dicta ratio reddita per Bartolum et alios, ut tradit Alex. cons. 85. *viso themate*, 2. vol. col. 1. et licèt error habeatur pro justo titulo quantum ad usucapionem et præscriptionem, non tamen habetur pro titulo quantum ad repellendum agentem petitione hæreditatis vel interdicto *quorum bonorum*, secundum Glos. et Bart. l. 1. D. *quorum bonor.* et probatur hoc in ista lege Partitarum, ibi: *o si alguno fuesse establescido por heredero en algund testamento, que despues fuesse reuocado non lo sabiendo el:* et adde Gloss. in dict. l. *hæreditatem*, et Paul. de Castr. in l. 1. D. *pro hæred.* Contrarium tamen, imò quòd error justus habeatur pro titulo etiam ad exclusionem petitionis hæreditatis, voluit Gloss. in l. penult. et fin. D. *pro legat.* quam sequitur Baldus in dict. l. *nullo*, *C. de rei vendic.* col. 1 Alexand. consil. 89. incipit, *Excelentissimi*, col. 3. vol. 5. dicit differentiam debere fieri inter titulum universalem, et singularem, ut titulus universalis putativus et erroneus, sufficiens ad præscriptionem, non sufficiat, si non est præscriptum, ad excludendum petitionem hæreditatis, et ita procedat quod dicit Gloss. et Bart. in dict. l. 1. D. *quor. bonor.* si tamen esset titulus singularis, licèt lucrativus, excluderet petitionem hæreditatis: et quòd ita procedat Glossa in dict. l. penult. et fin. et Bald. in dict. l. *nullo*; et est ratio diversitatis secundum eum, quia contra habentem titulum verum universalem datur petitio hæreditatis, ac si titulum non haberet, l. *etiam*, §. *quod si quis*, et ibi notata in glossa, D. *de petit. hæredit.* ideò nihil mirum, si titulus putativus pro hærede habeatur pro non titulo, ut sic non excludatur agens petitione hæreditatis, ut in dict. l. 1. in princ. vide latius ibi per eum. Adverte tamen, quòd titulus universalis non semper, et regulariter obstat agenti petitione hæreditatis, sed in certis casibus, veluti quando venditor non comparet, vel hæreditas est modico pretio distracta, vel quando emptor est

gunda manera es, quando aquel que tiene los bienes, e la herencia del finado, ha razon de tenerla (2), e sabe ciertamente, que non ha derecho ninguno en ella. E esto seria, como si la ouiesse comprada de algun ome, que sopiesse ciertamente que non era suya, nin auia derecho de venderla. E la tercera manera es, quando sabe ciertamente que non ha derecho en ella, e demas non puede mostrar razon cierta, por que la tiene. E en qualquier destas dos maneras que agora diximos a postremas, si aquel que ha derecho en la heredad, non la demanda a los tenedores della fasta treynta años (3) sabiendolo, o podiendolo fazer, dezimos, que pierde por su negligencia aquel derecho que en ella auia, e ganala por este tiempo el otro que la touo. Pero el que fuesse menor de veynte e cinco años (4), non podria perder por este tiempo sobredicho el derecho que ouiesse en la heredad, en tanto que fuesse menor desta edad.

TITULO XV.

DE COMO DEUE SER PARTIDA LA HERENCIA ENTRE LOS HEREDEROS, DESPUES QUE FUEREN ENTREGADOS DELLA. E OTROSI, DE COMO SE DEUEN AMOJONAR LAS HEREDADES, QUANDO CONTIENDA ACAESCIESSE ENTRE ELLOS EN ESTA RAZON.

Entregados seyendo los herederos de la heredad, e de los bienes del finado, acaesce muchas vegadas desacuerdo (1) entre ellos, por razon de las cosas que son apoderados todos comunalmente, por que por fuerça han de venir a particion (2). Onde pues que en los titulos ante deste fablamos de como deuen ser apoderados los herederos en los bienes de aquellos a quien heredan, queremos aqui dezir, como los deuen partir entre si. E mostrar, que cosa es esta Particion. E que pro viene della. E quien son aquellos que la pueden demandar. E a quien. E quales cosas pueden partir. E quales non. E en que manera deue ser fecha la particion. E de si diremos, e mostraremos, que poder ha el Juez, ante quien vienen a pleyto los herederos en razon desta particion.

Ley 5, tit. 3; y 2, tit. 5; 1, 2, 4, 5, 6, 7, 11 y 12, tit. 20: ley 1, tit. 22, lib. 10 Novis. Recop.

LEY I.

Que cosa es particion, e que pro viene della.

Particion es departimiento que fazen los omes entre si, de las cosas que han comunalmente (1) por herencia, o por otra razon. E viene ende grand pro (2), quando es fecha derechamente. Ca se tiran por ella desacuerdos (3) muy grandes, que nascen entre los omes a las vegadas, por razon de las cosas que han de so vno; e tienese cada vno por pagado con su parte, quando la ha, e aliñala mejor, e aprouechase mejor, e mas della.

sciens, vel empta est à fisco hæreditas, ut in dict. §. *quod si quis*, cum sequent. et notat Glos. in dict. l. *hæreditatem*, unde ratio Alexandri in ratione differentiæ non est ita concludens, licèt ista lex Partitarum potest induci pro Alexand. cùm dicit: *E esto seria si la ouiesse comprado, etc.* Sed videtur, quòd sit restringenda hæc lex justa terminos juris communis, scilicèt ad dictos casus dicti §. *quod si quis*, et Glossæ in dict. l. *hæreditatem*; et potius videtur fortè dicendum, quod titulus putativus, sive universalis, sive singularis non excludat agentem petitione hæreditatis, eo quia tunc non militat ratio suprà in principio hujus glossæ tradita, scilicèt quòd in pari causa melior sit conditio possidentis, non est enim par causa tituli putativi ad verum, et sic quòd dictum Glossæ et Bartol. in dict. l. 1. D. *quor. bonor.* indistinctè procedat, et reprobetur dictum Glossæ in dict. l. fin. D. *pro legat.* Conclude ergò, quod in illis casibus, in quibus petitio hæreditatis datur contra titulo possidentem, tunc præscribitur petitioni hæreditatis per 10. vel 20. annos, ut hic habes, et notat Glossa in dict. l. *hæreditatem*, quia cùm tunc excedat suos terminos, exceditur à non suis terminis. Posses etiam respondere, quòd hæc lex non apperiat, quòd ageretur petitione hæreditatis, et forsan poterat agi rei vendicatione, cui præscribitur per titulo possidentem præscriptione longi temporis, prout et habetur, et notatur in dict. l. fin. *C. de edict. D. Adrian. toll.* ubi etiam vide Jason. col. fin.

(2) *De tenerla.* Id est titulum, quo eam acquisivit à non domino, ut subjicitur, et datur contra eum utilis petitio hæreditatis, l. *etiam*, §. *si quis sciens*, D. *de petit. hæred.* tanquàm contra emptorem universitatis: et si prætendat quis se emisse ab hærede, videtur possidere pro hærede; qui enim allegat se hæredem, cùm non sit, dicitur possidere pro hærede, textus et Glossa, et Paul. in l. *pro hærede*, D. eod. et hoc quando credit se hæredem, nam si scit non se hæredem esse, potius dicitur pro possessore possidere, secundum Gloss. et Paul. ibi; in sequenti verò casu possidet pro possessore tantùm.

(3) *Treinta años.* Adde l. *hæreditatis*, *C. de petition. hæred.*

(4) *Menor de veinte e cinco años.* Adde l. fin. *C. in quib. caus. in integ. restitut. non est necessar.* et l. 9. tit. fin. infrà ead. *Partit.*

TITULUS XV.

FAMILIÆ ERCISCUNDÆ, IN SUMMA.

(1) *Desacuerdo.* Communio solet excitare discordiam, ut hic, adde l. *in communi*, D. *de servit. urban. prædior.* et l. *cùm pater*, §. *dulcissimis*, D. *de legat.* 2. l. *si non sortem*, §. *si centum*, D. *de condict. indebiti.*

(2) *De venir a particion.* Nam segnius expediunt commissa negotia plures, et naturale vitium est negligi quod commune est, ut se nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur: denique suam quoque partem corrumpi patiatur, qui invidet alienæ, l. 2. *C. quando et quib. quarta pars*, lib. 10. unde divisio quæ procedit de fratrum concordia, laudatur, l. fin. D. *famil. ercis.*

LEX I.

Divisio est communium rerum partitio, et per eam evitantur scandala, et quilibet contentatur parte sua, prædiligens eam, quàm communem. Hoc dicit.

(1) *Comunalmente.* Nam ubi non est communio, non habet locum divisio, l. *sed si fortè*, et ibi Bartol. D. *de rebus eorum.*

(2) *Grand pro.* Ut in dict. l. 2. *C. quando et quib. quarta pars*: aliquando tamen expedit rem cum alio habere communem, l. *in hoc judicium*, §. *si conveniat*, in fin. D. *commun. divid.* Et adde etiam, quòd titulus divisionis præstat justam causam præscribendi, l. *si ancillam*, §. *si pater*, D. *pro suo*, gloss. fin. et ibi notat Florian. in l. *cum putarem*, D. *famil. erc̃isc.* et Glossa, et ibi notat Paul. in l. 1. *C. communia utriusq. judicii*, Bartol. in l. *cum solus*, D. *de usucapion.* col. 2.

(3) *Desacuerdos.* Ut suprà in rubr. sic et Ambros. in

LEY II.

Quien son aquellos que pueden demandar particion, e a quien; e quales cosas pueden partir, e quales non, e en que manera.

Cada vno de los herederos (1) que ha derecho de heredar los bienes del finado, puede demandar a los otros que los partan entre si. E pueden ser partidos (2) estos bienes, segun manda el testador en su testamento, quando lo fizo; o si murio sin manda, deuen partir la herencia del, segun dizen las leyes que fablan en esta razon, en los titulos (3) que son puestos de suso. Pero si en los bienes del testador fueren falladas algunas cosas malas (4), assi como ponçoñas (5), o malas yeruas, o dañosas melecinas (6), o libros, o escrituras de encantaciones malas (7), o otras cosas de aquellas que son defendidas que non vsen los omes dellas, non las deuen partir entre si; ante dezimos, que las deuen quemar, e destruir (8). Otrosi, si fallaren en los bienes de la heredad algunas cosas que fuessen mal ganadas, assi como si aquel que las gano, fue ome que recibio, o tuuo en su poder algunas rentas del Rey, e furto algo dellas (9), o si furto, o robo, o forço a otro ome alguna cosa, o lo gano de vsura (10) non lo deuen partir entre si los herederos; ante dezimos, que deuen tornar (11), e dar estas cosas atales a aquellos cuyas fueren, o a los que lo suyo

lib. *de Abraham*, cap. 3. dicit, divide, ut potius maneat amicitia; indivisa domus duos non sustinet: et adde l. *sancimus*, §. *aliis vero*, versic. *sin autem non in auro*, *C. de donation.*

LEX II.

Quilibet hæredum potest divisionem petere à cohærede hæreditatis defuncti; non tamen debent dividi malæ herbæ, seu potiones, aut libri incantationum, sed comburantur; nec etiam malæ acquisita in hæreditate inventa, sed dominis aut eorum hæredibus restituantur, aut eis non inventis, amore Dei dentur. Hoc dicit.

(1) *Herederos.* Quid si sit prodigus unus ex hæredibus, cui bonis interdictum sit? Vide textum singularem in l. *ex castrensi*, in princ. D. *de castrensi pecul.* quòd iste neque provocari potest ad divisionem; quem textum dicit singularem Baldus in l. *jubemus nulli*, *C. de sacrosanct. eccles.* Minor etiam viginti quinque annis, seu ejus curator poterit petere divisionem, ut probari videtur in l. *Lucius*, D. *famil. ercisc.* quod procedit indubiè, quando pupillo vel adulto utile sit, nam aliàs licèt provocari, ipsi provocare non possunt ad divisionem, ut l. *inter omnes*, *C. de praed. minor.* l. *inter pupillos*, D. *de auctor. tutor.* tradit Bart. in dict. l. 2. *C. quando et quib. quarta pars*, et ibi latè Lucas de Penna, col. 3. et 4. Jacob. de Aret. Cyn. et Bald. in l. 1. *C. si advers. transact.* Bald. in l. 1. D. *de rebus eorum*, Bart. et Doctores in l. *si convenerit*, D. *pro socio*, Gloss. et Bart. in dict. l. *jubemus nulli*, et tradit etiam Joan. Andr. *in addition. ad Specul.* tit. *de curat.* in rubric. De furioso verò idem est dicendum, quod de minore, secundum Bald. in dict. l. *jubemus nulli*, in princ. cùm gaudeat privilegiis minorum, Gloss. in l. 2. *C. de curat. furios.* De ecclesia etiam vide in dict. l. *jubemus nulli.*

(2) *Partidos.* Concordat cum l. 2. D. eod.

(3) *En los titulos.* Suprà *de testam.* qui est ead. *Part.* tit. 1. et in tit. 13. ead. *Partit.* ubi de successionibus ab intestato.

(4) *Cosas malas.* Concordat cum l. *cæteræ*, §. *mala medicamenta*, D. eod. unde neque veniet ista in petitione hæreditatis, prout arguit ibi Baldus.

(5) *Ponçoñas.* Antiquitus in civitate Masiliensi venenum cicuta temperamentum publicè custodiebatur, quod datur ei, qui aliquid commisisset, propter quod mors esset illi expectanda, ut dicit Florian. referens Valerium Maxim. in dict. §. *mala medicamenta.*

(6) *Melecinas.* Secùs si aliquo admixto possent ad medicinam prodesse, ut in l. 17. tit. 5. *Part.* 5.

(7) *Encantaciones malas.* Hos vocat Consultus in dict. §. *mala medicamenta*, libros improbatæ lectionis, veluti artis magicæ, vel sortilogiorum, ut habetur 26. quæst. 2. per totum, ubi in cap. *qui sine*, tradit Archidiac. de arte, quæ dicitur *notoria*, per quam quidam scire cupiunt; quæ est inefficax et improbata, ut etiam tradit S. Thom. 2. 2. quæst. 96. ad 1. art.

(8) *E destruir.* Nota hoc ad mandata confessorum, qui mandant confitentibus, quos libros improbatæ lectionis comburant, facit l. *damnato*, §. 1. *C. de hæretic.*

(9) *Dellas.* Concordat cum dict. §. *mala medicamenta*, vers. *sed et si quid ex peculatu*, et adde quod habetur in l. 16. tit. 26. 2. *Part.*

(10) *De vsura.* Nota benè, quia reprobatur hic opinio illorum, qui dicebant, quòd cùm in usuris transferatur dominium in usurarium, licèt repeti possent per conditionem *indebiti*, vel per conditionem ex canone, *de usuris*, per totum, bona quæsita ex usuris per defunctum veniunt dividenda inter hæredes; quam opinionem tenuit Jacob. de Aretin. et Ricar. et sequitur Bald. in l. *bona quæcumque*, *C. famil. ercisc.* et in dict. §. *mala medicamenta*, ubi et idem vult Florian. et etiam Alberic. Contrariam tamen opinionem, imò quòd usuræ non veniant in judicio divisorio, tenuit Odofred. in dict. §. *mala medicamenta*, dicens, quòd si pater in extremis confiteretur, quòd quidquid habet, quæsivit ex usuris, unde mandat restitui, quibus est extortum, et si non apparent, mandat dari pauperibus, et filiis solam relinquat benedictionem; quod filii non habebunt inter se hoc judicium, neque ista dividere possunt: et tenuit etiam Rofred. in tit. *famil. ercisc.* §. *quantum est*, et etiam Salic. in dict. l. *bona*, qui ponderat ad hoc dictum §. cùm vult, quòd injustè quæsita non veniunt dividenda, et non potest dici quæsitum, quando dominium non fuit translatum: tenuit etiam Guido de Suza relatus ab Alber. et hanc opinionem sequitur Joan. de Anania in rubr. *de usur.* ad fin. et sequitur etiam Socin. consil. 127. col. penult. vol. 3. quæ opinio approbatur hic, et tene menti, et adde juxta istam materiam, quæ notat Bald. in l. *cum oportet*, in princip. col. 1. vers. *modo quæro*, *C. de bonis quæ liber.* et Alexander in l. *quòd servus*, D. *de acquir. possess.* et Paul. de Cast. in l. *si hæres*, D. *ad leg. Falcid.* in vers. *item nota hic argumentum.*

(11) *Tornar.* Non ergò erit melior conditio possidentis, sed compellendi sunt ad restitutionem; et confert quod notat Bald. in l. 1. in fin. *C. pro socio*, quod Episcopus poterit compellere socium illius, qui ex pravitate usuraria multa quæsivit, et socio communicavit, ad restitutionem usurarum, licèt iste socius, qui compellitur, non exercuit usuras, allegat l. *quod enim*, D. *pro socio*, et Martin. Silla. idem tenentem: et potest induci ista lex, quod si aliquis faciat majoriam de aliqua re, quam fortè per violentiam comparavit, quod hæredes non teneantur eam tradere ei, cui est relicta titulo majoriæ: in contrarium tamen est textus, et ibi notat Paul. de Castr. in l. *si à substituto*, §. *hæres.* D. *de legat.* 1. in fin. et ibi Paul. vers. *in legato autem certæ speciei.* Quid autem si testator facit majoriam de tali oppido cum omnibus, quæ ibi possidet, an venient etiam

ouieren de heredar. E si non supieren ciertamente, cuyas fueron estas cosas que fuessen assi ganadas, estonce se deuen dar por Dios (12); porque el anima de aquel que assi las gano, no sea penada por ellas (13).

LEY III.

Quales ganancias es tenudo el vn hermano de partir con el otro.

Todas las cosas que el fijo ganare en mercaderia (1) con el auer de su padre (2) se-

fundi, quos mala fide possidebat? Vide Bald. quod non, *C. de verbor. signif.* in rubric. vers. *quid ergò.*

(12) *Por Dios.* Adde quæ habentur in cap. *cum tu*, *de usur.* et in cap. *cùm sit*, *de Judæis.* Et an poterunt ista distribui pauperibus per executores testamenti, vel debeat adiri Episcopus, vide per Joan. Andr. in cap. fin. *de testam.* lib. 6. et quibus pauperibus sint danda, an illis, qui sunt in loco, ubi exercuit defunctus usuras vel rapinas, vel pauperibus domicilii defuncti, vide quod in hoc latè tradit Joan. de Ana. referens consilium 32. Frederici in dict. cap. *cum tu*, col. 4. et 5. Et an super istis in certis teneat compositio facta? Paul. de Eleaza. in Clement. 2. *de pœn. et remis.* tenet, quod non; et refert, et sequitur Joan. de Imola, dicens, esse benè notandum contra componentes cum hæredibus usurariorum super usuris et malè ablatis, quia non videtur valere talis compositio, neque patrocinari quantum ad Deum eis, quibus fit remissio, ut in regul. *peccatum*, *de regul. jur.* lib. 6. et hanc opinionem sequitur Baldus in l. *post decissionem*, *C. de furt.* quam sequitur Joan. Ana. in cap. *cum sit*, *de Judæis.* Cardin. tamen in dict. Clement. 2. in 5. notab. in terminis, quando quantitas est incerta, tenet, quod Episcopus potest transigere; secùs si sit certa, argumento cap. *quamquam*, in vers. *cæterum*, *de usur.* lib. 6. et tenet Angel. *in disputat. sua*, incipit, *Hastensis miles*, de quo vide etiam per Socin. in dict. consil. 127. *quantum in præsenti consultatione*, col. 3. et 4. An autem Papa possit absolvere, et liberare à restitutione istorum incertorum, etsi non fiat integrè, vide per Hostiens. in cap. 2. *de pœnit. et remis.* et per Cardin. et Joan. de Imol. in dict. Clement. 2. et tradit etiam Socin. in dict. consil. col. 10. et vide Archiepiscopum Florentin. 2. part. tit. 2. cap. 6. in fin. et Silvestrum in summa, in parte *restitutio*, la 8. vers. 8. *quæritur.*

(13) *Por ellas.* Si enim defunctus pœnituit, et in vita restitui voluit talia ablata et injusta, etsi alius in se hujus satisfactionem suscepit, non volabit defunctus ad Patriam Cœlestem, nisi completa satisfactione, ut tradit S. Thom. in 4. dist. 15. quæst. 1. art. 1. quæst. 3.

LEX III.

Dividenda sunt inter cohæredes quæsita per filium cum bonis patris; et confert filius arrhas, donationem, et dotem profectitiam fratribus in divisione paternæ hæreditatis, nisi testator ei donet in testamento, vel ne conferantur, exprimat; sed extraneo hæredi non confert filius cohæres suprà dicta. Hoc dicit.

(1) *Mercaderia.* Habes hic expressum, quod omne id, quod lucratur filiusfamilias cum pecunia patris, dicitur peculium profectitium, et totum quæritur patri, et post mortem patris venit conferendum fratribus; et idem habetur in l. 7. tit. 4. *de las lauores, e particiones*, lib. 3. *For.* ll. et idem voluit Glossa in l. *cum oportet*, in princ. *de bon. quæ liber.* et tenet Spec. tit. *de judic.* §. *sequitur*, vers. *quod si alter filiorum*; et sic videtur prout et glossator legum Tauri Didacus à Castello dicit in l. 29. in 1. gloss. per istam legem corrigi illam communem Doctorum opinionem, qui in hoc concludebant, quod quatenus lucrum est attribuendum pecuniæ, dicatur profectitium, et quæratur patri; quatenus verò industriæ et laboribus filii, adventitium, et quæratur filio quoad proprietatem, et non conferatur fratribus post mortem patris; quæ fuit opinio Jacob. Butri. in dict. l. *cum oportet*, et sequitur Bart. et communiter Doctores ibi, et tenet Bart. et Bald. in authent. *ex testamento*, ubi Bald. col. 4. *C. de collat.* et quia hæc materia diffusè scribitur, reperio, quod Socin. consil. 92. 1. vol. incipit, *circa primum hujus consultationis articulum*, col. antepenult. et penult. et fin. latè tangit istum articulum, et distinguit quinque casus. Primus, quando pater non vult per se negotiari, tamen vult negotiari per personam filii, et ponit filium, ut exerceat mercantias suo nomine; et hoc casu dicatur totum lucrum profectitium, quia filius agit ut gestor negotiationis paternæ, et tenetur pater institoria vel exercitoria, ut *Institut. quod cum eo*, per totum, et facit ad hoc l. *procurator ex re*, D. *de procurator.* cui tu adde quod in hoc notat Bald. in l. *certum*, col. 1. vers. *quæro hic*, *C. famil. ercisc.* ubi dicit, quod peculium recipit incrementum, et totum incrementum dicitur esse peculium ejusdem generis, l. *peculium nascitur*, D. *de pecul.* et si tu dicis, lucrum operæ est adventitium, concedo, dicit Baldus, quando filius operatur sibi; sed hic videtur operari ipsi patri, cùm ejus opera accedat peculio, quod est in dominio patris, argumento l. *sicut*, D. *de oper. libertor.* et confirmatur, dicit ipse, ponendo casum è contra, videlicèt quod sit damnum et non lucrum, nunquid hoc damnum attribues operæ et imprudentiæ filii, ut pro aliqua parte resarciat fratribus? Certè non; imò si fratres volunt peculium, conferant ad debitum et ad damnum; ut in dict. l. *certum*: et sic in isto casu planè procedat ista lex Partitarum; et vide ad istum primum casum Socin. consil. 162. vol. 2. ubi notabiliter loquitur. Secundus casus est, secundum Socinum, quando pater non vult negotiari, sed dat pecuniam filio, ut se exerceat, sed ut sibi magis credatur, permittit, quòd negotietur nomine patris; et isto casu dicit concludendum esse, lucrum esse dividendum, secundum theoricam Bartoli, et Baldi et aliorum, quæ est communis, de qua suprà, cùm pater noluit negotiari, et sibi totum quærere. Tertius casus, quando pater concedit pecuniam filio in peculium profectitium, ut de ea ad libitum disponat, et patitur filium negotiari, non tamen expressè consentit, et tenetur tunc pater ex contractu filii actione tributoria, non in solidum, sed usque ad vires peculii, et concurrit ipse cum aliis creditoribus; non autem potest deducere, quod sibi debetur, ut D. *de tributoria*, per totum, et hoc etiam casu potest procedere secundum eum dicta doctrina communis. Quartus casus est, quando pater concedit pecuniam filio, qui negotiatur patre ignorante, et tunc pater tenetur de peculio, et deducitur quod patri debetur, prout habetur *Institut. quod cum eo*: et hoc etiam casu procedat communis opinio jam dicta. Quintus casus est, quando pater non dat pecuniam filio, sed ipsemet accipit clanculum, et negotiatur proprio nomine, et iste casus est disputabilis secundum eum, sed tandem concludit adhuc in eo habere locum dictam communem opinionem. Tu cogita super his, cùm lex ista Partitarum ita generaliter et indistinctè loquatur; sed fortè attenta æquitate restringenda sit ad dictos casus, juxta doctrinam Doctorum, maximè cùm etiam id, quod ex laboribus suis filius lucratur, jure etiam isto Partitarum dicatur adventitium, ut in l. 5. tit. 17. *Partit.* 4. ubi etiam vide quæ in ista quæstione dixi. Quid autem si post mortem patris unus ex fratribus exerceat mercantiam, an communicabit lucrum cum fratribus? Vide Bald. in l. *si patruus*, col. 2. *C. communia utriusq. judic.* et Decium consil. 255.

(2) *De su padre.* An hoc in dubio præsumatur, quòd de bonis patris processerit? Vide per Joann. de Plat. in l. *defensionis facultas*, in fin. *C. de jur. fisc.* lib. 10. qui allegat Glos. decidentem in l. *cum oportet*, in princ. *C. de bon. quæ liber.* et tradit Alexand. consil. 31. *viso testamen.* 4. vol. quòd recurrendum sit in hoc ad conjecturas, et in dubio debet præsumi de bonis patris acquisitum.

Ley 5, tit. 3, lib. 10 Novis. Recop.

yendo en su poder, todas las deue aduzir a particion con los otros bienes que fueron de su padre, e partirlas con los otros hermanos. Otrosi dezimos, que la dote (3), o el arra (4), o la donacion (5), que el padre diere en casamiento a alguno de sus fijos, se deue contar (6) en la parte de aquel a quien fue dada; fueras ende, si el padre dixesse señalada-

(3) *La dote.* Adde l. 1. et per totum, D. *de collat. dotis*, et l. *filiæ dotem*, C. *de collat.* et dict. l. 29. in *Ordinam. Tauri.*

(4) *O el arra.* De donatione propter nuptias dicit l. 1. tit. 11. *Partit.* 4. adde l. *ut liberis*, C. *de collat.* et dict. l. 29.

(5) *Donacion.* De donatione ob causam intellige, Glossa; Doctores communiter in authent. *ex testamento*, C. *de collat.* et quia de donatione simplici dicitur infrà l. proxima; patet etiam hic, cùm subdit: *que el padre diere en casamiento.*

(6) *Contar.* Fit enim collatio dotis tanto minus accipiendo, ut in l. *dotis*, C. *de collat.* et fit etiam collatio re ipsa dotem conferendo, ut in l. *filiæ licèt*, C. eod. et aliquando etiam communicando actionem, licèt inanem fortè, ut in authent. *quòd locum*, C. eod. et in l. 1. §. *cum dos*, D. *de collat. dot.* et aliquando etiam liberando cohæredes à dote promissa, ut in l. 2. C. eod. Bart. in l. 1. §. *filiam*, D. *de collat. dot.* et in l. *pater filiam*, in fin. eod. tit. et quando dos est à filia recuperata, fit collatio reipsa ponendo dotem in communi, secundum Bald. in dict. l. *dotis quidem*, et vide l. *filius*, §. *filia*, D. *de collat. dot.* ubi quid, si fiat mora in collatione dotis, et ibi Bart. et Socin. consil. 64. *viso puncto*, 1. vol. Et de expensis factis in dote, qualiter deducantur, vide l. 1. §. *cum dos*, et ibi Bart. D. eod. *de collat. dot.* Socin. in dict. consil. vers. *sexta conclusio*: et si fundus dotalis detractis impensis est pretiosior, quàm fuerit tempore dationis in dotem, et hoc est causatum ex sola temporum mutatione, debet conferri in ea æstimatione, quæ reperitur tempore collationis, secundum Paul. de Castr. in l. *illud*, C. *de collat.* per illum textum: et si effectus fuisset vilior sine culpa filiæ, similiter ea æstimatione debet conferri, qua fuisset repertus tempore mortis, cùm de collatione agit, ut in dict. l. *illud*, et tradit etiam Socin. in dict. consil. vers. *septima conclusio.* Si tamen ultra expensas factas est effectus pretiosior propter plantationem, et non propter mutationem temporum, illud plus, in quo est pretiosior, quàm tempore quo habuit tanquam adventitium, non confertur secundum Paulum, et Doctores ubi suprà, et Socin. in dict. consil. vers. 8. *conclusio.*

Et quid si dos periit sine culpa filiæ, quia vir factus est inops, fortè quia fuit in mari, vel res dotalis chasmate, vel alluvione periit? Bald. Novel. in tract. *de dote*, charta 9. col. 2. dicit, quòd tunc non imputabitur in legitimam post mortem patris, cùm etiam tunc pater teneatur redotare, si posset, ut in authent. *sed quamvis*, C. *de rei uxor. action.* et ita dicit se consuluisse. Et an dos quam avus paternus dedit nepti vivente filio patre ejus, mortuo patre imputetur in legitimam, quam debeat habere in bonis patris? Est quæstio latè discussa per Angel. et Alexand. in l. *in quartam*, D. *ad leg. Falcid.* et resolutio videtur esse, quòd, aut constat avum dedisse contemplationis neptis, et non contemplatione filii, tunc non imputabitur in talem legitimam; si verò dedit contemplatione filii, vel dubitatur, et tunc debet sibi imputari in legitimam debitam in bonis patris, quasi à patre suo dotata sit, l. *sed si plures*, §. *in arrogato*, D. *de vulgar. et pupill.* Quod tamen hodie in regno non procederet, cùm per matrimonium liberetur filius à patris potestate per ll. regni, et sic onus dotandi neptem, quo pater de jure antiquo tenebatur propter filium, l. *dotem quam dedit*, et ibi Bart. D. *de collat. bonor.* l. 8. tit. 11. 4. *Partit.* cesset in isto casu, non potest dici, quòd dos, quæ obvenit nepti ab avo, dicatur profectitia respectu patris, ut sic imputetur, per ea quæ notat Glossa in l. *qui in aliena*, §. *interdum*, in vers. *faciet hæredem*, D. *de acquir. hæredit.* Bart. in l. *quæsitum*, in princ. D. *de legat.* 1. vide per Alexand. in dict. l. *in quartam*, 14. et 15. col. et in consil. 31. *viso testamento*, 4. vol.

Quid autem si filia vivo patre decessit relictis filiis, an dos data filiæ computetur filiis ejus in legitimam? Bart. in dict. l. *in quartam*, col. penult. D. *ad leg. Falcid.* dicit, quòd imputetur et conferatur, per l. *illam*, C. *de collat.* et l. *quoniam novella*, C. *de inoffic. testam.* et per alia, quæ ibi videbis: ex cujus fundamentis potest colligi, quòd hodie de jure regni, cùm filia liberetur à patris potestate per matrimonium, et sic dos data filiæ exivit à patrimonio patris, et in ea habet filios hæredes, non computabitur filiis in legitimam in bonis avi; et ita consuluit Paul. de Cast. in casu ubi erat simile statutum, consil. incipit, *visis et ponderatis omnibus*, et refert et sequitur Decius in l. *illam*, column. fin. C. *de collation.* Videtur tamen in hoc contrarium esse tenendum etiam de jure regni, per dict. l. 29. *in Ordinam. Tauri*, ibi cum dicit: *ellos, e sus herederos*: et sic etiam hodie de jure regni talis dos imputabitur nepotibus, et tenebuntur conferre eam, per dict. l. 29. et vide in materia notabile consilium Alexand. 4. vol. consil. 23. incipit, *visis dubiis.* Et an istud jus conferendi transmittatur ad hæredes? Vide textum et Bartol. in l. 1. §. *ibidem*, D. *de collat. bonor.*

Sed quid si pater dedit filiæ magnam dotem, et postea in testamento illam instituit in una uncia, et alium filium vel filios in residuo; utrum si filia voluerit habere illam unciam ex testamento, cogatur conferre dotem, quam habuit? Raphael. Fulgo. ponit istam quæstionem in l. *si emancipati*, col. penult. C. *de collat.* et concludit, quòd si apparet patrem instituisse filiam in minima parte, eo quòd prius magnam dotem habuisset, tali casu collatio cessabit, quia apparet de voluntate testatoris, argumento l. *ex parte*, §. *intestato*, D. *famil. ercisc.* si verò non apparet de voluntate testatoris, collatio non cessabit, licèt partes sint inæquales; habet tamen filia expeditum remedium, quod abstineat scilicet à bonis patris, et non cogetur dotem conferre, l. penult. et fin. D. *de collat. dotis*: et facit ad hoc l. 2. §. *si tres*, D. *de collatione*: ibi: "neque indignari eos, si plus conferant, et minus accipiant, quia in potestate eorum fuerit bonorum possessionem amittere: adde etiam dict. l. 29. *in Ordin. Tauri*, ibi: *pero si se quisieren apartar de la herencia, etc.*

Quid tamen, si filia esset meliorata in tertio et quinto bonorum, et velit prælegatum, et nolit succedere titulo universali ut hæres, an tunc teneatur dotem conferre? Et videtur quod non, cum tunc non sit locus collationi, ut tradit Jason. in l. *si emancipati*, column. 12. C. *de collat.* quod tamen intellige, nisi melioramentum cum datis in dotem esset inofficiosum, nam tunc rescinderetur à melioramento, quod esset inofficiosum, juxta notata in l. 1. C. *de inoffic. donation.* et in dict. l. 29. qui enim non vult succedere universaliter, non tenetur conferre nisi ad legitimam, vide per Bald. in l. *si emancipati*, in fin. C. *de collat.* et vide l. *cum responso*, C. *de legat.*

Sed an conferatur id, quod venit ad filium jure primogenituræ, seu majoriæ? Baldus dicit, quod non, in authent. *ex testamento*, col. fin. vers. 18. cap. C. *de collat.* quod planè procedit in his, quæ veniunt jure antiquæ majoriæ; si verò majoria esset nova, videtur quod si velit esse hæres, quod debeat conferre; vide quæ notat Bart. et Alexand. in l. *si patroni*, in princ. D. *ad Trebell.* et audio fuisse pronuntiatum in Cancellaria Granatensi, quod bona relicta titulo majoriæ imputarentur in legitimam: et sic sequitur, quod si imputantur, et conferantur, per regulam l. *illud*, C. *de collat.* Conferetur ergo pretium rerum majoriæ novæ, facit l. *omnimodo*, §. *imputari*, C. *de inoffic. testam.* ubi pecunia data pro militia confertur, et idem notatur ibi: de feudo empto à patre, vide Antonium in cap. 1. §. *præterea ducatus*, *de prohibit. feud. alienat. per Freder.* et Martin. Lauden. in tractat. *de majoratu*: cogitabis super hoc.

mente, quando gela daua, o en su testamento, que non queria (7) que gela contassen en su parte. E esto ha logar, quando los hermanos tan solamente heredan los bienes de su padre, o de su madre (8). Mas si otro estraño fuesse establescido con ellos por heredero, estonce las ganancias sobredichas, o las donaciones, o dotes que fuessen dadas a los hermanos, non las deuen meter en particion con los estraños (9), nin las deuen contar en su parte con ellos.

LEY IV.

Como las donaciones que el padre faze en su vida a algund su fijo, si deuen ser contadas en su parte, o non.

En su vida faziendo donacion el padre a su fijo que estuuiesse en su poder (1), si despues non la reuocare (2) fasta su muerte, este fijo aura la donacion que desta guisa le fuere fecha, libre, e quita: e non gela pueden contar en su parte (3) los otros hermanos en la particion, fueras ende, si el padre ouiesse dado en casamiento a los otros hermanos alguna cosa, segund dize en la ley ante desta. Ca, si este fijo atal quisiesse contar a los otros hermanos en sus partes, las donaciones que el padre les fiziera en razon de casamiento; estonce dezimos, que sea otrosi contada en su parte la donacion que el padre fizo a el en su vida. E esto es, porque se guarde egualdad (4) entre ellos. Pero si el padre fiziesse tan grand donacion al vno de sus fijos, que los otros sus hermanos non pudiessen auer la su parte legitima, en lo al que fincasse, dezimos, que es- *Ley 5, tit. 3, lib. 10 Novis. Recop.*

(7) *Non queria.* Concordat cum authent. *ex testamento, C. de collat.* et intellige, nisi in id quod excedat tertium, et quintum et partem legitimæ, nam quod excederet, tenetur conferre, ut in authent. *unde si parens, C. de inoffic. testam.* et in l. 29. *in Ordinam. Tauri*, et notat Bald. in l. *si emancipati*, in fin. *C. de collat.* et infrà eod. l. proxima, in fin.

(8) *De su padre, o de su madre.* Adverte, quòd collatio non habet locum nisi inter descendentes succedentes ascendentibus, et non inter alios, unde inter ascendentes, neque inter transversales, neque inter extraneos, non habet locum, secundum Bart. et Paul. et Alexand. et Doctores in l. *si emancipati, C. de collat.* ubi vide latè per Jason. col. 5. cum sequentibus.

(9) *Con los estraños.* Adde l. fin. vers. *si autem, C. communia utriusque judicii.*

LEX IV.

Donationem inter vivos à patre filio factam, et non revocatam, non confert ipse filius, nisi et ipse cæteris fratribus donata velit sibi conferri: si tamen donatio est immensa revocatur usque ad legitimas cæteris persolvendas. Hoc dicit.

(1) *En su poder.* Innuit ergo ista lex contrarium esse in donatione simplici, quæ fieret filio emancipato, illa enim veniet conferenda cum fratribus, ut in l. *ut liberis, C. de collat.* Bart. in l. 1. §. *neque castrense*, col. penult. D. *de collat. bonor.* et in authent. *ex testamento, C. de collat.* et tradit Alex. in dict. l. *ut liberis*, ubi dicit, quòd ita communiter tenetur: et ita videtur tenendum, licèt Decius in l. *illud, C. de collat.* tenere velit contra istam communem opinionem, per textum in dict. l. *illud*, et procedit, sive tractetur de conferendo donationem aliis filiis, qui sunt in potestate, sive aliis filiis emancipatis, nam etiam emancipati inter se conferunt donationem simplicem, ut tenet Bart. in l. *si emancipati*, in 2. quæst. princip. *C.* eod. ubi Alexand. col. pen. dicit, quòd ista opinio magis communiter approbatur: quod consulendo limitat Decius consil. 59. *licèt in casu proposito*, col. penult. vers. *quinto quia saltem*, quando ex hoc non resultaret inæqualitas inter filios emancipatos, sed in omnibus esset æqualitas; nam si resultaret ex collatione inæqualitas, tunc non deberet fieri collatio inter emancipatos; quod dicit esse de mente omnium Doctorum, considerata dicta ratione Bartoli, vide ibi per eum. Si verò donatio simplex fieret à matre, illa non venit realiter conferenda à dicta l. *illud*, et rationem differentiæ inter matrem, et patrem donante filio emancipato ponit Bart. in dict. §. *neque castrense*, col. penult. non tamen donatio facta à patre filio emancipato imputabitur in legitimam, nisi à patre sit dictum, ut in l. *si quando*, §. *et generaliter, C. de inoffic. testam.* et tenet Bart. in dict. §. *neque castrense*, col. penult. Hodie tamen per l. 26. *in Ordinam. Tauri*, filius sive suus, sive emancipatus, videtur melioratus in donatione simplici.

(2) *Non la reuocare.* Ex hoc apparet, quòd loquitur de donatione simplici, quæ statim non valet, sed morte confirmatur; unde donatio, quæ statim valeret inter patrem, et filium in potestate, prout est in aliquibus casibus specialibus, de quibus notatur in l. 2. *C. de inoffic. donat.* et aliàs, talis donatio simplex veniret conferenda, prout tradit Alexand. in dict. authent. *ex testamento*, col. 2. vers. *ex quo infertur*, et Socin. consil. 91. column. 4. et 5. volum. 1. cujus contrarium nititur fundare Decius in dict. l. *illud.* Et si esset donatio remuneratoria, quæ habetur quoad collationem sicut adventitium, non confertur, secundum Bald. in dict. authent. *ex testamento*, col. 2. ubi etiam et Alexand.

(3) *Contar en su parte.* Contrarium videtur disponi l. 3. tit. 4. *Partit.* 3. sed dic, ut ibi dixi. Et adverte, quòd ex isto verbo videtur destrui opinio Azonis, qui voluit, quòd quando donatio facta filio in potestate, non tenuit ab initio, sed morte confirmatur, imputetur in legitimam debitam filio, per textum in l. *filium quem habentem*, secundum lecturam Azonis, *C. famil. ercisc.* et tenet Bart. in l. *in quartam*, col. penult. D. *ad leg. Falcid.* et dicit probari in l. *etiam*, §. *sed et si non mortis*, D. *de bonis libert.* et cum Bartolo tenent communiter Doctores, ut tradit Alexand. et Jason. in l. *illud, C. de collationib.* ubi Jason. col. fin. et approbari videtur hic opinio Angeli in dict. l. *illud*, quæ etiam fuit Jacob. Butric. in l. *illam, C.* eod. quam etiam tenet Paul. de Castr. in dict. l. *in quartam*, col. 2. et Decius in dict. l. *illud*, col. penult. eod. quòd jura simpliciter dicunt, quòd donatio inter vivos non imputatur in legitimam, nisi exprimatur, l. *si quando*, §. *et generaliter, C. de inoffic. testam.* l. *si non mortis*, in princ. D. *de inoffic. testam.* Tene ergo menti istam legem Partitarum, et vide quæ dixi in dict. l. 3.

(4) *Egualdad.* Sumpta est ex dict. l. *illud*, §. *ad hæc, C. de collation.* et tunc insurgit inæqualitas, quando unus filius habet donationem simplicem, alter ob causam; insurgeret enim iniquitas, si ille donatarius ob causam conferret, et donatarius simplex non: ubi ergo unus filius habet donationem simplicem, alter nihil, non insurgit inæqualitas, neque collatio locum habet: eodem modo si unus habet donationem simplicem, et ob causam, et alter ob causam, tantùm, tunc ille qui habet duplicem donationem, confert donationem ob causam, et non simplicem, quia tunc inæqualitas non surgit, ita Angel. in dict. l. *illud*, qui etiam ibi in fine dubitat, quid si donatarius simplex non vult conferre; neque petit ut sibi conferatur, an compellatur adhuc ad conferendum? Et concludit, quòd sic, per illam

tonce deuen menguar tanto (5) de la donacion, fasta que puedan ser entregados los hermanos de la su parte legitima que deuen auer.

LEY V.

De quales ganancias non es tenudo el vn hermano de dar parte al otro.

Non es tenudo el hermano, de aduzir a particion con sus hermanos las ganancias, que fiziere por si, que son llamadas castrense, vel quasi (1) castrense peculium, nin las que son llamadas Aduenticias (2), segund dize en el titulo (3) que fabla del poder que han los padres sobre los fijos. Ca, las ganancias que fizieren en alguna destas maneras sobredichas, quier sean en poder de su padre, o non (4), suyas se deuen ser, libres, e quitas de aquel que las fiziere, e los hermanos non han derecho ninguno en ellas. E otrosi dezimos, que los libros (5), e las despensas (6) que el pa-

legem; quod intellige quando vult succedere; si tamen nolit succedere, non cogetur, secundum Paul. de Cast. et Decium ibi, et facit l. 29. *in Ordinam. Tauri*: et an sit alius casus, in quo donatio simplex conferatur, vide per Bart. et Paul. de Cast. et Jason. in l. *pactum*, *quod dotali*, *C. de collationib.*

(5) *Menguar tanto.* Adde authent. *unde et si parens*, *C. de inoffic. testam.* et dixi suprà l. proxima, in gloss. antepenult.

LEX V.

Frater non confert fratribus castrense vel quasi castrense, neque adventitium peculium; neque libros causa studii à patre donatos; neque expensas in studio factas; neque quod militiæ causa expensum fuit à patre cum eo: concernunt enim hæc non tantùm utilitatem privatam, sed et publicam, quæ versatur in militibus et studentibus. Hoc dicit.

(1) *Castrense, vel quasi.* Adde l. 1. §. *neque castrense*, D. *de collat. bonor.* et l. *filiæ licèt*, *C. de collat.* et l. *cum duobus*, §. *idem Papinianus*, D. *pro socio*; unde, et clerici, qui veniunt ad successionem cum aliis fratribus, non conferunt suum peculium, quod in clericatu degentes acquisierunt, l. *sacrosanctæ*, et ibi Bald. *C. de Episc. et Cleric.*

(2) *Aduentitias.* Concordat cum l. fin. *C. de collation.* et limita, et intellige, ut per Jason. ibi quando tractatur de successione patris, quod et satis probatur hic.

(3) *En el titulo.* Suprà 4. *Partit.* tit. 17. l. 5. 6. et 7.

(4) *O non.* Vides hic clarè decisum, quòd neque emancipatus confert adventitia; unde cessat dubium, quod tradit Decius in dict. l. fin. ubi etiam Jason. dicebat, quòd posset disputando teneri illa opinio Jacobi de Rave. in l. *si emancipati*, *C.* eod. quòd dispositio dictæ l. fin. non procederet in filiis emancipatis; approbatur ergo hic contraria opinio, quæ erat communis: et adde Azon. *C. de collat.* in summa, in fin. dum tenet sublatam jam in hac materia collationum differentiam inter suos, et emancipatos, de qua vide per Bart. et Doctor. in l. *si emancipati*, *C.* eod. et limita nisi respectu donationis simplicis, ut dixi l. proxima, in gloss. 1.

(5) *Los libros.* Adde l. *quæ pater*, D. *familiæ erc̃isc.* et l. 3. tit. 4. suprà, 5. *Partit.* Gloss. et ibi Bart. et Bald. in l. *filiæ cujus*, *C. famil. ercis.* Bart. in l. 1. §. *neque castrense*, D. *de collat. bonor.* Cujus distinctio quoad libros, de quibus hic, magis communiter approbatur, prout attestatur Alexand. in l. *si donatione*, *C. de collat.* et pondera verbum hujus legis, cùm dicit *diesse*, ex quo comprobatur prima conclusio Bartoli in dict. §. *neque castrense*, quòd si libri sunt empti à patre nomine filii, sed non traditi, non videtur donatio, et sic filius non haberet libros illos præcipuos. Item et si pater non dedisset libros ipsos, sed pecuniam ad eos emendos, quòd idem erit, ut tales libri, sic ex illa pecunia empti, non conferantur; non enim videtur minor præsumptio donationis, quando datur filio pecunia, ut ipse suo nomine emat, quàm si à patre nomine filii emptio facta sit, et traditio: et ita consuluit Cuma. consil. 40. Corneus consil. 225. col. 2. vol. 1. Decius in dict. l. *si donatione*, col. fin. licèt Anton. de But. aliud voluerit consil. 39. Item pondera in hoc de libris istam legem Partitarum, cùm dicit, *para aprender*, et dictam l. 3. cùm dicit, *en que aprendiesse*, ex quibus colligitur, quod filius solùm debet habere præcipuos libros datos ad addiscendum in studio, non verò libros ad hoc non necessarios. Unde si ultra libros ad hoc necessarios pater daret alios libros, illi essent conferendi; in datis verò ad addiscendum, sive ad hoc fuissent empti, et traditi, sive pater eos aliàs habens dedit filio, statim valet donatio, etiamsi filius sit in potestate: neque pater posset revocare, ut colligitur ex dict. l. 3. in fin. quidquid aliàs in hoc velint Bart. et Paul. de Castr. in dict. l. *filiæ cujus*, et Bald. in dict. l. *si donatione*, in fin. et sic quòd approbetur per istas ll. opinio Odofred. et aliorum, qui tenuerunt, quòd libri dati filio scholari, sint ipsius præcipui quasi sint in quasi castrensi peculio; de aliis verò libris non necessariis ad addiscendum, licèt fortè necessarii, vel utiles ad munus advocandi vel judicandi, non tenebit donatio inter patrem et filium in potestate, nisi morte confirmetur; nisi pater dedisset eos filio jam doctori, quia tunc transiret donatio in peculium quasi castrense: et idem si postea efficeretur doctor vivo patre, secundum Bart. et Paul. ubi suprà, et Decium in dict. l. *si donatione*, col. fin. ubi post aliquos alios hoc limitat, nisi resultaret magna inæqualitas inter fratres, quod quando sit, judicis arbitrio committitur: et facit etiam ad hoc quod notat Angel. in l. *filiæ licèt*, ad fin. *C. de collation.* ubi dicit, quòd quando esset aliqua præsumptio, quòd pater non habuerit animum donandi, veluti, si ejus patrimonium non erat ita amplum, et habeat plures filios, et libri erant multi, et magni valoris, non est verisimile patrem voluisse depauperare alios, quibus opes magis necessariæ sunt, quàm studentibus, et sic tali casu libri essent conferendi: et nota quòd his casibus, in quibus filius teneretur libros conferre, satis est, si pro libris conferat æstimationem librorum, secundum Bald. in l. *Macedoniani*, *C. ad Macedon.* per Gloss. in l. *Nepos Proculo*, D. *de verb. signific.* tradit etiam Decius in dict. l. *si donatione*, in fin. et voluit etiam Paul. in dict. l. *filiæ cujus*.

(6) *E las despensas.* Adde dictam l. 3. tit. 4. 5. *Partit.* et Bart. in dict. l. 1. §. *neque castrense*, column. 4. vers. *quæro*, *hic loquitur*, ubi notabiliter dicit, quòd si apud patrem esset pecunia castrensis vel quasi castrensis peculii, vel adventitia, ut bona materna existentia in pecunia, tunc in dubio de tali pecunia videtur datum, argumento l. *Nesennius*, D. *de negot. gest.* subdit Bartolus et aliam rationem, dicens, præterea pater est legitimus administrator adventitiorum, ideò in dubio præsumitur facere administratorio nomine, l. *cum post*, §. 1. D. *de administr. tutor.* et ista ratio Bartoli videtur concludere, etiamsi filius non haberet pecuniam in bonis maternis: et facit ad hoc, quod notat idem Bart. in l. *Stichus*, D. *de pecul. legat.* et subdit Bart. non obstare l. fin. *C. de dotis promission.* quia illud in dote et donatione propter nuptias, ad quod onus pater tenetur, et cogitur, l. *capite trigesimo*, D. *de ritu nuptiar.* sed ad expensas studii pater cogi non potest. Et ideò in dubio præsumendum est, expendere de bonis filii, allegat textum, quem dicit ad hoc videri expressum, in l. fin. D. *de petit. hæred.* Adverte tamen, quòd istud, quòd pater non tenetur, neque cogi possit ad expensas studii pro filio, limitari debet, præterquam in studiis necessariis, sine quibus homo secundum consuetudinem et conditionem

dre diesse a alguno de sus fijos, para aprender alguna sciencia en Escuelas, non gelas pueden contar los otros hermanos en su parte en la particion. Esso mismo dezimos, que las despensas que el padre fiziere, faziendo armar Cauallero (7) a alguno de sus fijos, dandole armas, e cauallo, e las otras cosas (8) que fueren menester por razon de Caualleria, que non le deuen ser contadas en su parte. E esto es, porque los Caualleros quando toman armas, e los otros que aprenden las sciencias (9), non fazen esto tan solamente por pro de si mesmos, mas aun por pro comunal de la gente, e de la tierra en que biuen.

LEY VI.

Como la dote, o el arra, que rescibe el padre por su fijo, o por su fija, non deue venir a particion entre los otros hermanos.

Dote, o arra seyendo dada de otri al padre (1) por razon de casamiento de su fijo, o de su fija (2), aquello que le fuesse dado en esta manera, en salvo finca al fijo, o a la fija, por quien fue dada, e non le pueden demandar parte della los otros hermanos, nin la deuen auer. E esto es, por el cargo que le finca de mantener el casamiento con aquella dote. E por tales bienes non es tenudo de partir el vn hermano con los otros. Mas si el padre diesse dote con su fija, o por su fijo, o fiziesse donacion, o arras a su muger, estonce deue ser guardado lo que diximos de suso en la ley que comiença, Todas las cosas. Otrosi dezimos, que si el fijo fiziere algunas debdas en vida del padre por su mandado (3), o que se tornaron en pro del, que tales debdas como essas deuen ser pagadas comunalmente de los bienes de la heredad del padre. E aun dezimos, que si alguno de los herederos rescibiesse (4) los frutos de la heredad, que tenudo es de los aduzir a particion entre los otros herederos. E si algunas despensas (5) fizo a pro de la heredad, o en coger los frutos, deue ser entregado dellos; e lo al que finca deuen partir entre si, como dicho auemos.

LEY VII.

Quales de los herederos deuen tener los preuillejos, e las cartas de la herencia, quando el testador non lo ouiesse mandado.

Preuillejos, o cartas seyendo falladas en los bienes del finado, si los herederos fueren muchos, aquel las deue tomar en fieldad, que

suæ personæ vivere non potest, ut quòd addiscat grammaticam, et similia, ad hoc enim tenetur pater, velut ad impensam necessariam; secùs autem in studiis in quibus homines dicuntur militare, et sine quibus quis potest honestè vivere secundum conditionem suæ personæ, quo casu procedit primum dictum; ita declarat Bart. in l. *de bonis*, §. *non solum*, D. *de Carbon. edict.* vide etiam per Lucam de Penna in l. 1. *C. qui ætate*, lib. 10. Item nota, quòd si filius malè consumat, quod sibi datur in studio, vel pro libris, quòd illa pecunia computabitur sibi in legitimam, secundum Bald. in authent. *quod locum*, col. 1. vers. *ultimò nota*, *C. de collat.* et tradit etiam Joann. de Plat. in l. *licèt*, *C. de Decurion.* lib. 10. et Angel. in l. *filiæ licet*, *C. de collat.* de eo, qui miser, et ignorans in patriam redit; et adde Bald. in l. *si filiusfamilias*, *C. famil. ercisc.* quòd quando filius non studet, cùm tunc libri non sint ejus arma, tunc judicatur, ut simplex peculium. Et de obligationibus, quas filius fecit in studio, an teneantur solvere fratres? Vide per Bald. in dict. §. *imputari*, et in l. *filiæ cujus*, col. 4. *C. famil. ercisc.* ubi post Bart. concludit, quod si factum est in vita patris tale debitum occasione studii, et est licitum, et honestum, quod fratres tenentur solvere de communi, per jura ibi allegata: et ibi vide, an filius possit perficere studium mortuo patre communibus expensis; et per Bart. in dict. §. *nec castrense*, col. fin. et adde Bart. in l. *Lucius*, §. *idem respondit*, D. *ad municip.* et Joan. de Plat. in l. unic. *C. de peric. success. parent.* lib. 10. et Alber. in l. *si filia*, §. *Neratius*, D. *famil. ercisc.*

(7) *Armar Cauallero.* Adde l. 1. §. *neque castrense*, D. *de collat. bonor.* et l. *si filiusfamilias*, *C. famil. ercisc.*

(8) *Las otras cosas.* Vide in dict. l. *si filius*, et D. *de castrensi pecul.* per totum.

(9) *Que aprenden las sciencias.* Nota hìc, cùm æquiparat scholarem addiscentem militi armatæ militiæ, et facit pro dicto Odofredi, quod suprà retuli in glossa super parte *libros*: et nota hìc, quòd interest reipublicæ, quòd civitas sapientibus hominibus repleatur, vide *in proœmio Institut.* in fin. et l. *advocati*, *C. de advocat. diversor. judic.* et l. *laudabile*, et l. 1. *C. de stud. liberal. Urbis Romæ*, lib. 11.

LEX VI.

Non tenetur filius dotem, aut donationem propter nuptias in ejus matrimonio patri per extraneum datam conferre: et anteà deducantur de communi debita filii in patris utilitate contracta: et etiam expensæ causa prædiorum aut fructuum factæ, sunt inter fratres communiter dividendæ. Hoc dicit.

(1) *Al padre.* Etsi habeat filium in potestate.

(2) *O de su fija.* Concordat cum l. *si filia nupta*, §. *hoc amplius*, et cum l. *si maritus*, in fin. et l. *fundus qui*, in princ. D. *famil. ercisc.* et adde quod notat Specul. tit. *de judic.* §. *sequitur*, vers. *quid si communione manente*, et l. *uxor*, *C. famil. ercisc.* et Bald. novell. in tractat. *de dote*, fol. 35. col. 4. in 30. et 31. privileg.

(3) *Por su mandado.* Concordat cum l. *si filia*, §. *si filiusfamilias*, D. *famil. ercisc.* et cum dictis Azon. *C.* eod. in summa, col. 4. vers. *item debita.*

(4) *Rescibiesse.* Sive eos percipiat post aditam hæreditatem, sive antea, ut in l. *inter cohæredes*, §. *fructus*, D. *famil. ercisc.* et l. *non est ambiguum*, *C.* eod. et l. *item ex diverso*, D. eod.

(5) *Despensas.* Concordat cum l. *his consequenter*, §. *sumptum*, D. *famil. ercisc.* et l. *hæredes*, §. *si unus*, D. eod.

LEX VII.

Non dividantur instrumenta hæreditaria, sed sint apud hæredem majoris partis, et det cæteris copiam: sed si sunt æquales, teneat ea honoratior, et antiquior, et melioris famæ, nisi sit fœmina, cui etiam nobiliori præfertur masculus: si autem in omnibus sunt æquales, sorte dirimatur, aut donec concordent, deponantur. Hoc dicit.

mayor parte (1) ouiere en la herencia. E otrosi deue dar traslado dellas a los otros herederos, e mostrarles el original dellas, quando menester les fuere. E si los herederos fueren eguales en las partes de la herencia, aquel las deue tomar en fieldad, que fuere mas honrrado (2), e mas anciano (3), e de mejor fama. Pero si muger fuere entre ellos, maguer sea mas honrrada, o de mas alto lugar que los varones, por esso non las deue ella tomar, mas alguno de los varones. E si fueren eguales en las partes de la heredad, e en honrra, e en las otras cosas, estonce deuen echar suertes, qual dellos las terna; e aquel a quien cayere la suerte, las tenga, e de traslado dellas a los otros, segund que es sobredicho. E si acaesciere, que se non acuerden en fazer esto, estonce dezimos, que las deuen meter en fieldad en Sacristania de alguna Eglesia, que las guarden fasta que sean auenidos.

LEY VIII.

Como, aquel que tiene los preuillejos, e las cartas de la herencia por mandado del testador, los deue mostrar a los otros cada que les fuer menester.

Mandando el fazedor del testamento señaladamente a alguno de los herederos (1), que el tenga en su poder, e en guarda, los preuillejos, e las cartas de las cosas de su herencia; dezimos, que en ante que sea entregado de tal manda, deue dar traslado a los otros, que son herederos escritos en el testamento con el. E otrosi les ha de dar recabdo, que cada que menester ouieren el original de aquel preuillejo, o de aquella carta, para mostrarlo en juyzio, o fuera de pleyto, que lo muestre. E aun dezimos, que si fiziesse manda el testador a alguno de los herederos apartadamente, de algund sieruo que ouiesse seydo su mayordomo (2), e que ouiesse tenido en su poder los escritos de las rentas, e de las despensas de los bienes del finado, non deue ser

(1) *Que mayor parte.* Concordat cum l. *si quæ sunt cautiones*, D. *famil. ercisc.* et cum notatis per Azon. C. eod. in summa, col. 3. vers. *item veniunt tabulæ, vel cautiones.* Si autem alicui hæredum prælegatæ sint cautiones, vel instrumenta, tunc traduntur ei; sed non priusquam hæredes descripserint, et cavebit hic prælegatarius, ut quoties desideratæ fuerint rationes, fiet copia illarum, l. *Pomponius*, D. eod. et infrà l. proxima.

(2) *Mas honrrado.* Nota hic de digniori præferendo, adde l. *procurator*, C. *de edend.* ubi Baldus dicit, quod in his, quæ jam essent ordinata, superveniens dignitas nihil operaretur, et allegat ibi bonas leges; si tamen dignior factus esset posteà vilior propter maleficium, instrumenta essent eidem auferenda, et deponenda penes digniorem, quia instrumenta penes vilem personam non debent stare, elideretur enim ex hoc virtus instrumenti, vide ibi per eum. Et quid si magis dignus et idoneus, penes quem sunt deposita instrumenta, moriatur, an auferri debeant ejus hæredi, ut dentur alteri magis idoneo, quàm sit illius hæres? Florian. movet quæstionem in dict. l. *si quæ sunt*, et relinquit cogitandum: et fortè ex dictis Baldi ubi suprà, videtur decidi, quod non, nisi talis hæres sit factus vilis propter maleficium. Et dominus habens directum dominium censetur dignior, quàm habens utile, ut tradit Bald. in l. 2. col. 1. in 2. lectur. *C. de jure emphiteut.* Ille etiam debet prius suum votum deponere, qui est dignior, ut habetur in Ecclesiastico: *loquere major natu, decet enim te primum verbum*, et tradit Bald. in cap. 1. *de controv. feud. apud pares term.* et videbis in hoc decisionem primam in decisionem Neapolitan. Mathæi de Afflict. ubi facit mentionem de isto dicto Baldi, ubi tradit, quòd senior debeat ultimò votare: et adde, quæ tradit Specul. tit. *de advocat.* §. *jam nunc videndum*, vers. *juniores tamen*, et in tit. *de disputation.* et allegat *advocat.* §. *post hoc*, in fin. Quid autem de instrumentis rei legatæ, an adhùc debeant remanere penès hæredem, vel tradi debeant legatario, vide in l. *instrumenta*, *C. de fideicom.* et Baldum in l. *si prædiorum*, *C. ad leg. Falcid.* ubi dicit, quod remanere debeant penès hæredem originalia, per dict. l. *instrumenta*, nisi tota res sit legata, quia tunc etiam originalia debentur accessoriè, allegat Specul. tit. *de instrument. edition.* §. *nunc aliqua*, vers. *sed quæritur.*

(3) *Mas anciano.* Concordat cum l. fin. D. *de fide instrum.* et de qua sumpta fuit ista lex: et pondera cùm dicit seniorem et honorabiliorem, nam tunc senior præfertur cùm cetera sunt paria; si enim constaret de alterius pleniore fide vel virtute, tunc major ætas vel annorum numerus non esset attendendus, sed eligetur habens majorem fidem vel virtutem, in authent. *de monach.* §. fin. et l. *potioris*, *C. de offic. rector. provinc.* Item etsi non constet de alterius pleniore fide, si tamen ætas unius est magis apta naturæ rei, de qua agitur, ille præfertur, l. *præcipiunt*, D. *de ædilit. edict.* l. *ob carmen*, §. fin. D. *de testib.* et Florian. in dict. l. fin. et nota hic de prærogativa seniorum, et adde, quòd ad seniorem pertinet convocatio capituli, ubi non est alius deputatus, secundum Innoc. in cap. 1. *de majorit. et obed.* et vide Archidiac. in cap. *Domino sancto*, 50. dist. et dicit Bald. in §. *prætereà ducatus*, *de prohib. feud. alien. per Freder.* quòd si dominus feudi decedit pluribus filiis relictis, quòd ipsi inter se ordinabunt, cui eorum præstetur fidelitas, et si non ordinant, quòd vel vasallus possit eligere, cui præstet, secundum quosdam, vel secundum eum, quòd faciet fidelitatem antiquiori, per textum in dict. l. fin. D. *de fide instrum.* et per notata per Innoc. ubi suprà. Item in beneficiis conferendis præferendus est senior, ut tradit Barbat. consil. 23. *scripsit Psalmista*, 1. vol. Rochus *in tractat. de jur. patronat.* fol. 8. col. 3. ubi etiam allegat quoddam consilium Baldi. Et ubi duo præsentarentur ad regimen hospitalis, senior in dubio esset præferendus; ut tradit Rochus in eod. tractat. fol. 19. col. 1. allegans Baldum in dict. consil. *quod inveniens*, 4. volum. secundum noviorem impressionem, consil. 167. incipit, *ordinatio testamenti*, et claves custodiæ debent esse penes seniorem, l. *cum pater*, §. *pater pluribus*, D. *de legat.* 2. et ubi sunt duo extrema, et dubitatur de medio, cui extremorum debeat applicari, vel à quo denominari, applicari debet, et denominari à vetustiori, tanquàm à nobiliori, l. *in finalibus*, ubi Florian. D. *finium regundor.*

LEX VIII.

Si testator jussit penes aliquem hæredem instrumenta esse, prius debet cæteris copiam dare, et cavere de edendo originale, si opus fuerit. Item servo administratore cohæredi prælegato, prius est cæteris reddenda administrationis ratio, quàm cohæredi servus tradatur. Hoc dicit.

(1) *Alguno de los herederos.* Concordat cum l. *Pomponius*, D. *famil. ercis.*

(2) *Mayordomo.* Adde dict. l. *Pomponius*, in princ.

entregado del sieruo aquel a quien es mandado, fasta que de cuenta (3) a los otros herederos, de todas las cosas que touo en su poder.

LEY IX.

Quando la particion es fecha delante del Juez, o por su mandado, como deuen dar recabdo los vnos a los otros, de fazer sanas las cosas que cupieren en parte a cada vno.

Por fazer particion de los bienes que han en vno los herederos viniendo delante del Judgador, deueles de su oficio mandar, despues que la particion es fecha, que den recabdo (1) los vnos a los otros, que si alguno otro estraño demandasse despues alguna cosa de las que cayessen en parte a alguno dellos, mostrando que ha derecho de la auer, toda, o parte della, que si le venciere por juyzio, los otros herederos sean tenudos de fazerle emienda de aquello que assi perdia. Pero si el padre, o el testador, partiesse el mismo (2) la heredad en su vida entre los herederos a su finamiento, si despues que el finasse, venciessen alguno dellos en juyzio alguna de las cosas que le vinieron en su parte, estonce los otros herederos non serian tenudos de fazerle emienda ninguna.

LEY X.

Que poderio ha el Juez, ante que vienen a pleyto los herederos en razon de la particion.

Poderio ha el Juez ante quien pidieren la particion los herederos, de la mandar fazer en la manera que el entendiere que sera mas guisada (1), e mas a pro dellos. E porende, quando el viesse que alguna casa, o viña (2) que deuia ser partida entre ellos, se menoscabaria mucho (3) por fazer muchas partes della, bien puede mandar que la aya toda el uno, o los dos (4). E puede fazer obligar, a aquel, o aquellos que la ouieren, que den por

(3) *Fasta que de cuenta.* Infert ex hoc Florian. in dict. l. *Pomponius*, in princ. quòd si testator legavit ancillam, quæ texebat telam, vel banchale, vel quid simile, quòd hæres non teneatur illam tradere legatario ante illud opus completum, et quòd cùm ista redditio rationis retardet istam præstationem, debeat etiam retardare executionem personalem in talem actorem; et facit etiam l. *cum servus*, D. *de condition. et demonstrat.* et in cap. 1. *de oblig. ad ratiocin.* et adde quod notat Bald. in l. 1. *C. de servo commun. manum.* et Joan. de Plat. in l. 1. *C. de reis postulat.* lib. 10.

LEX IX.

Facta judicialiter hæreditatis divisione, judex faciat cohæredes ad invicem de evictione promittere: sed si à patre vel testatore sit facta divisio, non tenetur unus alteri re suæ partis evicta. Hoc dicit.

(1) *Que den recabdo.* Concordat cum l. *hæredes*, §. *item curare*, D. *famil. ercisc.* et licèt ista cautio non præstetur, adhuc agetur de evictione, ut tenet Azon. *C.* eod. in summa, col. fin. vers. *est autem judicis officium*, et Gloss. in dict. §. *item curare*, et probatur in l. *si familiæ*, *C.* eod. ubi vide glossam notabilem in ista materia, et Decium consil. 411.

(2) *Partiesse el mismo.* Ortum habet à l. *cum pater*, §. *evictis*, D. *de legat.* 2. et limita, nisi respectu legitimæ, per l. *scimus*, in princ. *C. de inoffic. testam.* et notat Alberic. in dict. l. *hæredes*, in §. *nihil*, et in dict. §. *item jurare*; et vide circa istam divisionem, quæ fit à testatore, Bartolum in l. *qui Romæ*, §. *duo fratres*, in fin. *quæstion.* D. *de verbor. obligat.* Limita et istam l. et dictum §. *evictis*, in re per testatorem possessa; secùs vero si non esset possessa, ut vult Bart. in dict. §. *evictis*, dum respondet ad l. *cum alienam*, in fin. *C. de legat.* Limita etiam hoc habere locum, nisi constaret de voluntate testatoris fuisse, quod æqualitas esset inter hæredes servanda, ut tradit Decius consil. 349. incipit, *consuluit excellentissimus*, in 2. dubio.

LEX FINALIS.

Judex tenetur interponere vices suas inter cohæredes discordantes ad invicem, ut commodè et sine damno fiat divisio. Item orta quæstione de confinibus, vadat ibi judex, et si potest per antiquos limites determinare, benè quidem: alias novos limites fieri mandet, et parti non obedienti pœnam arbitrariam apponat. Hoc dicit.

(1) *Mas guisada.* Concordat cum l. *item Labeo*, §. 1. et cum l. antepenult. D. *famil. ercisc.* et cum §. *si familiæ*, *Institut. de offic. judic.* unde et adjudicare posset judex uni proprietatem, alteri usufructum, l. *si quis putans*, §. *officio*, D. *commun. dividun.* quod dicit notabile Azon. *C. famil. ercisc.* in summa, col. fin. vers. *item, quod notabile est*, et semper intellige existente justa causa, ut subjicit ista lex: et Glossa invenit contra malevolos et pessimos hæredes, qui livore moti volunt hæreditarias possessiones dividi per sulcos, vel particas; non enim debet fieri divisio, ita ut patrimonium corrumpatur, vide Gloss. in l. 2. *C. quando et quibus quarta pars*, lib. 10.

(2) *Casa, o viña.* A fortiori si sit equus, vel bos, secundum Odofred. et Florian. in dict. l. antepenult. et habes infrà in ista lege; Florian. ubi suprà, idem de navi dicit, reprehendens factum Fabii Labeonis, qui cùm à Rege Antiocho, quem bello superaverat, ex fœdere acto deberet accipere dimidiam partem navium, medias omnes secuisse fertur, ut eum tota classe privaret, ut refert ad hoc Valerium.

(3) *Mucho.* Nota hoc, et facit l. *nam et si fur*, in fin. et quæ ibi notantur per Glos. et Doctor. D. *si cert. petat.* et illa res non dicitur posse dividi, quæ si divideretur, esset cum deterioratione, ut hic, et tradit Bald. in l. *sancimus*, in fine, in princ. *C. de donation.*

(4) *O los dos.* Concordat cum juribus, de quibus in glos. 1. cum l. 1. et l. *ad officium*, *C. commun. divid.* et cum §. *quædam*, *Institut. de action.* et intellige, quòd illi vel illis est per judicem adjudicanda, qui vicerint in licitatione, ut in dict. l. 1. et l. *ad officium* et debet tota res æstimari et licitari, ut in l. *Mævius*, §. fin. D. *famil. ercisc.* et notat Glossa in dict. l. 1. *C. commun. divid.* cùm enim res commodè dividi non potest, veniendum est ad licitationem, ut in dict. l. 1. et l. *ad officium.* Dicit tamen Bald. in l. *sancimus*, in princ. circa fin. *C. de donat.* quòd si tu et ego habemus commune hospitium, et non potest commodè dividi, quòd judex debet deferre licitationem habenti majorem partem, quia aliquid debet operari major pars. Et advertè quia Jason. in §. *quædam*, *Instit. de action.* colum. 8. versic. *dicebat tamen singulariter Baldus*, aliter refert istud dictum Baldi, scilicèt, quòd Baldus velit, quòd si in licitatione rei, quæ non potest commodè dividi, consortes

su parte a cada vno de los otros tantos marauedis, quanto el asmare (5) que podrian valer las sus partes, que auian en aquella casa, o en aquella viña, si partida fuesse. Esso mismo deue fazer en las cosas que son atales, que se non pueden partir segund natura guisadamente, assi como cauallo, o otra bestia; ca deuelo apreciar, quanto vale, e darlo al vno, e mandarle, que segund aquel apreciamiento, que de su parte a cada vno de los otros en dineros; e los herederos son tenudos de fazer lo que les el Juez mandare en esta razon. Otrosi dezimos, que leuantandose desacuerdo entre los herederos, o entre los otros con quien ouiessen sus heredades vezinas, sobre los mojones, o los terminos de algun campo, o de otra heredad (6) de la herencia, demanera, que se non puedan auenir a partirlo: estonce, para toller tal desacuerdo, deue el Juez yr a aquel campo, o aquella heredad, e ver (7) que es aquello sobre que se desacuerdan. E si fallare y mojones antiguos (8), por que lo pueda determinar, deue y fazer aquello que entendiere que sera mas aguisado, por que cada vno aya su derecho: e si los mojones, o los terminos, fueren entremezclados, de guisa, quel mojon, o el termino de la heredad del vno entre en la del otro, si por aquella entrada puede nascer contienda entre ellos, estonce deue mandar mudar los mojones, e ponerlos de manera, que aquella contienda pueda ser tollida. E deue condenar a aquel a quien acresciere en la su heredad por razon del mudamiento de los mojones, que de al otro tantos marauedis, quantos entendiere que vale la tierra que le toma por endereçar los mojones (9): e los herederos, e los otros que vienen a la particion, deuen obedecer al Juez en estas cosas sobredichas; e a los que lo non fiziessen, puedeles poner pena de pecho segund su aluedrio, fasta que gelo faga fazer.

TITULO XVI.

DE COMO DEUEN SER GUARDADOS LOS HUERFANOS, E LOS BIENES QUE HEREDAN DESPUES DE MUERTE DE SUS PADRES.

Huerfanos fincan a las vegadas, aquellos que heredan los bienes de otri por parentesco, o por testamento; por que ha menester, que tambien ellos como sus cosas sean puestas en buen recabdo, de manera que por mengua de edad non pierdan, nin menoscaben de lo suyo. Onde, pues en los titulos ante deste diximos, en que manera puede ome ganar las herencias, e los bienes de otri, por testamento, o sin el, por razon de parentesco; queremos aqui dezir, de como deuen ser guardadas, quando aquellos que los heredan, son de menor edad. E mostraremos, que cosa es esta guarda, a que dizen en latin Tutela. E a quien deue ser otorgada. E quantas maneras son della. E quien puede ser dado por guardador de los huerfanos. E por cuyo mandado. E quales non lo pueden ser. E en que manera deuen

sunt pares, quia neuter offert majus pretium altero, quòd hoc casu præferatur habens majorem partem; quod (licèt secundum eum Baldus apertè non dicat) placet Jasoni, per textum in dict. l. *sancimus*, in princ. et per ea quæ notat Baldus post Glos. in l. fin. *C. communia de legat.* certè Baldus non dicit, quod à Jasone refertur, sed prout retuli superius, et sic quòd habens majorem partem sit primus, qui licitet; et si habens minorem plus non offerat, res maneat apud habentem majorem partem licitantem; quod tamen satis in idem recidit cum intellectu Jasonis. Admittitur aliquando tertius ad licitationem ex causa, secundum quod habetur in dict. l. *ad officium.* Quid tamen si talis tertius sit animosus plus offerens, quàm res valeat? Vide per Bald. in dict. l. *ad officium*, et per Jason. in dict. §. *quædam*, et per Angel. et Imol. in l. *qui Romæ*, §. *cohæredes*, D. *de verbor. oblig.*

(5) *Quanto el asmare.* Hoc procederet, quando cohæredes, vel consocii non essent concordes in licitando, tunc enim æstimatio rei fit judicantis arbitrio, vel per peritos in arte electos per judicem, ut declarat Angel. in l. 2. *C. commun. divid.* ad fin.

(6) *Campo, o de otra heredad.* De rustica intellige, nam inter prædia urbana non datur hoc judicium finium regundorum, l. 4. §. *hoc judicium*, D. *finium regundor.*

(7) *E ver.* Concordat cum l. *si irruptione*, in princ. et §. *ad officium*, D. *finium regundor.* et nota de visione judicis occulari, quæ confert in multis, de quibus per Alber. in dict. §. *ad officium.*

(8) *Mojones antiguos.* Concordat cum l. *in finalibus*, D. *finium regund.* et standum est finibus antiquis, nisi moveri probentur, ut hic, et in dict. l. *in finalibus*, et l. 2. et ibi Bald. *C. finium regund.* ubi etiam dicit Baldus, quòd termini apparentes habentur loco instrumentorum, et quòd quanto antiquiores, tanto sunt efficaciores, et ubi isti non apparerent, probantur fines per libros antiquos, vel per testes et famam cum aliis adminiculis, cap. *cum causam, de probation.* cap. *cum olim, de censib.* et speciale est in finibus, quòd per argumentum probentur, secundum Joann. Andr. in cap. *si Papa, de privileg.* lib. 6. et vide per Florian. in dict. l. *in finalibus*, et Decium consil. 109. et adverte, quòd ubi esset incertitudo de limitibus intermediis: extrema autem essent certa, accepta cordula debet mensurari de uno extremo certo ad aliud certum, et media debent regulari per ista extrema, quia ex extremis colligitur medium, ut in cap. *quia sunt culpæ*, et ibi notat Glossa, 28. dist. et vide Gloss. in cap. *in die, de consecrat.* dist. 5. et Specul. tit. *de probat.* §. 1. col. fin. vers. *sed quæritur*; et confert optimè quòd notat Bartol. in suo tract. *de aluvion.* figur. 20. et post eum Bald. in l. *item lapilli*, col. 4. D. *de rer. divis.* ubi dicunt, quòd si ex conventione partium sunt confixi clavi ab extremitatibus utriusque ripæ fluminis, ut per eos mensuretur quantum possit altiari clusa, et postea unus clavus sit ablatus, et non apparet ubi erat; quòd tunc ex altero transducta linea per directum ponitur clavus, qui est ablatus, ita quod tota linea sit æqualis: sic etiam unum extremum regulat plura extrema in dubio, argumento l. 1. D. *de reb. dub.* et ejus præsumuntur esse media, cujus sunt præcedentia et sequentia, ut adducit Andr. de Isern. in rubric. *quæ sint regal.* in princ.

(9) *Los mojones.* Concordat cum l. 2. §. *judici*, et l. 3. et 4. in princ. D. *finium regund.*

fazer esta guarda, tambien de las personas de los menores, como de sus bienes. E en que lugar deue ser criado el huerfano, e con quien. E fasta quanto tiempo deue durar la guarda, e el oficio dellos. E como, e quando deue dar cuenta de tales bienes como estos.

LEY I.

Que cosa es Guarda, a que dizen en latin Tutela, e a quien deue ser dada.

Tutela tanto quiere dezir en latin, como guarda en romance, que es dada, e otorgada al huerfano libre (1) menor de catorze años (2), e la huerfana menor de doze años, que non se puede, nin sabe amparar. E tal guarda como esta otorga el derecho a los guardadores sobre las cabezas de los menores (3), maguer non quieran (4), o no lo demanden ellos. Pero si pleyto fuesse mouido de seruidumbre (5) contra algund moço desta edad, bien le puede el Juez dar un guardador, que le ampare la libertad, e lo suyo. Otrosi dezimos, que el guardador deue ser dado para guardar la persona del moço (6) e sus bienes, e non deue ser puesto por vna cosa (7), o vn pleyto señalado tan solamente.

LEY II.

Quantas maneras son de guardadores de huerfanos.

En tres maneras pueden ser establescidos los guardadores de los moços que fincan huerfanos. La primera es, quando el padre establesce guardador a su fijo en su testamento (1), a que llaman en latin Tutor testamentarius; que quiere tanto dezir, como Guardador que es dado en testamento de otri. La segunda, quando el padre non dexa guardador al fijo en su testamento, e ha parientes. Ca estonce, las leyes otorgan que sea guardador del huerfano, el que es mas cercano pariente (2). E este atal es dicho en latin, Tutor legitimus; que quier tanto dezir como guardador que es dado por ley, e por derecho. La tercera manera es, quando el padre non dexa guardador a su fijo, nin ha pariente cercano que lo guar-

TITULUS XVI.

LEX I.

Datur tutor masculo minori XIV. et fœminæ XII. annis, ut eum et bona sua tueatur, etiam invitis et non petentibus minoribus: et est officium virile, quia ad unam rem, vel litem non potest tutor dari: sed in causa status pupillo mota, potest judex ei dare tutorem ad libertatem servandam et bona. Hoc dicit.

(1) *Libre.* Non enim potest dari tutor servo, vel ei qui est in aliena potestate, ut hic, et *Instit. de tutel.* in princ. An autem laicus possit esse tutor clerici? Bald. consil. 45. vol. 3. secundum noviorem impressionem incipit consilium, *in quæstione ista*, tenet, quod poterit esse legitimus tutor clerici, sicut etiam clericus potest esse tutor legitimus laici, cap. *pervenit*, 86. dist. et contra illud consilium Baldi arguit Decius consil. 150. *dubitatur principaliter*, col. penult. quod non videtur verum, quod laicus possit esse tutor clerici, cum tutela sit vis ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem se defendere nequit, l. 1. in princ. D. *de tutel.* et *Instit.* eod. in princ. et talem potestatem non videtur, quod in clericum laicus habere possit, argumento cap. *benè quidem*, 96. dist. et quia clericus videtur res spiritualis, quæ laico subjici non potest, ut notat Abb. in cap. *at si Clerici*, in princ. col. 8. *de judic.* Tamen adhuc Decius inclinat, quod laicus possit dari tutor clerico, dum tamen detur à judice ecclesiastico, et quod dictum Baldi in dict. consil. ita debeat intelligi; vide ibi per eum. Et fortè in practica, si clericus in minoribus non esset beneficiatus, servaretur; quòd etiam à judice laico datus tutor teneat datio: vide Bart. in l. 1. D. *de tutor. et curat. dat. ab his*, dum tenet, quòd pupillo clerico debet dari tutor auctoritate judicis ecclesiastici: vide etiam Alberic. in authent. *Presbyteros*, 2. *C. de Episc. et Cleric.* dum tenet post Cynum tutum esse, quòd uterque judex, laicus et ecclesiasticus consentiant dationi; vide ibi, et vide in materia Angel. Aretin. in §. *sed hoc jure*, *Institut. de Attilian. tutor.* in vers. *quid autem*, et in versic. *sed adverte.*

(2) *Menor de catorce años.* Adde *Instit. quib. mod. tutel. fin.* in princ. et datur jam nato et nasci turo, vide l. *si nemo*, §. fin. D. *de testam. tutel.* et in l. 3. et si puberi fuerit datus tutor, ipso jure non tenet datio, l. *Sejæ*, D. *de tutor. et curat. dat. ab his.*

(3) *Sobre las cabeças de los menores.* Concordat cum l. 1. in princ. D. *de tutel.* et *Institut.* eod. in princ.

(4) *Maguer non quieran.* Concordat cum l. *necnon*, D. *de tutor. et curat. dat. ab his*, et l. 2. D. *de tutel.*

(5) *De seruidumbre.* Concordat cum l. *ei qui*, D. *de tutor. et curat. dat. ab his*, et l. 1. *C. qui tutor. dare pos.*

(6) *La persona del moço.* Tutor namque non solùm datur rebus, sed etiam ut instruat pupillum bonis moribus; et faciet reliqua quæ pertinent ad ejus commodum, secundum Bald. in authent. *eisdem*, col. fin. *C. de secund. nupt.* quòd autem habitet cum pupillo eadem domo, non est necesse, l. *non est exigendum*, et ibi Bart. D. *de tutel.* et tutores et curatores dicuntur domini minorum et rerum eorum, ut in authent. *ut hi qui obligat. se perhib. habere res minor.* collat. 6. et ibi notat Bart. non tamen habetur loco domini, cùm pupillum spoliat, l. *qui fundum*, §. *tutor*, D. *pro emptor.*

(7) *Por vna cosa.* Adde l. *certarum*, cum duab. sequent. D. *de testam. tutel.* et §. *certæ autem rei*, *Instit. qui testam. tutor. dare poss.* et vide quod notat Bart. in l. *si hæreditas*, D. *de testam. tutel.*

LEX II.

Est enim triplex tutela, scilicet testamentaria, legitima, et dativa: deficiente autem testamentaria est locus legitimæ, et istis duabus deficientibus, pervenitur ad dativam. Hoc dicit.

(1) *En su testamento.* An possit tutor dari in codicillis, tradit Bald. in l. *et si à patre*, *C. de testam. tutel.* ubi post Cynum tenet, quòd non debeat tamen à judice confirmari, sicut qui esset datus in non solemni testamento. Et quid si est spes tutoris testamentarii, vel testamentarius desit esse, an perveniatur ad legitimum, vel dativum? Vide l. *si quis sub conditione*, et ibi Bartol. D. *de testam. tutel.* et quod notat Nicol. de Neapol. in l. *si tutor*, §. 1. D. *de tutel. et ration. distrah.*

(2) *Mas cercano pariente.* Et si legitimus desiit, an perveniatur ad dativum, vel ad alium legitimum? Vide Bart. in dict. l. *si quis sub conditione*, col. 2. ubi et quid si su-

de; o si lo ha es embargado, de manera que non lo puede, o non lo quiere guardar; e estonce (3) el Juez de aquel lugar le da por guardador algun ome bueno, e leal. E a este guardador atal dizen en latin, Tutor datiuus, que quier tanto dezir, como guardador que es dado por aluedrio del Juez: e porque ha departimiento entre estos guardadores, queremos fablar de cada vno dellos; e primeramente de aquel que establesce el padre a sus fijos, e a los otros que descienden del.

LEY III.

Como el padre, o el auuelo, pueden dar guardador a su fijo, o a su nieto.

El auuelo, o el padre (1), puede dar guardador a su fijo, o a su nieto, que estouiesse en su poder (2), e que fuere menor de edad, como de suso diximos: e esto puede tambien fazer a los que son nascidos, como a los que son en el vientre (3) de su madre. Pero lo que diximos de los nietos, se entiende, que el auuelo les puede dar guardador en su testamento, si despues de su muerte non fincare el nieto en poder de su padre (4): e el nieto a quien fue dado este guardador, deue estar en poderio del con todos sus bienes, fasta que aya el moço cumplidos catorze años, e la moça los doze.

LEY IV.

Quien puede ser dado por guardador de huerfanos, e de sus bienes; e por cuyo mandado.

El que fuere dado por guardador de huerfanos, non deue ser mudo (1), nin sordo, nin desmemoriado (2), nin desgastador (3) de

persit spes legitimi; et per Bald. in l. fin. *C. de legitim. tutel.* et Joan. Faber. *Instit. de fiduc. tutel.* vers. *item*, et vide l. 1. §. *si apud*, D. *de legitim. tutor.* Et si dativus desiit esse, an perveniatur ad legitimum? Vide Bartolum ibidem: et an filiis adoptivis competat legitima tutela, vide per Bart. in l. 1. D. *de testam. tutel.* Et si plures sint tutores legitimi, an decernatur tutela uni tantùm? Vide l. *legitimos*, §. 1. et ibi Bart. D. *de legitim. tutel.* et habenti tutorem legitimum non potest dari dativus, l. *si sororis*, *C. qui dare tutor. poss.* et an filii bastardi habeant legitimos tutores? Vide Bald. in l. *matres*, *C. quando mulier tutel. offic. fung. potest.* Et adverte, quòd nulla cura est legitima, nisi furiosi, licèt in tutela sic, vide Bart. in rubr. D. *de legitim. tutor.* et per Bart. in authent. *ut hi qui obligat. se perhibent habere res minor.* collat. 6. in §. fin. Et ubi fit mentio de tutore et curatore, intelligitur de legitimo, l. fin. et ibi notat Bart. in 2. lectura, *C. de interdict. matrim. inter pupill. etc.* Et si legitimus tutor designetur in testamento tutor, an per hoc efficiatur tutor testamentarius, et non legitimus? Vide per Bald. in l. *matres*, *C. ad Tertul.*

(3) *Estonce.* Nota hoc verbum, et adde, quòd nulla est datio tutoris, si fuit processum ad dandum tutorem dativum, si non fuit narratum judici, quomodo alii proximiores cessant in petendo, cùm sint admoniti, l. *Divus*, § *si quidem*, D. *qui petant tutor*, et l. *quod dicis*, *C. qui dare tutor. poss.* tenet Bart. in l. *tutor si petitus*, D. *de tutor. et curator. datis ab his*, et est de mente Glossæ ibi, et ibi Baldus, et vide in ista materia notabile consilium Alexand. 5. volum. consil. 161. super primo dubio.

LEX III.

Habens filium, vel nepotem in patria potestate, potest ei in testamento dare tutorem, et etiam posthumo, nisi per dantis mortem sit in alterius potestatem recasurus. Hoc dicit.

(1) *El padre.* Non ita permittitur patronis ad libertos, l. *qui tutelam*, §. *impuberi*, D. *de testam. tutel.* et an pater minor 25. annis possit dare tutorem filiis in testamento? Vide per Bart. quòd sic, in l. *quæro*, §. *Lucius*, D. eod. et in l. *si plures*, §. *quamvis*, D. *de administr. tutor.* et nota, quòd quilibet potest dare tutorem impuberi, quem instituit, si nihil aliud habet, l. *si patronus*, D. *de confirm. tutor.* et ibi per Bart. Quid si alia bona habeat, vide Salicetum post Glossam in l. *mater*, *C. de testam. tutel.* Et an in tutore testamentario requiratur decretum judicis? Vide per Bart. in l. *legitimos*, D. *de legitim. tutor.* ubi dicit, quòd sic, nisi testator ei decernat administrationem, vide ibi in principio legis. Sed an filio prodigo pater possit dare curatorem? Textus dicit, quòd sic, in l. penult. D. *de curat. furios.* imò et plus videtur posse dici per illum textum, quòd si pater, qui possidet majoriam, habeat filium prodigum, et nepotem ex eo, possit relinquere nepoti majoriam, et filio prodigo alimenta. Adverte tamen, quia textus ille loquitur in legitima, seu in bonis, quæ habet à patre; et diversa ratio est in majoria antiqua, quæ habetur à primo constituente; unde melius est dicere, quòd possit pater tali prodigo interdicere administrationem, et judex id sequi debeat juxta dictam legem.

(2) *Que estouiesse en su poder.* Concordat cum l. 1. D. *de testam. tutel.* et §. *permissum*, *Institut. de tutel.* filiis autem, vel nepotibus emancipatis parens non potest dare tutorem; si tamen dederit, confirmatur datio omnimodo, id est, sine inquisitione, nisi causa propter quam datus fuerit, mutetur in eo, ut si ex amico fiat inimicus, vel ex divite pauperior, l. *pater*, D. eod. et in §. fin. *Institut. de tutel.* et etiam filio exhæredato potest dari tutor per patrem in testamento, dict. l. *pater*, in princ,

(3) *Que son en el vientre.* Concordat cum l. 1. D. *de testam. tutel.* et vide eod. tit. l. *si nemo*, §. fin. et dando filiis, videtur dedisse filiabus, tam natis, quàm nascituris, l. *si quis filiabus*, D. eod.

(4) *En poder de su padre.* Adde dict. l. 1. et dict. §. *permissum.*

LEX IV.

Non potest esse tutor mutus, nec surdus, nec fatuus, nec prodigus, nec malè morigeratus, nec minor 25. annos; nec mulier, nisi mater et avia, prius judici promittens, durante tutela non nubere, et Vellejano renuncians. Hoc dicit.

(1) *Mudo.* Prosequitur notata per Azon. *C. de testam. tutel.* in summa, col. penult. vers. *datur tutor*; tutor enim debet loqui, et audire, l. 1. §. penult. et fin. et l. fin. D. *de tutel.* minus autem plenè audientes possunt esse tutores, D. *de legit. tutor.* l. penult. et fin. si ista vitia superveniant, extinguitur tutela jam suscepta, dict. l. 1. §. *mutus*, et ibi Bart.

(2) *Desmemoriado.* Adde l. *si hæreditas*, §. *si furiosus*, D. *de testam. tutel.* et *Institut.* eod. §. *furiosus.*

(3) *Desgastador.* Nam et hi furiosum habent exitum, et eis dantur curatores, l. *is qui*, §. *Divus*, D. *de tutor. et curat. dat. ab his*, et vide per Bart. in l. 1. D. *de curat. furios.* et Jason. in l. *si is cui bonis*, 2. et 3. col. D. *de verbor. obligat.*

lo que ouiere, nin de malas maneras (4). E deue ser mayor de veynte e cinco años (5); e varon (6), e non muger. Fueras ende, si fuesse madre (7), o auuela (8), que fuesse dada (9) por guardador dellos. Ca estonce, tal muger como sobredicha es, si prometiere en mano del Rey, o del Juez (10) del lugar do son los huerfanos, que demientra que los moços touiere en guarda, que non casara (11); e otrosi, si renunciare la defension (12) que el

(4) *Nin de malas maneras.* Id est de malis moribus, nam suspectum tutorem eum esse putamus, qui moribus talis est, ut suspectus sit, l. *suspectum*, D. *de suspect. tutor.* l. 1. tit. 18. infra, ead. *Partit.* vel quia fortè in aliis tutelis malè sit versatus, l. 3. §. *si autem*, D. eod.

(5) *Mayor de veynte e cinco años.* Concordat cum l. fin. *C. de legitim. tutel.* et cum §. *furiosus*, *Instit. qui testam. tutor. dar. poss.* et l. 1. infrà, tit. 17. Sed an minor 25. annis poterit dari tutor in testamento, ita quòd interim, quòd fuerit minor, dabitur à judice alius tutor dativus, et completa ætate erit tutor testamentarius talis minor? Videtur, quòd sic, per textum in dict. §. *furiosus*, et per l. *quæro*, §. *Lucius*, D. *de testam. tutel.* ubi hoc tenet Albericus. Ista tamen lex Partitarum videtur velle contrarium, intelligendo eam, quòd etiam loquatur, cùm datur tutor testamentarius: sed limita eam juxta prædicta, quòd si in testamento detur tutor minor, tunc administrabit, cùm factus fuerit major: et est speciale in dato in testamento, nam in dato à judice non procederet, secundum Alberic. ubi suprà, et Angel. Aretin. in dict. §. *furiosus.*

(6) *Varon.* Tutelam administrare virile munus est, l. 1. *C. quando mulier tutel. offic. fung. pot.* et l. *jure nostro*, D. *de testam. tutel.* et etiam non civis potest dari tutor per testatorem, licèt non per judicem: et quis tunc decernat administrationem? Vide per Bart. in l. *et municeps*, D. *de tutel.* et vide l. *jus dandi*, in fin. D. *de tutor. et curat. dat. ab his*, et l. *Divus*, et l. *non etiam*, D. *de tutel.* Item non debet esse cæcus, l. *luminibus*, *C. qui dare tutor. poss.* neque colonus Principis, eod. tit. l. fin. et licèt sit filiusfamilias, poterit esse testamentarius, vel dativus; et si est necesse, pater cogitur se obligare pro filio tutore dativo, l. fin. D. *de suspect. tutor.* l. 15. §. 17. vers. *Imperator*, D. *de excusat. tutor.* l. *si filius*, D. *de tutel.* in testamentario verò, cum non satisdetur, pater ad hoc non cogetur, l. *Lucius Titius Cajum*, D. *de administrat. tutor.* Et an morantes in castris sint ponendi ad tutelas eorum, qui non sunt in castro? Vide Nicol. de Neapol. in l. *non tantùm*, §. *inquilinus*, D. *de excusat. tutor.* Item et monachus non poterit esse tutor, vide Bald. in l. fin. §. *sed cùm antiquitas*, *C. de curat. furios.* et nota ad cap. *generaliter*, 16. quæst. 1. et vide infra eod. l. 14.

(7) *Madre.* Sive sit legitima et naturalis, sive naturalis tantùm, ut in l. fin. *C. quando mulier tutel. offic. fung. potest*, Gloss. et communiter Doctor. in authent. *matri et aviæ*, *C.* eod. Si tamen filium ex damnato coitu habuit, non poterit ejus esse tutrix, secundum Salicet. in dict. l. fin. et si pater et mater naturalis concurrerent, præfertur pater licèt naturalis tantùm, secundum Salic. in dict. authent. *matri et aviæ*, column. 1. vers. *quæro*, 2. ubi et Glossa idem voluit, et etiam Alberic. post Odofred. et probatur in dict. l. fin. licèt Bartolus aliud videtur sentire. Præfertur etiam mater avo paterno et materno, quidquid in contrarium voluerit Glossa in dict. authent. *matri et aviæ*, secundum Odofred. Alberic. Bart. et Salic. ibi. Item intellige de matre, quæ non luxuriosè vivat, ut voluit Glossa et ibi Bald. *C.* in authent. *sacramentum*, *C.* eod. Intellige etiam de matre majore 25. annis, nam minor non posset esse tutrix, ut in l. fin. *C. de legit. tutel.* Bald. in authent. *eisdem*, col. 1. *C. de secund. nuptiis.* Et an cùm mater est minor, speratur tamen effici major ante pubertatem, an erit tunc locus legitimo tutori, vel dativo? Vide per Bald. in l. *si quis sub conditione*, col. fin. D. *de testam. tutel.* et quæ dixi suprà ead. l. in gloss. super verbo *varon.*

(8) *Auuela.* Idem dic de proavia, secundum Bart. in l. *si quis sub conditione*, col. 3. D. *de testam. tutel.* et in authent. *de hæredib. ab intestat. venient.* in §. fin. si tamen avia concurreret cum avo paterno, vel materno, præfertur avus paternus, vel maternus, secundum Bart. in dict. l. *si quis sub conditione*, col. 4. D. *de testam. tutel.* et tenet Alberic. et Salic. in dict. authent. *matri et aviæ*; ubi Salic. quæst. 6. et 7. intelligit, quando talis avus esset idoneus, non aliàs, quia paria sunt non esse, vel minus idoneum esse: l. fin. *C. de legit. tutel.* l. 1. §. 2. vers. *et quidem*, D. *quod cujusque univers.* cap. *inter corporalia*, *de translat. Episcopi*, *vel elect.* Si tamen sint avus paternus, et avia materna, ambo concurrent in tutela, sicut concurrerent in hæreditate, secundum Salic. in dict. authent. *matri et aviæ*, 8. quæst. qui hoc latius prosequitur, dicens tunc procedere opinionem antiquorum Glossatorum, de quibus per Gloss. in dict. authent. *matri et aviæ*, et cessare illam rationem, ne uxor coæquetur marito, quia de avia materna viduata loquimur: si autem concurreret avia, et frater pupilli utrinque conjunctus, et ætatis legitimæ, dicit Salicetus, quòd similiter concurrerent, cùm etiam ambo concurrant ad hæreditatem pupilli, ut in authent. *defuncto*, *C. ad Tertul.* et per consequens ad tutelam, ut in authent. *sicut*, *C. de legit. tutel.* quod non procederet de jure regni, cùm per l. 7. *in Ordinam. Tauri*, in hæreditate non concurrant.

(9) *Dada.* Ex hoc vides, quòd loquitur ista lex de matre, vel avia datis tutricibus in testamento; et quia in l. 9. ad fin. infra eod. loquitur de matre, et avia, quòd sint tutrices, etsi non designentur in testamento; et quæ dicta sunt superius, procedunt in utroque casu: et cùm mater vel avia datur tutrix in testamento, non indiget confirmatione, solùm habet tutelam agnoscere coram judice, secundum Bart. in l. *si quis sub conditione*, col. 5. D. *de testam. tutel.* et satis probatur in ista lege, et in dicta l. 9. quia volens debet recipere, et nolens non cogitur, secundum Bart. ubi suprà, et probatur in dict. l. 9. et l. 95. tit. 18. 3. *Partit.* et si pater, tam matrem, quàm alium extraneum det tutores in testamento, ambo administrabunt, ut tradit Salicet. in dict. authent. *matri et aviæ*, col. penult. 19. quæst. Et intellige, quando testamentum sit solemne. Quid autem si pater dedit in testamento matrem tutricem filiis, et postea cassavit illam particulam testamenti: utrum talis mater defuncti uxor admittatur ad tutelam, tanquam legitima? Vide per Bart. in l. *miles*, §. *sexaginta*, D. *de adulter.* ubi concludit post Dinum, quòd non, si illam particulam cassavit reputans eam quasi indignam; secùs si ideò cassavit, quia quoad illam particulam voluit decedere intestatus, ut ibi per eum.

(10) *Del juez.* Debet ergò venire coram judice, ut etiam habes in dict. l. 95. tit. 18. 3. *Partit.* ubi vide quæ dixi, infra quantum tempus mater debeat hoc petere et facere.

(11) *Que non casara.* Ista renuntiatio nuptiarum non est levis solemnitas, imò ejus omissio est magni præjudicii, secundum Bart. in dict. l. *si quis sub conditione*, col. 4. D. *de testam. tutel.* et authent. *matri et aviæ*; nam non renuntiando, videtur nuptias concupiscere, et sic est legi suspecta, ut etiam habes infrà ead. l. et ideò inhabilis redditur, et ideò talis omissio vitiaret secundum eum; et idem tenet Alberic. in dict. authent. *matri et aviæ*, col. fin. vers. *item quæro*, dicens, ita vidisse servari; tenet etiam idem Salic. col. 4. 14. quæst. Et tene menti istam legem, cùm vult, quòd etiamsi mater sit tutrix testamentaria, teneatur renuntiare secundis nuptiis, et Vellejano; et sic cessat quæstio, de qua per Alberic. in dict. authent. *matri et aviæ*, col. 2. vers. *sed numquid data in testamento*, ubi dicit, quòd non teneretur tali casu ad istam renuntiationem, et quòd ita vidit determinari.

(12) *La defension.* De Senatusconsulto Vellejano dicit, ut subjicit, et similiter hæc renuntiatio est magni ponderis, secundum Bart. in dict. l. *si quis sub conditione*, et ut exem-

derecho otorga a las mugeres, que non se puedan obligar por otri: estonce bien le puede otorgar la guarda de sus fijos (13), o de sus nietos, segun que es sobredicho. E la razon, por que defendemos que non case de mientra que los moços touiere en guarda, es esta: porque podria acaescer, que por el gran amor que auria a su marido (14) que tomasse de nueuo, non guardaria tambien las personas, nin los bienes de los moços, o faria alguna cosa, que se tornaria en gran daño dellos. E otrosi, si non renunciasse la defension sobredicha, dubdarian los omes (15) de mercar, o de fazer pleyto con ella, maguer ouiesse menester de lo fazer, por guarda, o por acrescentamiento, o por pro de los bienes de los moços. E deue el guardador ser establescido por mandado del padre, o del auuelo; o por otorgamiento de las leyes, assi como por parentesco; o por mandamiento de los Judgadores, assi como de suso diximos (16).

LEY V.

Como la madre non puede auer sus fijos en guarda, si se casare despues de la muerte del padre dellos.

Casando (1) la madre de mientra que sus fijos touiesse en guarda, segund diximos en la ley ante desta, el Juez del lugar do acaesciere, deue sacar los moços (2) luego de su

plificat Salicetus, præjudicaret ejus omissio creditoribus pupilli, quibus mater promittit, quod pupillus ei debet. Item si mater constitueret actorem, non præjudicaret sibi, quia juvatur Vellejano adversus filium postea contra ipsam agentem, quod non fecisset, si renuntiasset; vide de his et aliis per Salicetum, in dict. authent. *matri et aviæ*, col. 4. quæst. 14. An autem ultra istam renuntiationem secundarum nuptiarum et Vellejani, debeat renuntiare et omni alii legum auxilio? Glossa dicit, quòd sic, in dict. authent. et si non fiat, vitiabitur datio tutelæ, secundum Bart. in l. *si quis sub conditione*, col. 5. D. *de testam. tutel.* ubi Bartolus ostendit, in quibus hæc renuntiatio possit prodesse, et Salicetus dicit in dict. authent. quæst. 15. quòd sis cautus, quòd hæc omnia in actis scribi facias; et adde Alexand. consil. 32. incipit, *in causa executionis*, 4. vol. vers. 2. *principaliter moveor*, ubi et tradit aliud commodum hujus renuntiationis, et omni alii legum auxilio, scilicèt quòd videatur renuntiatum beneficio excussionis: ita tamen lex Partitarum, neque dicta l. 95. tit. 13. 3. *Partit.* nihil dicunt de ista renuntiatione generali, ut et dixi in dict. l. 95. quia tamen hoc disponitur in authent. *ut sine prohibit. matres debit. et credit.* in cap. *quia verò*, et in l. fin. *C. quando mulier tutel. offic. fungi potest*, semper hoc apponi facias in actis: quibus adde Bald. in l. *antiquæ*, §. fin. *C. ad Vellejan.* Adverte etiam, quia et in instrumento tutelæ interveniat hypoteca expressa bonorum, ut probari videtur in dict. authent. *ut sine prohib. matres debit. et credit.* in cap. *quia verò*, et tenet Bart. et Salic. in dict. authent. *matri et aviæ*, ubi Salicetus 18. quæst. dicit, de hoc non esse mirandum, cùm tutela hæc exorbitet à jure communi: et ibi etiam dicit, hoc procederet in tutela, quæ matri vel aviæ per legem defertur, nam si esset testamentaria tutrix, sufficeret tacita hypoteca per legem inducta. Et fortè indistinctè dicendum esset, quòd ista omissio expressæ scilicet hypotecæ non vitiaret dationem tutelæ, cùm hoc in istis ll. Partitarum non caveatur, et sufficiat tacita hypoteca, ut in l. *pro officio*, *C. de administr. tutor.* nisi secundum Baldum ibi esset aliquis casus, in quo prodesse posset expressa hypoteca plus quàm tacita, et quia istæ ll. Partitarum tantum de ista tacita disponunt, ut in l. fin. infra, eod. et in l. 23. et 26. tit. 13. *Part.* 5.

(13) *La guarda de sus fijos.* Et procedet hoc, sive filii sint minoris ætatis, sive sint furiosi, vel mente capti, cùm idem sit in cura, ut dicit Gloss. in dict. authent. *matri et aviæ*: et licèt cura furiosi vel prodigi tantùm dicatur legitima, ut notant Joann. Faber, et Angel. Aret. in §. *furiosi*, *Institut. de nupt.* Salic. in l. *de creationibus*, *C. de Episcop. audient.* et sic mente captis et aliis cura sit dativa à judice, tamen debet judex etiam in hoc matrem et aviam cæteris præferre, ut in l. 9. ad fin. infrà eod. et in dict. authentic. *matri et aviæ*, et in corpore unde sumitur; et quia tutela ista matris et aviæ dicitur anomala, et de utroque participat, ut notat Gloss. et Doctor. in dict. authent. et quia secundum Bart. ibi, textus videtur de hoc expressus in authent. *ut hi qui obligare se prohibent habere res minor.* collat. 6. cap. 5. vers. *et hæc*, quòd omnes isti dicuntur habere curatorem legitimum. Et nota, quòd licèt mater, vel avia ex forma statuti, vel aliàs, veluti si esset majoria, excludantur à successione filii, tamen in tutela vel cura præferuntur, ut notat Salic. in dict. authent. *matri et aviæ*, col. 3. quæst. 9. Decius etiam consil. 16. incipienti, *et diligenter*, et Joan. Andr. *in addit. ad Specul.* tit. *de curator.* in §. *cum autem.* Adverte etiam, quòd si pater est exbannitus vel condemnatus, ita quòd filius efficiatur sui juris, et eget tutore, ut notat Glossa in §. *relegati*, *Instit. quibus modis jus patr. potestat. solvit.* an mater tunc erit tutrix? Bartolus dicit, quòd sic, in dict. l. *si quis sub conditione*, in fin. D. *de testam. tutel.*

(14) *Amor que auria a su marido.* Mulieres diligunt viros etiam ultra filios, Bart. in l. *pater Severinam*, §. penult. D. *de condit. et demonstrat.* vide l. *lex, quæ tutores*, *C. de administr. tutor.* et infrà eod. l. 19.

(15) *Dubdarian los omes.* Azon. ponit istam rationem in summa, *C. quando mulier tutel. offic. fung. pot.* Et facit, ut in renuntiatione, quam suprà hæc lex posuit, includatur etiam renuntiatio de omnium ll. auxilio, vide suprà in gloss. super parte *la defension.*

(16) *Diximos.* Suprà eod. l. 2.

LEX V.

Si mater suscepta filiorum tutela nupserit, perdit tutelam, et filii ab ejus tutela et potestate extrahentur, et tutela eorum dabitur eorum consanguineo propinquiori ad hoc idoneo; et bona tam matris, quàm viri cum ea nubentis sunt obligata filiis pro debito tutelari. Hoc dicit.

(1) *Casando.* Non ergò privabitur tutela propter sponsalia de futuro, et ita tenet Specul. in tit. *de tutor.* §. *nunc dicendum*, vers. *quid si nondum*, et vers. *quid si tutelam*, et cum Bartolo transit Salic. in authent. *sacramentum*, *C. quando mulier. tutel. offic. fung. pot.* licèt Bart. in l. *si quis sub conditione*, D. *de testam. tutel.* ad fin. 6. col. teneat contrarium: et licèt contractis sponsalibus non admittetur ad petendum tutelam, tamen propter sola sponsalia, habita jam tutela, non privaretur ipso jure; unde licèt mulier vadat ad judicem, dicens se velle nubere, non ex hoc statim desinit esse tutrix, cùm ll. dicant, quòd contractis nuptiis expellatur, et non dicunt; cùm animum nubendi habuerit, prout ponderat Salicet. in dict. authent. *sacramentum*, licèt Bart. ubi suprà, in hoc etiam voluit contrarium, pœnæ namque sunt molliendæ, non extendendæ, l. *interpretatione*, D. *de pœnis.* Item cùm mulier perdat tutelam, matrimonium secundum contrahendo, multò magis perdet luxuriando, ut in l. fin. *C. quando mulier tutel. offic.*

guarda, e de su poder, e darlos a alguno de sus parientes de los moços, al mas cercano (3) que ouieren, que sea ome bueno, e sin sospecha, e que non sea de aquellos, a quien defiendan las leyes (4) deste nuestro libro, que non lo pueda ser. E si el Juez fallare, que alguna cosa deue dar la madre a los moços, por razon de sus bienes que touo en guarda, o por otra manera qualquier, fincan porende obligados tambien los bienes della (5), como los de aquel que caso con ella (6).

LEY VI.

Como la madre puede establescer guardadores en su testamento a los fijos, que dexa por herederos.

La madre (1) que faze testamento, en que establesciesse por sus herederos a sus fijos, que non ouiessen padre, bien les puede establescer guardador en el. Pero tal guardador como este non puede vsar en ninguna manera de los bienes del moço, a menos de ser confirmado del Juez del lugar, do son los bienes: e el Juez deuelo confirmar (2), e otor-

fung. pot. Gloss. in dict. authent. *sacramentum*, quæ communiter approbatur.

(2) *Sacar los moços.* Concordat cum dict. authent. *sacramentum*, et in corpore unde sumitur, et cum authent. *de hæred. ab intestat. venient.* cap. *ex his.* Quid tamen si mater, vel avia esset tutrix testamentaria, an privabitur tutela propter transitum ad secunda vota? Glossa movet quæstionem in l. *omnem*, *C. ad Tertul.* et ponit in opiniones; et opinio Joan. et Azon. quòd idem sit in testamentaria, approbatur ibi per Bartolum et Bald. et Salicet. et constat hoc etiam, quia et mater tutrix testamentaria renuntiare debet secundis nuptiis, ut suprà l. proxim. qui punctus erat tota substantia ad hujus decisionis quæstionem, secundum Bald. in authent. *eisdem*, *C. de secund. nupt.* ad fin. Quid autem si mater (quæ fuit expulsa à tutela propter transitum ad secunda vota) viduetur, an reassumat tutelam? Speculator disputat in dict. tit. *de tutor.* §. *nunc dicendum*, vers. *quæro si mater*; tandem solvit, quòd si res est integra, et pueri nullum habeant tutorem, vel habere possunt, et tunc admittatur; secùs verò si alium tutorem legitimum habeant, vel habere possint; et ad declarationem hujus dicti Speculatoris vide Salicetum in dict. authent. *sacramentum*, col. 3. vers. *quæro etiam ab extra.*

(3) *Al mas cercano.* Reprobat opinionem Glossæ in dict. authent. *sacramentum*, quæ dicit, quòd expulsa matre à tutela propter transitum ad secunda vota, locus esset tutori dativo, et non legitimo; quam opinionem dicit esse communem Albericus in dict. auth. *matri et aviæ*, col. 3. vers. *expeditis quæstionibus*, et approbat opinionem contrariam, quæ fuit Alberici de Sal. et Jacob. Butri. et Rayner. de For. et sequacium: et nota et tene menti istam legem Partitarum, nam de jure communi ista quæstio erat valde difficilis, prout attestatur Baldus, latè in hoc loquens in dict. authent. *sacramentum*, ubi et Salicetus post longam disputationem dicit, opinionem dictæ glossæ stante tacito dubio, in judiciis, et in scholis sequendam esse: considera tamen, an opinio glossæ communis possit salvari, etiam stante lege ista Partitarum, in eo casu quo mater antequam transiret ad secundas nuptias, ivit ad judicem, et dixit: Domine judex, ego intendo transire ad secunda vota, detis tutorem filio meo; quo casu Bartolus concordando opiniones, tenet, quòd tunc locus sit dativo, et quòd opinio contraria procedat, quando mater non curavit de filiis, sed simpliciter ad secundas nuptias transivit, quia cùm tunc desinat esse tutrix ipso jure, judice hoc non agente, meritò deveniet ad sequentem legitimum, non ad dativum, l. *si quis sub conditione*, D. *de testam. tutel.* quod non est, quando ipsa adit judicem, et petit tutorem dari filio; quo casu habet locum ratio, quæ ponitur in dicta l. *si quis sub conditione*, et in l. 3. §. *quærri potest*, D. *de legit. tutor.* cùm enim factum judicis duret in ea removenda, et in ea durant reliquiæ prioris tutelæ, et non desinit tali casu ipso jure tutrix esse, prius quàm alius tutor detur, et sic quandiu ipsa est tutrix, non est locus legitimo, neque postea, quia iste qui datur, subrogatur loco matris, quæ alios legitimos excludit; et sic isto casu cùm subrogatum assumat naturam ejus, in cujus locum subrogatur, prout latius declarat Salicet. in dict. authentic. *sacramentum*, videtur, quòd limitari debeat ista lex in isto casu, quæ tantùm loquitur in muliere, quæ nupsit secundò, et non exprimit illum casum, ubi prius tutorem petiit ordinari, ut in authent. *de nupt.* cap. *si autem tutelam*; imo ex verbis ejus patet, quòd loquatur de ea, quæ non dato tutore filiis transit ad secunda vota, cùm dicit, *de mientra, que touiesse sus fijos en guarda*; unde in casu in quo ista lex expressè non loquitur, non videtur recedendum ab opinione Bartoli, quæ etiam est communis. Sed an cùm mater ante transitum ad secundas nuptias, petit tutorem dari filiis, sit dandus ille, quem mater petierit? Magis communis opinio est, quòd non necessitetur judex ad hoc, ex eo quòd mater posset fraudulenter eligere ad rationes fraudandas, l. *Divus*, §. *si quidem*, D. *qui pet. tutor.* et vide l. *credendum*, in fin. D. *qui pet. tutor.* et quod habetur infrà eod. l. proxim. et Alberic. in authent. *matri et aviæ*, in vers. *expeditis quæstionibus*, *C. quando mulier offic. tutel. fung. potest*: et secundum Salicet. in dict. authent. *sacramentum*, ad fin. judex non malè faciet, si agnatos, et cognatos, et notos pupilli ad hoc citari faciat; de qua materia vide notabile consilium Francisc. Curtii senioris, consil. 46. *super controversia*, ubi latè tradit, et ibi allegat singulare dictum Baldi in l. *omnem*, vers. *quæro an dativus*, *C. ad Tertul.* ubi quærit, an dativus petitus à matre præferatur legitimo, et arguit videri expressum, quòd sic, in dict. cap. *si autem tutelam*, et tandem decidit istud esse verum, quando dativus iste daretur ex inquisitione, secùs si perfunctoriè, et legitimi sint magis idonei: et subdit Baldus, se intelligere dari per inquisitionem, quando vocatis vocandis datus esset; quia secundum eum verba apposita per tabelliones, dicentes, *quòd judex videns et cognoscens eum idoneum, etc.* non probant, quòd sit datus ex inquisitione, sed solùm quod sit idoneus ex aspectu, et quia quilibet præsumitur idoneus ex generali conjectura: quæ sunt verba gravia et singularia: et adde quæ tradit Baldus consil. 82. 2. vol. incipienti *statuto.*

(4) *Las leyes.* Vide suprà eod. l. 4. et infrà eod. l. 14.

(5) *Los bienes della.* Vide l. 23. et 26. tit. 13. 5. *Partit.* et quæ ibi dixi.

(6) *Que caso con ella.* Adde l. 2. *C. quando mulier offic. tutelæ fungi potest*, et l. *si mater*, *C. in quib. caus. pign. tacit. contrah.* et ibi Bald. in authent. *de nupt.* §. *si quis autem tutelam*, ubi Bart. et dict. l. 26. et l. fin. tit. 17. lib. 3. *For. LL.*

LEX VI.

Potest mater in testamento dare tutorem filio, debet tamen judex eum confirmare, aliàs non posset administrare: si tamen eum hæredem non instituit, licet ei leget, non potest; si tamen fecerit, potest eum judex si est idoneus, confirmare. Hoc dicit.

(1) *La madre.* Idem dic in avia, secundum Bart. in l. *pater*, D. *de testam. tutel.*

(2) *Deuelo confirmar.* Et sic necessitas imponitur judi-

garle guarda dellos, si non fuere atal, a quien defiendan las leyes deste nuestro libro que lo non sea. Mas si la madre non establesciesse por su heredero al fijo, non le podria dexar guardador, maguer le dexasse de otra guisa (3) alguna partida de sus bienes. Pero si acaesciesse que lo fiziesse, si gelo quisiesse (4) confirmar el Juez, valdria, mas non de otra guisa.

LEY VII.

Que el padre puede dar a su sieruo por guardador de sus fijos; e como deue dezir ciertamente el nome del guardador, porque non aya y dubda.

Dexando el padre a alguno de sus sieruos por guardador de sus fijos, maguer non le ouiesse ante desto aforrado por palabra, fazese libre (1) por esta razon, e sera guardador dellos, si fuer mayor de veynte e cinco años; e si fuere menor, como quier que sea forro, non sera guardador dellos, fasta que sea de la edad sobredicha (2). Mas si dexasse sieruo ageno (3), non valdria, nin seria guardador dellos. Otrosi dezimos, que quando el padre establesciesse a alguno por guardador de sus fijos, que lo deue nombrar, e señalar, de manera que lo puedan saber ciertamente, qual es. Ca si acaesciesse, que nombrasse a vno por guardador, e ouiesse y otro (4) que ouiesse aquel mismo nome, si non pudiessen saber ciertamente, qual dellos fuera su entencion que lo fuesse; estonce non lo deue ser ninguno dellos (5).

ei isto casu, quando mater filium instituit hæredem, et in hoc videtur ista lex approbare opinionem Glossæ in l. *mater C. de testam. tutel.* de qua ortum habet ista lex. Azon. etiam *C. de confirm. tutor.* in summa, vers. *si verò mater*, dicit, quod si mater instituat filium, debet quidem confirmari datio, quia ex se non tenet; et subdit Azon. causa tamen cognita, id est, cum inquisitione, ut in l. 1. ejusd. tit. et dict. l. *mater*: ista tamen lex Partitarum nihil dicit de inquisitione. Doctores in dict. l. *mater*, signanter Albericus et Salicetus, dicunt, quòd ista inquisitio, cùm filius à matre instituitur, debet esse levis, et idem tenet Bart. in l. *pater*, D. *de testam. tutel.* et in l. *mulier*, D. *de confirm. tutor.* et in l. *peto*, §. *mater*, ubi etiam Paul. et Imol. D. *de legat.* 2. Tu verò conclude, quod, aut filius institutus à matre habet alia bona, et tunc respectu illorum bonorum erit necessaria inquisitio; si verò nulla alia bona habeat, nisi quæ mater sibi jure institutionis reliquit, tunc debet confirmari sine inquisitione aliqua; et ita intellige istam legem, et ita tenet Bart. post Din. in l. *si patronus*, D. *de confirm. tutor.* ubi idem tenet Alberic. et tenet etiam Angel. in l. 1. *C. de testam. tutel.* et licèt habeat alia bona, cum instituitur à matre, levior sufficeret inquisitio, quàm cùm instituitur ab extraneo, et ita procedent dicta Bartoli, et aliorum in dict. l. *pater*, et in dict. l. *mulier*, et in dict. l. *mater*. Limita tamen singulariter istam legem disponentem tutorem datum à matre in testamento, in quo filium instituit hæredem, omninò confirmandum, quando instituit eum universaliter, et quòd secùs esset, si eum in sola legitima instituisset; casus videtur de hoc singularis in dict. l. *peto*, in §. *mater*, ubi juris consultus dicit tutorem filio à matre nulliter datum, non ex alio, nisi quia in effectu mater non instituerat filium nisi in sua legitima, cùm reliqua pars hæreditatis subjecta esset fideicommisso, in quo legitima non includebatur, l. *cohæredis*, §. *cùm filiæ*, D. *de vulgar. et pupill.* et ita ad hoc ponderat dictam §. *mater*, Ludov. Roman. consil. 188. incipit *in hac causa*. Et adverte, quòd in casu, quo instituitur à matre, remittetur satisdatio, per textum in l. 1. D. *de confirm. tutor.* et tenet Azon. ubi suprà, et probatur in l. fin. D. eod. et tenet Bart. in l. 1. D. eod. Sed adverte, quia Azon. loquitur quando fuit facta confirmatio cum inquisitione; et sic videtur, quòd deberet satisdari, quando confirmatur sine inquisitione, et ita vult etiam Gloss. in dict. l. fin. et vide Bart. in l. *tutores*, D. eod.

(3) *De otra guisa.* Nota hoc verbum, nam etsi mater filio aliquid legaret, et daret tutorem, non confirmabitur sine magna inquisitione, ut in l. 2. et notat Bart. in l. *naturale*, D. *de confirm. tutor.* licèt Bartolus hoc de legato non tangat: et l. fin. *C. de confirm. tutor.* videtur innuere, quòd sufficiat relinquere quocumque titulo, loquitur tamen in patre naturali, vide per Bart. in dict. l. *naturali.*

(4) *Gelo quisiesse.* Si tamen viderit expedire pupillo, poterit confirmare, ut in dict. l. *mater*, *C. de testam. tutel.* sed an tenebitur in sindicatu, si non fecerit cùm expediret, vide l. *non quidquid*, et ibi per Paul. de Cast. D. *de judic.* et videtur de mente Salic. in dict. l. *mater*, ibi: *quæro tunc*, quòd judex teneatur confirmare, præmissa magna causæ cognitione, quando mater filium non instituit. An autem tutor confirmatus à judice præferatur legitimo tutori, vel admittat tutorem dativum secum? Vide per Bart. in l. 1. D. *de confir. tutor.* ubi refert disputationem Martini Silla. de qua vide Joann. Andr. *in addit. ad Speculat.* tit. *de tutore*, §. *nunc dicendum*, in additione incipienti, *propter hoc*, et concluditur, *præferri legitimo*, et idem tenet Salic. in l. 2. *C. de confir. tutor.* cùm tamen talis confirmatus sit dativus, admittit alium dativum secum, secundum eos, l. *si ut proponis*, *C. de confir. tutor.*

LEX VII.

Non potest testator servum alienum dare tutorem: sed si proprium servum det filio, non facta mentione libertatis, consequitur propter hoc libertatem et tutelam, si est major xxv. annis; sed si est minor, consequitur libertatem, et factus major habebit tutelam. Item dato Titio in tutorem, si sunt duo Titii, nec apparet de quo sensit testator, non valet tutoris datio. Hoc dicit.

(1) *Fazese libre.* Concordat cum l. *quæro*, §. *Lucius*, D. *de testam. tutel.* et *Institut. qui testam. tutor. dar. poss.* in princ.

(2) *Fasta que sea de la edad sobredicha.* Facit ad id, quod dixi in l. 4. suprà, eod. in gloss. super parte *mayor de veinte e cinco años.*

(3) *Sieruo ageno.* Concordat cum §. 1. *Institut. qui testam. tutor. dar poss.*

(4) *Ouiesse y otro.* Hoc debet probari ab allegante, aliàs pluralitas nominis non præsumeretur, ut adducit Socin. consil. 28. *visu testamento*, col. 3. et 4. in 3. volum. et consil. 49. col. 2. vide tamen, quod in hoc notat Abb. in cap. *cum Joannes*, *de fide instrum.* et Decius consil. 101. col. 1. ad fin.

(5) *Ninguno dellos.* Concordat cum l. *duo sunt Titii*, D. *de testam. tutel.* et vide quæ dixi in l. 23. et 25. tit. 11. 5. *Partit.* et in l. 10. tit. 3. suprà ead. *Partit.*

LEY VIII.

Como el guardador, que el padre da a sus fijos naturales, non deue vsar de tal guarda sin mandado de Juez.

Tambien al fijo de barragana (1), como al que fuere de muger legitima, puede el padre dar guardador a su finamiento (2) que guarde a el, e a los bienes en que lo fizo su heredero. Pero este guardador atal non se puede trabajar de la guarda del huerfano, nin vsar de los bienes del, a menos de ser confirmado por el Juez del lugar. Otrosi dezimos, que si algun ome establesciere en su testamento por su heredero a algun huerfano estraño (3), que le puede dar guardador en aquel mesmo testamento, e este guardador atal deue ser confirmado del Juez, segun diximos del otro. E avn dezimos, que los guardadores que son escritos en los testamentos, pueden ser establescidos simplemente, e a tiempo cierto, o so condicion (4), segun que fuere su voluntad del fazedor del testamento.

LEY IX.

Como quando el padre, o el auuelo, non dexa guardador a sus fijos, nin a sus nietos en su testamento, lo deue auer el pariente mas propinco, que cuiere.

Sin testamento muriendo algun ome, que ouiesse fijos, e non les ouiesse dado guardadores; o si fiziesse testamento, e non los dexasse en guarda de ninguno; o si les dexasse guardadores, e se muriessen ante que el padre (1) dellos; si los moços non ouieren madre, nin auuela (2), mandamos, que los parientes mas cercanos que ouieren, e que estouieren en vn mismo grado (3), sean guardadores dellos, e de todos sus bienes. E estos guardadores atales son llamados, Legitimos (4). Pero dezimos, que ante que vsen de los bienes de los moços, deuen dar fiadores (5) va-

LEX VIII.

Potest pater filio naturali vel extraneo, patrem non habenti, dare in testamento tutorem, qui eum, et bona in quibus eum instituit, administret; sed talis debet per judicem confirmari. Item tutor potest dari in testamento purè, vel ad tempus, vel sub conditione. Hoc dicit.

(1) *Al fijo de barragana.* Concordat cum l. *naturali*, D. *de confir. tut.* et cum l. fin. *C.* eod. et quid si pater naturalis dedit unum tutorem, mater alium, numquid concurrent, vel præfertur paternus? Cynus quærit, et reliquit cogitandum in dict. l. fin. Albericus verò dicit, se credere hoc relinquendum arbitrio judicis attenta utilitate pupilli, argumento l. *utilitatem*, D. *de confir. tutor.* Angelus verò ibi dicit, quod si tutelæ concurrant, quilibet tutor præferretur in administrando bona à relinquente relicta; si verò non concurrat, primus erit tutor, non verò qui datus est secundo loco, quia tutorem habenti tutor dari non potest; et dicit ita sibi videri in lectionis discursu, satis placet quod respondet Albericus: potest etiam procedere dictum Angeli, et limitari, nisi patrimonium esset magnum et diffusum, ut in l. *propter*, *C. in quib. casib. habent. tutor. tutor dar. potest.* Post hæc scripta vidi notabile consilium Ludov. Rom. incipit, *in hac causa mihi commissa*, ubi videtur comprobare opinionem Angeli, vide ibi; spurio tamen filio non potest dari tutor in testamento per patrem, Gloss. et Bart. in l. 1. D. *de testam. tutel.*

(2) *A su finamiento.* Id est in suo testamento.

(3) *Huerfano estraño.* Concordat cum l. *si patronus*, D. *de confirm. tutor.*

(4) *So condicion.* Concordat cum §. *ad certum tempus*, *Institut. qui testam. tut. dar. poss.* et intellige de datis in testamento, prout hic dicitur; secùs est in dativo, l. *muto*, §. 1. D. *de tutel.* et est ratio secundùm Speculat. tit. *de tutore*, §. *generaliter*, col. 6. quia dare tutorem est actus legitimus, qui non recipit diem vel conditionem, l. *actus*, D. *de regul. jur.* præsumitur autem pro patre, quòd benè faciat, et lex multum confidit de eo: et attenta generalitate hujus legis Partitarum, non erit ista specialitas tantùm in testamento patris, sed etiam in testamento matris vel extranei, qui pupillum instituit hæredem, ut suprà l. 6. et ista eadem lege.

LEX IX.

Habens liberos minores decedens ab intestato, vel aliàs non relinquens eis tutorem, si filii matrem seu aviam non habeant, vocantur ad tutelam proximiores consanguinei in eodem gradu, qui dicuntur tutores legitimi; qui debent præstare idoneos fidejussores loci judici, quod benè et fideliter bona minorum administrabunt: et jurabunt tutores res pupillorum fideliter conservare. Si tamen pupilli matrem vel aviam habent, ipsæ erunt tutrices, ut suprà eod. tit. l. 4. et 5. et si mater noluerit, præfertur avia legitimis. Hoc dicit.

(1) *Muriessen ante que el padre.* Idem si decesserit mortuo patre, impubere adhùc filio, ut in l. *intestato*, in fin. D. *de legitim. tutor.*

(2) *Madre, nin auuela.* Hæ enim præferuntur legitimis, ut hic, et in authent. *matri, et aviæ*, *C. quando mulier tutel. offic. fungi potest.*

(3) *En vn mismo grado.* Concordat cum authent. *sicut*, *C. de legitim. tutel.* et D. eod. l. *si plures.*

(4) *Legitimos.* Adde supra eod. l. 2. et quæ ibi dixi.

(5) *Fiadores.* Debent enim tutores legitimi satisdare rem pupilli salvam fore, ut hic, et in l. *legitimos*, D. *de legitim. tutor.* et antea non potest quicquam administrare, ut in l. 1. 3. et fin. *C. de tut. vel curat. qui non satisded.* et non requiritur ista satisdatio ad inchoationem nascentis officii, sed ad executionem officii in esse jam producti, et ideò in alia die, quàm in die datæ tutelæ, et in alio instrumento præstari potest, Bald. in *addit. ad Spec.* tit. *de tut.* et testamentarii tutores non satisdant, neque datus à præside, vel prætore cum inquisitione, ut *Institut. de satisdat. tutor.* in princ. et in §. penult. *de Atil. tutor.* et tradit Gloss. quam Bartolus ibi dicit notandam, in authent. *ut qui oblig. se perhib. habere res minor.* in §. fin. et licèt Gloss. in l. 1. *C. de tut. et curat. qui non satisd.* dicat, quod hodie dativus indistinctè satisdat, tamen Salicetus ibi approbat glossam in dict. authent. in §. fin. dicentem, quod cùm datur ex inquisitione, et à majoribus judicibus, non satisdet, secùs, si à minoribus; et quod sit ratio, quia propter majorem auctoritatem qua nititur, fides ejus approbata dicitur: in practica tamen videmus indistinctè à tutoribus dativis exigi satisdationem, et fortè ideò, quia ista inquisitio qua dentur, non est ita in usu: de jure tamen communi approbatur per Doctores communiter dicta glossa in dict. §. fin. dict. authent. *ut hi qui obligatas*, *etc.* ut notat Bart. in l. 1. D. *rem pupill. salvam fore*, et in l. *si nemo*, §. 1. D. *de testam. tutel.* licèt Speculat. tit. *de tutor.* §. *si autem*; dicit, quod hodie omnis dativus satisdat. Leges etiam

liosos al Juez del lugar, que prometan (6), e se obliguen por los guardadores, que ellos aliñaran, e guardaran bien, e lealmente, los bienes de los huerfanos, e los frutos dellos. E sobre todo, deuen jurar (7) los guardadores, de fazer todas las cosas que sean a pro de los huerfanos que han en guarda, e de non se entremeter de fazer cosa que se torne a daño dellos. E que guardaran lealmente sus personas, e sus cosas. Mas si los huerfanos sobredichos ouiessen madre, o auuela, que quisiesse guardar los huerfanos, e sus bienes; estonce dezimos, que la madre lo puede fazer, ante que ninguno de los otros parientes, solo que sea buena muger, e de recabdo. Pero deue dar, e fazer a los moços primeramente tal segurança, como de suso diximos (8) en la sesta ley ante desta. E si la madre non quisiere entremeterse desto, puede estonce (9) el auuela auer la guarda dellos.

LEY X.

Como aquel que aforro a su sieruo de menor edad, deue ser guardador del, e de sus bienes.

Aforrando algun ome su sieruo que fuesse

istarum Partitarum non disponunt de fidejussore dando in dativo tutore, ut patet infrà eod. l. 12. et in l. 94. tit. 18. *Partit.* 3. ubi ponitur forma instrumenti dationis tutelæ in legitimo tutore. Limita tamen istam legem, quatenùs disponit de satisdatione legitimi tutoris, quod procedat, nisi in patrono vocato ad tutelam liberti, quia talis ita demùm satisdat, si sit persona vulgaris vel minus honesta, non aliàs, ut habetur in dict. l. *legitimos*, in princ. et idem dicit Salicetus dicendum in patre, quia majus esse tribuit filio, quàm patronus liberto, ut sic causa cognita satisdet, non aliàs, argumento l. *jubemus*, *C. ad Trebell.* §. *in supradictis*, et l. *Imperator*, à contrario sensu, D. *ad Trebell.* ita Salicetus in l. 3. *C. de tutor. et curat. qui non satisd.* Albericus etiam in rubr. ejusd. tit. tractat hoc de patre tutore filii emancipati, et tandem putat considerandum, quod si patrimonium filii sit amplum, et persona patris indigens et suspecta, quod satisdare teneatur, aliàs non; et ita dicit colligi posse ex dicta l. *legitimos*, §. 1. et 2. et quia si hoc est in patrono, fortius in patre; et quia eisdem privilegiis utuntur parentes circa filios, quibus patroni circa libertos, l. fin. *C. qui et advers. quos*, l. *si quis à libertis*, §. *solent*, D. *de liber. agnosc.* Quid autem, si tutor sit valdè dives, an adhùc tenetur satisdare? Baldus in l. *mulier*, *C. de jure dot. in utraque lectura* vult, quod sic, post Glossam ibi; vult tamen, quod tunc qualiscumque fidejussor sufficiat, etsi nihil habeat in patrimonio: et idem dicit è contra, si fidejussor est multùm idoneus, et principalis non, suppleri per fidejussorem patrimonium debitoris, Gloss. in l. *si plures*, §. 1. D. *de fidejussor.* quam glossam Baldus dicit non esse alibi: et dicit Joan. de Plat. in l. 1. *C. de pericul. nominat.* lib. 11. et in l. *quicumque*, la 2. *C. de fund. patrimon.* eod. lib. hoc procedere in tutore, quod licèt sit dives, satisdet, et quod non procederet in alio administratore publico, ut in dictis ll. et tradit Paul. in l. 1. D. *qui satisd. cogant.* Et nota quod non est de substantia satisdationis tutelæ et curæ, quod patrimonium tutoris vel curatoris valeat tantum, quantum facultates pupilli vel adulti, secundum Bald. in dict. l. *mulier*, in 1. lectur. et vide ibi per eum, an teneat actus, cùm quis admissus fuit cum minus idoneo fidejusssore, et an debeat augeri satisdatio, si crescat patrimonium. Adverte etiam, quod fidejussor debet esse locuplex secundum quantitatem inventarii, ut in l. fin. et ibi Bald. *C. de magistrat. conveniend.* et vide per Bart. in l. 2. §. *idoneos*, D. *ad Tertul.* Dicit etiam Bald. in dict. l. fin. quod non vitiatur datio tutelæ, etsi fidejussor non sit idoneus: et ibi etiam vide per eum, quid si pupillus sit valde dives, et quæ dixi in l. 3. in gloss. super parte *madre*, tit. 15. 2. *Partit.* Nota etiam, quod si persona propinqui legitimi est multum fida et honesta, remittitur ei satisdatio, secundum Bald. in dict. l. *legitimos*, per illum textum inferentem, quod idem sit in legitimo tutore tali, quod ibi dicitur de patrono; erit ergò remedium secundum eum, quod si tutor legitimus non inveniat fidejussores, quod judex præcedente inquisitione ei administrationem decernat, faciat judex in suo decreto mentionem de hoc, et de tali fidelitate et honestate; quod dicit esse notandum, prodest enim ad satisdationem non præstandam præcedens vita laudabilis; vide per Joan. de Plat. in l. *agentes*, *C. de agentib. in reb.* lib. 12. et adde Jason. in l. *si quis stipulatus*, §. 1. D. *de verb. obligat.* Contra hoc tamen dictum Baldi facit dicta l. 94. ibi cùm dicit: *porque los fallaron que eran omes buenos, e de buen testimonio, e desembargados, etc.* et tamen adhùc requiritur ibi, quod præstetur satisdatio: neque tutum arbitror dispositionem, l. *si patronus*, in casu tan speciali, extendendam ad quemcumque tutorem legitimum, si detur ex inquisitione: tu cogita.

(6) *Que prometan.* De forma instrumenti fidejussoris tutoris, vide in dict. l. 94.

(7) *Jurar.* Concordat cum cap. fin. in authent. *ut hi qui oblig. se perhib. habere res minor.* dicit tamen Specul. tit. *de tutor.* §. *generaliter*, col. 3. quod licèt tutor non juraverit, valent tamen facta per eum, quia cùm multa egerit, decepti essent, qui cum eo contraxissent, argumento l. *Barbarius*, D. *de offic. Prætor.* et ibi vide per Joan. And. *in addition.* quod hoc juramentum possit remitti per testatorem. Contra dictum Speculatoris tamen facit, quia l. *Barbarius* non habet locum, nisi in officiis publicis auctoritate et utilitate, non in privatis. Altero etiam modo, et in similibus terminis, dicit Bald. *in addition. ad Specul.* tit. *de tutor.* circa fin. quod si tutor non fecit inventarium, non valet auctoritas ejus, nam omissio modi vel formæ vitiat etiam actum favorabilem, l. *qui Romæ*, §. *Flavius*, D. *de verbor. obligat.* etiamsi communis error adsit. Bartolus etiam ponit hoc, ut unum de requisitis, in dict. l. *legitimos*, circa fin. princ. D. *de legitim. tutor.*

(8) *Diximos.* Suprà eod. l. 4. ubi vide quæ dixi, et adverte, quod neque illa lex, neque ista exigunt satisdationem in matre vel avia, tutrice testamentaria vel legitima: et de testamentaria planè procedit, quando verò datur à lege, licèt hæc lex non dicat, crederem necessariam esse satisdationem, et ita tenet Alberic. in dict. authent. *matri et aviæ*, col. 2. et in rubric. *C. de tutor. et curat. qui non satisded.* et in l. *de creationibus*, *C. de Episcop. audient.* neque ista lex repugnat, imò facit, quod teneatur satisdare, cùm in legitimis hoc requirat, et mater vel avia est legitima, ut dicit Bart. in dict. authent. *matri, et aviæ*, col. 2. vel licèt dicatur anomala secundum Specul. tit. *de tutor.* §. *nunc dicendum*, in princ. non potest negari, quin participet de legitima, et ideò debet satisdare: et quod satisdet, tenet etiam Azon. *C. quando mulier tutel. offic. fungi potest*, in summ. in finalibus verbis, allegat dictum cap. fin. in authentic. *ut sine prohibitione matres, etc.* ubi est textus expressus ibi: *et de fidejussoribus dandis.*

(9) *Puede estonce.* Concordat cum dict. authentic. *matri et aviæ*, ibi: *secundum ordinem.*

LEX X.

Si dominus manumittit servum impuberem, erit ejus tutor, quia succedet ei, si moriatur; et hoc si ipse defunctus non habuerit consanguineos, qui de jure debeant suc-

menor de catorze años, el señor (1) deue auer en guarda a el, e a sus bienes: porque si tal aforrado como este moriesse, e non ouiesse padre, nin madre, nin otro pariente, de aquellos que le deuian heredar segun derecho, este su patron que le aforro, heredaria todos sus bienes. E porende guisada cosa es, que el que auia la pro heredando los bienes del, que sufra el cargo (2) de ser su guardador. Otrosi dezimos, que si el padre (3) saca al fijo de su poder, que es menor de catorze años, que el lo deue auer en guarda, a el, e a todos sus bienes. E si el padre muriesse en ante que el moço fuesse de edad, si el huerfano ouiesse otro hermano (4) que fuesse mayor de veynte e cinco años, el lo deue auer en guarda en lugar de su padre.

LEY XI.

Quando los guardadores son muchos, e non se pueden allegar para procurar los bienes del huerfano, como lo puede fazer el vno dellos.

Si los guardadores de los huerfanos fueren muchos (1), e se leuantare desacuerdo entre ellos, de manera que non se puedan todos ayuntar (2) a fazer aquellas cosas, que son tenudos de fazer en guarda dellos, e de sus bienes: dezimos, que estonce el vno dellos puede dezir al Juez, que el quiere dar (3) recabdo, e obligarse a cumplir lo que auian todos de cumplir, si los otros lo touieren por bien; e si non, que lo faga alguno dellos. E si se acordaren en esto, deue el Juez tomar tal recabdo del, como diximos en la ley ante desta. E si se desacordaren, de manera que cada vno quiera obligarse a esto, e quiera auer en guarda los bienes de los moços, estonce el Juez deue escoger (4) aquel que entendiere que lo fara mejor, e que sera mas prouechoso a los moços, e tomar tal recabdo del, como sobredicho es; e darle poder, que el solo los pueda auer en su guarda, e aliñar, e aprouechar los bienes dellos.

LEY XII.

Quales Judgadores deuen dar guardador al huerfano desamparado.

Desamparado fincando el moço, que fuesse menor de catorze años, de guisa que su padre non le ouiesse dexado guardador en su testamento, nin ouiesse pariente cercano que

cedere: idem si pater filium, quem impuberem emancipavit; et patre ante finitam tutelam defuncto, erit tutor frater mortui. Hoc dicit.

(1) *El señor.* Concordat *Instit. de legit. patronor. tutel.* per totum, et vide notata per Azon. *C. de legit. tutel.* vers. *ex sententia autem legis* 12. *tabularum*: et an iste satisdet, vel ne? Vide l. *legitimos*, in princ. D. *de legit. tutor.*

(2) *El cargo.* Concordat cum dict. tit. et authent. *sicut*, *C. de legit. tutel.* et l. *secundum naturam*, D. *de regul. jur.*

(3) *El padre.* Concordat *Instit. de legit. parent. tutel.* et an iste satisdet? Dixi suprà in l. proxima, in gloss. super verbo *fiadores*, et an si emancipet in casu l. *filiis matrem*, *C. de inoffic. testam.* pater si legitimus tutor? Baldus ibi dicit, quod non.

(4) *Hermano.* Concordat *Institut. de fiduciar. tutel.* et vide per Bart. in l. 3. *C. de legit. tutel.* et an iste sit tutor legitimus? Vide per Bald. in l. 3. *C. de except.* et l. penult. *C. de legitim. tutel.*

LEX XI.

Inter plures tutores super administratione orta discordia, omnium consensu potest uni administratio committi, et per judicem discerni cum cautione, de qua suprà eod. tit. l. 5. quolibet autem eorum tutelam volente, eliget judex unum ex eis.

(1) *Fueren muchos.* Sive testamentarii, sive legitimi, vel dativi, et ortum habet ista lex à l. 3. in §. *apparet*, et §. fin. D. *de administrat. tutor.* et à l. *legitimos*, §. 1. D. *de legitim. tutor.* et à §. fin. et ibi Joan. Fab. *Instit. de capitis dimin.* et adde l. *testamento datos*, cum l. sequent. D. *de testam. tutel.* et à cap. 5. in authent. *de hæredib. ab intestat. venient.* vers. *si autem plurimi.*

(2) *Todos ayuntar.* Nam *segnius expediunt commissa negotia plures*, versus quem allegat Glossa in dict. §. *apparet.*

(3) *Que el quiere dar.* Vide in dict. l. *legitimos*, §. 1. et in dict. l. *testamento.*

(4) *Escoger.* De ista electione habes etiam in dict. cap. 5. vers. *si autem plurimi*, in authent. *de hæredib. ab intest. venient.* et in l. 3. §. fin. D. *de administr. tutor.* Et adverte hic, quod tunc demùm datur ista electio judici, quando tutores non concordant, ut unus eorum gerat, sed omnes velint gerere; et sic patet approbari hic dispositionem dictæ l. 3. §. fin. quem Albericus ibi dicit non corrigitur per textum in dict. authent. in §. fin. Distingue ergò in ista materia, quod quando plures tutores dati sunt per testatorem, et dubitatur quis gerere debeat, si quid testator disposuit quis gerere debeat, ille solus geret, et aliis præfertur, nisi aliquid constet, ex quo ille repellatur, de quibus in dict. l. 3. vel similibus; si verò testator de hoc nihil disposuit, tunc judex convocabit in unum tutores, ut unum eligant, qui administret, et si discordent, judex eliget. Si verò tutores plures testamentarii non consentiant, quod unus solus administret, non confidentes de ejus administratione, et petant administrationem inter eos dividi per regiones, audientur, et quilibet se tuebitur exceptione, pro eo quod non administravit; hæc colliguntur ex dict. l. 3. §. fin. et ibi per Albericum; et ibi vide per Bartolum, quid si unus vult dividere, alius non. Si autem sunt plures tutores legitimi, et expediat per unum tantùm geri, tunc unus eorum potest reliquos compellere, vel quod satisdent, vel recepta satisdatione ab illo consentiant, quod ei gestio committatur, ut in dict. l. *legitimos*, §. 1. et ibi notat Baldus, et si inter se non concordent, quis eorum gerat, judex eliget, ut hic, et in dict. l. 3. §. fin. et idem videtur dicendum in pluribus dativis, ut sic in omnibus practicari possit ista lex.

LEX XII.

Si non sit tutor testamentarius, nec tutelam velit legitimus, vel ab intestato successuri, ipsi petant tutorem à judice, et detur probus, et dives: et si isti tutorem non petant, privantur pupilli successione negligentes: et tunc quilibet de populo potest petere tutorem, qui dabitur ei

lo quisiesse guardar, estonce la madre, e los otros parientes (1) que heredaren a este moço, si moriesse sin testamento, deuen, e pueden pedir al Juez del lugar (2) que le de guardador atal, que sea bueno, e rico (3), e que entienda que lo rescibe mas por pro del moço, que de si mismo. E si estos atales non piden guardador (4) a tal moço, como sobredicho

etiam ignoranti vel invito; et iste tutor dicitur dativus, qui potest dari per judicem loci, ubi est pupillus, vel ubi ipse natus est, aut ejus pater, vel ubi majorem partem bonorum habet pupillus. Hoc dicit.

(1) *La madre, e los otros parientes.* Sed an sit ordo in petendis tutoribus, ut prius mater, quàm alii admittatur? Glossa dicit, quòd non, in l. 2. §. fin. D. *ad Tertul.*

(2) *Al Juez del lugar.* Et sic habes, quòd judex domicilii est judex competens ad dandum tutorem pupillo, et approbatur hic opinio Azon. de qua per Gloss. in l. 1. *C. ubi petant. tutor.* quæ secundum Bart. Ang. et Albericum ibi, communiter approbatur, et reprobatur opinio Hugolini, de qua in dicta glossa, quam tenet Cynus, et Salic. ibi, et de jure communi erat quæstio disputabilis; unde etiam dicebat Alberic. in l. 1. circa princip. D. *de tutor. et curat. dat. ab his*, quòd tutum esset, si fieri posset, quod cum judice domicilii concurrerent in datione tutoris, judex originis, et judex territorii, in quo pupillus habet patrimonium; et quia videbatur, quod pupillus non posset dici habere domicilium, nam paternum non, quia non transit ad filium, l. *assumptio*, §. *filius*, D. *ad municipal.* Item neque proprium, quia pupillus non potest sibi constituere domicilium sine tutoris auctoritate, cùm per hoc obligaretur, ut tradit Bart. in dict. l. 1. D. *de tutor. et curat.* et Salicet. in dict. l. 1. *C. ubi petant. tutor.* unde fatendum est de necessitate, quod in hoc sit specialitas, quod abhorrebat Salicet. in dict. l. 1. et de jure communi ista opinio etiam probatur per l. 1. §. fin. D. *de tutor. et curat. dat. ab his*, quam ad hoc allegat Azon. *C. ubi petant. tutor.* in summa, in fin. Dinus etiam allegabat ad hoc pro casu l. *magis puto*, §. *illud quæri*, D. *de reb. eorum.* Et sit cautus judex domicilii, vel originis in forma dandi tutorem, ut det simpliciter, non exprimens quod dat etiam respectu bonorum, quæ sunt loco existenti extra ejus territorium, quia tunc administratio et bona, licèt alibi sita, veniunt in consequentiam personæ, cùm tutor principaliter detur pupillo, l. *in copulandis*, *C. de nupt.* et pro hoc videtur textus in l. *propter litem*, §. fin. D. *de excusat. tutor.* si enim exprimeret, quod dabat etiam ad patrimonium extra territorium judicis, tunc si talis datio sit respectu rerum, quæ non sunt in territorio sibi subdito, non valeret, ut latè tradit Angelus in dict. l. 1. *C. ubi petant. tutor.* Sed quid si pupillus sit dominus loci, in quo habitat, et tenet domicilium, an tenebit datio tutoris ei facta coram judice per eum ibi posito? Et videtur, quod non, cùm requiratur, quod persona pupilli sit subdita judici, qui dat tutorem, ut in dict. l. 1. et quia actus tutelæ videtur actus potius contentiosæ jurisdictionis, quàm voluntariæ, unde apud se ipsum, seu ejus judicem fieri non potest, l. *si consul*, D. *de adopt.* l. 1. D. *de tutor. et curat. dat. ab his*, et l. *Prætor*, et l. *ille à quo*, §. *tempestivum*, D. *ad Trebell.* et vide in simili quod notat Bald. in l. *sancimus*, in princ. col. 2. vers. *quidam dominus*, *C. de donat.* Recurrendum ergo esset tali casu ad judicem originis propriæ, vel paternæ, vel ubi habet majorem partem suarum facultatum, ut hic, et in dict. l. 1. vel ad Regem, qui jubeat ei provideri de tutore: dicit tamen Bald. in l. 1. *C. de emancipat. liberor.* col. 1. quod jurisdictio dandi tutores potest prorogari de consensu partium, cùm sit actus voluntariæ jurisdictionis.

(3) *Bueno, e rico.* Hoc dicit, ut detur ex inquisitione cum causæ scilicet cognitione, et sic datus non satisdat, ut dixi suprà eod. l. 9. in gloss. super verbo *fiadores*, ubi vide: et adde *Institut. de satisdat. tutor.* in princip. et Bart. in l. 1. D. *rem pupilli salvam fore*, et nota, cùm dicit *rico*, et intellige, quod sit ita dives sicut pupillus, vide per Bart. in l. 2. §. *idoneos*, D. *ad Tertul.* et quando datur tutor ex inquisitione, antequam decernatur sibi tutela, debet pronuntiari esse idoneum, vide Bart. in l. *tutores*, D. *de confirm. tutor.* et cùm inquiritur, debent requiri conjuncti, et amici pupilli, l. *scire*, §. *cum reliquis*, D. *de tutor. et curat. datis ab his.* Et an valeat tutoris datio facta à judice sine inquisitione, vide per Bart. in l. fin. D. *qui pet. tutor.* ubi dicit, quod sic, l. *qui habet*, §. penult. D. *de tutelis.*

(4) *Non piden guardador.* De matre, quod ad hoc teneatur, concordat l. 2. §. *si mater*, D. *ad Tertul.* et l. *matris*, et l. *cum à matribus*, *C. qui pet. tutor.* et l. 2. D. eod. ubi Bart. plenè tractat istam materiam: de aliis consanguineis, concordat l. *sciant*, *C. de legitim. hæred.* et non aperit ista lex, intra quod tempus mater et alii pupillo conjuncti teneantur petere tutorem, ideo dic quod erit annus, sive in matre, sive in aliis, ut in dict. l. *sciant*, ubi magis communiter hoc tenetur: neque obstabit l. 2. §. *confestim*, D. *ad Tertul.* quia responde ut per Doctores in dict. l. *sciant*, et signanter per Salic. et Angel. et Paul. de Castr. et poterit causa cognita iste annus abbreviari per judicem, si pupilli multum intersit, vide Bald. in l. *matres*, *C. ad Tertul.* et quod hic dicitur de matre, idem dic in avia, ut in l. 2. *filiis*, vers. *quid si nepotibus*, D. *ad Tertul.* est tamen differentia inter matrem et aviam ex una parte, et alios sperantes successionem ex altera, quia licèt mater veniat per prius, et avia per posterius, attamen annus currit ambabus, et ambo excluduntur, si intra annum tutorem non petant, quia una et eadem causa, scilicet naturalis pietas eas astringit; non tamen avia debet prævenire matrem præcipiti festinatione, neque detineri moratoria cunctatione, sed cum viderit matrem negligentem, ipsa debet excitari et petere; non sic in aliis successionem sperantibus, quia annus non currit nisi ei, qui tenet primam causam successionis, ita declarat Paul. de Cast. in dict. l. *sciant*, et Bart. in dict. l. 2. D. *qui pet. tutor.* col. penult. Adverte etiam, quod tàm mater, quàm alii possunt hoc petere per procuratorem, ut probatur in l. *cum à matribus*, et ibi notat Angel. *C. qui petant. tutor.* Nota etiam, quod ad hoc onus pretendi tutorem, tàm mater, quàm alii pupilli successionem sperantes tenentur suis sumptibus, l. *suo victus*, D. *de oper. libert.* et tenet Bart. in l. 1. *in utraq. lectur. C. de negot. gest.* et in l. *Nesennius*, D. eod. ubi hoc limitat de expensis factis circa personam matris, nam non teneretur ad alias expensas, veluti ad factas inducendo filium ad civitatem, ubi ei daretur tutor, neque ad aliàs factas: vide ibi per eum, qui licèt tantùm loquatur de matre ejus, ratio concludit in aliis, qui similiter ad hoc tenentur. Adverte etiam, quia ut colligitur ex verbis præcedentibus hujus legis, ita demum mater, et avia, et alii, de quibus suprà, tenentur ad hoc, quando non est tutor testamentarius vel legitimus, et idem probatur in dict. l. 2. D. *qui petant tutor.* ubi Bartolus hoc notat; unde hoc procedit, quando ob istum defectum est dandus tutor dativus, veluti quia testamentarius tutor est remotus vel excusatus, vel eò casu, quo proximior erat inhabilis inhabilitate temporali, vel aliis casibus, quibus locus est dativo, ita declarat Bart. in dict. l. 2. col. 1. vers. *oppon. ista necessitas.* Lucas tamen de Penna in l. *nullus*, vers. 3. *quæritur*, *C. de proxim. sacror. scrinior.* lib. 12. tenet, quod et si sit testamentarius tutor vel legitimus, qui tamen non administrent, adhuc mater tenetur instare, ut administrent, et inventarium faciant: cùm finis legis sit promissio pupilli, et lex non debet imponi verbis, sed rebus, l. 2. *C. communia de legat.* et per alia, quæ ibi poteris videre per eum, et quæ in fine hujus glossæ dico: dicit etiam Bart. quòd tunc annus de quo suprà, curret à tempore imminentis necessitatis. Si tamen agnatus, qui tenet primum locum successionis, intra annum non fecit se ordinari tutorem, seu sibi concedi administrationem, incurreret pœnam, de qua hic; ad curam enim tutoris legitimi pertinet facere inventarium,

es, pierden (5) porende aquel derecho que auian, de heredar en los bienes del huerfano, si muriesse sin testamento. Demas dezimos, que si los parientes fuessen negligentes en demandar guardador al huerfano sobredicho, o si non ouiesse parientes que lo fiziessen, estonce los amigos (6) del moço, o otros qualesquier del Pueblo (7) deuen pedir al Juez, que de al huerfano guardador, que sea atal, que aliñe el pro del moço; e el Juez lo deue fazer por si, e non por otro (8), auiendo el moço en su valia mas de quinientos marauedis (9);

et legitimè administrare, et si non facit, punitur, argumento l. 2. §. *idoneos*, et §. sequenti, D. *ad Tertul.* notat Bart. in dict. l. 2. col. 1. Bald. in dict. l. *sciant.* Item si mater noluerit sibi tutelam filii, punitur si tutores non petierit, si in mora fuerit petendi, vel si antequam sit per moram exclusa, non renuntiavit tutelæ, ita quòd deveniretur ad legitimum, Bart. in dict. l. 2. col. 2. vers. *oppono*, *quod matri.* Nota etiam, quòd ut dixi, iste annus tantùm assignatur tenentibus primum locum, et si isti excludantur, sequentes non excludentur, et si non petant tutorem intra alium annum, ita tenet Gloss. in dict. l. 2. in gloss. fin. in fin. D. *qui petant. tutor.* et in l. *nepotibus*, *C.* eod. et idem tenet Bartolus in quæstione per eum disputata, quæ incipit, *pupillus*, quam posuit in dict. l. 2. ubi eum vide col. fin. idem tenentem, et hoc approbant Angel. et Paul. de Castr. in dict. l. *sciant*, licèt Bartolus in dict. l. *nepotibus* aliud voluerit. Et quid si extent mater, et substitutus pupillaris, et substitutus neglexerit petere tutorem, ad quem pertinebit successio pupilli? Vide Bartolum in dicta quæstione, quam posuit latè in dict. l. 2. Quid autem de muliere, quæ prægnans mansit in bonis mariti eo mortuo, quæ neque petit se mitti in possessionem nomine ventris, neque petit curatorem ventri? Vide per Joan. Andr. *in addit. ad Specul.* tit. *de tutor.* §. *nunc dicendum in addit.* fin. ubi concludit, quòd mater ex hoc non perdat jus succedendi, vide ibi per eum: contrarium tamen videtur probari in dict. l. 2. §. *quid si curatores*, et ibi Bart. D. *ad Tertul.* quem textum etiam allegat Joan. Andr. in dict. addit. et intelligit de curatore bonis non petito, non de curatore dato ventri. Adverte etiam, quòd istæ personæ, quæ ad hoc onus tenentur, tenentur etiam instare, ut tutor, quem petierunt, administret, ut probatur in l. *Divus*, D. *qui petant tutor.* et in l. 2. §. *si mater*, D. *ad Tertul.* l. *sancimus*, ubi vide Bald. *C. de administr. tutor.* et vide Bartolum in dict. l. 2. D. *qui pet. tutor.* ad fin. 2. col. et debent esse idonei tutores, qui ab istis petantur, l. 2. §. *quid si indignos*; et ibi Bart. D. *ad Tertul.*

(5) *Pierden.* Concordat cum dictis juribus, de quibus dixi in præcedenti glossa, et aliquos casus, in quibus mater excusatur ab ista pœna, vide textum et glossam, et Bald. in l. *mater*, *C. ad Tertul.* et quatenùs Glossa ibi tradit de muliere minore, quòd excusetur, adde hoc procedere, etsi posteà fiat major, nam durabit excusatio, secundum Bald. in authent. *si captivi*, *C. de Episcop. et Cleric.* et in l. *precibus*, col. 5. *C. de impuber. et aliis substit.* et ista est communior conclusio secundum Alexand. et Jason. in l. *minoribus*, *C. de his quibus ut indign.* Limita tamen et intellige, quando mater elapso anno efficiatur major; si tamen intra annum ad hoc datum efficeretur major, tunc non excusaretur, ex quo delictum negligentiæ non erat consummatum, ita limitat notabiliter Angelus in l. *illicitas*, §. fin. D. *de offic. præsid.* dicens, ex hac distinctione reduci opiniones ad concordiam; et certè videtur æqua ista distinctio, sed contra eam tenent aliqui relati per Alex. et Jason. in dict. l. *minoribus*, ubi Jason. dicit esse communiorem conclusionem, quòd excusetur, etiamsi intra annum fiat major. Item adde, quod excusaretur mater, si esset prodiga, per l. *Fulcinius*, §. *adeo*, D. *quib. ex caus. in poss. eat.* et tenet Jason. in l. *is, cui bonis*, col. 8. D. *de verbor. obligat.* Quid autem, si mater sit mulier rustica, an excludetur ab ista pœna? Vide per Paul. de Castr. quod sic, quando non potuit consulere peritiores, et ipsa administravit bona filii impuberis, licèt non juridicè, quia non acceptavit tutelam, neque fecit sibi decerni, neque fecit inventarium, benè tamen administravit; si vero potuit consulere peritiores, non excusabitur; secundum glossam, quam etiam limitat Paul. in dict. l. 2. §. *si mater*, D. *ad Tertul.* ita dicit Paul. in l. *Clodius*, col. fin. D. *de acquir. hæred.* et tene menti, quia est singulare. Adde etiam Salic. in dict. l. *sciant*, vers. *quæro mater*, ubi quærit, an sufficiat matrem, ut tutricem administrasse, licèt legum solemnitatem non servaverit; et concludit, quod non, quia tunc non est legitima gestio, licèt benè administraverit, allegat Gloss. in dict. §. *si mater*, super verbo *legitima*, quod intelligit, quando ex abrupto ut tutrix administravit, nam si ei per judicem esset decreta administratio, licèt in cæteris fiendis esset defectus, excusaretur, cùm potius secundum eum sit culpa judicis, qui satisdationem non exegit, et alia requisita, quàm culpa matris jura et alia requisita ignorantis, vide ibi per eum; non tamen loquitur in muliere rustica, in qua loquitur Paul. de Cast. et vide etiam, quæ dicit Bald. in dict. l. *matres.* Et quid si sit relictus tutor testamentarius minor 25. annis, an ex hoc excusentur petere debentes tutorem? Vide Socin. consil. 20. 1. volum. col. fin. et videtur velle, quod sic, si non habuerunt notitiam minoris ætatis, vide ibi per eum. Et quid si sint absentes, vel ignorantes? Vide Socin. consil. 153. col. penult. et fin. 2. volum. et dict. l. 2. §. *sed si fortè absens*, D. *ad Tertul.* Quid autem si mater non petiit cogi testamentarios tutores ad administrandum? Bald. in l. *precibus*, col. 5. *C. de impuber. et aliis substit.* dicit, quod non privatur ad hoc, quia non tenetur esse solicita, nisi circa petitos à se; et ibi etiam vide, quid si mater non administravit, sed alius: vide ibi et de multis aliis quæstionibus notabilibus in ista materia, col. 5. 6. et 7. Et nota, quod propter istam negligentiam privantur etiam ea hæreditate quæ obveniret ex forma statuti, secundum Bartol. per textum ibi in dict. §. *sed si fortè*: de matre etiam transeunte ad secunda vota, non petito prius filiis tutore, quod perdat successionem, vide in l. *omnem*, *C. ad Tertul.* et quæ notat Decius consil. 246. ad fin. Sed an mater vel alius agnatus, sicut perdit hæreditatem, quia non petit tutorem filio, sic etiam perdat tutelam propter talem negligentiam? Vide per Bart. in l. *tutela*, in princ. D. *de legit. tutor.* quod non, et Bald. in dict. l. *precibus*, ubi allegat Gloss. in dict. l. *tutela.*

(6) *Los amigos.* Concordat cum l. 2. D. *qui petit. tutor.*

(7) *Otros qualesquier del pueblo.* Nota hoc verbum, non enim ita erat expressum in dict. l. 2. adde l. 2. et ibi Baldus notat, *C. de negot. gest.* judex etiam ex officio suo potest dare, ut in l. 1. §. *magistratibus*, D. *de magistrat. conveniend.* et vide quæ notat Bart. in l. 4. §. *hoc autem judicium*, D. *de damn. infecto*, et Baldus notat in cap. 1. *de milit. vassal. qui contumax est*, col. penult. vers. *dicit Bart.* et quod judex possit dare pupillo tutore etiam nemine petente, vide l. *illud*, D. *de tutor. et curat. datis ab his*, curatorem tamen non posset dare pupillo, neque adulto, nisi petat, vide per Bartolum in l. *hæc autem*, in princ. D. *quib. ex caus. in poss. eatur*, et ibi, quid in furioso, et prodigo? Judex etiam ex officio potest dare, ut in l. 1. §. *magistratibus*, D. *de magistr. conveniend.* et vide quæ notat Bart. in l. 4. §. *hoc autem judicium*, D. *de damno infecto.*

(8) *E non por otro.* Concordat cum l. *neque mandante*, D. *de tutor. et curat. dat. ab his*, et l. *muto*, §. *tutoris*, D. *de tutel.*

(9) *Mas de quinientos marauedis.* Adde l. *jus dandi*, D. *de tutor. et curat. dat. ab his*, cum glossa ibi, et §. *sed hoc jure*, *Institut. de Attilian. tutor.* non poterit ergo delegatus etiam ad universitatem causarum, dare tutelam pupillo habenti in facultatibus ultra quingentos solidos, et ita in delegato etiam ad universitatem causarum, tenet Alberic. in dict. l. *nec mandante.*

mas si ouiesse menos, bien puede mandar a otro Juez, que sea menor (10) de si, que lo faga en lugar del. E tal guardador como este, de que fablamos en esta ley, es llamado Datiuo, que quier tanto dezir, como guardador dado por otorgamiento del Juez. E non tan solamente puede fazer esto el Juez sobredicho, mas aun lo puede fazer el Juez de aquel lugar, do nascio el moço, o el padre del (11). Esso mismo puede ser demandado al Juez del lugar, do ouiere el huerfano la mayor partida de sus bienes (12); e el Juez deuelo fazer, quier sea el moço delante, o non (13), e aunque lo contradixesse. Mas si el Juez que da el guardador, non ouiesse por si alguna destas razones sobredichas, non podria estonce el que fuesse puesto por mandado de tal Juez, auer la guarda del moço. E la guarda de cada vno destos guardadores deue durar (14) fasta que el moço sea de edad de catorze años, e fasta que la moça sea de edad de doze, quier sea establescido el guardador en testamento, o de otra guisa; e de alli adelante, deuen los Judgadores dar, e otorgar al moço otro guardador, a que llaman en latin Curator (15), tomando tal recabdo del, como del Tutor (16). E este atal deuele auer en guarda, fasta que el huerfano sea de edad de veynte e cinco años (17).

LEY XIII.

A quien deuen ser dados guardadores, a que llaman en latin, Curatores.

Curatores son llamados en latin, aquellos que dan por guardadores a los mayores de catorze años, e menores de veynte e cinco años, seyendo en su acuerdo. E aun a los que fuessen mayores, seyendo locos, o desmemoriados (1). Pero los que son en su acuerdo, non

(10) *Que sea menor.* Id est magistratui municipali, dict. l. *jus dandi*, judices ergo civitatum possunt hodie dare tutores, ut hic, et tradit Bart. in l. 1. D. *de tutor. et curat. dat. ab his*, ubi Gloss. et Alberic. de istis Comitibus palatinis, qui à Principe habent hanc potestatem.

(11) *Do nascio el moço, o el padre del.* In eo loco petuntur tutores, vel curatores minoribus, unde ipsi ducunt originem, vel ex persona sua, vel ex persona patris, vel si vulgo concepti essent, ex persona matris. Item etiam in eo loco ubi sunt eorum facultates, et si alibi sunt, vel morantur, non tamen jure domicilii, redire debent in alterum prædictorum locorum, ut magistratus ibi det eis tutores seu curatores, ut hic, et in l. 1. *C. ubi petant. tutor.* et in l. antepenult. *C. de municip. et originar.* et in l. *cives*, *C. de incol.* lib. 10. et l. 1. D. *ad municipal.* Azo. in summa, *C. ubi pet. tut.* ubi et datur etiam in loco domicilii, ut dictum est suprà. Quid autem de minore unius civitatis originario, qui ibi etiam habet facultates suas, sed quia de illa bannitus est, habitat in civitate vicina, et ibi convenitur; an possit judex talis habitationis sibi dare tutorem? Vide per Joan. Andr. *in addition. ad Speculat.* tit. *de curat.* §. *scias ergò*, ubi allegat Guidon. de Suza, quod sic, ut ratione necessitatis liceat, quod aliàs non liceret; vide ibi per eum.

(12) *La mayor partida de sus bienes.* Adverte tamen, quòd Doctores in dict. l. 1. *C. ubi petant. tutor.* intelligunt hoc de majori parte facultatum, ita quòd pupillus ibi habeat domicilium; et quòd aliàs judex loci, ubi essent tales facultates, non esset competens ad dandum tutorem pupillo, licèt curatorem rebus ibi existentibus posset, ut in l. *jurisperitos*, §. *cùm oriundus*, D. *de excusat. tutor.* ita videtur de mente Bart. Bald. et Salic. ibi; et est consonum juri et rationi, cùm judex, qui dat tutorem, debet habere jurisdictionem in personam pupilli, quam jurisdictionem non habet judex, ubi tantum sunt res pupilli, pro quo est textus in l. 1. ad fin. D. *de tutor. et curat. dat. ab his*, et in l. *magis puto*, §. *illud quæri*, D. *de reb. eor.* Sed tu dic, quòd eo ipso quòd habet ibi majorem partem fortunarum suarum, videtur pupillus ibi habere domicilium, ut tradit Paul. de Castr. in l. 2. *C. ubi senator. vel claris.* unde licèt pupillus alibi haberet aliud domicilium seu habitationem, poterit provideri de tutore per judicem, ubi est major pars sui patrimonii, ut hic habes, et voluit Azon. cujus opinio hic approbatur in dict. l. 1.

(13) *Delante, o non.* Concordat cum l. *illud*, et l. seq. D. *de tutor. et curat. dat. ab his*: et si ista littera referatur ad omnia præcedentia, probatur hic, quòd judex originis pupilli propriè, vel paternè, potest dare tutorem pupillo absenti; cujus contrarium videtur probari in dict. l. 1. *C. ubi petant. tutor.* et ibi tenet Salicetus dicens, quòd quando datur tutor in loco originis, debet dari præsenti, et non absenti, per textum ibi, cùm dicit: *restituti apud patriam suam.* Sed quid si tutor detur ab utroque judice, originis scilicèt, vel domicilii, quæ datio prævalebit? Alberic. post Dinum in l. 1. D. *de tutor. et curat. dat. ab his*, et in dict. l. 1. *C. ubi petant. tutor.* dicit, quòd datio illius, qui primo dedit; et rectè, quia tutorem habenti alius tutor dari non possit; si verò hoc non appareat, tunc præfertur datio originis, argumento l. *libertus*, §. *præscriptio*, in fin. D. *ad municip.* et facit, quod notatur in glossa magna in l. *cives*, *C. de incol.* lib. 10.

(14) *Deue dar.* Concordat *Institut. quib. mod. tutel. finit.* in princ. et finita tutela tutor tenetur admonere minorem, ut petat sibi curatorem, l. *ita autem*, §. *si tutor*, et ibi vide Bart. D. *de administ. tutor.* et ad ea, quæ spontè post pubertatem gessit tutor, non tenetur fidejussor tutoris, l. *Lucius*, la 2. §. *Paulus*, et ibi Bart. D. *de administ. tutor.* Et an sicut pubertate finitur tutela, sic etiam finiatur mandatum procuratoris facti à pupillo cum auctoritate tutoris? Vide Bart. in l. *si quis*, §. *si impubes*, D. *de institor.* et si dispositio confertur in tempus, quo tutela finierit per pubertatem, procedat si finiatur morte, vide Bartolum per illum textum in l. *liberto*, §. *pater*, D. *de annuis legat.*

(15) *Curator.* Adde *Instit. de curator.* in princ. et ultima die pubertatis poterit dari tutor, vide Bald. in l. 2. *C. quando provoc. non est neces.* et differentias inter tutorem et curatorem vide per Gloss. in l. *ventri*, D. *de tutor. et curat. dat. ab his.*

(16) *Como del tutor.* Vide suprà eod. l. 9. et *Institut. de satisdat. tutor. et curat.* per totum.

(17) *Veynte e cinco años.* Adde *Institut. de curator.* in princ. et l. *curatorem*, et ibi Bart. D. *de tutor. et curat. dat. ab his*, et l. *curatorem*, D. *de auctor. tutor.* Et quid si de facto transacto vigesimo quinto anno judex daret curatorem, ut minori, vide per Bald. in l. 2. col. 1. *C. quando provoc. non est necesse.*

LEX XIII.

Habenti tutorem non datur alius, nisi primus malè administret; aut suis negotiis occupetur taliter, quòd circa tutelam intendere nequeat; aut si longam faciat itinerationem, vel peregrinationem; tunc enim ejus loco datur curator, donec redeat. Hoc dicit.

(1) *Locos, o desmemoriados.* Æquiparat furiosum et

pueden ser apremiados (2) que reciban tales guardadores, si non quisieren. Fueras ende, si fiziessen demanda a alguno en juyzio, o otro la fiziesse a ellos. Ca estonce (3) los Judgadores les pueden dar tales guardadores como estos. Otrosi dezimos, que el curador non deue ser dexado en el testamento (4), pero si fuere y puesto, e el Judgador entendiere que es a pro del moço, deuelo confirmar (5). E aun dezimos, que el huerfano que ha guardador, non le deuen dar otro (6). Fueras ende, si aquel que lo tiene en guarda, fuesse ome de mal recabdo (7); o tal, que ouiesse de veer tanto en lo suyo (8) que non pudiesse aliñar los bienes del huerfano; o si enfermasse (9), o ouiesse de yr en romeria, o en otro grand camino (10). Ca estonce, puedenle dar otro guardador que lo guarde en lugar de aquel, a quien dizen en latin Curator (11), fasta que el otro sea sano, o torne del camino do ouiesse ydo.

LEY XIV.

Quales son aquellos que non pueden ser guardadores de otro.

Obispo, nin Monje, nin otro Religioso, non puede ser guardador (1) del huerfano; porque estos atales han de seruir a Dios en las Eglesias, e embargarse ya este seruicio por la guarda que ouiesse de fazer en las perso-

mente captum, prout semper fit in istis legibus Partitarum; differunt tamen, quia cura furiosi est legitima, mente capti verò est dativa, ut dixi suprà eod. l. 4. debet tamen judex etiam mente captis dare curatorem legitimum, ut ibi dixi; et de his habes D. *de curat. furios.* per totum tit. C. eod. ubi vide per Azon. in summa, datur etiam prodigo, cui est bonis interdictum, curator, ut habetur ibidem, et mulieri luxuriosæ viventi, l. *et mulieri*, D. *de curat. furios.* prodigis enim, et luxuriosis, vel aliàs dissipatoribus, vel lusoribus, potest interdici administratio rerum suarum, quia æquiparantur prodigis, secundum Bald. in l. *ea lege*, col. fin. vers. *item quæro*, C. *de condict. ob caus.* et vide Gloss. in l. *si quis cum sciret*, D. *de usucap. pro emptor.* An autem masculo luxurioso detur curator? Vide Bald. *in addition. ad Specul.* tit. *de actore*, et Alexand. *in addition. ad Bald.* in dict. l. *ea lege.* Et requiritur causæ cognitio in datione istius curatoris, scilicèt ut aliqualiter de furore vel alia causa, propter quam datur, constet, l. *observare*, D. *de curat. furios.* ubi Bald. post Jacob. de Are. quòd judex debet adhibere medicos, qui hoc cognoscant, l. *semel*, C. *de re milit.* lib. 12. An autem requiratur citatio ipsius, cui datur, vel aliorum? Vide per Bart. in l. *qui habet*, §. *quolibet*, D. *de tutel.* et per Alex. consil. 86. incipit, *visis dubitationibus*, 2. vol. et potest dari talis curator cum inquisitione, vel sine, ut tradit ibi Alexander. Surdis etiam, et mutis, et qui perpetuo morbo laborant, datur curator, vide in §. *furiosi*, *Institut. de curator.*

(2) *Apremiados.* Concordat cum §. *item inviti*, *Institut. de curator.* si tamen sponte receperunt, coguntur stare sub cura usque in vigesimum quintum annum, ut tradit Abb. consil. 91. 1. vol. ipsi tamen curatores inviti dantur, secundum Bart. in l. *illud*, D. *de tutor. et curat. dat. ab his*, et per Specul. tit. *de curatore*, §. fin. column. 3. et per Salicet. in l. 1. C. *qui pet. tut.* ubi dicit, quod curator, qui principaliter datur personæ mente capti vel furiosi, datur invitus, ut in l. fin. §. fin. C. *de curat. furios.* Item et curator generalis, qui datur principaliter negotiis, et secundario personæ, de quo in l. *si curatorem*, C. *de in integr. restitut. minor.* datur etiam invitus, l. fin. in princ. C. *de administrat. tutor.* ad litem tamen debet dari volens, et ex causa posset invitus dari, vide Bart. in l. *qui habet*, §. *si pupillus*, D. *de tutel.*

(3) *Ca estonce.* Adde dict. §. *item inviti*, et l. *qui habet*, §. *si pupillus*, D. *de tutel.* et quomodo detur infanti curator ad litem, vide Bald. *de milit. vassal. qui contum. est*, col. penult. et adde l. 1. C. *qui petant tutor.* An autem pupillo carenti tutore possit dari curator ad litem? Vide Alexand. consulentem, quòd sic, consil. 122. 1. vol. incipit, *videtur prima facie.*

(4) *En el testamento.* Concordat cum §. 1. vers. *sed curator*, *Institut. de curator.*

(5) *Deuelo confirmar.* Sed an confirmabitur, etsi adultus, cui datus est à patre, nolit habere curatorem? Videtur, quòd non, quia inviti adolescentes curatores non accipiunt, præterquam in litem. *Institut. de curator.* §. *item inviti.* In contrarium facit ista lex cùm dicit, *deuelo confirmar*, et sic videtur necessitatem inducere, ex quo pater fecit ad commodum filii, et id constat judici: et hujus opinionis fuit Odofr. prout refert Bald. in l. 1. D. *de confir. tutor.* qui post Dinum intelligit, dictum §. *item inviti*, in curatoribus qui dantur à judice, non de datis in testamento; et idem quod Odofr. tenet Joan. de Plat. in dict. §. *item inviti*, vers. *adde prædictis*: et licèt Baldus ubi suprà inclinet in contrariam sententiam, istud videtur tenendum, quia ista lex Partitarum hoc videtur decidere, cùm postquam posuit superiùs, quòd inviti adolescentes curatores non accipiunt, subdit, quòd si curator detur in testamento, debet confirmari; et benè conferunt ad hoc, quæ tradit Abb. in dict. consil. 91. 1. volum. incipit, *postulato.*

(6) *Dar otro.* Concordat cum l. *cum jure*, *C. qui petant tutor.* et l. *licèt*, *C. in quib. casib. tutor. habent.*

(7) *De mal recabdo.* Concordat cum l. penult. *C. in quib. casib. tutor.*

(8) *Que ouiesse de ver tanto en lo suyo.* Nota hoc, quia vult, ut ob hanc causam excusetur tutor, et facit dicta l. penult. et l. 2. ejusd. tit. et l. 3.

(9) *Enfermasse.* Vide in §. *item propter adversam valetudinem*, *Institut. de excusat. tutor.*

(10) *Gran camino.* Vide in l. 1. *C. in quib. casib. tutor. habent.*

(11) *Curator.* Videtur approbare opinionem Irner. de qua in rub. *C. in quib. casib. tutor. habent.* quæ etiam fuit opinio Placen. ut dicit Azon. ibidem in summa, ipse tamen Azon. tenet, quòd etiam tutor dari possit in illis casibus specialibus, et idem tenet Salic. in dict. rubr. et in l. 1. illius tit. posset ergo judex facere utrumque, vel tutorem scilicet dare, vel curatorem, et erit utilius quòd detur tutor, ut ibi dicit Azon. et finietur officium istius tutoris sublato impedimento primi tutoris; vide per Salicetum in dict. l. 1. et Glos. ibi.

LEX XIV.

Non potest esse tutor Episcopus, aut Religiosus, ne à divinis avocetur; sed clericus sæcularis etiam sacerdos potest sanguinis prætextu, si intra quatuor menses venerit coram judice tutelam recepturus. Item nec pupilli debitor, nisi sit testamentarius: nec ad Regis ratiocinia obligatus: nec miles, dum extra in domum Regis occupatur servitio, vel alterius domini: nec alia invalitudine impeditus. Hoc dicit.

(1) *Non puede ser guardador.* Concordat cum authent. *de sanctissimis Episcop.* cap. *Deo autem amabiles*, collat. 9. neque dicas hoc correctum per cap. *pervenit*, 86. dist. licèt Glossa ibi in finali opinione voluit contrarium; sed Archid. et Præpos. ibi tenent primam opinionem Glossæ, ut Episcopus etiam volens non admittatur ad tutelam, vel cu-

nas, e en los bienes de los huerfanos. Mas los otros Clerigos seglares (2), quier sean Missacantanos, o non (3), bien pueden ser guardadores de los sus parientes huerfanos, por razon de parentesco (4) que han con ellos. Pero deuen venir ante el Juez ordinario del lugar fasta quatro meses, desque supieren que aquel su pariente murio, e dexo fijos sin guardador; e estonce deuen dezir ante el, de como ellos quieren ser guardadores de los huerfanos, que fueron fijos de aquel su pariente; e despues que esto ouieren fecho, pueden tomar los moços en su guarda, e aliñar, e procurar los bienes dellos. Otrosi, los que fuessen debdores (5) de los moços, non pueden ser guardadores dellos; fueras ende, si los padres establesciessen en sus testamentos (6), que los guardassen. Otrosi non podria ser guardador de huerfanos, el que fuesse obligado al Rey (7), por razon que ouiesse tenido, o tuuiesse sus cilleros, o sus heredades, o otras rentas, de que le ouiesse a dar cuenta. Otrosi non puede ser guardador de huerfano el Cauallero, mientra biuiere fuera de su casa

ram aliquam, nisi essent tutelæ miserabilium personarum, cùm aliàs non essent, qui benè et tutè ad tutelam præfici possent; in monacho verò indistinctè est dicendum, ut in cap. *qui verè*, et in cap. *monachi*, 16. quæst. 1.

(2) *Clerigos seglares.* Concordat cum authent. *Presbyteros, C. de Episc. et Cleric.* et dict. authent. *de sanctis. Episc.* de qua sumpta est, et adde l. 45. in fin. tit. 6. 1. *Partit.*

(3) *Missacantanos, o non.* Intellige de constitutis in sacris, nam alii etiam inviti coguntur, ut notat Glossa in dict. authent. *Presbyteros.*

(4) *Por razon de parentesco.* Testamentarii ergò, neque dativi non possunt, ut hic innuitur, et notat Glossa in dict. authent. *de sanctis. Episc.* §. *Deo amabiles*, super verbo *interdicimus*, et quando sunt legitimi, admittuntur volentes, non inviti, ut hic, et ibi habes.

(5) *Debdores.* Concordat cum authent. *minoris, C. qui dar. tutor. poss.* et cum corpore, unde illa sumitur: et non aperit ista lex, an requiratur, quòd sint debitores magnæ quantitatis vel parvæ; sed debet limitari, quando esset magna quantitas, non verò si parva, quia tunc posset esse tutor, secundum Gloss. in authent. *minoris*, et in corpore de quo sumitur, ubi dicit, quæ sit parva vel magna, judicis arbitrio relinquendum; et illa glossa approbatur per Bart. Angel. et Salic. ibi; et dixit illam notatu dignissimam additionator Abb. in cap. *intellecto, de jurejur.* et pro illa glossa est textus, et ibi notat Bart. in l. *si quis in pignore*, §. *sed et si quis*, D. *de pignor. action.* Baldus tamèn ibi limitat dictum Glossæ, nisi ante delatam tutelam esset jam lis super debito, quia magnum videtur ex eo, quòd sit de eo magna lis inter partes. Item limitat Glossa in dict. authent. *in avia debitrice vel creditrice*, et est textus in authent. *ad hæc, C. quando mulier tutel. fung. potest.* Item Glossa in corpore limitat in patre, et avo paterno vel materno, propter affectionem, quæ suspicionem tollit; et teneat communiter Doctores. Item limitatur in filio, qui potest dari curator patri mente capto vel furioso, secundum Guill. de Cun. in l. *cum eo*, D. *de pact.* et Salic. in dict. authent. *minoris*, col. 1. ubi vide, quid si filii essent plures; in fratre tamen debitore non limitaretur, sed procedit sicut in extraneo, quia honor et privilegium, quod lex concedit parentibus, non debetur fratribus, textus notabilis in l. 3. §. 1. D. *de legat. præst.* tenet Guilliel. ubi suprà, Angel. et Salic. in dict. authent. *minoris.* Quid autem si filius tutoris esset debitor vel creditor minoris, an repellatur pater à tutela? Bartolus tangit, et non decidit in dict. authent. *minoris:* Angel. ibi decidit, quòd si filius est emancipatus vel in potestate, et ad eum non spectat usufructus, quòd poterit esse tutor; secùs autem si ususfructus spectaret ad patrem: filius tamen benè potest esse tutor, licèt pater sit debitor vel creditor secundum eum; et quod hic dicit in debitoribus, idem dic, si essent creditores, ut in dict. authent. et quia est eadem ratio, ex eo quòd isti administratores habent penes se instrumenta, et de facili possent machinari aliquid in fraudem minoris, secundum Alberic. et Salic. ibi: et habetur ista ratio in textu et glossa in corpore, unde illa authentica sumitur: cætera huic materiæ congruentia vide per Gloss. et Doctor. in dict. authent. *minoris*, et per Bart. in l. 2. §. *quæritur*, D. *de curator. bon. dand.* et Bald. in l. 2. col. 1. *C. quando fiscus, vel privat.* et Bald. in l. *qui habet*, §. *si pupillus*, D. *de tutel.* et in l. *si quis sub conditione*, fin. col. D. *de testam. tutel.* et quod dicit Nicol. de Neapol. in l. *si pupillus*, D. *de tutel. et ration. distrah.* et per Joann. Andr. in addition. *ad Specul.* tit. *de tutor.* §. *generaliter*, in addit. magna. Et de illo qui est implicatus cum fisco, an possit esse tutor, vel curator, vide l. penult. et ibi Bart. D. *de confirm. tutor.* et per Gloss. in l. penult. *C. ne tutor, vel curat. vectigal. conduc.* Et de debitore civitatis, an possit habere honores, antequam solvat civitati? Vide l. 1. et ibi Joan. de Plat. *C. de debitor. civitat.* lib. 11.

(6) *En sus testamentos.* Approbat opinionem Marti. de qua per Gloss. in dict. authent. *minoris*, super parte à *curatione*, quam opinionem retulit Spec. tit. *de tutore*, §. *generaliter*, col. 4. ad fin. ubi Joan. Andr. *in additionib.* refert hoc tenuisse Odofred. et dominum suum, et Guilliel. de Suza, et Azon. in summa, *C. qui dar. tutor. poss.* vers. *item creditor*; idem tamen Azon. tenuit contrarium in summa, super authent. *ut hi qui oblig. se perhib. haber. res minor.* Contrariam tamen opinionem tenet Accursius in dict. authent. *minoris*, et in corpore unde sumitur, et in §. fin. *Instilut. auctor. tutor.* et idem tenet Jacob. de Vellovisu: et secundum istam opinionem consuluit Dinus, dicens de hoc esse casum in corpore. Guilliel. de Cun. in dict. l. *cum eo*, D. *de pact.* distinguit, an testator sciebat illum esse debitorem vel creditorem, et possit, secùs verò si ignorabat; et idem tenet Oldral. et etiam Bart. in dict. authent. *minoris*, et huic opinione adhærent Bald. Angel. et Salic. qui dicit in dict. authent. *minoris*, col. 3. vers. *sed attende*, qualiter constabit de tali scientia vel ignorantia; vult enim, quòd hoc colligatur ex verbis testamenti: tu tene menti istam legem Partitarum, approbantem dictam opinionem Mart. Benè tamen placet, quòd limitetur, dummodò pater notitiam debiti vel crediti habuerit, quia hoc est de mente hujus legis, et ex ratione eorum, qui istam opinionem tenuerunt; neque exigerem, quod ex verbis testamentis de hoc constaret, satis est, quod aliàs constet testatorem scivisse: est enim magna restrictio, quam in hoc dat Salic. et non benè jure fundatur. Et limita etiam dispositionem hujus legis, quando talis tutor vel curator datus esset in testamento per patrem legitimum et naturalem, secùs si per naturalem tantum, vel per matrem, vel extraneum, aut patronum, quia tunc eget confirmatione, et non est propriè tutela testamentaria: neque plenè creditur testatori, sed aliqualis causæ cognitio requiritur, ut habetur in l. *in confirmando*, D. *de confirm. tutor.* et in l. *mater*, *C. de testam. tutel.* ita singulariter limitat Angel. in dict. authent. *minoris*, quod est benè menti tenendum.

(7) *Obligado al Rey.* Concordat cum l. penult. et ibi Gloss. D. *de confirm. tutor.* et l. fin. *C. qui pet. tutor.* ubi Gloss. hoc intelligit de colono privatæ rei Principis, nam conductor prædii fiscalis non removeretur à tutela, per l. *coloni*, *C. de excusat. tutor.* Sed adverte, quia istæ ll. Partitarum communiter accipiunt et promiscuè res privatas et fiscales, cùm de eis loquuntur; et eadem ratio militat in utrisque, saltim in casu isto propter damnum pupilli, si res tutoris obnoxiæ essent Regi vel fisco Regis, ut tradit Glossa in dict. l. penult. unde indistinctè intelligerem istam legem: et ad dictam l. *coloni*, potest responderi, quòd procedat,

siruiendo al Rey, o a otro su Señor, en seruicio de Caualleria (8). Otrosi, el que fuesse mudo, o sordo (9), non puede ser guardador de moços; nin el que fuesse ocasionado (10), o embargado de su persona, o en otra manera, de guisa que non pudiesse (11) entender, nin trabajarse en pro dellos.

LEY XV.

En qué manera deuen los guardadores aliñar, e guardar, los bienes de los huerfanos.

Aliñar, e endereçar los bienes de los huerfanos que ouieren en guarda deuen los guardadores en esta manera. Ca luego ante que otra cosa fagan (1), deuen fazer escrito de todos los bienes (2), de los moços, con otorgamiento del Juez del logar (3); e sea fecho por mano de alguno de los Escriuanos publicos. E a este escrito atal llaman en latin, Inventarium. E en tal escritura como esta deuen ser trasladados (4) todos los preuillejos, e las cartas de las heredades (5) de los moços. E si el guardador non fiziere tal escrito como este, puedele toller (6) el Juez del logar la guarda de los huerfanos, e de sus bienes, como a ome sospechoso. Pero si el guardador mostrasse razon derecha (7) por que non pudo fazer el inuentario, non le deuen desapoderar de los huerfanos, nin de sus bienes. Mas deuenle mandar, que faga luego el inuentario sin alongamiento ninguno. E despues que esto ouiere fecho, deuen los Guardadores endereçar las casas (8) del huerfano, que non cayan, e fazer labrar las heredades, e criar los gana-

quando conductor prædii fiscalis, vel patrimonialis, nihil ex hoc deberet fisco vel Regi, et non aliàs; quod etiam hic videtur probari, cùm inferius dicitur: *de que ouiesse a dar cuenta.* Quid autem de conducente vectigalia post assumptam tutelam? Vide in l. 1. *C. ne tut. vel. curat. vectigal. conducat.*

(8) *En seruicio de Caualleria.* Concordat cum l. *militiæ armatæ*, *C. qui dar. tut. poss.*

(9) *Mudo, o sordo.* Adde l. 4. suprà, col. et l. 1. §. 1. 2. et 3. D. *de tutel.* et l. penult. et fin. D. *de legit. tutor.* ubi de surdo minus audiente.

(10) *Ocasionado.* Adde l. *luminibus captum*, *C. qui dar. tut. poss.* et l. 1. et 2. *C. qui morb. se excus.* lib. 10. et in §. *item propter adversam valetudinem*, *Institut. de excusat. tutor.*

(11) *De guisa que non pudiesse.* Nota hoc verbum, et intellige de morbo perpetuo, nam in temporali, interim daretur curator, secundum Gloss. in dict. §. *item propter adversam valetudinem.*

LEX XV.

Tutor ante omnia conficiat inventarium de rebus pupilli, in quo contineantur ejus privilegia et instrumenta debitorum, manu notarii cum judicis auctoritate, aliàs à tutela ut suspectus removebitur, nisi justam causam ostendat impedimenti: item debet fulcire domus, colere prædia, et pascere pecora. Hoc dicit.

(1) *Luego ante que otra cosa fagan.* Sed an poterit tutori seu curatori decerni administratio per judicem, antequam inventarium faciat? Bart. dicit, quòd non, in l. *legitimos*, in fin. principii, D. *de legitim. tutor.* ubi dicit, quòd licèt Glossa ibi ponat decretum pro primo, tamen est ultimum; debet enim tutor priùs facere inventarium, quàm ei tutelæ administratio concedatur, allegat l. fin. in fin. *C. arbitr. tutel.* vel saltim dicit, quòd debet fieri in ipso actu, quo decretum interponitur, ut in authent. *ut hi qui obligat. se perhib. haber. res minor.* cap. fin. l. *tutores*, *C. de administrat. tutor.* dicit, quòd tutores, mox cùm fuerint ordinati, faciant inventarium, et ibi Salic. exponit, quod intelligatur illud verbum *ordinati*, id est, decreti: hoc etiam videmus fieri in practica, nam decernitur tutela, vel cura verbaliter per judicem, et postea fit inventarium: et l. fin. *C. de arbitr. tutel.* non obstat, quia non prohibet administrationem per judicem verbaliter decerni, sed ipsa realis administratio prohibetur ante confectionem inventarii.

(2) *Escrito de todos los bienes.* Concordat cum dict. l. *tutores*, *C. de administ. tutor.* et cum l. fin. *C. arbit. tutel.* et l. *tutor qui repertorium*, D. *de administr. tutor.* et l. 1. §. *solent*, D. *de offic. præfect. urb.* et debet fieri, quamprimum tutor possit, ut suprà dixi, et habetur in dict. l. *tutores*, ubi Gloss. et Doctor. Et nota, quod si tutor non faciat inventarium pertinaciter, est ponendus in vinculis, l. 2. §. *tutores*, et ibi Bart. D. *de suspect. tutor.* Et si unus ex pluribus tutoribus fecit inventarium, an teneatur illud ostendere, vel communicare alteri contutori? Vide Bart. quod non, in l. *actus*, D. *de administrat. tutor.* Quærit etiam Bald. in dict. §. *solent*, quid si tutor non fecit inventarium tempore, quo tutelam acceptavit, sed postea ex intervallo, an possit ei de hoc opponi, si vult agere vel administrare? Et tenet, quod non, referens disputationem Francisc. de Scalis. vide ibi per eum, et per Salicet. in dict. l. *tutores*, column. 1. vers. *quæro quartò*, et vide etiam quod in hoc notant Bart. et Alberic. in l. final. *C. de aliment. pupil. præst.* et Angel. in dict. l. *tutores*, ubi vide, an sufficiat judici ostendere inventarium, licèt reo, cum quo tutor litigat, non exhibeatur.

(3) *Con otorgamiento del Juez del logar.* Approbat opinionem Glossæ in dict. l. *tutor qui repertorium*, in princ. ubi Bald. col. 2. vers. *quæro utrum*, dicit, quod quantum ad tutorem sufficit fieri extra judicium; sed quantum ad hoc, quod inventarium faciat fidem contra debitores, quorum nomina in inventario scribuntur, requiritur, quòd fiat coram judice, l. *chirographis*, D. *de administrat. tutor.* et ita intellige istam legem Partitarum, et adde quæ dixi in l. 99. tit. 18. 3. *Partit.*

(4) *Trasladados.* Adde dict. l. *tutores*, *C. de administrat. tutor.* ubi Salic. col. 2. vers. *quæro* 7. declarat hoc, quod ut tutor gerere seu administrare possit, non requiritur ista descriptio instrumentorum de verbo ad verbum in inventario, sed sufficit, quod summam et effectum instrumenti ponat. Sed quantum ad hoc ut si periret instrumentum, possit probari per inventarium, est necesse totum instrumentum in inventario describi, et debent citari illi, quibus præjudicari possit; et vide per Bart. in dict. l. *tutor qui repertorium*, column. 3. ubi dicit ita observari.

(5) *De las heredades.* Idem dic de nominibus debitorum: instrumenta tamen, per quæ probatur pupillum debitorem esse, non sunt ponenda, licèt posset tutor, si vellet, secundum Salic. post Bart. in dict. l. *tutores*, ubi Salic. vers. *quæro* 7.

(6) *Toller.* Concordat cum l. fin. ad fin. *C. arbitr. tutel.* et dict. l. 1. §. *solent*, et ibi Bald. *de officio præfect. urb.*

(7) *Razon derecha.* Concordat cum dict. l. *tutor qui repertorium*, in princ. D. *de administ. tutor.* et vide ibi per Bart. col. penult. vers. *venio ad secundam partem.*

(8) *Endereçar las casas.* Vide l. *consilio*, in princ. D. *de curator. furios.* et l. *lex qui tutores*, *C. de administrat. tutor.* et l. *à tutoribus*, in princ. D. eod. et vide Joan. de Plat. in l. 2. *C. de conduct. in public. horr.* lib. 10. et ibi etiam per eum, quòd debet tutor reparare sarta tecta, ne

dos, que fallaren en los bienes del finado. E esto deuen fazer a buena fe (9), e lealmente.

LEY XVI.

Como los guardadores deuen fazer aprender a los huerfanos, leer, e escreuir.

Trabajarse deue el guardador, de fazer al moço que touiere en guarda, que aprenda buenas maneras (1); e de si, deuele fazer aprender leer, e escreuir (2); e despues desto, deuel poner, que aprenda, e vse aquel menester (3), que mas le conuiniere, segun su natura, e la riqueza, e el poder, que ouiere. E deue guardarlo, e pensar del, dandole de comer, e de vestir, e de las otras cosas que menester le fueren, segun entendiere que lo deue fazer; catando (4) todavia que lo faga segund los bienes que rescibio del.

LEY XVII.

Como el guardador deue demandar, e responder por el huerfano en juyzio.

El guardador en nome del huerfano deue demandar, e defender (1) el derecho del en todo pleyto, quel mouiesse, o le fuesse mouido en juyzio. E si fueren los guardadores dos, o mas, cada vno dellos (2) puede esto fazer, maguer el otro non estouiesse delante, seyendo el moço menor de siete años, o si fuesse mayor, e non estouiesse presente en el lugar; mas si fuesse mayor de siete años (3), estonce puede el moço mouer el pleyto con otorgamiento de su guardador, o el guardador en nome del huerfano, seyendo amos delante: e si sentencia fuesse dada sobre tales pleytos contra el guardador, non deuen fazer entrega

frumentum pupilli pluviis corrumpatur; et ibidem quòd non excusatur, etsi posuerit factorem communi opinione reputatum fidelem et diligentem.

(9) *A buena fe.* Adde dict. l. *à tutoribus*, in princ. D. *de administ. tutor.* et quid si tutor patruus pupilli, qui communem turrim cum fratre suo inchoaverat, altius elevavit de bonis suis et pupilli, motus, quia vicinus invidus suam turrem illi oppositam altius elevaverat; an possit pupillus factus adultus, vel ejus hæres tales impensas repetere? Joan. Andr. *in addition. ad Specul.* tit. *de judic.* §. 2. col. 8. ad fin. additionis magnæ referens quæstionem Pilei, dicit, quòd tutor qui bona fide opus inchoatum à patre pupilli perfecit, non tenetur, cùm pupilli honorem tueri debuerit, argumento l. *cum plures*, §. 2. D. *de administ. tutor.* quod est notandum. Adverte etiam, quòd tutor vel curator non tenetur conservare frumentum, vel vinum minoris, in tempus caristiæ, sed potest vendere occurrenti, et communi pretio, neque tenetur mittere in alium locum, l. fin. §. fin. et ibi Bart. *C. de administr. tutor.* quòd Salicetus ibi dicit cordi tenendum; et debet secundum eum tutor in rationibus suis ponere tempus venditionis, alias in ejus præjudicium inspiceretur tempus, quo plurimum illo mense vel anno valuit. Et an teneatur tutor dare pecuniam minoris ad licitum quæstum? Vide Bart. et Paul. in l. *Divus Severus*, D. *ad leg. Falcid.* et vide l. *tutor qui repertorium*, §. *si post depositionem*, D. *de admin. tutor.* debet etiam tutor facere quidquid potest, ne pupillus incidat in pœnam contractus, vide Bald. in l. *an tibi*, *C. de in litem dand. tutor.* Et an teneatur tutor de fructibus percipiendis, et ita contra eum possit formari libellus, vide Bart. in l. *si sine*, §. *Modestinus*, D. *de administr. tutor.* Et an imputetur tutori damnum contingens in re pignorata? Vide l. *Titium*, §. *Lucius*, D. *de administr. tutor.* et quam diligentiam teneatur præstare tutor, vide Gloss. in l. penult. D. *de eo qui pro tutor.* et ibi Nicol. de Neapol.

LEX XVI.

Tutor faciat pupillum legere et scribere, deinde in artificio congruo imbui, alimentetque eum facultatibus consideratis. Hoc dicit. Habuit originem à l. *cùm plures*, §. *cum tutor*, D. *de administr. tutor.*

(1) *Buenas maneras.* Concordat cum l. *cum plures*, §. *cum tutor*, D. *de administ. tutor.*

(2) *Leer e escreuir.* Adde l. *qui filium*, D. *ubi pupil. educar. debeat*, et eod. tit. l. *jus alimentorum*, §. *idem ad instructionem*, et vide in dict. l. *qui filium*, Glossam, quòd mulieres olim addiscebant grammaticam: et vide quæ dicit ibi Alberic. ubi dicit se audivisse de filia Accursii, quòd legebat jura Bononiæ.

(3) *Aquel menester.* Vide in dict. §. *idem ad instructionem.*

(4) *Catando.* Adde l. *jus alimentorum*, et l. *officio*, D. *ubi pupil. educar. debeat*, et l. 3. §. *tutor.*, D. *de suspect. tutor.* et *C. de alimen. pupil. præstand.* l. 1. et 2.

LEX XVII.

Potest tutor agere et defendere nomine pupilli per se, si est pupillus minor septennio; si major, potest interesse præsente tutore et auctorizante. Item pupillo absente à loco, potest addesse tutor. Et si sunt plures tutores, quilibet potest agere, et defendere in solidum. Item sententia contra tutorem lata mandatur executioni contra bona pupilli, non contra sua. Item contractus cum pupillo sine tutoris auctoritate factus tenet in ejus commodum, sed non in ejus damnum; et tutor dans auctoritatem in talibus, faciat per se, non per mandatum vel litteram, aliàs nihil agit. Hoc dicit.

(1) *Demandar, e defender.* Concordat cum l. *generaliter*, et l. *tutoris præcipuum*, D. *de administr. tutor.* et l. *eum qui*, *C. de procurat.* et l. fin. in princ. *C. de administ. tutor.*

(2) *Cada vno dellos.* Concordat cum l. 1. et 2. *C. si unus ex plurib. tutor. vel curat.* et l. 3. §. 1. et l. *decreto*, §. fin. D. *de administ. tutor.* Quid autem si omnes velint agere, vel conveniri? Gloss. in dict. l. 1. dicit, quod possunt, et debent admitti. Salicetus ibi dicit, quod si agant omnes, admittuntur uno et eodem libello, non diversis, quia omnium interest ratione officii et communis periculi; si verò conveniantur, distinguit, aut pupillus est conventus, et si omnes volunt, defensionem suscipere possunt, l. 1. §. *sufficit*, D. *de administ. tutor.* aut pupillus non convenitur, sed tutor nomine pupilli, et tunc illo invito alii non possunt defensionem suscipere, possunt tamen asistere causæ, ne colludatur; vide ibi per eum, qui respondet ad l. *ne implures*, D. *de exercitor.* Cyn. ibi, et Angel. et Bart. in dict. l. *decreto*, §. fin. volunt, quod ad petitionem adversarii, per dict. l. *ne implures*, judex eligat idoneiorem, et alii poterunt assistere: et quælibet practica videtur bona.

(3) *Mayor de siete años.* Concordat cum l. 1. §. *sufficit*; D. *de administ. tutor.* ubi vide per Gloss. et Bart. Quid autem si sit adultus? Et tunc videtur notarii differentia inter pupillum, et adultum, ut in adulto sit in electione volentis eum convenire, utrum conveniat adultum, vel curatorem: ita videtur probari in dict. l. 1. §. *in causis autem*, quam differentiam Glossa ibi reprobat: quæ glossa secundum Jacob. de Aret. et Alberic. ibi, potest procedere, quando unus non habet meliorem notitiam facti, quàm

por ende en los sus bienes (4), mas en los del moço que touiesse en guarda. Otrosi dezimos, que el moço non puede fazer pleyto, nin postura con otro ninguno, en que obligue ninguna cosa de sus bienes, a menos de otorgamiento de su guardador (5); e si lo fiziere a daño de si, non deue valer. Pero si otro alguno fiziere pleyto con el, vendiendole, o obligandole a alguna cosa, que fuesse a pro del moço (6), valdria el pleyto que desta guisa fuesse fecho. E el otorgamiento que el guardador fiziere en nome del en juyzio, o fuera del juyzio, deuelo fazer por si, e non por mandadero, nin por carta (7); ca si deotra guisa lo fiziere, non valdria.

LEY XVIII.

Que los guardadores non deuen enagenar los bienes de los huerfanos.

Non deuen los guardadores dar, nin vender, nin enagenar ninguna de las cosas del huerfano, que sea rayz (1). Fueras ende, si lo fiziere alguno por pagar las debdas (2) que ouiesse dexado el padre del huerfano, o por casar (3) alguna de las hermanas del moço,

alius: sed si curator scit veritatem melius, non posset respondere adultus, neque è contrario; et isto casu practicetur talis differentia inter pupillum et adultum.

(4) *En los sus bienes.* Concordat cum l. 2. D. *de administ. tutor.* et D. *de re judic.* l. 4. §. *tutor quoque*, et l. 1. *C. quando ex fact. tutor.*

(5) *Otorgamiento de su guardador.* Concordat cum l. *obligari*, in princ. D. *de auctor. tutor.* et *Instit.* eod. in princ. De confessione verò in causa civili, vel criminali, vide l. *certum*, §. *in pupillo*, D. *de confes.* et in l. *clarum*, *C. de auctorit. præst.* et tenetur tutor, si non fuerit utiliter auctoratus, l. *si ad pupillum*, D. *de auctor. tutor.* et vide l. *eum qui*, et ibi Bald. *C. de arbitr. tutel.* Et an cum minor respondet de veritate, exigatur tutoris auctoritas vel curatoris? Vide Abb. in cap. penult. col. 4. *de jurament. calumn.* et Bald. in dict. authent. *Sacramenta puberum*, ad fin. 3. column. *C. si advers. vendit.* et Bald. in l. 2. §. *quod observari*, column. 2. *C. de juram. calum.* Et an debeat ista auctoritas intervenire in venditione rerum minoris, quæ fit per creditoris, vide Bald. in l. fin. *C. si propter public. pensitat.* ubi tenet, quòd non; sed solùm in causæ cognitione, et venditione citandus est.

(6) *A pro del moço.* Concordat cum dict. l. *obligari*, et *Instit. de auctor. tutor.* in princ. et sic claudicat hic contractus.

(7) *Non por mandadero, nin por carta.* Concordat cum §. fin. *Instit. de auctor. tutor.* et l. 1. §. fin. D. eod. ubi etiam probatur, quod verbis debet auctorare; quod intellige, ut per Bald. in l. *mandatum*, col. 1. *C. mandat.* in actionibus expressis, secùs in tacitis, et vide per eumdem Bald. in l. *quæcumque*, et in l. *cum non solùm*, §. *necessitate*, col. penult. *C. de bonis, quæ liber.* Et an possit interponi ex intervallo? Textus quod non, sed statim dicit esse interponendam, l. *obligari*, §. *tutor.* D. eod. et ibi etiam, quod non per epistolam; et ibi vide Bart. et Bald. in l. 1. *C. si servus extero.* Et de Prælato, an possit auctoritatem interponere ex intervallo? Vide per Abb. in cap. *edoceri*, col. fin. *de rescript.* et vide quæ notat idem Abb. in cap. *cum vos, de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. capituli.* Et quid de jussu, consilio, vel mandato, consensu, et decreto judicis, an interponantur ex intervallo? Adde Bald. in cap. *si quis miles, de feudo sine culpa non amit.* Et an dans consilium, videatur interponere auctoritatem suam, vide Abb. in cap. *dilecti, de arbitr.* col. 3. et 4. et vide in ista materia notabiliter per Socin. 1. vol. consil. 15. col. 5. et eod. vol. cons. 87. col. 1. et 2. et consil. 153. in princ. in 2. volum. et consil. 160. col. 5. et consil. 23. 4. vol. ubi multa notabilia in ista materia videbis.

LEX XVIII.

Non potest tutor rem pupilli immobilem, nisi ex necessaria causa debiti paterni, vel dotis sororis pupilli, aut ad ejus matrimonium copulandum, alienare; et tunc facit cum judicis decreto: nec aliqualiter domum paternam, aut avitinam distrabat, nec servos ab antiquo servientes. Hoc dicit.

(1) ***Que sea rayz.*** Vide D. *de reb. eor.* per totum, et *C. de præd. minor.* per totum, sic neque jus ad rem immobilem potest alienari sine decreto, ut in l. *si ad resolvendam*, et ibi Bald. *C. de præd. minor.* Gloss. et Doctor. in l. 1. *C. si advers. transact.* et vide quod per illam l. *si ad resolvendam*, dicit Joan. And. *in addition. ad Specul.* in rubr. *de pact.* Et quid si celatur actio competens ad rem immobilem, vel ad centum alternativè? Vide per Bart. et Ang. in l. *si sic*, §. *si quis ita*, in fin. D. *de legat.* 1. quod pendebit ex futuro eventu, de eo quod solvit debitor. Et quid si pupillus solùm habeat possessionem? Vide Nicol. de Neapol. in l. *magis puto*, §. *si pupillus*, D. *de reb. eorum.*

(2) *Las debdas.* Adde l. 60. tit. 18. 3. *Par.* et l. 4. tit. 5. 5. *Part.* et quæ ibi dixi.

(3) *Casar.* Concordat cum l. *cum plures*, §. *cum tutor*, D. *de administ. tutor.* per quam hoc limitatur, ut intelligatur de sorore pupilli ex eodem patre nata, ubi Gloss. et Bart. ita tenent: tenet etiam Bald. in l. *neque mater*, in 2. lectur. *C. de jure dot.* ubi dicit, quod sororem sibi adhærentem per matrem non tenetur dotare: adde etiam Gloss. et ibi Salicet. in l. *non omni*, *C. de administ. tutor.* et benè facit l. *qui filium*, D. *ubi pupil. educ. deb.* et Gloss. in dict. §. *cum tutor*; et Doctores dicunt procedere, quando soror est inops, et sic velle videntur, quod si non sit soror ex eodem patre, licèt sit soror ex parte matris, et talis soror sit inops, quod non teneatur frater illam dotare; quod etiam clarè firmat Azon. *C. de administ. tutor.* in summ. col. 4. vers. *item dotem.* Contra quod fortiter facit, quia teneretur tali sorori ad alimenta, l. *tutor secundum dignitatem*, §. *in solvendis*, D. *de administ. tutor.* l. 1. circa princ. D. *de tutel. et ration. distr.* Gloss. et Bart. in l. *si quis à liberis*, in princ. D. *de liber. agnosc.* Salicet. in l. 1. *C. de alend. liber.* Joan. de Imol. expressè loquens in sorore uterina in l. 1. col. 3. D. *de solut. matrim.* et confirmatur, quia etiam frater naturalis inops alendus est à fratre, authent. *licèt*, *C. de natural. liber.* et valet argumentum, si tenetur alimentare, ergo et dotare, secundum Jacob. de Aret. Petr. et Cyn. et Bald. in dict. l. *neque mater*, aliàs incipit, *mater*, *C. de jur. dot.* unde videretur, quod teneatur eam dotare usque ad condignam quantitatem, ex qua possit alimentari; quidquid enim ex causa præcipitur, vel permittitur, sive ob causam, debet secundum illam causam moderari, l. *Lucius*, D. *de exercit.* Idem etiam, quòd mater, quæ tenetur ad alimenta filiæ, teneatur illam dotare patre inopi existenti, tenet Bart. post Cyn. et tenet etiam Bald. in authent. *res quæ*, *C. communia de legat.* unde etiam sicut pater naturalis tenetur alere filiam inopem, ita tenetur eam dotare: et l. *uxorem*, §. *pater naturalis*, D. *de legat.* 3. debet intelligi in filia naturali, quæ non est inops, vel quæ ex honesto exercitio posset sibi dotem constituere, aliàs pater tenetur eam dotare, secundum Bald. in dict. l. *mater*, de quo vide, quæ notat Bald. novel. in tractat. *de dote*, fol. 12. col. 4. in 16. speciali; Joan. de Imol. tamen in l. 1. D. *solut. matrim.* col. 3. dicit, quòd non videtur bona æquiparatio dotis ad alimenta, cùm faciliùs præstentur alimenta, quæ minutatim præstantur, quàm dos, quæ in magna quantitate præstatur; et adducit de patre naturali, qui licèt teneatur alere filiam, non tamen dotare, ut in dict. §. *pater na-*

o por casamiento del mismo (4), o por otra razon derecha (5) que lo ouiesse de fazer, non lo podiendo escusar (6) en ninguna manera. E aun estonce non lo puede fazer sin otorgamiento del Judgador: e el Juez le deue otorgar, si entendiere que tal enagenamiento se faze por alguna de las razones sobredichas. Pero non deue consentir que la casa que fue del padre, o del auuelo del huerfano, en que el nascio (7), se enagene en ninguna manera, podiendolo escusar. Otrosi non deuen vender, nin enagenar los sieruos (8), que luengamente ouiessen estado en casa del padre, porque estos atales suelen ser prouechosos en la casa, e son sabidores de los bienes del finado; mas los otros que entendiesse que podrian ser dañosos, bien los puede vender, e el precio dellos deuelo meter en pro del huerfano.

LEY XIX.

En que lugar deue ser criado el huerfano, e con quien.

Criarse deue el huerfano en aquel lugar, e con aquellas personas, que mando el padre (1), o el auuelo en su testamento. E si por auentura, en el testamento de ninguno dellos non fuesse esto puesto, estonce el Juez del logar deue catar con grand femencia, e escoger algund ome bueno, que ame la persona del huerfano (2), e el prouecho del; e que sea atal, que muriendo el moço, non aya derecho de heredar (3) lo suyo. Pero si ouies-

turalis, et quòd licèt filius teneatur alere matrem, et etiam sororem uterinam, ut in dict. l. *si quis à liberis*, tamen non tenetur dotare, ut in dict. §. *cum tutor*. Illam etiam æquiparationem dotis ad alimenta impugnat Alexand. in dict. l. 1. col. 6. D. *solut. matrim.* Angelus etiam in l. *à filia*, in princ. D. *ad Trebell.* impugnat dictam æquiparationem, et dicit in terminis, quòd frater non tenetur dotare sororem uterinam, licèt inopem; et ista videtur magis communis conclusio, saltèm in fratre respectu sororis uterinæ, prout latè tradit Jason. in dict. l. 1. col. 7. licèt in matre et patre naturali Alexander ibi dicat, quòd tolerabile putat, quod teneatur dotare dote, quæ ad alimenta sufficiat, et non ultra. Lex ista Partitarum non se limitat ad sororem ex patre, sed indistinctè loquitur, unde fortè sororem inopem licèt uterinam, tantùm frater per istam legem tenebitur dotare usque ad condignam quantitatem, ex qua possit alimentari: et ad dictum §. *cum tutor*, repondetur, quòd limitetur in tali sorore inopi, vel quòd intelligatur de dote, quæ excederet condignam quantitatem usque ad alimenta; et ista videtur opinio æqua et juridica propter auctoritatem Bart. et Baldi et sequacium, qui utuntur isto argumento de alimentis ad dotem: non tamen caret scrupulo, ideo tu latiùs cogita, et si velis tenere hoc, fortè esset limitandum, ut quando frater invitus isto casu cogeretur ad dotandum sororem, mortua sorore, dos redeat ad fratrem juxta ea quæ notat Bald. in l. *eam quam*, col. 10. *C. de fideicom.* et Bald. novel. ubi suprà: potest etiam responderi ad dictum §. *cum tutor*, cùm dicit, ex eodem patre natam, quòd ideo ita posuit, quia officium paternum, et non maternum est dotare filiam, l. *capite trigesimo*, D. *de ritu nupt.* l. 8. tit. 11. 4. *Part.* unde cùm detur casus, quòd mater dives teneatur, ut suprà dixi, idem esset dicendum in fratre uterino. Et adde ad istam legem, quòd frater etiam clericus tenetur dotare sororem ex eodem patre natam, si ipsa non habet unde dotetur, secundum Anton. et Abb. in cap. *pervenit*, *de arbitr.* ubi et plus vult Abb. quod clericus cum bona conscientia potest dotare sororem, vel consanguineam inopem de reditibus beneficii, vel ecclesiæ.

(4) *Del mismo.* Concordat cum l. *lex quæ tutores*, *C. de administrat. tutor.* cùm gloss. ibi super verbo *vel in dotem*; et vide quod notat Bart. et Joan. de Imol. in l. *si ante nuptias*, D. *solut. matrim.* et Bart. in l. *prædia*, *C. de præd. minor.* et quæ notat Bald. in l. 1. *C. si advers. dot.* et in l. *nulla*, *C. de jure dot.* et Bart. in l. *si constante*, in princ. col. 13. D. *solut. matrim.*

(5) *Derecha.* Casus alios ponit Gloss. in l. *ob æs*, *C. de præd. minor.* et alium casum, scilicèt propter utilitatem minoris posuit l. 4. tit. 5. *Part.* 5. et ibi dixi. Alium casum ponit Bald. novell. in tract. *de dot.* fol. 23. col. 3. in 61. speciali, quando scilicèt minor alienaret ad redimendum à captivitate personam conjunctam in casu autheut. *si captivi*, et in corpore unde sumitur, *C. de Episc. et Cleric.* et l. 6. tit. 7. suprà, eod. *Part.* et adde alios casus per Azon. *C. de administr. tutor.* in summa, col. fin.

(6) *Escusar.* Debet ergò fieri causa cognita, ut in l. *magis puto*, §. *non passim*, D. *de reb. cor.* et dict. l. *ob æs*, *C.* eod. et tradit magistraliter Speculat. tit. *de empt. et vendit.* §. *nunc dicendum restat*, vers. *hoc quoque*.

(7) *Nascio.* Concordat cum l. *lex quæ tutores*, *C. de adminis. tutor.*

(8) *Los sieruos.* Concordat cum dict. l. *lex quæ tutores*, vers. *ante omnia*.

LEX XIX.

Pupillus est alimentandus, ubi pater mandavit nutriendum, et si tacuit, faciat eum judex apud probum hominem ei ab intestato non successurum nutriri, aut apud matrem, dum casta sit, et non nupserit; sed si nupserit, auferatur ei, quia novi amore mariti præsumitur in mortem ejus consentire, ut succedat ei. Hoc dicit.

(1) *El padre.* Nonnumquam tamen à voluntate patris recedit Prætor, l. 1. in princ. D. *ubi pupil. educar. deb.* l. *Quintus Mutius*, D. *de annuis legat.* et vide quod notat Bald. in l. 1. *C. de confirm. tutor.*

(2) *Del huerfano.* Adde l. fin. *C. ubi pupill. educari deb.* et l. *si disceptetur*, D. eod. ubi quod cavendum sit, ne puella collocetur apud eum, cujus pudicitiæ insidietur. Et quærit Bald. in l. 1. D. eod. an si aliqua pupilla sit desponsata, et est apud sponsum, utrum Prætor debeat eam alibi facere educare; et respondet, quod aut pupilla est minor septem annis, et tunc sponsalia nihil operantur, si verò est major septem annis, et tunc, aut est legitimè tradita sponso per patrem vel legitimas personas, et tunc non debet auferri sponso; si autem non esset ei tradita per patrem, vel alias legitimas personas, tunc non debet apud eum educari, præsertim si matrimonium non sit benè conveniens: et tandem conclusivè dicit, quod omnia ista remanent in pectore boni viri, hoc est, judicis: et tradit etiam Alexand. consil. 161. super 1. dubio, col. fin. 5. volum. et vide Chrysostom. super Matthæum, homil. 4. dicentem, quod hunc morem tenebat antiquitas, quod sponsæ in sponsorum domibus haberentur, vide per Bart. in disputat. sua incipiente, *quæritur utrum judex*.

(3) *De heredar.* Concordat cum dict. l. fin. et D. eod. l. 1. et l. penult. sic etiam dicit Bald. in cap. 1. *qualiter debeat. vassal. jur. domin. fidelitat.* quòd domesticæ personæ successionem dominorum sperantes suspectæ sunt, ne vitæ ejus insidientur; quæ tamen suspicio purgatur per juramentum, ut notat Glossa ibi. Nota tamen, quòd si ex aliis præsumptionibus contrariis tolleretur ista suspicio, posset judex decernere, pupillum educandum apud eum, qui ejus proximus successor sit; ut tradit Socin. consil. 193. circa primum quæsitum, in 2. volum.

se madre (4), que fuesse muger de buena fama, bien le puede dar el fijo, que lo crie, e ella puedelo tener mientras mantouiere biudez, e non casare. Mas luego que casare (5), deuen sacar el huerfano de su poder, porque dixeron los Sabios, que la muger suele amar tanto (6) al nueuo marido, que non tan solamente le daria los bienes de sus fijos, mas aun, que consintiera en la muerte dellos, por fazer plazer a su marido.

LEY XX.

Quanto deuen dar al huerfano de sus bienes, para gouierno de si, e de su compaña.

Gouernados deuen ser los huerfanos de sus bienes, en esta manera. Ca deue el Juez del lugar establescer, segund su aluedrio, e la riqueza del moço (1), cierta quantia de pan, e de vino, e de dinero; que les den cada año para su gouierno, e para su vestir del, e de su compaña; catando todavia (2), que de la renta, e de los esquilmos de los bienes del huerfano, salgan estas despensas, e que todo lo al le finque en saluo, si se pudiere fazer (3). Pero si el guardador entendiesse, que seria daño del moço en descobrir la riqueza, o la pobreza del, e por esta razon (4) le gouernasse de lo suyo, espendiendo por el tanto, quanto fuesse guisado, o poco mas, por esta razon; estonce dezimos, que lo puede fazer, e deuele despues el moço, quando fuere de edad, pagar todo lo que desta manera ouiesse despendido por el.

LEY XXI.

Fasta quanto tiempo deue durar la guarda, e el oficio de los guardadores de los huerfanos; e como deuen dar cuenta de los bienes dellos.

Durar deue (1) el oficio de los guardadores, fasta que los huerfanos sean de edad de catorze años, si fueren varones; e si fueren mugeres, fasta que sean de doze. Otrosi se acaba tal guarda como esta, por muerte, o por desterramiento (2) del guardador, o del huerfano. Esso mismo seria, si tornasse en seruidumbre (3), o catiuassen a qualquier dellos. E aun dezimos, que si alguno fuesse dado por guardador a tiempo cierto, o so condicion, que se acaba tal guarda, cumpliendo-

(4) *Madre.* Nam educatio pupillorum nulli magis, quàm matri committenda est, ut hic, et l. 1. *C. ubi pupil. educari debeat.*

(5) *Que casare.* Adde dict. l. 1. et tunc tàm ipsa, quàm vitricus repelluntur ab educatione: quod Baldus in l. *omnem, C. ad Tertul.* intelligit, si apud magis idoneum pupillus possit alimentari, non aliàs; nam ubi pupillus educetur, in arbitrio judicis est, et allegat in authent. *de nupt.* cap. *ejusdem quoque Principis*, collat. 4. et idem vult Alberic. in dict. l. 1. in fin. quod etiamsi mater superinduxit vitricum, si tamen cessat omnis suspicio, ut quia non est successura pupillo, quia habet substitutum, et est honestæ vitæ, et vitricus similiter, quod tunc ali possit penes matrem; in dubio tamen suspecta est, et repellitur.

(6) *Amar tanto.* Adde suprà eod. l. 4. et quæ ibi dixi, et vide, quæ notabiliter dicit Bald. in l. 1. col. fin. vers. *ultimò quæritur, C. de leg.* et in l. 1. *C. ubi pupil. educar. deb.* et in l. *precibus*, col. 6. *C. de impuber. et aliis substit.* ibi: et hoc verum, nisi mater transeat ad secunda vota, nam tunc præsumitur ardere amore magis ad secundum virum, quàm ad filios, *C. de administr. tutor.* l. *neque tutor.*

LEX XX.

Taliter discernat judex alimenta pupillo, quod ex fructibus et reditibus patrimonii rebus salvis gubernetur; sed si tutor eum de propriis alimentat, ne pupilli divitiæ manifestentur, ut non eveniat ei damnum, tenetur pupillus sic expensas solvere. Hoc dicit.

(1) *Del moço.* Concordat l. 2. D. *ubi pupil. educ. deb.* et *C. de aliment. pupil. præst.* l. fin. et modum patrimonii spectare debet judex, cùm alimenta decernit; et debet statuere tam moderatè, ut non universum reditum patrimonii in alimenta decernat, sed semper ita fiat, ut ex reditu aliquid supersit, l. *jus alimentorum*, §. *modum*, D. eod. Sed quid si pupillus habet ita modicum patrimonium, quod reditus non sufficiunt ad alimenta, numquid poterit tutor ponere manum ad proprietatem? Alberic. in dict. l. *jus alimentorum*, dicit, quod vidit multos et magnos viros sentire, quod non, per illum verbum, sed quod potius tutor debet mittere pupillum ad mendicandum; ipse tamen vult contrarium, maximè ubi pupillus esset nobilis, licèt pauper; et dicit de hoc videri textum expressum in l. 3. in princ. D. *de contrar. judic. tutel.* vide ibi per eum.

(2) *Todavia.* Concordat dict. l. *jus alimentorum*, et vide quæ dixi in glossa præcedenti.

(3) *Fazer.* Nota benè, nam facit pro dictis Alberici, de quibus suprà in gloss. 1.

(4) *Razon.* Vel alia: et idem crederem, si nulla causa adesset, sed ex injuria non adivit judicem pro taxatione alimentorum, et probari videtur in l. fin. *C. de aliment. pupil. præstand.*

LEX FINALIS.

Finitur tutela modo et forma, et in casibus in hac lege expressis. Hoc dicit.

(1) *Durar deue.* Concordat *Institut. quibus mod. tutel. fin.* in princ. et suprà eod. l. 12. et vide l. *ita autem*, §. *si tutor*, et ibi Bart. D. *de administr. tutor.* et de tutela Regis, an finiatur pubertate, vide per Alberic. in rubric. *C. quando tutor vel curat. esse desin.* et quæ dixi in l. 3. tit. 15. 2. *Partit.*

(2) *Por muerte, o por desterramiento.* Concordat cum §. *simili modo*, *Institut. quib. mod. tutel. finit.* et intellige *desterramiento*, ex quo civitas amittitur, ut ibi. Et quid si tutor banniatur? Vide Nicol. de Neapol. in l. *si tutor*, D. *de tutel. et ration. distr.* et vide l. *in locum*, et ibi Alber. *C. qui petant tutor.* ubi concludit, quòd si ex banno civitatem amittat, desinit esse tutor, ut in §. *sed et capitis*, *Institut. quib. mod. tutel. finitur.* Quando autem civitas amittitur, vide in §. *minor*, *Institut. de capitis diminut.* et semper cautè advertas ad istas ll. Partitarum, cùm loquuntur per hoc verbum *desterramiento*, ut non semper intelligas de quolibet exilio à judice imposito.

(3) *En seruidumbre.* Prosequitur quæ habentur *Institut. quib. mod. tutel. finit.* et per Azon. *C. quando tutor. vel curat. esse desinant*, in summa.

se el tiempo, o fallesciendo la condicion. Otrosi dezimos, que se acabaria tal guarda como esta, si porfijassen al huerfano, o al guardador, seyendo de aquellos guardadores que son llamados legitimos (4). E aun se acabaria, quando el guardador se escusasse de lo ser, por alguna razon derecha; o si le tirassen de la guarda por sospechoso. Pero en qualquier destas maneras sobredichas que se acabe el oficio del guardador, tenudo es luego de dar buena cuenta (5), e verdadera, de todos los bienes del huerfano, tambien mueble como rayz; e entregarlo todo a el mismo, e a su guardador, que es llamado Curator. E para esto cumplir, es obligado, tambien el guardador, como sus fiadores (6), e sus herederos (7), e todos sus bienes (8), al huerfano, e a sus herederos.

TITULO XVII.

POR QUE RAZONES, LOS QUE SON ESCOGIDOS PARA GUARDADORES DE LOS HUERFANOS SE PUEDEN ESCUSAR QUE LO NON SEAN.

Escusanse los omes que son dados por guardadores de los huerfanos, e de sus bienes, poniendo razones ciertas ante si, e guisadas, por que muestran, que non se han de trabajar de la guarda dellos. Onde, pues que en el titulo ante deste fablamos, de como tales guardadores como estos deuen ser escogidos; queremos aqui contar las razones, por que se pueden escusar de tal guarda, quando non la quieren fazer, o non pueden. E diremos, que cosa es tal escusa como esta. E que razones son aquellas, por que pueden esto fazer. E ante quien. E en que manera. E fasta quanto tiempo puede aquel que es escogido por guardador, poner tal escusa como esta.

LEY I.

Que cosa es Escusança.

Escusança tanto es (1) como mostrar alguna razon derecha en juyzio, por que aquel, que es dado por guardador de algun huerfano, non es tenudo de recebir en guarda a el, nin a sus bienes. Pero non ha por que mostrar escusança ninguna, el que es dado por guardador de huerfano, seyendo el menor (2) de veynte e cinco años, porque estos atales non lo pueden ser, maguer quieran.

LEY II.

Que razones son aquellas por que se puede escusar el que es guardador de algun huerfano, que lo non sea.

Razones ciertas son, por que los omes se pueden escusar (1), que non sean guardadores de huerfanos. La primera es, quando aquel que es dado por guardador, ha cinco (2) fijos naturales, e legitimos biuos. Pero si alguno ouiesse perdido de los cinco fi-

(4) *Legitimos.* Vide D. *de capitis diminut.* l. *tutelas.*

(5) *Buena cuenta.* De hoc vide, D. *de tutel. et ration. distrah.* per totum, et *C. arbit. tutel.* in summa, per Azon. et si non reddit rationem, tenetur pœna, quasi falsi, l. 1. §. *tutores*, et ibi Bart. D. *de fals.*

(6) *Fiadores.* Vide D. et *C. de fidejussor. tutor.* per totum.

(7) *Herederos.* Vide *C. de hæredib. tutor.* per totum, et D. *de fidejuss. et hæred. tutor.*

(8) *Sus bienes.* Nota singulariter, quòd etiam bona fidejussorum et hæredum tutoris, sunt tacitè obligata minori. Adde l. fin. §. fin. in fin. et ibi notat Bald. *C. de judic.* et ibi vide per Jason. quòd intelligatur etiam de rebus propriis hæredum, licèt non benè se firmat; sed satis probatur in ista lege Partitarum, quam tene menti.

TITULUS XVII. DE EXCUSATIONE TUTORUM.

LEX I.

Excusatio est justam causam, quare non tenetur subire onus tutelæ, assignare: sed minor viginti quinque annis non tenetur excusationem ponere, quia si vellet, non admitteretur. Hoc dicit.

(1) *Tanto es.* Sequitur dicta Azon. *C. de excusat. tutor.* in summa.

(2) *Menor.* Vide *Institut.* eod. §. 13. vers. *minores autem.*

LEX II.

In hac lege ponuntur casus, in quibus tutor potest excusari à tutela, quos latè hic vide. Hoc dicit.

(1) *Se pueden escusar.* Et quando quis vocatur ad ista munera, debet uti remedio excusationis, non appellationis, l. 1. §. 1. D. *quando apell. sit*, et ibi Bart. Et quid si per malitiam sine justa causa se excuset, an teneatur ad damnum interim contingens? Vide Joann. de Plat. in rubric. *C. de excus. muner.* lib. 10. dicentem, quòd sic, l. *Imperatores*, §. 1. D. *de appellat.* l. 1. 2. et 3. *C. si tutor vel curator fals. allegat. excus. sit.* Et licèt veram excusationem quis habeat, si tamen veritati mendacio adjecto excusatus fuerit, tunc propter vitium pronunciationis vacationem non habebit, l. *qui testamento*, D. *de excusat. tutor.* et Joan. de Plat. ubi suprà.

si lo faze engañosamente (2), valdria el pleyto que assi fuere fecho con el, e non deue ser desatado (3) despues, como quier que non era de edad quando lo fizo; esto es, por que las leyes ayudan a los engañados, e non a los engañadores (4). Esso mismo seria, quando el moço fuere mayor de catorze años (5), e jurasse (6) que la vendida, o el pleyto, o la

set in dolo, et ideo datur restitutio; et quia scienti dolus non infertur, l. 1. D. *de act. empt.* secundum Cyn. Alberic. et Salic. in l. 3. *C. si minor se major. dixer.* adde Albericum idem tenentem, quando per aspectum aliter constaret, in authent. *sacramenta puberum*, col. 3. *C. si advers. vendit.*

(2) *Engañosamente.* Adde l. 2. et 3. *C. si minor se major. dixer.* Et adverte, nam per istam legem Partitarum, quæ non distinguit, an adultus, vel pupillus talem assertionem faciat, videtur comprobari dictum Guillielm. de Cun. de quo per Paul. de Cast. in l. *qui jurasse*, in princ. D. *de jurejur.* quòd si pupillus proximus pubertati juret, cum contrahit, se esse puberem, et postea etiam juret, quòd non veniet contra contractum, quòd habebit locum dispositio authenticæ *sacramenta puberum*, sicut si esset pubes: et cum isto dicto transit ibi Paul. de Cast. multum commendans, dicens, se alibi non legisse; si tamen teneamus illam opinionem, quòd etiam pupillus doli capax obligatur ex juramento, non esset ita miranda dicta decissio; vide per Alexand. in dict. l. *qui jurasse*, in princ. Item lex ista Partitarum expressè sentit de adulto, non de pupillo, cùm superiùs dixit, *que paresciere de tal tiempo*: Doctores etiam intelligunt de adulto ll. dict. tit. *C. si minor. se major. dixer.* et patet ex ll. illius tituli. Quid autem dicemus in dubio, cùm non constat de dolo minoris? Azon. in summa illius tit. in fin. dicit, quòd præsumitur dolus in minore, qui se majorem dixit; et idem tenet Glossa in dict. l. 3. et ibi Odofred. in fin. Cynus tamen, et alii, tenent oppositum, quia dolus non præsumitur, nisi probetur, l. *quotiens*, §. *qui dolo*, D. *de probat.* Et hoc etiam vult ista lex Partitarum, cùm dicit, *si lo faze engañosamente*: et ita tenent Alberic. et Salicet. in dict. l. 3. ubi etiam Bart. in fin. Si autem minor sui facilitate asserat se majorem, et ita juret, tunc distingue, ut habetur in dict. l. 3. quia aut juravit verbo tenus, et tunc non restituitur, nisi per instrumentum seu scripturam probet se minorem; et si juravit corporaliter, nullo modo restituitur, ut ibi; et per quæ instrumenta probentur, cùm verbo tenus juravit, vide per Specul. tit. *de restit. in integr.* §. *quis autem*, col. 4. vers. *sed cujusmodi erit scriptura*, ubi etiam vide per Speculatorem aliquas notabiles quæstiones in ista materia, in col. 5. videlicet, an præjudicet sibi minor ex tali juramento in aliis contractibus, et tenet, quòd non; et tenet glossa finalis in l. *de ætate*, D. *de minor.* in fin. gloss. vide ibi per Speculat. ubi etiam de aliis in ista materia.

(3) *Desatado.* Ex beneficio restitutionis: possent tamen opponere contra contractum ea, quæ posset major, ut aliàs notat Glossa in l. 1. et in authent. *sacramenta puberum*, *C. si advers. vendit.* et procederet etiam, si cum juramento minor assereret se majorem; et sic non excluderetur, si contractus esset nullus, à jure dicendi nullum, propter tale juramentum, secundum Joan. Andr. post Nicol. de Mata. *in addition. ad Speculat.* tit. *de sententia*, §. *ut autem*, in princ. in additione magna, et idem tenet Specul. tit. *de restit. in integr.* §. *quis autem*, col. 5. vers. *sed cum ei*, repellitur enim ex hoc à beneficio restitutionis, quod est jus singulare, non verò à juris communis beneficio; et idem tenet Paul. de Cast. in l. 1. 2. et 3. *C. si minor se major. dixer.* multum commendans.

(4) *Non a los engañadores.* Adde dict. l. 2. *C. si minor se major. dixerit.*

(5) *Mayor de catorze años.* Quid si adhuc non habeat 14. annos, est tamen doli capax, quando jurat? Est maxima diversitas inter Doctores, sed communior et verior videtur opinio, quòd sit idem in eo, et istam opinionem tenet Andr. de Iser. in §. *item sacramenta, de pac. juram. firm.* et Bart. in authent. *sacramenta puberum, C. si advers. vendit.* Alexand. in l. *qui jurasse*, in princ. D. *de jurejur.* et communiter Canonistæ, per textum in cap. *ex litteris*, el 2. *de sponsal.* cum gloss. ibi; et qualiter intelligatur doli capax, vide per Andr. de Isern. ubi suprà, volentem, quòd non sufficit habere decem annos cum dimidio, neque tredecim cum dimidio, si non constet esse doli capacem. Sed quid si impubes juret se non venire contra contractum celebrandum cum Titio, quando pubes erit; deinde factus pubes facit ipsum contractum cum Titio, an valeat? Et Alberic. post Guid. tenet, quòd non, in dict. authent. *sacramenta puberum*, column. 3. Quid autem si impubes contraxit, postea verò factus pubes juravit non venire contra contractum ipsum; Alberic. ibidem post Guid. dicit spectandum esse initium, et quòd ex forma illius constitutionis exigitur, quòd contractus et sacramentum fiant tempore pubertatis: quod ego intelligerem eo respectu, ut contractus firmetur juramento; eo tamen quòd minor jurans jam pubes teneatur ad observantiam, crederem teneri, cum servari possit, et servare teneatur, per cap. *quamvis pactum*, *de pact.* lib. 6. et cap. *cum contingat*, *de jurejur.* et quia qui jurat, de novo videtur contrahere et promittere, et maximè stante lege hujus regni, *como quier que parezca*, *etc.* quinimò et non est sine scrupulo, quòd etiam respectu confirmationis contractus procedat dictum Alberici, cùm constaret, quòd jam pubes de novo approbat et jurat. Ideo cave ab isto dicto, et adde, quòd contractus nulli ex sequenti voluntate ratificantur, l. 1. et per totum, *C. si major fact. vendict. sin. decret. rat. hab.* et quod habetur de secunda voluntate, quæ est valida prima existente non valida, *C. ad Vellejan.* l. *si mulier*, et *C. de agricol. et censit.* l. *cùm scimus*, et videtur contractum tempore, quo fuit juratum, argumento l. *de accessionibus*, in fin. D. *de divers. et tempor. præscript.* et *Institut. quib. alien. licèt*, in princ. Idem intellige de pubere sanæ mentis, et sive sic paterfamilias, sive filiusfamilias, sive liber, sive servus, Gloss. in §. *item sacramenta*, *de pac. juram. firm.* procedit etiam dictum hujus legis, sive minor habeat curatorem, sive non, Gloss. ibidem, et est glossa 1. in fin. licèt contrarium voluit Specul. tit. *de empt. et vendit.* §. *nunc dicendum*, column. 2. vers. *hoc etiam scias*; nam contrarium communiter tenetur secundum Bald. in dict. §. *item sacramenta*, col. 2. vers. 3. *quæro*, Doctores communiter approbando opinionem Marti. in dict. authent. *sacramenta puberum.* Procedit etiam ista lex, et si minoris procurator ad hoc speciale habens mandatum juret, Glos. in dict. §. *item sacramenta*, in gloss. 1. et ibi dicit Andr. de Iser. col. 2. ita communiter teneri, et idem tenet Bart. in l. *qui bona*, §. *alieno*, D. *de damn. infect.* et ibi communiter Doctores, licèt aliqui voluerunt contrarium. Item procedit in civitate jurante, secundum Bald. in l. *generaliter*, in princ. *C. de reb. credit.* licèt non in ecclesia secundum eum ibidem, et adde Glos. in cap. 1. *de integr. restitut.* lib. 6. et Bald. in dict. §. *item sacramenta*, Jas. in dict. authent. *sacramenta puberum*, in 8. limitation. De prodigo vero jurante, vide Bart. in l. *is cui bonis*, D. *de verbor. obligat.* vide Bald. in l. 2. col. 7. *C. de rescindend. vendit.* ubi etiam de amente, vel phrænetico, qui non habet consensum.

(6) *Jurasse.* Videtur ista lex velle, quod sufficiat verbo tenus jurare, cùm non exigit, quod corporaliter super aliqua scriptura Divina præstetur; Glossa tamen, et Doctores communiter in dict. authent. *sacramenta puberum*, tenent, quod non sufficit ad illam dispositionem, quod nuda voce juretur; et dicit Bald. in dict. §. *item sacramenta*, quod quando nuda voce juratur, non appellatur propriè sacramentum, sed verbum; et ibi dicit, quod de consuetudine sufficit, quod juretur super qualibet scriptura, in qua Deus nominetur, et quod sufficeret jurare super quadam tabula picta, in qua esset majestas Dei, vel Sanctorum; et tandem concludit, quod in hoc servari debeat consuetudo, quia consuetudo, quæ dat formam aliquam, est servanda, aliter non valet quod fit, secundum Specul. tit. *de instrum. edition.* §. *breviter*, parum post principium. Joan. de Imol. in cap. *cum*

postura (7), que fazia con otri, non la desataria por razon de menor edad (8). Ca despues que assi ouiesse jurado, deue ser guardada su jura (9). Otrosi dezimos, que si el menor de veynte e cinco años pidiesse al Juez, que le entregasse de alguna cosa, que auia perdida, o menoscabada, por razon de pleyto que ouiesse fecho non seyendo de edad cumplida; si sentencia fuere dada contra el, porque non era assi como el querellaua, non puede demandar despues otra vez (10), que sea entregado de aquella cosa, delante de aquel

contingat, col. 62. vers. *item secundò potest dubitari*, *de jurejur.* tenet quòd sufficiat verbo juramentum præstari, saltim attenta dispositione juris canonici, quæ servanda est in materia juramenti, ut in cap. 2. *de jurejur.* lib. 6. ex eo quia juramentum verbaliter præstitum est servandum, et ligat ad perjurium, ut patet ex his, quæ habentur in cap. *et si Christus*, *de jurejurand.* et quia ut habetur in dict. cap. *cum contingat*, et cap. *quamvis pactum*, *de pact.* lib. 6. juramentum, quod potest servari sine interitu salutis æternæ, servandum est; debet ergo servari, licèt verbo tenus præstitum: et istud crederem esse tenendum attenta dispositione juris canonici, et etiam hujus legis Partitarum: facit bonus textus in cap. *cum tempore*, *de arbit.* et cap. *ad aures*, *quod met. caus.* de promittente per fidem suam, et quæ ibi notat Abb. et dixi in l. 26. tit. 11. 3. *Partit.* ubi quòd solum homagium, dixi, quòd non sufficeret, vide ibi; ubi etiam quòd tale juramentum debeat esse tale, quòd concernat religionem Dei, ut etiam tradit Salicetus post Jacob. Butri. in dict. authent. *Sacramenta puberum*, col. 2. An autem exigatur, quòd minor jurans sit certioratus de beneficio restitutionis sibi competenti? Bart. et communiter Doctor. in dict. authent. *Sacramenta puberum*, tenent, quòd non, ut latè tradit ibi Jason. in 3. limitation. col. 14. et 15. allegatur ad hoc optimus textus in cap. *ex rescripto*, *de jurejur.* et vide latè per Alexand. 2. vol. consil. 222. et Bart. in l. 2. ad fin. col. 2. *C. de rescind. vend.* Abb. in cap. penult. col. fin. *de empt. et vendit.* licèt Dinus aliud voluerit, cujus fundamenta refert Albericus in dict. authent. *sacramenta puberum*, col. 3. et 4. dicit tamen Albericus, quòd communiter vidit servari, quòd contractus celebrati per minores cum juramento sunt reputati validi, etiam sine alia certioratione: sed quia opinio tanti doctoris, Dini scilicèt, est tot juribus fulcita, ad omne dubium tollendum dicit credere esse tutum, quòd in contractibus minorum adjiciatur, quòd certiorati fuerint, et quòd ita fecit in pluribus apponi. Adde etiam Bald. in l. 2. col. 6. *C. de rescind. vendit.* distinguentem, an intervenerit scientia tutoris vel curatoris, vel non: et non videtur à communi opinione recedendum, licèt ante factum tutum est, quod dicit Albericus; et in certioratione juris planè procedit. Quid autem de certioratione facti? Vide per Paul. de Castr. in quodam consil. incipit, *viso puncto*, et Decium cons. 403. circa fin. et an juramentum debeat intervenire in ipso contractu, vel sufficiat, quòd ante vel post præstetur? Gloss. in dict. §. *item sacramenta*, et in dict. authent. *sacramenta*, vult, quòd sufficiat quandocumque præstari, et vide per And. de Isern. in dict. §. *item sacramenta*; Alberic. dicit tutius esse quòd in ipso contractu interveniat, vel in continenti ante, vel post; vide per eum in dict. authent. *sacramenta*, col. 4. Crederem etiam ex intervallo præstitum tenere de jure, licèt tutum sit, quod dicit Albericus.

(7) *La postura.* Sive hinc inde oriatur obligatio, ut in contractibus propriè sumptis, sive etiam in contractibus impropriis, et sic in donatione, et aliis, ut tradit Gloss. in dict. authent. *Sacramenta*, super verbo *contractibus*, et tradit Alex. consil. 53. vol. 3. in 1. dubio, et Socin. consil. 279. 2. vol. Decius consil. 232. *diu admonendum*, in 2. dubio. Item procedit in distractibus, glossa singularis in l. 3. §. *contrario*, D. *de contrar. judic. tutel.* Bart. in l. *tutores*, §. *ab eo*, D. *de administ. tutor.* ubi de remissione actionis tutelæ, Bart. et Doctor. in dict. authent. *sacramenta puberum*, Alexand. in l. *Pomponius*, §. *præterea*, D. *de acquir. poss.* Item etiam in quasi contractu, veluti in aditione hæreditatis, et similibus, Glossa in dict. authent. *sacramenta*, ubi Jason. 19. col. ubi etiam extendit, etiamsi minor per se non contrahat, sed alii contrahenti assentiat cum juramento, allegat glossam, quam dicit valdè singularem, in authent. *de nupt.* §. *sed quod sancitum*, in verbo *neque scriptum*, et ibi Angel. col. fin. multum commendat. Item procedit etiam in omnia constitutione dotis super rebus immobilibus, secundum Bald. in l. *nulla*, *C. de jure dot.* Habet etiam locum in judiciis, Glossa, et communiter Doctores in dict. authent. *sacramenta*, et adde Bald. in l. unic. col. 14. *C. de confess.* et ibi vide, quid si jurat non revocare factum procuratoris. Valeret etiam manumissio servi inter vivos per puberem facta, licèt nondum habeat viginti annos, ut tradit Joan. Andr. referens Pileum in *addit. ad Specul.* in rubric. *de serv. non ordin.* Non tamen procedet hæc lex, si juramentum præstetur super testamentis vel ultimis voluntatibus, secundum Cyn. Bald. et alios in dict. authent. *sacramenta*, ubi Jason. in 13. limitatione.

(8) *Por razon de menor edad.* Quid si contractus esset invalidus alia ratione, quàm minoris ætatis, et simpliciter juravit non convenire, an possit contravenire? Glossa, quòd sic, in l. 1. *C. si advers. vendit.* unde non excluderet juramentum remedium ex l. 2. *C. de rescind. vendit.* ut tradit Alberic. alios referens in dict. authent. *sacramenta*; unde necesse est, ut omnia remedia tollantur, quòd minor juret non contravenire ratione minoris ætatis, neque alia quacumque ratione, ut tradit Bart. et Alberic. ibidem: et formam juramenti ad omne dubium tollendum ponit Alberic. ibi, col. penult. quæ talis est: talis profitens se puberem vendit Sempronio tale prædium spontè, et ex certa scientia prius certioratus de forma authenticæ *sacramenta puberum*, et juravit ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter tactis scripturis, se servare ipsum contractum inviolabilem, et non contravenire beneficio minoris ætatis, minoris pretii, vel aliquo alio modo, vel jure, quod dici vel excogitari possit. Tu vide pleniorem formam in l. 59. tit. 18. *Partit.* 3. et quæ ibi dixi, et in l. 16. tit. 11. ead. *Partit.* et vide etiam l. 56. tit. 5. *Partit.* 5. et quæ ibi dixi.

(9) *Deue ser guardada su jura.* Et contractus firmatur juramento, licèt de se esset invalidus, secundum opinionem Martin. communiter approbatam in l. 1. *C. si advers. vendit.* unde etiam tenebitur hæres minoris jurantis, ut declarat Paul. de Cast. in dict. authent. *sacramenta*, in princ. et col. 2. tradit etiam Abb. in cap. 1. *de jurejur.* lib. 6. ubi etiam notanter dicit, quòd etsi tollatur juramentum, quod firmaverat contractum, non per hoc rescindetur, neque corruet contractus, qui jam ex interpositione juramenti consequutus est firmitatem; vide ibi per eum. Quid autem si minor enormiter læderetur? Vide, quæ dixi in dict. l. 59. et dict. l. 56. et quæ tradit Decius consil. 403. penult. et fin. col. De aliis limitationibus ad dictam authenticam, et consequenter ad istam legem, vide Jason. in dict. authent. *sacramenta*, post Bartolum, ubi Jason. cumulat 14. limitationes: ibi poteris videre.

(10) *Otra vez.* Concordat cum l. 1. 2. et 3. *C. si sæpius in integr. restit. postul.* et an procedat, sive sit restitutio denegata, quia non fuit probatum de læsione, sive quia non fuit probatum de ætate? Vide per Bart. et Bald. in l. fin. *C. si minor. se major. dixer.* et per Paul. de Cast. in dict. l. 1. et 2. *C. si sæpius in integr. restitut. postul.* ubi Paul. tenet contra Bartolum: et rectè judicio meo, licèt Bald. et Angel. simpliciter sequuntur Bartolum; Salicetus sentit idem quod Paul. et pro hoc satis confert lex ista Partitarum, ibi: *si sentencia fuere dada contra el, porque no era assi como el querellaua*, quæ verba referuntur, tam ad ætatem, quàm ad læsionem: non obstat dicta l. fin. quia intelligenda est secundum intellectum Rapha. et Pauli ibi.

Juez, nin ante otro; fueras ende, si apelasse (11) de aquella sentencia, o si mostrasse razones nueuas (12), atales que gelas deuiessen recebir. Otrosi dezimos, que si el menor de veynte e cinco años mouiesse pleyto en juyzio con otorgamiento de su guardador, demandando a alguno, que era su sieruo; si fuesse dada sentencia contra el, en que fuesse dado por libre aquel a quien demandaua, non podria despues demandar restitucion (13) contra tal juyzio, por razon que era de menor edad quando mouio el pleyto. E esto es, por la mejoria que otorgan los derechos a la libertad (14). E aun dezimos, que si el pleyto, o la postura, de que demandasse restitucion el menor, fuesse fecho en tal manera, que todo ome de edad cumplida, e de buen entendimiento, la faria assi (15), e non deuia tenerse por engañado porende; que estonce non deue ser desfecho, por razon que lo fizo en tiempo que non era de edad. Porque siempre ha de prouar dos cosas (16) el que demanda restitucion: la primera, que era de menor edad a la sazon que fizo el pleyto, o la postura; la segunda, que la fizo a daño, e menoscabo de si.

LEY VII.

Como el menor puede desamparar la herencia que ouiere entrado, si entendiere que le es dubdosa.

Seyendo establescido por heredero el menor de veynte e cinco años, si entendiere que non le es prouechosa la heredad de tener, puede pedir al Juez, que le otorgue poderio para desampararla (1), maguer la aya entrada. Pero, quando esto ouiere de fazer, deue ser delante los acreedores (2) de la heredad, que sepan qual es la razon, por que la desampara. E estonce el Juez, si entendiere que es daño del moço en tener la heredad, deuele otorgar que la pueda desamparar, e tornar en el estado en que era de primero, poniendo en recabdo (3) primeramente todas las cosas, que pertenesciessen a la heredad.

LEY VIII.

Ante quien puede el menor demandar la entrega, e quando, e en que manera deue ser fecha.

Delante del Judgador ordinario (1) del

(11) *Apelasse.* Ad appellandum ergò restituetur, si tempus fuit elapsum. Et an qui restituitur ad appellandum, vel prosequendum appellationem, debeat probare, quòd foveat justam causam? Vide Bart. in l. *nam et postea*, §. *si minor*, D. *de jurejur.* col. fin. et Paul. de Castr. in l. fin. *C. in quibus caus. in integr. restit. non est necess.* col. penult. Alexand. consil. 55. vol. 5.

(12) *Razones nueuas.* Nota benè, et adde dict. l. 2. non igitur sufficerent probationes novæ, sed causæ novæ debent adesse, sive quæ allegatæ non fuerunt, vel de novo emerserunt, Glossa, et Salic. ibi; non ergo lex de Madrid, in cap. 20. *in Ordinam. de Madrid*, quæ jubet denegari aliam restitutionem ad opponendas exceptiones novas, procedet, quando de novo ex nova causa sint tales exceptiones ortæ, ut hic, et in dict. l. 2. *C. si sæpius in integr. restit.* cap. *pastoralis*, *de except.* Bald. in cap. 1. column. 5. *de milit. vasal. qui contum. est*, præsertim si læsio esset enormis, ut notat Bald. ibidem in fin. princ.

(13) *Restitucion.* Concordat cum l. fin. *C. si advers. libert.*

(14) *A la libertad.* Adde ad casus, quos posui in l. 4. tit. 5. 3. *Part.*

(15) *La faria assi.* Nota ista verba, et quæ sequuntur, ad intellectum et declarationem l. fin. *C. de in integr. rest.* de qua ista sumpta est. Doctores etiam aliter intelligunt dictam l. fin. et exemplificant aliquibus modis; vide ibi per eos: quia in effectu ista lex Partitarum etiam illam comprehendit.

(16) *Dos cosas.* Adde l. 2. suprà eod.

LEX VII.

Si minor est læsus, adversus hæreditatis aditionem, vocatis ad hoc creditoribus hæreditariis, restituitur. Hoc dicit.

(1) *Para desampararla.* Concordat cum l. 1. *C. si min. ab hæred. se abstin.* ubi vide per Azon. in summa, et debet fieri causa cognita, ut ipse ibi tradit, considerato non tantùm eo, sit lucrosa hæreditas, vel non, sed etiam eo, an intersit minoris litibus et sumptibus non vexari, l. *minoribus* 25. *annis*, D. *de minor.* Item eo considerato, an in hæreditate sint multæ mortales res, vel prædia ruinæ subjecta, l. *verum*, §. *si locupleti*, D. *de minor.* et poterit petere istam restitutionem, etsi adierit cum beneficio inventarii, ut etiam declarat Salicet. in dict. l. 1. ad fin. et in authent. *si omnes*, ad fin. habet namque minor petens restitutionem contra aditionem hæreditatis necesse probare se læsum ex aditione; quod etiam patet ex citatione creditorum, quæ hic requiritur, ut etiam tradit Paul. in authent. *si omnes*, *C.* eod. et expressius habetur in ista lege cùm subdit, *si entendiere que es daño del mozo*, et sic approbatur hic opinio Jacob. de Aret. et Odofred. et reprobatur opinio Guido. de quibus per Alberic. in dict. authent.

(2) *Los acreedores.* Concordat cum dict. authent. *si omnes*, ubi vide per Glos. et Doctores, quid de legatariis: et adde etiam l. *etiam*, §. fin. D. *de minor.* et de modo citationis præsentium et absentium, vide ibi signanter per Paul. de Castr. ubi etiam, an sufficiat generale proclama.

(3) *En recabdo.* Adde dict. authent. *si omnes*, et in corpore unde sumitur, ubi quòd illud quod periit propter imbecillitatem minoris, non restituitur à minore: et nota hic istum casum, in quo judex ex officio, etiam nemine petente debet providere, ne bona hæreditaria dissipentur.

LEX VIII.

Non solùm minor potest petere restitutionem, dum est intra ætatem 25. annorum, sed etiam intra quadriennium post: et etiam hæredes ejus intra dictum tempus possunt eam petere. Hoc dicit.

(1) *Ordinario.* Et intellige de judice rei, non actoris, l. 2. *C. ubi, et apud quem.* Sed an possit peti restitutio contra contractum in loco, in quo factus fuit, coram judice illius loci, si ibi reperiatur reus contra quem petitur? Bald. post Guilliel. de Cugn. dicit, quòd non, in dict. l. 2. quia licèt in loco contractus sortiatur quis forum, procedit, si agatur ad ejus observationem, non si ad ejus rescisionem,

lugar deue demandar el menor restitucion e entrega de los daños, e de los menoscabos que ouiesse rescebido en sus cosas, por pleyto que ouiesse fecho a daño de si, o por alguna de las razones sobredichas, que diximos en las leyes ante desta. E el Juez deue llamar ante si (2), la otra parte, a quien fazen la demanda, e si fallare que el pleyto, o la conoscencia (3), o el juyzio (sobre que demanda la entrega) que fue fecha a daño del menor, deuel tornar en aquel estado en que era ante; de manera, que cada una de las partes (4), aya en saluo su derecho, assi como lo auia primeramente. E esta restitucion puede demandar en todo pleyto, o conoscencia, que el ouiesse fecho a daño de si, o su guardador, o su abogado. E tal demanda como esta puede fazer el menor en todo el tiempo fasta que sea de edad cumplida de veynte e cinco años; e aun en quatro años (5) despues desso: e non solamente puede el menor fazer demanda fasta este tiempo, mas aun sus herederos (6).

LEY IX.

Como el menor puede demandar entrega de las cosas que perdiesse por tiempo.

Prescriptio en latin, tanto quier dezir, en romance, como ganancia que faze ome de alguna cosa por tiempo. E como quier que de tal razon como esta fablamos cumplidamente en la tercera Partida deste libro, en las leyes que fablan en esta razon. Pero dezimos, que las ganancias que se fazen por tiempo de veynte años, o dende ayuso, que non corre (1) ninguno destos tiempos contra los que son menores de veynte e cinco años, nin contra

et idem tenet Paul. de Castr. ibi; potest etiam causa restitutionis specialiter delegari à Principe, vel judice ordinario. Item coram delegato ad universitatem causarum potest peti restitutio, et etiam coram delegato causæ specialis, si læditur in aliquo actu, et sic restitutio venit incidenter, vide l. fin. et ibi Paul. *C. ubi, et apud quem*, et in cap. *suscitata, de in integr. restit.* et intellige istam legem de judicibus ordinariis habentibus certum tribunal, seu certum territorium; nam habentes jurisdictionem sine territorio non possent in integrum restituere, ut patet in dict. l. fin. et ibi Paul. qui ex hoc dicit, quòd coram Rectore scholarium non poterit peti restitutio. Item intellige, nisi sit talis judex ordinarius, qui habeat jurisdictionem sine administratione, qui non potest cognoscere nisi inter consentientes, ut sunt Judices cartularii, et Notari, qui hoc habent in privilegiis; iste enim non cognoscit de restitutione, Gloss. in dict. l. fin. neque etiam poterit peti restitutio coram arbitro, ut in dict. l. fin. habetur, ubi quærit Glossa, an possit compromitti, an quis sit restituendus? Et concludit, quòd sic; et cum Glossa tenet ibi Salicetus post Bart. quando de facto quis patitur se hoc modo conveniri. Bald. tamen reprobat dictum Glossæ, vide ibi per eos.

(2) *Llamar ante si.* Concordat l. 2. tit. 25. 3. *Part.* et quæ ibi dixi, cum concordantiis ibi positis.

(3) *Conoscencia.* Adde l. *certum*, §. *in pupillo*, D. *de confess.* et vide quæ habentur in l. 4. suprà, eod.

(4) *Cada una de las partes.* Adde l. 2. tit. 25. *Part.* 3. et quæ ibi dixi.

(5) *Quatro años.* Adde l. fin. *C. de tempor. in integr. rest.* Sed an cùm damnum sit eminentissimum, dabuntur minori triginta anni, prout dantur tali casu ecclesiæ, fisco, et reipublicæ, ut habetur in l. fin. infrà, eod. et notat Glossa in cap. 1. *de rest. in integr.* lib. 6. Videtur, quòd non, quia expressè cautum est hic de minore, ut tantùm detur quadriennium, et si propter damnum enormissimum aliud voluerat ista lex, expressisset, prout fecit in casu dictæ l. fin. Præterea est diversa ratio in minore, cui quadriennium non currat à die læsionis, sed completo 25. anno, ut hic et in dict. l. fin. Sed in contrarium facit, quia ideo ecclesiæ, et reipublicæ datur restitutio, quia utuntur jure minoris, ut in cap. 1. et cap. *auditis, de in integr. restit.* l. *Respublica, C. quib. ex caus. major.* et sic arguit Glossa in dict. cap. 1. quòd sicut post quadriennium non datur restitutio minori, sic neque ecclesiæ. Item, quia ratio eminentissimi damni ita militat in minore, sicut in ecclesia; et istud videtur æquius, ita tamen quòd tunc tempus triginta annorum computetur à die læsionis, ut in dict. l. fin. facit ad prædicta l. fin. in princ. *C. de indicta viduit. toll.* et quod per illam legem dicit Bald. in l. *filium quem habentem*, col. 12. *C. famil. ercisc.* et quod notatur per Gloss. et Joan. Andr. in cap. *ad nostram, de rebus eccles. non alien.* in gloss. super verbo *encenia*, ubi Glossa in fin. recitat opinionem illorum, qui dicebant, quòd etiam judicis officio succurratur his, qui ultra dimidiam justi pretii læsi sunt.

(6) *Sus herederos.* Adde l. 2. et quasi per totum, *C. de temp. in integr. restit.* et l. *non solum*, D. *de in integr. restit.* Et an beneficium restitutionis transeat in patrem, qui succedit filio in peculio? Vide Gloss. et Bart. in l. *pater*, D. *de castr. pecul.* privilegium tamen competens pupillo quia pupillus, non transit ad hæredem, vide l. *ex pluribus*, et ibi Bart. D. *de administr. tutor.*

LEX IX.

Præscriptio viginti annorum, aut infra, non incipit currere contra adultum, nisi in alterius persona præscriptio incepit, quia tunc continuatur in minore; sed restituetur ad tempus, quod contra eum currit: præscriptio autem triginta annorum, vel ultra, incipit currere contra minorem, sed restituetur adversus eam. Hoc dicit.

(1) *Non corre.* Et sic præscriptiones longi temporis, vel minoris, ipso jure à minoribus non incipiunt, ut hic, et in l. fin. *C. in quib. casib. in integ. restit. non est necess.* l. *etiam ei*, D. *de minor.* l. *bonæ fidei*, in princ. D. *de acquir. rer. domin.* juncta l. *non est ignotum, C. quib. non objicitur long. tempor. præscr.* non ergo hodie (licèt minori sit lapsum tempus ad solvendum tributum) res ejus incidit in commissum, cùm tale tempus non currat minori per istam l. et dictam l. finalem, et tenet glossa notabilis, et ibi vide Joan. de Plat. *C. de fund. patrim.* lib. 11. et in l. *si tutores*, et ibi Cyn. et Salicet. *C. de administr. tutor.* Alexandr. consil. 31. *ponderatis*, 5. vol. Limita primò istam legem in præscriptionibus conventionalibus, procedentibus ex contractu defuncti, sive præscriptio fuerit inchoata cum defuncto, sive cum minore ejus hærede, l. *Æmilius*, D. *de minor.* l. *ea quæ à patre, C. de restit. milit.* et tenent communiter Doctores in dict. l. fin. et intellige, quando nullum factum intervenit cum minore, sed sola mora, aliàs secùs, ut in l. *cum filius*, §. *in hac*, D. *de verbor. oblig.* l. 2. *C. si advers. vendit. pignor.* Dicit tamen singulariter Albericus in dict. l. fin. col. 4. circa fin. quòd in dicto casu dabitur minori restitutio in subsidium, argumento l. *properandum*, in fin. *C. de judic.* l. *cum mandato*, D. *de minor.* et cap. 4. §. *pupillus*, in authent. *de hæredit. et Falcid.* quod tu multùm nota, quia cæteri Doctores simpliciter dicunt isto casu currere præscriptionem cum effectu, et non dari restitutionem. Item limita in præscriptionibus testamentariis, ut in tem-

sus cosas, nin les empesce en ninguna manera, para perder alguna cosa de lo suyo por tal razon. E esto se deue entender, quando los tiempos de tales prescripciones comiençan a correr contra los menores, seyendo ellos nascidos. Mas si ante que ellos nasciessen (2), o fuessen establescidos por herederos de otros, ouiessen començado a correr (3) contra aquellos a quien los menores heredassen, estonce, bien correrian contra ellos, e empescerles yan. Pero podrian demandar restitucion (4) del tiempo, que contra ellos fuesse corrido mientra que eran menores. Mas las prescripciones que son de treynta años, o dende arriba, empecen a los que son menores de veynte e cinco años, e mayores de catorze años (5), e corren contra ellos; como quier que pueden demandar al Juez restitucion (6), que non pierdan nin-

pore à testatore præfixo, quia currit minori, datur tamen restitutio, ut in l. 3. §. *et si hæres*, D. *de minor.* vide quod notat Bald. in l. *pupillorum*, *C. de repud. hæredit.* Poterit etiam minor petere se restitui adversus præscriptionem conventionalem ortam à contractu defuncti ex capite ignorantiæ, ex clausula generali, *si qua mihi, etc.* secundum Bart. in dict. l. *Æmilius*, post medium coment. in 2. oppos. Francisc. Balb. in tractatu *præscription.* fol. 64. col. 1. vers. 2. *limita.* Item limita et secundò in præscriptionibus judicialibus, ut in tempore triennii, quo durat instantia causæ principalis, vel alio tempore per statutum assignato instantiæ causæ, nam currit minori, et non datur restitutio, nisi in subsidium, tutore vel curatore non existente solvendo. Similiter ei currit tempus datum ad appellandum, et ad prosequendum appellationem, Glos. in l. *auxilium*, D. *de minor.* datur tamen restitutio minori, etiam tutore vel curatore non existente solvendo, probatur in l. 1. et 2. *C. si sæpius, in integr. restit. postulet.* et ibi Bald. Bart. et Bald. in dict. l. fin. Francisc. Balbus in dict. suo tractatu, fol. 64. col. 4. vers. *prædicta conclusio*, et idem vult Angelus in dict. l. fin. Limita etiam in tempore statuto hæredi ad conficiendum inventarium; nam currit minori, salvo restitutionis beneficio, ut in dict. §. *pupillus*, in authent. *de hæred. et Falcid.* et vide circa istum §. quod dicit Bald. in l. *cum antiquioribus*, column. 3. *C. de jur. deliber.* Limita etiam in casu authenticæ *si minor*, *C. de tempor. in integr. restit.* et in tempore dato ad petendum bonorum possessionem, secundam Bart. in dict. l. fin. col. fin. Item limita in tempore anni præfixi ad petendum investituram, nam currit adulto, salva restitutione, ut in §. 1. vers. *prætereà si quis*, juncta glossa, et ibi Alva. et Præpos. *de prohib. feud. alien. per Freder.* Francisc. Balb. in dict. suo tractatu, fol. 65. col. 1. vers. *sic* 5. *fallit.* et ibi vide per eum de præscriptione statutaria; ubi col. 2. in princ. refert Claudium Aquensen. in l. *naturaliter*, fin. col. D. *de usucap.* dicentem, quòd communis conclusio est, quòd præscriptio statutaria currit contra minorem adultum tempore minoris ætatis, et dormit tempore pupillaris, per dictum vers. *præterea, si quis*, et intelligi videtur, sive tractetur de lucro, sive de damno, secundum Bald. Angel. et Paul. de Castr. in dict. l. fin. Fallit tamen ista conclusio, quando præscriptio statutaria succederet loco præscriptionis legalis, nam eamdem sortietur naturam; vide ibi per eum, versic. *fallit ista conclusio.* Adde etiam circa præscriptionem statutariam, quod dicit Bald. in l. *si mater*, *C. ne de statu defunctor.* et in l. 3. *C. quib. non objicitur long. tempor. præscript.* et in cap. 1. col. 3. *quo tempore miles*, et in §. *porrò, qualiter feud. alien. poss.* et in l. *omnes populi*, col. 10. D. *de justitia et jure*, et l. *cum notissimi*, col. 1. *C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Et de præscriptione retrahendi rem pro tanto per agnatum, vide Alberic. in dict. l. fin. col. 2. et Abb. in cap. *constitutus*, col. 3. *de in integr. restit.* ubi quòd currit minori, sed restituitur: sed tu vide l. 7. tit. 7. lib. 5. *Ordin. Regal.* ubi disponitur, quòd non detur isto casu restitutio. Quid autem de transcursu biennii, vel triennii dati emphyteutæ, an currat minori, vide Gloss. in l. *si tutoris*, *C. de administrat. tutor.* dum tenet, quòd non currat illud tempus minori: Albericus tamen post Ubert. in dict. l. fin. col. 3. vult contrarium; vide ibi per eum. Quid etiam si minor impetravit veniam ætatis, an currat contra eum præscriptio? Vide per Alberic. in l. *ea quæ*, vers. *quærit Ubertus*, *C. de tempor. in integr. restit.* ubi distinguit, quòd aut res, in qua currebat præscriptio, exigebat decreti interpositionem, et tunc mero jure non currit, quia in talibus venia ætatis nihil operatur; si verò non exigebat decretum, et præscriptio inchoavit ante veniam impetratam, et judici intimatam, et tunc non currat, quia pro minore adhuc habetur, ut in l. 1. et 2. *C. de his qui veniam ætat. impetr.* aut post, et tunc currat cum effectu sine restitutione, quia pro majore habetur. Item adverte, quòd in casibus, in quibus de jure veteri currebat præscriptio etiam legalis minori sine spe restitutionis, similiter et hodie curret, neque dabitur restitutio; sed difficile est investigare tales casus: vide per Paul. de Castr. in dict. l. fin. exemplificantem in actionibus prætoriis, quæ finiuntur anno, vel minori tempore, ut in redhibitoria, et quanto minoris: vide ibi per eum, et per Francisc. Bald. in dict. tractat. fol. 64. col. 3.

(2) *Nasciessen.* Licèt existerent in utero, ut in l. *etiam ei*, D. *de minor.*

(3) *A correr.* Approbat opinionem Azon. in summa, *C. in quib. casibus in integr. restit. non est necess.* quæ communiter approbatur, et reprobat opinionem Ubert. et Alber. Papien. et Jacob. de Are. qui dicebant non currere præscriptionem longi temporis, vel minorem minori, sive cœpta esset cum defuncto, sive cum minore, quia ita intelligebant dictam l. fin. per textum in l. fin. in fin. *C. si major. fact. alienat. sine decreta rat. hab.* quam dicit veriorem Alberic. in dict. l. fin. col. 2. dicens, ita de facto obtinuisse coram magnis peritis.

(4) *Restitucion.* Adde l. 1. *C. si advers. usucapion.* et l. *etiam ei*, D. *de minor.*

(5) *Mayores de catorze años.* Contra pupillum enim non currit præscriptio, l. *bonæ fidei*, D. *de acquir. rer. domin.* l. *sicut in rem*, ubi Glossa, *C. de præscript. 30. vel 40. annor.*

(6) *Restitucion.* Approbat opinionem Azon. et Joan. de qua in glossa finali dictæ l. fin. quæ est communis; benè tamen fatentur, quòd si præscriptio incepit à minore, vera sit opinio Alberici, de qua in dict. gloss. cùm compleri non possit præscriptio, nisi in ætate majori, et etiam quadriennio lapso restitutionis; et ideo non competeret restitutio, l. fin. *C. de temp. in integr. restit.* et ita tenet Alberic. in dict. l. fin. *C. in quib. caus.* col. 4. Angel. *ibidem* col. 1. et Alberic. in l. fin. vers. *denuo quæro*, *C. de tempor. in integr. restit.* Odofred. tamen relatus ab Alberico in dict. l. fin. *C. in quib. caus. in integ. restit.* dicit, quòd etiamsi præscriptio incipiat à minore, et sic solum compleatur in majori ætate, adhuc detur restitutio, quia cùm læsio ex præscriptione consummatur in majori ætate, quadriennium incipit currere à die consummatæ læsionis, argumento l. 1. §. *annus*, D. *quando actio de pecul. est annal.* et quòd quadriennium incipiat à completa præscriptione, tenent Bart. et communiter Doctores in dict. l. fin. *C. de tempor. in integr. restit.* quando tempus ex quo fuit causata læsio, fuit prius quadriennio, vel tantumdem; et si fuerit minus, tunc solum infra tantum tempus, quantum fuit tempus læsionis; vide per Bart. Bald. Ang. et Salic. in dict. l. fin. *C. de tempor. in integr. restit.* et per Francisc. Balb. in tract. *præscript.* fol. 63. col. 2. v. 2. *quæro.* Ecclesia tamen semper habet quadriennium integrum, licèt tempus læsionis fuit minus, ut in Clement. 1. *de in integr. restit.* ubi et Glossa voluit idem esse in privatis personis; sed præcedens opinio Legistarum est communis: ex lege tamen finali, infrà eod.

guna cosa, por todo el tiempo que fueron de menor edad, e han demas quatro años (7), segun que es sobredicho.

LEY X.

Como las Eglesias, e los Reyes, e los Concejos, pueden demandar restitucion, por aquellas mismas razones que los menores.

Porque los bienes de las Eglesias (1), e de los Reyes (2), e de los Concejos (3) se pier-

videtur approbari opinio Glossæ in dict. Clement. 1. vide ibi. Adverte tamen, quòd si præscriptio fuit cœpta in minori ætate, et completa in majori ætate, adhuc habet locum restitutio, ut dictum est; debet tamen intelligi, quando completa fuit in quadriennio, et sic emersit læsio in quadriennio, secùs si emersit post quadriennium continuum, quia cùm tunc restitutio orta denegaretur post ea, multo magis impeditur nativitas ejus, secundum Bart. in dict. l. fin. *C. de tempor. in integr. restit.* in fin. et sequitur ibi etiam Bald. in fin. dicens esse notandum.

(7) *Cuatro años.* Et à quo tempore currat quadriennium, vide in gloss. præced. et istud tempus ab initio est utile, unde non currit probabiliter ignoranti. Bald. in l. *falsum*, *C. si ex fals. instrum.* Jaso §. *rursus*, col. 16. *Instit. de action.* Francisc. Balb. ubi suprà, fol. 36. colum. 3. Alexand. consil. 63. col. 4. in 4. volum.

LEX FINALIS.

Non solùm minor, sed etiam ecclesia, Rex, vel communitas civitatis, vel loci, restituitur intra quadriennium à tempore læsionis, ut minor; sed si læsio in alienatione fuit ultra dimidium justi pretii, restituetur intra triginta annos à die alienationis computandos. Hoc dicit.

(1) *Eglesias.* Ecclesia respublica est, quia jus publicum consistit in sacris, et in sacerdotibus, l. 1. D. *de justit. et jur.* et ideò semper jure minoris servatur illæsa, cap. 1. cap. *auditis*, *de in integr. restitut.* Hostiens. *de restitut. in integ.* in summa, vers. *cui*, ad fin. et nota quòd potest ecclesia petere restitutionem contra contractum, vel nullitatem contractus, coram judice ecclesiastico, cap. *ad nostram*, et ibi Abb. *de rebus ecclesiæ non alien.* An autem possit peti in integrum restitutio per personam ecclesiæ, pro eo quod concernit suam dignitatem vel beneficium, vide Abb. in cap. *pro illorum*, in ultimo notab. *de præbend.* ubi refert notabile dictum Joan. And. in cap. *veniens*, *de transaction.* quòd si persona ecclesiastica contraxit, et obligatio sit personalis, veluti super fructibus, si in consequentiam læderetur ecclesia, poterit petere restitutionem in integrum, secùs ubi tamen læderetur persona quoad fructus, quos faciebat suos: et ibi etiam allegat glossam 2. in Clement. 1. *de in integr. restitut.* dum tenet, quòd ubi ecclesia non læditur, licèt lædantur personæ ecclesiæ, non competit restitutio. Poterit ergo capitulum alicujus ecclesiæ in bonis suis petere restitutionem in integrum, prout etiam firmat Innoc. in cap. *nisi*, *de præbend.* quando capitulum læditur in juribus suis, secùs si læderentur personæ singulares ipsius capituli, vel Episcopus in juribus competentibus personæ suæ, prout dixit prædicta glossa, et etiam Abb. in cap. 1. col. penult. *de in integr. restit.* similiter hospitalia, et alia loca pia gaudent hoc beneficio, secundùm Joan. Andr. in cap. 2. *de in integr. restit.* lib. 6. et in cap. *requisiti*, *de testam.* bonus textus in l. *omnia*, *C. de sacros. eccles.* Abb. in dict. cap. 1. col. penult. ubi dicit, quòd collegia non pia non gaudent hoc beneficio: subdit tamen, quòd gaudebit collegium scholarium, quia in eo sunt multi minores 25. annis: vide etiam Abb. in cap. *relatum*, el 1. *de testam.* in fin. Hospitalia verò privata, non constructa Episcopi auctoritate, non gaudent privilegiis piorum locorum, unde neque gaudebunt in integrum restitutione, neque præsidentes talibus hospitalibus privilegiis clericorum, neque relicta hospitali acquirentur sibi, sed Episcopus distribuet inter pauperes, Bald. notabiliter, in autent. *hoc jus porrectum*, col. 2. *C. de sacros. eccles.* vide per eumdem in l. *orphanotrophos*, in vers. *quæro*, *utrum lex*, *C. de Episcopo, et Cleric.* et notabiliter per eumdem in l. *si quis ad declinandam*, 12. et 13. col. *C. de Episcopis, et Cleric.* et notabiliter per Rochùm in tractat. *de jure patron.* fol. 18. et 19. et adde Abb. in cap. 2. *de consuet.* 2. notab.

(2) *Reyes.* Et nil mirum, si Regibus in regnis suis competat restitutio, quia apud eos est universalis respublica Romanorum, ut tradit Bald. in l. 3. *C. ad Trebell.* ubi dicit, quòd universalis respublica Romanorum non est nisi apud Imperium, et etiam apud Reges in suis regnis tantùm, et cùm respublica Romanorum hoc jus habet, ut in l. *Respublica*, ubi Gloss. *C. ex quib. caus. major.* sic etiam Reges debent habere; et ex hoc videtur malè dixisse Petrus, quem refert Alber. in dict. l. *Respublica*, quòd Rex Franciæ in causa sua, vel regni, non posset restitui. Idem etiam voluit Lucas de Penna in l. *cubicularios*, *C. de præpos. sacri cubiculi*, lib. 12. Cujus contrarium cavetur expressè in ista lege, et idem videtur probari de jure antiquo, ut habetur in l. *rempublicam*, *C. de jure reipub.* lib. 11. intelligendo de republica Romanorum, quæ est hodie apud Imperatorem vel Reges, ut dixi. Et ut declarat Bald. in l. 1. *C. de hæredit. vel action. vendit.* duplex est patrimonium Regis, unum quod appellatur Fiscale, puta introitus, et exitus cameræ fiscalis; aliud appellatur totius patrimonii regalis, et quæ sunt in æterno patrimonio Regis; et in utroque patrimonio intelligerem legem istam, cùm indistinctè loquatur, et militet eadem ratio; et facit l. fin. *C. qui dar. tutor. poss.* et l. *cum servus*, §. *si verò Salustianos hortos*, D. *de legat.* 1. *C. de fund. patrim.* per totum, et quod ibi per Glos. in rubric. et non bene videtur dixisse Alberic. in dict. l. *Respublica*, cum concludit, quòd fisco non competat restitutio, dicens non subesse eamdem rationem in fisco, quæ in republica, quia respublica Romanorum est omnium caput et magistra, et facilius subest læsionibus, quàm fiscus; et quia fiscus, et respublica non sunt idem, ut patet *C. ne fiscus, vel respublic.* in rubrica, nam post imperium translatum in Principem à republica Romanorum, respublica absolutè sumpta est Fiscalis Imperii, vel Regis, ut dixit Bald. ubi suprà, et tenet etiam Salic. in dict. l. *Respublica*, in princ. Gloss. et ibi Bart. qui latiùs declarat, quando respublica, et fiscus sint idem, in rubrica, *C. de jur. fisci*, lib. 10. Habet etiam Princeps, et aliud, et tertium genus patrimonii, quòd appellatur privatum, quod habet etiam tanquam Titius, et non tanquam Princeps, seu Rex, ut tradit Alesand. 4. vol. consil. 6. l. *procurator*, et ibi Cyn. *C. de edend.* et in isto tertio patrimonio non videtur, quòd procedat hujus legis dispositio, et posset procedere, quod Petrus relatus ab Alberico dixit, et hujus sententiæ fuit Lucas de Penn. ubi suprà, dicens, quòd Rex non ratione suæ personæ, sed ratione reipublicæ, quam sustentat, eamque procurat et servat, tali beneficio gaudet, et quòd si aliàs in speciali contractu, qui commoda vel incommoda reipublicæ non respiceret, ipse Rex, seu ejus camera læderetur, non esset restituendus, argumento l. *famosi*, §. *hoc tamen*, D. *ad leg. Jul. majest.* et cap. *qui sincera*, 45. dist. Et facit ad prædicta, quod notat Angel. per textum ibi, in authent. *ut cum, de apell. cognosc.* §. *si unum*, col. 8, in 1. notab. quòd fiscus poterit se restituere contra non confectionem inventarii, æquiparando fiscum minori facit l. 1. *C. de senten. advers. fisc. lat. retract.* lib. 10. Et an Regina, Regis uxor, gaudeat isto beneficio, Lucas de Penn. ubi suprà, movet istam quæstionem, et quòd alias ita fuit pronuntiatum in favorem dominæ Sanciæ Reginæ, relictæ quondam inclyti Regis Roberti, cùm decepta foret in venditione castri montis Albani; ipse tamen concludit quòd non gaudeat Regis uxor tali beneficio.

(3) *Concejos.* Approbat opinionem Azon. in summa, *C. si advers. usucapion.* in fin. et Gloss. in l. *Rempublicam*,

den, o se menoscaban, por culpa de los que los han a procurar, o por engaño de los otros. E porende fue establescido antiguamente, que tales bienes ayan aquel preuillejo, e aquella mejoria que han las cosas de los menores de veynte e cinco años. Onde los que han en poder (4), e en guarda, las cosas sobredichas, pueden demandar restitucion sobre cada vna dellas, quando se menoscabassen por tiempo, o por engaño, o por negligencia de otri. E esto pueden demandar desde el dia que recibieron el engaño, o el menoscabo, fasta quatro años (5). Pero si el menoscabo fuesse tan grande, que montasse de mas de la meytad del precio (6), que valia alguna de las cosas sobredichas que fuesse enagenada (7), estonce

C. de jur. Reipublic. lib. 11. et Guido de Suza, Jacob. de Aret. et Dyn. et Ubert. et Alberic. Papien. et Odofred. et aliorum, de quibus per Joan. Andr. *in addition. ad Specul.* tit. *de restit. in integr.* §. *quis autem*, col. 6. et per Alber. in l. *Respublica*, *C. ex quib. caus. major.* et reprobat opinionem Glossæ in dict. l. *Respublica*, ubi etiam Petr. et Cyn. et Innoc. in cap. 1. *de in integ. restit.* et tradit Specul. in dict. §. *quis autem*, col. 6. vers. *idem, quoque juris est in republica*, ubi ipse dicit, quòd universitates pistorum, cerdonum, et hujusmodi, non restituantur, vide Bal. in l. 1. *C. etiam per procuratorem causam restitut.* In republica tamen civitatis vult, quod posset restitui; et opinio quæ approbatur hic, secundum Alberic. in dict. l. *Respublica*, communiter approbatur, et de facto servatur, quia de facili subsunt læsionibus, et quia et aliæ civitates ultra Romanam reguntur per administratores, et sæpè per baratores; de stricto tamen jure credere se dicit Alberic. contrariam opinionem esse veriorem: tene ergo menti istam legem Partitarum, cujus opinionem tenet etiam Bart. Bald. Salicet. et alii in dict. l. *Respublica*, concludentes, veram et communem opinionem esse, quod omnis civitas, vel quodlibet castrum, gaudet privilegio reipublicæ, et debet restitui in integrum, sicut respublica, dummodo tale castrum, vel villa habeat multitudinem hominum, et regatur per suos administratores, et tractet negotia sua, tanquam communia, non ut privata, licèt sit parva universitas, et licèt talis civitas sit supposita alicui domino, vel Principi, et ita approbatur hic: et adverte, quod respublica juvatur in multis, ut pupillus; in multis plus, quam pupillus; in multis minus, quam pupillus, vide latè Joan. de Plat. in l. *Rempublicam, C. de jur. Reipublic.* lib. 11.

(4) *Los que han en poder.* Habes hic, quod syndicus universitatis absque alio speciali mandato potest petere restitutionem; adde Bald. in l. 1. *C. etiam per procurat. causam restitut.* et Joan. de Plat. in l. *Rempublicam*, *C. de jur. Reipublic.* lib. 11.

(5) *Quatro años.* Concordat cum cap. 1. *de in integ. restit.* lib. 6. et Clement. 1. eod. tit. glossa finalis in dict. l. *Respublica*, et ibi Bart. et Doct. et in l. *Rempublicam*, ubi Joan. de Plat. *C. de jure Reipublic.* lib. 11. et probatur etiam hic, quod etiam contra præscriptionem datur ecclesiæ beneficium restitutionis intra quadriennium à die completæ præscriptionis, quæ erat quæstio antea dubia, ut tradit Abb. in cap. 1. col. penult. et fin. *de præscrip.* et in cap. *tum ex litteris*, col. 5. *de in integ. restit.* et vide Gloss. in authent. *de ecclesiastic.* tit. §. *pro temporalibus*, collat. 9. et istud quadriennium est à principio utile, ut patet in dict. cap. 1. *de in integ. restit.* lib. 6. et ponderat Abb. ubi suprà, col. fin. hoc etiam tenet Francisc. Balbus *in tractatu præscription.* fol. 43. col. 2. et contra lapsum hujus quadriennii non datur restitutio, quia aliàs esset procedere in infinitum, Abb. ubi suprà; et vide l. 7. tit. 29. et quæ ibi dixi, 3. *Partit.* Et à quo tempore incipiat currere istud quadriennium, quando ecclesia, vel respublica petit restitutionem, quia non probavit in termino, vide per Abb. in cap. *coram*, ad fin. *de in integ. restit.* hodie verò provisum est circa hoc per ll. et Ordinationes de Madrid, restringentes tempus, in quo petatur.

Propiamente es dicha acusacion (1), profaçamiento que vn ome faze a otro ante del Judgador, afrontandolo de algun yerro, que dize que fizo el acusado, e pidiendol, que le faga vengança del. E tiene grand pro (2) tal acusacion a todos los omes de la tierra comunalmente. Ca por ella, quando es prouada, se escarmienta derechamente el malfechor, e recibe vengança aquel que recibio el tuerto. E demas, los otros omes que lo oyeren, guardarse han despues de fazer cosas, por que puedan ser acusados. E son dos maneras de acusacion. La primera es, quando alguno acusa a otro de yerro, que es de tal natura (3), que si lo non pudiere prouar, que deue auer el acusador la pena que deue auer el acusado, si le fuesse prouado. La segunda es, quando el acusador es tal persona, que maguer non prouasse el yerro de que ouiesse acusado a otro, non caeria porende en pena, assi como adelante (4) se demuestra.

LEY II.

Quien puede acusar, e a quien.

Acusar puede todo ome (1) que non es defendido por las leyes deste nuestro libro. E aquellos que non pueden acusar, son estos (2):

accussatore, ut in cap. *evidentia*, *de accusat.* et vide textum notabilem in l. *si quis filio exhæredato*, §. *hi autem omnes*, D. *de injust. rupto.* Adde etiam circa istos modos procedendi textum et ibi Abb. in cap. *qualiter et quando*, el 2. *de accusat.*

TITULUS I.

LEX I.

Per accusationem punitur maleficium, recipitque vindictam injuriatus; et prodest ut alii à maleficiis caveant: et est duplex accusatio: una est, ex cujus probationis defectu accusator punitur similitudine supplicii; alia, ex qua sic non punitur. Hoc dicit.

(1) *Acusacion.* Sumpta est ista diffinitio à summa Azon. *C. qui accusare non poss.* in princ. quam et retulit Gandinus in princ. sui tract. *malefic.* et Ang. Aret. in suo tract. in parte *neque non ad querelam*, in princ.

(2) *Grand pro.* Imo et necessaria videtur accusatio, cum sine accusatore nemo puniatur, l. *rescripto*, §. *si quis accusatorem*, D. *de muner. et honor.* l. 3. *C. qui accusar. non poss.* cap. *de manifesta*, 2. quæst. 1. et cap. *qui potestatem*, 20. quæst. 4. et hoc est regulare; aliquando tamen per inquisitionem sine accusatore proceditur in pluribus casibus, de quibus per Gloss. et Bartol. in l. 2. §. *si publico*, D. *ad leg. Jul. de adulter.* per Gandin. in princ. sui tractat. *malef.* cap. 1. et per Angel. Aret. in suo tract. *malefic.* in parte *hæc est quædam inquisitio*: tu vide et adde, quæ dixi in l. 3. tit. 17. *Partit.* 3. et vide infrà eod. l. penult.

(3) *De tal natura.* Sed cur hoc dicit lex ista, cùm in omnibus criminibus habeat locum inscriptio ad pœnam talionis, ut notat Glossa et Bart. in l. *levia*, D. *de accusationibus*? Videtur, quòd hoc dicat propter ea, quæ notantur in l. *athletas*, §. *calumniator*, D. *de his qui notant. infam.* in gloss. magna, vel dic, propter ea, quæ tradit Hostiens. in summa, isto tit. vers. *qualiter*, ubi ponit decem casus, in quibus non est necesse inscribere; vide quæ dicam infrà eod. in l. 26.

(4) *Adelante.* Infrà eod. l. 26.

LEX II.

Quilibet qui à jure non prohibetur, admittitur ad accusandum, et qui prohibentur, ponuntur in ista lege. Hoc dicit.

(1) *Todo ome.* Concordat l. *qui accusare*, D. eod.

(2) *Son estos.* De istis, et aliis vide per Specul. tit. *de accusator.* §. 1. per totum, et per Gandin. in dicto suo tract. cap. 1. et 2. et per Angel. Aret. in tract. *malefic.* in parte *neque non ad querelam.*

la muger (3), e el moço que es menor (4) de catorze años, e el Alcalde (5), o Merino, o otro Adelantado que tenga oficio de Justicia. Otrosi dezimos, que non puede acusar a otro, aquel que es dado por de mala fama (6), nin aquel que le fuesse prouado que dixesse falso

(3) *La muger.* Accusat tamen de morte mariti, l. 14. tit. 8. infrà, ead. *Partit.* l. *uxor*, et l. *Senatusconsulto*, *C. de his qui accus. non poss.* per Bart. et Angel. in l. 1. et 2. D. *de accusat.* ubi etiam, quòd accusat de morte filii spurii, et filia sacerdotis de morte patris, et nurus de morte soceri: et adde ad istam legem l. *qui accusare*, et ibi Gloss. D. eod. et l. *de crimine*, *C. de his*, *qui accus. non poss.* ubi videbis casus, in quibus mulier accusat: et per Specul. ubi suprà, versic. *item quod est mulier*, et cùm ibi dicit, quòd accusat de crimine dilapidationis, intellige, si sit suus Prælatus, ut declarat Angel. in dict. l. 2.

(4) *Menor.* Concordat cum dict. l. *qui accusare*, et cum l. 2. §. *pupillis*, D. *de accus.* Sed an adultus, major scilicet 14. annorum accuset? Communis opinio est secundum Bart. et Angel. in dict. §. *pupillis*, et Alex. in l. *de pupillo*, §. *si in publico*, D. *de novi oper. enuntiat.* quod poterit accusare, dummodo sit major viginti annorum, cùm et tunc admittatur in testimonium in causa publici judicii, ut in l. *in testimonium*, D. *de testib.* et suprà 3. *Partit.* tit. 16. l. 9. et intellige, dum tamen accuset cum auctoritate curatoris, quia aliàs non haberet legitimam personam, ut *C. qui legit. person.* per totum. Bald. verò in l. 2. *C. qui accus. non poss.* col. penult. vers. *sed an potest*, dicit, quod adultus in propria injuria potest accusare cum auctoritate curatoris, per textum in l. *clarum*, *C. de auctor. præst.* sed non tanquam quilibet de populo, nisi sit major viginti quinque annis, quia jura populi non pertinet tueri ad minorem viginti quinque annis; neque habet vocem in legitimis actibus: et idem vult Angel. in dict. §. *pupillis*, quod nunquam admittatur adultus, nisi prosequatur suam vel suorum injuriam; nam aut accusabit solus, et non habet legitimam personam, ut suprà, et in l. *clarum*, *C. de auctor. præst.* aut cum auctoritate curatoris, et idem, quia talis auctoritas non est administratoria patrimonii adulti: et non potest curator auctorari, nisi circa ea, quæ pertinent ad administrationem patrimonii, ut in l. *in copulandis*, *C. de nuptiis*, unde secundum eum adultus non poterit accusare etiam cum auctoritate curatoris, etsi habeat viginti annos; nisi in illis casibus, in quibus et poterit pupillus; et hoc idem, non allegato Baldo, nec Angelo, tenet Salicetus in dict. l. 2. ubi latè istam quæstionem examinat, et respondet ad l. *qui cum major*, in princ. D. *de bonis libert.* quæ pro parte contraria induci potest, et pro ista sua opinione inducit l. *si maritus sit in magistratu*, §. *lex Julia*, D. *ad leg. Jul. de adult.* vide ibi per eum, nam loquitur satis benè. Azon. verò in summa, *C. qui accus. non poss.* column. 2. tenet indistinctè, quod adultus possit accusare cum auctoritate curatoris, nisi in crimine adulterii, in quo non potest accusare, præterquam ubi ejus thorus maculatur, et dicit speciale esse in isto crimine, per textum in dict. §. *lex Julia*: et idem tenet Gandinus in dict. suo tractatu, in rubric. *qui accusare non possunt*, et Angel. Aretin. in dict. suo tractat. in parte *nec non ad querelam*, cap. 7. ubi respondet ad illud, quod fuit motivum Glossæ, et Bart. et aliorum in dict. §. *pupillis*, quod minor viginti annis non admittitur in crimine publico ad testificandum: lex ista Partitarum non potest induci pro opinione ista, cùm nihil aliud disponat, quam dict. l. *qui accusare*, et dictus §. *pupillis*; nisi inducatur eo modo, quo Azon. inducebat, quia cùm solum reperiam prohibitum in pupillo, adultus remanet sub regula generali permissiva; ad quod tamen potest responderi, quod non possit assumi istud argumentum, ex quo expressè cavetur jure, minorem viginti quinque annis non habere personam legitimam standi in judicio, et quòd excludatur ex defectu roboris ætatis, prout habetur in dict. §. *lex Julia*: et cùm passus iste sit disputabilis, in quo reperitur tanta varietas, non esset recedendum in consulendo et judicando à communi opinione Glossæ et Bart. in dict. §. *pupillis*, præsertim cum ad motiva Angeli, et Salic. respondet Alexander in dict. §. *si in publico*, dicens, quod satis isto casu auctoritas curatoris videtur concernere negotium adulti; quia si minus legitimè institueret, et prosequeretur accusationem, posset adultus puniri, tanquam calumniator, l. 1. et ferè per totum, *C. de calumniator.* in casu verò quo pupillus vel adultus suam prosequatur injuriam, vel an alias admittatur, vide in l. 6. infrà eod.

(5) *El Alcalde.* Concordat cum l. *qui accusare*, in princip. D. eod. et l. *pars litterarum*, D. *de judic.* et l. *si maritus sit in magistratu*, in princ. D. *ad leg. Jul. de adult.* cap. *prohibentur*, 2. quæst. 1. et est ratio, quia est, seu esse posset terribilis adversario; vel quia ob hoc avocaretur à cura reipublicæ, Bart. in l. *si maritus*, §. *lex Julia*, D. *de adulter.* vel quia non posset puniri pœna talionis, ut tradit Angel. Aret. in tractat. *maleficiorum*, in parte *nec non ad querelam*, col. 8. et intellige de majoribus magistratibus, qui habent cognitionem meri et mixti imperii, nam minores accusare et accusari possunt, l. *nec magistratibus*, et ibi Gloss. D. *de injur.* l. *quemadmodum*, §. *magistratus*, D. *ad leg. Aquil.* Specul. tit. *de accusatore*, col. 8. vers. *sed quid de minoribus*: vide l. 11. infra eod. adverte etiam, quia et majores magistratus possunt accusare et accusari, si sunt perpetui, vel dubii, qui æquiparantur perpetuis, argumento, l. *sufficit*, D. *de condict. indeb.* l. *præsidis*, D. *de reb. credit.* tenet Alberic. in l. *senatusconsulto*, D. *de offic. præsid.* column. 3. et 4. et agetur tunc coram superiore, non coram ipso præside; quia aliàs esset magnum periculum in mora, quod cessat in annalibus propter moram modici temporis: et potest etiam et major magistratus intentare accusationem criminalem usque ad contestationem, ne perire posset per mortem, ut in dict. l. *Senatusconsulto*: ubi et Abb. et si causa esset talis, quòd non perpetuaretur per contestationem, posset procedi usque ad diffinitivam, l. *sed et si restituatur*, §. *sed et si dies*, D. *de judic.* Bart. in l. *marito*, §. *illud*, D. *de adult.* et qui dicantur majores, vel minores magistratus in ista materia, Ang. in dict. l. *nec magistratus*, vult, hoc relinqui arbitrio judicis, allegat Innoc. in cap. *sedes*, *de rescrip.*

(6) *Dado por de mala fama.* Concordat cum dict. l. *qui accusare*, et cum l. *criminis*, *C. qui accus. non poss.* et cap. *prohibentur*, 2. quæst. 1. cap. 1. ubi Gloss. *de accusat.* et intellige de infami infamia juris, non de infame infamia facti, nam ille non repellitur ab accusando, secundum Specul. tit. *de accusatore*, col. 8. vers. *item quòd est infamis*, Bart. et Angel. in dict. l. *qui accusare*, et satis probatur hic, cùm dicit, *dado por de mala fama*; admittitur tamen infamis infamia juris, si suam vel suorum prosequatur injuriam, ut infrà ista lege, l. *hi tamen*, et l. *is qui judicio*, D. eod. et in casibus exceptuatis, ut in l. *famosi*, D. *ad leg. Jul. Majest.* et in l. *mulier*, D. *de accusat.* et nisi contra suum accusatorem, secundum Bart. in dict. l. *qui accusare*, probatur in l. *is qui reus*, D. *de public. judic.* Habes etiam ex ista lege, cùm dicit *dado*, quòd criminosus etiam convictus de crimine, si non sit condemnatus, non repellitur ab accusando; non enim sola probatio criminis facit quem infamem infamia juris, l. *athletas*, §. *calumniator*, D. *de his qui notant. infam.* Gloss. et Doctor. in cap. *super eo*, et l. *de testibus*, et in cap. 1. *de exception.* et hoc de jure civili, secus de jure canonico, ex quo sufficit, quòd sit convictus, ut tradunt Joannes de Anan. et Doctor. in dict. cap. 1. Adverte etiam, quod cum ista lex generaliter loquatur, videtur dicendum, quòd damnatus ex contractu, ex quo sit infamis infamia juris, repellatur ab accusando, licèt Bald. in l. *in re mandata*, *C. mandati*, allegans Innoc. dicit, quòd minor est illa infamia, quæ descendit ex contractu, quàm quæ ex delicto. Et nota, quòd si tractaretur de obviando delicto committendo, infamis admitteretur ad denuntiandum, vel accusandum, Abb. post Gofred. in cap. *cum in tua*, *de sponsal.* similiter et repellitur infamis denuntiatione canonica, Spec. tit. *de denunt.* §. 2. vers. *sed nunquid infamis*, Joan. de Anan. in dict. cap. 1.

testimonio (7), o que rescibiera dineros (8) por que acusasse a otro (9), o que desamparasse por ellos la acusacion que ouiesse fecha. E aun dezimos, que aquel que ouiesse fechas dos acusaciones, non puede fazer la tercera (10), fasta que sean acabadas por juyzio las primeras. Otrosi dezimos, que ome que es muy pobre (11), que non ha la valia de cincuenta marauedis (12), non puede fazer acusacion. Nin los que fueren compañeros en algun yerro (13), non pueden acusar, el vno al otro, sobre aquel mal que fizieron de consuno; nin el que fuere sieruo (14) al señor que lo aforro (15); nin el fijo, nin el nieto (16), al padre, nin al auuelo; nin el hermano (17) a su hermano; nin el criado (18), o el seruiente, e familiar (19), a aquel que lo crio, o en cuya compañia biuio, faziendole seruicio, o guardandolo. Pero si alguno destos sobredichos quisiere fazer acusacion contra otros en

(7) *Falso testimonio.* Concordat cum dict. l. *qui accusare*, et l. *alii*, D. eod. et cap. *consanguineorum*, 3. quæst. 4. et limita nisi suam vel suorum prosequatur injuriam; vide infrà ead. l. et l. *hi tamen*, D. eod. et in criminibus exceptis, ut dictum est suprà: et nota, cùm dicit *probado*, quia non exigitur, quod sit de hoc condemnatus.

(8) *Dineros.* Concordat cum l. *is qui judicio*, in fine, et l. *qui accusare*, D. eod. et l. *eadem*, §. 1. et 2. D. *ad leg. Jul. repetund.* l. *generaliter*, et l. *veluti*, D. *de verbor. oblig.* cap. *concussionis*, 1. quæst. 1. et hoc est ratione præsumptæ calumniæ, ex quo sic per pecuniam acquisivit, secundum Gandin. in dict. suo tract. sub rubr. *qui accusare non poss.* seu ratione solitæ turpis negotiationis, secundum Ang. Aret. in dict. suo tract. in parte *nec non ad querelam*, col. 8.

(9) *Acusasse a otro.* Dinus quem refert Alberic. in dict. l. *qui accusare*, cùm ibi dicitur, *ob accusandum*, *vel non accusandum*, exponit, accusandum innocentem, ob non accusandum nocentem. Ego verò simpliciter intelligerem, sive detur ob accusandum innocentem, vel nocentem, sive ob non accusandum nocentem, vel innocentem, cùm ista lex, nec aliæ non distinguant, et militent rationes suprà proxima glossa dictæ.

(10) *La tercera.* Concordat cum dict. l. *qui accusare*, D. eod. et l. *cum rationibus*, *C. de his qui accusare non poss.* et tradit Specul. tit. *de accusatore*. col. 2. vers. *item quod non potest*, Angelus Aretin. in dict. suo tract. et parte *nec non ad querelam*, col. 6. et vide per Bart. in l. *hos accusare*, §. *lege Julia*, D. eod. ubi distinguit, an accusentur plures de uno et eodem delicto, seu diversis, eodem tamen tempore et facto commissis, et tunc etiam mille poterit accusare in uno libello; vide ibi notabilia exempla per eum, et per Angelum, qui dicit, quòd possunt eodem libello accusari productor testium, et testes, qui falsum dixerunt, licet non præcesserit consilium communicatum de dicendo falsum, licèt Martin. Silla. relatus à Joann. Andr. *in addition. ad Specul.* ubi supra, in additione incipienti, *ad intellectum*, aliter dixerit: si tamen vult accusare diversos, et de diversis criminibus, diversis temporibus commissis, tunc duos potest, ut hic, et in dict. l. *cum rationibus*, et l. *qui accusare*, non tamen uno libello, ut in dict. §. *lege Julia*, et in cap. *prohibentur*, 2. quæst. 1. per Gloss. Plures verò non posset accusare, nisi suam vel suorum prosequeretur injuriam, ut infrà eadem l. et dict. l. *cum rationibus*, et vide etiam ibi per Bart. quid si de hoc non opponatur. Judici verò inquirenti, an obest exceptio pluralitatis? Bald. in dict. l. *cum rationibus*, in fine, quòd non, quia in judice cessat suspicio turpis quæstus, l. *jubemus*, *C. ad leg. Jul. repetund.*

(11) *Muy pobre.* Concordat cum l. *nonnulli*, D. eod. et cap. *prohibentur*, et cap. *in primis*, 2. quæst. 1. præsumitur enim contra tales, quòd possunt de facili corrumpi, secundum Specul. tit. *de accusatore*, §. 1. col. 8. vers. *item excipitur*, ubi Joan. Andr. *in addition.* referens Rofredum dicit, quòd admitteretur, ubi ista ratio cessaret, et idem voluit Gloss. in dict. l. *nonnulli*.

(12) *Cincuenta marauedis.* Taxatur hic, quis dicatur pauper, imo et nimis pauper, et cùm lex taxat, standum est taxationi legis, ut hic, et *Institut. de succession. liber.* §. *sed nostra*; quando verò lex non exprimit, committitur arbitrio judicis, ut in authent. *præterea*, *C. unde vir et uxor*, qui habet arbitrari secundum qualitatem personarum, et facti; aliter enim dicitur pauper miles, et nobilis, quàm rusticus, et vilis; et aliter qui fidejubere debet in magna causa, quàm in modica, secundum Alberic. et Angel. in dict. l. *nonnulli*.

(13) *Compañeros en algun yerro.* Concordat cum l. *si filium*, *C. de liberali causa*, ubi vide per Gloss. et Bald. qualiter debeat formari ista exceptio; ne excipiens videatur crimen fateri. Accusat tamen particeps participem in crimine læsæ majestatis, falsæ monetæ, sacrilegii, hæresis, fraudatæ annonæ, dilapidationis sui prælati, simoniæ, et cùm latronem accusat, secundum Specul. tit. *de accusatore*, §. 1. col. 6. vers. *item repellitur qui fuit socius conjuncto*, vers. fin. et quod ipse notat in tit. *de testib.* §. 1. vers. *item quod socius*, Angel. in dict. l. *qui accusare*, in fin. vide quæ dixi in l. 21. tit. 16. *Partit.* 3.

(14) *Sieruo.* Dum est in servitute clarum est, ut in l. sequenti, quia pro nihilo reputatur, l. *quod attinet*, et l. *servitutem*, D. *de regul. jur.*

(15) *Al señor que lo aforro.* Concordat cum dict. l. *qui accusare*, in fin. D. eod. et puniuntur; si accusent, l. fin. *C. de his*, *qui accus. non poss.* vide in l. 3. tit. 2. 3. *Partit.* et vide in glossa sequenti.

(16) *Nin el fijo, nin el nieto.* Concordat cum l. *hi tamen*, §. 1. D. eod. in gravibus tamen delictis permittitur istis accusare, secundum Jacob. de Aren. Bart. et Alberic. et Angel. ibi; et intellige grave crimen secundum Angelum, cùm pater, vel patronus in filium, vel in libertum insævit; et dicitur patronus insævire, si cucurbitavit uxorem liberti, l. *si adulterium*, §. *liberto*, D. *ad leg. Jul. de adulter.* vide per Angelum Aretinum in dict. tractat. in parte *necnon ad querelam*, col. 9. vers. 21. *repellitur filius etiam emancipatus*, ubi intelligit, et limitat, quòd tunc isti pro gravi accusant, quando civiliter commodè agere non possent, l. 5. *C. ad leg. Cornel. de falsis*, tenet etiam Salicetus in l. *iniquum*, *C. qui accusare non poss.* Quid autem è contra si pater, vel avus accuset filium vel nepotem, vel patronus libertum? Specul. dicit fortè esse idem, in tit. *de accusatore*, §. 1. col. 10. vers. *item quod est libertus*, nisi quando accusaret de crimine in se commisso, l. *inauditum*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* l. *propter insidias*, *C. de his qui accus. non poss.* vide Specul. ubi suprà, vers. *item quod et frater.*

(17) *Nin el hermano.* De magno et capitale crimine intellige: et si faciat, pœna exilii plectendus est, l. *si magnum*, et l. *si sororem*, *C. de his qui accusare non poss.* et intellige etiam de fratre naturali, secundum Salicetum in dict. l. *si magnum*, ubi Alberic. et Angel. extendunt ad socios honestæ societatis, quæ vicem fraternitatis obtinet, l. *verum*, D. *pro socio.*

(18) *Criado.* Concordat cum l. *iniquum*, *C. de his qui accusare non poss.* ubi Glossa intelligit de nutritis, qui erant expositi, ubi Angelus istos vocat homines maledictos, qui, ut coluber contra rusticum, erigunt cervicem contra educatores.

(19) *Seruiente, e familiar.* Concordat cum l. penult. *C. de his*, *qui accusar. non poss.* vide textum, et quæ ibi dixi, in l. 6. tit. 2. 3. *Partit.*

pleyto de trayzion (20), que pertenesciesse al Rey, o al Reyno; o por tuerto, o mal, que ellos mesmos (21) ouiessen resecbido, o sus parientes fasta en el quarto grado (22); o suegro (23), o suegra, o yerno, o entenado, o padrastro de qualquier dellos, o los afforrados, o los señores que los ouiessen afforrado; estonce, bien puede fazer acusacion por cada vna destas razones sobredichas.

LEY III.

Como aquel que es sieruo non puede acusar a otro.

Contra ninguno non podria fazer acusacion el que fuesse sieruo, si non en casos señalados (1). El primero seria, quando alguno quisiesse acusar a otro, en razon de pan que alguno quissiesse sacar de la tierra contra defendimiento del Rey. El segundo es, si alguno encubre, o furta tributos, o los derechos del Rey. El tercero es, si alguno falsa su moneda. El quarto es, si alguno se trabajasse de fazer yerro, que tanxesse a la persona del Rey, o a perdimiento, o menoscabo de su Señorio; o si lo fiziesse por alguna de las razones que diximos en la tercera Partida deste libro, en el titulo (2) que fabla de los Demandadores. Ca estonce, bien puede acusar el sieruo, o la sierua, non tan solamente a los estraños, mas aun a su Señor mesmo, si ouiere fecho alguno destos yerros.

LEY IV.

Como aquel que es acusado, non puede acusar a otri, fasta que sea librado por juyzio de la acusacion que le es fecha.

Seyendo (1) alguno acusado delante del Judgador, de mal (2), o de tuerto que ouiesse fecho, non podria acusar a otro (3) por

(20) *Traycion.* Concordat cum l. *famosi*, D. *ad leg. Jul. Majest.* et l. *in quæstionibus*, et habes hic decisum, quod etiam infamis damnatus de publico judicio potest accusare de crimine læsæ majestatis, ut et voluit Bart. in dict. l. *qui accusare*, licèt Glossa voluit contrarium in l. *qui judicio*, D. eod. contra quam tenet Angelus Aretin. in dict. suo tractat. in parte *che ay tradito la patria*, column. 2. vers. *quæro quis possit*: et adde ad istam legem Speculat. tit. *de accusatore*, circa fin. vers. *in summa.*

(21) *Ellos mesmos.* Concordat cum l. *hi tamen omnes*, D. eod. et cap. *omnibus*, 4. quæst. 6. et 2. quæst. 1. cap. *prohibentur.*

(22) *Quarto grado.* Gloss. in l. *si fœmina*, *C. ad Turpill.* dicit usque ad septimum: unde fortè dicendum est, quòd computatio ista fiat secundum jus canonicum, ut dixi in l. 11. tit. 16. 3. *Partit.* ubi similiter dixit illa lex de quarto gradu in materia cui ista proportionatur, juxta ea quæ tradit Angelus Aret. in tract. *maleficiorum*, vers. *necnon ad querelam*, col. 12. vers. *quæro ergo qui continentur*, et Specul. tit. *de accusatione*, §. 3. *videndum*, vers. *suorum autem*, et vide ad istam legem infrà eod. l. 26. ubi enumerat eos qui continentur appellatione suorum.

(23) *Suegro.* Adde l. 2. in princ. D. *de accusat.* conjuncta l. 4. cum l. sequenti, D. *de testib.* ubi et habetur de his qui sequuntur.

LEX III.

Servus non potest accusare nisi ob annonam contra Regis prohibitionem extra regnum portatam; vel ob tributum, aut jura Regis occultata; vel ob falsam monetam; vel ob delictum contra Regis personam, vel regni detrimentum commissum, et in aliis casibus positis 3. *Partit.* tit. 2. l. 9. Hoc dicit.

(1) *Casos señalados.* Concordat l. *vix certis*, D. *de judic.* et l. *famosi*, *C. ad leg. Jul. Majest.*

(2) *En el titulo.* Vide dict. tit. 2. l. 8. 9. et 10.

LEX IV.

Non potest accusatus, pendente accusatione, alium accusare de minori, vel æquali crimine, nec etiam ea finita, si ad mortem vel perpetuum exilium sit damnatus; sed si suam injuriam, vel suorum prosequitur, potest accusare; vel si exilium sit temporale. Hoc dicit.

(1) *Seyendo.* Quid autem si duo vicisim simùl concurrunt ad accusandum? Dicit, quòd tunc unusquisque eorum admittendus est, si aliud non obsistat propter temporis paritatem, secundum Angel. in l. 1. in 1. conclusione, *C. qui accusar. non poss.*

(2) *De mal.* Cùm generaliter loquatur, intellige, etiamsi accusatus sit de crimine, ex quo non irrogetur infamia, etsi damnaretur, secundum Joan. de Imol. in l. *is qui reus*, in princ. D. *de public. judic.* contra Angel. ibi, vide ibi rationem per eum.

(3) *Acusar a otro.* Concordat cum l. *neganda*, *C. de his qui accusare non poss.* et l. *si quis reus*, D. *de public. judic.* et 3. quæst. 11. cap. *neganda*, et adde l. 4. tit. 10. 3. *Partit.* et procedit hoc etiam ante nomen rei receptum inter reos, secundum opinionem Azon. quæ est communis, sive velit accusare extraneum, sive suum accusatorem; nam de pari vel minori crimine non poterit, nisi suam vel suorum prosequatur injuriam, de majori sic: tamen Angel. in dict. l. *si quis reus*, et in l. 1. *C. qui accus. non poss.* indistinctè tenet, quòd possit de quocumque crimine: procedit ergò dispositio hujus legis, et dictæ l. *neganda*, ante, et post nomen rei receptum inter reos, ut declarat Joan. de Imol. in dict. l. *si quis reus*, col. 4. et 5. Interdum tamen admittitur accusando de pari crimine, puta in odium committentis lenocinium, quo etiam casu admittitur excipiendo, et exceptio habet effectum necdum repulsivum, sed etiam punitivum, ut in l. 2. §. *si publico*, D. *ad leg. Jul. de adult.* et per Joan. de Imol. in dict. l. *si quis reus*, col. 17. et 18. Si verò velit accusare post nomen receptum inter reos, non ad finem procedendi, sed ut supersedeatur prima accusatione pendente, et potest tam de majori crimine, quàm de pari, vel minori; et etiam si suam non prosequatur injuriam, et tam adversus extraneum, quàm etiam adversus accusatorem, ut in dict. l. *neganda*, dummodò faciat ante conclusionem in causa. Si verò velit post nomen sic receptum accusare ad finem, ut in causa procedatur, et tunc, aut vult accusare extraneum, aut suum accusatorem; si extraneum, non potest regulariter, fallit tamen, si accusat suam, vel suorum injuriam, et si accuset de pari, vel minori crimine, ut in dict. l. *neganda*, et hic: item fallit nisi accuset de majori crimine, etiamsi non prosequatur injuriam, maximè si crimen fuisset commissum post nomen rei receptum inter reos. Si autem velit accusare suum accusatorem de majori crimine, et non potest, etiamsi vel suorum prosequatur injuriam, dummodò crimen fuerit commissum ante nomen rei receptum inter reos, secùs si fuerit posteà commissum, secundum Joan. de Imol. in dict. l. *si quis reus*, super gloss. 2. col. 7. Si verò velit accusare suum accusatorem de pari, vel minori crimine, tunc idem dicendum, ac si accusaret extraneum; hæc sunt

razon de yerro, que fuesse menor, o ygual (4), de aquel de que lo acusasse, fasta que fuesse acabado el pleyto (5) de su acusacion. Fueras ende, si lo ouiese a fazer sobre tuerto que ouiessen fecho a el mesmo (6), o a alguno de los suyos, de que fezimos enmiente en la tercera ley ante desta. Otrosi dezimos, que si alguno fuesse acusado sobre yerro (7) que ouiesse fecho, e despues de la acusacion, le prouassen que lo fiziera, e diessen sentencia contra el de muerte, o de desterramiento para siempre (8), que de alli en adelante non podria acusar a otro (9). Fueras ende, si lo ouiesse a fazer sobre yerro que conuiniesse a si mesmo, o a los suyos. E aun dezimos, que el acusado contra quien fuesse dada sentencia, como diximos en esta ley, non podria despues acusar a aquel que lo acuso, sobre fecho ageno. Mas si la sentencia que diessen contra el, non fuesse de muerte, nin de desterramiento

dicta Joan. de Imol. in dict. l. *si quis reus*: et quia materia est diffusa, et Doctores variè loquuntur, cùm casus occurrerit, latiùs perscrutare; nam Bart. in dict. l. *si quis reus*, et Salic. in dict. l. *neganda*, volunt, quòd possit reaccusare suum accusatorem de majori crimine, etiam commisso ante nomen rei receptum inter reos; in quo articulo Imola tenet contrarium, et videbis per eum in dict. l. *si quis reus*, col. 7. vers., *et per prædicta*: item et Angelus de Perusio in dict. l. *si quis reus*, et in l. 1. *C. qui accus. non poss.* et Angelus Aret. in tract. *maleficiorum*, in parte *necnon ad querelam*; in aliquibus tamen deviant à prædictis, ideo tu latius cogitabis, nam propter varietatem opinionum, et quia per ista dicta Imolæ reducuntur variæ ll. ad concordiam, dicta sua hic posui, et vide dict. l. 4. tit. 10. 3. *Partit.* An autem in casibus, quibus non potest reaccusare, possit officiam judicis implorare, ut crimen puniatur? Glossa, quòd sic, in dict. l. *si quis reus*, per l. 1. *C. de calumn.* quam approbat ibi Angelus: tenet etiam Gloss. in l. 1. *C. qui accusare non poss.* ubi Angel. col. penult. limitat, et intelligit, quando defertur tale crimen, in quo judex ex mero officio posset procedere, illo vel alio non instigante, aliàs secùs; quia non est secundum eum idoneus promotor inquisitionis, qui non esset idoneus accusator, et vide per Joan. de Imol. in dict. l. *is qui reus*, col. 12. Adverte etiam, quòd si accusatus ab accusato de hoc non excipiat, tenebit processus, secundum Bart. in dict. l. *si quis reus*, col. 5. vers. *quæro quid si ista exceptio*, per Gloss. in l. *reum criminis*, *C. de procurator.*

(4) *Menor, o ygual.* Poterit ergo accusare de majori, sive accuset extraneum, sive accusatorem; et planè procedit ante nomen rei receptum inter reos, cùm tunc nihil repugnet, et etiam post, si accusare velit extraneum; si verò vellet accusare suum accusatorem, post nomen rei receptum inter reos, non posset etiam de majori crimine, quia tali casu non potest sumi argumentum à contrario sensu, ex eo quia per propositionem majoris criminis resultaret exceptio dilatoria, l. *per minorem*, D. *de judic.* l. 1. *C. de his qui accus. non poss.* et l. fin. *C. de ordine judic.* et dilatoria non potest proponi post nomen rei receptum inter reos, l. *si maritus sit*, §. *præscriptiones*, cum concordantiis ibi positis, D. *ad leg. Jul. de adul.* et procedit hoc, etiamsi majus crimen, de quo tali casu accusaretur, esset præjudiciale ad primum; nec ad hoc obstabit dicta l. 1. *C. de his qui accus. non poss.* quia debet intelligi, secundum Glossam ibi, quòd ibi non erat receptum nomen rei inter reos; quam glossam approbat ibi Salicetus col. 5. et Bald. col. 2. Joan. de Imola in dict. l. *si quis reus*, D. *de public. judic.* col. 7. licèt contrarium voluit ibi Bart. et Angel. Et nota, quòd ex majoritate pœnæ cognoscitur majoritas criminis, glossa notabilis in dict. l. 1. et quando nomen rei dicatur recipi inter reos, vide per Bart. in dict. l. *is qui reus*, dum tenet hoc fieri per litis contestationem, et etiam ante, si oppositis dilatoriis exceptionibus contra accusationem Judex pronuntiet, procedendum esse ad ulteriora, non obstantibus objectis, ut in l. *adulterii accusatione*, *C. ad leg. Jul. de adult.* et dictum Bartoli defendit Joan. de Imol. in dict. l. *si quis reus*, col. 2. et 9.

(5) *Acabado el pleyto.* Lata enim sententia absolutoria, poterit accusare, ut in dict. l. *neganda*, et hic, nisi sententia sit suspensa per appellationem, secundum Angel. in l. 1. col. fin. *C. qui accus. non poss.* per l. *furti*, D. *de his quæ notant. infam.* et l. 1. D. *ad Turpill.* et idem si esset lata sententia condemnatoria de crimine, de quo non remanet infamis, secundum Joan. de Imol. in dict. l. *si quis reus*, col. 19. Bart. ibidem col. 6.

(6) *A el mesmo.* Non tamen propter hoc supersedebitur in accusatione prima, secundum Bart. et Salic. in dict. l. *neganda*, et est communis opinio secundum Joan. de Imol. in dict. l. *si quis reus*, col. 5. et procedit ista reaccusatio, etsi uterque prosequatur suam vel suorum injuriam, secundum Salic. in dict. l. *neganda*, et est communis opinio, secundum Joan. de Imol. in dict. l. *is qui reus*, col. 6.

(7) *Yerro.* De crimine publico intellige; nam si de privato tali, quòd non esset infamis, etsi damnetur, potest accusare, ut in l. *infamem*, D. *de public. judic.* et ibi Bart. Angelus Aret. in tractat. *maleficiorum*, in parte *necnon ad querelam*, col. 17.

(8) *De muerte, o de desterramiento para siempre.* Concordat cum dict. l. *si quis reus*: à contrario ergò, ubi minor pœna imponeretur, videtur permittere accusare etiam extraneum; sed dic, quòd non potest sumi tale argumentum, ex eo quod ista lex subdit in fine, cùm dicit, *a su acusador*: dic ergò, ut Glossa, et Bart. dicunt in dict. l. *si quis reus*, quòd si damnatus minori pœna remanet infamis, tunc poterit post sententiam, accusare suum accusatorem, ut et dicit in fine ista lex, non verò extraneum, si suam, vel suorum non prosequitur injuriam; si tamen ex condemnatione non remanet infamis, tunc poterit etiam extraneum: et adverte cùm hic dicit, *de muerte, etc.* in l. verò, *si quis reus*, dicit, cùm perdit libertatem vel civitatem, et sic de deportato, vel in metallum damnato, l. *aut damnum*, §. 4. et l. *quædam*, D. *de pœnis*, et l. *capitalium*, in princ. unde et illa lex suppletur per istam, ut idem sit in damnato ad mortem, nam et damnatus ad mortem perdit civitatem et libertatem, l. *qui ultimo*, D. *de pœnis*; ista etiam suppletur per illam, ut et idem sit in damnato in metallum, qui perdit libertatem et civitatem, ut in §. *maxima*, *Institut. de capitis dimin.* et licèt hodie non perdat libertatem per textum in authen. *sed hodie*, *C. de donat. inter vir. et uxor.* satis est, quòd perdat civitatem, ut dicit ista lex.

(9) *Acusar a otro.* De novo intellige, nam inchoatam potest prosequi per se, vel procuratorem, si casus sit, in quo procurator admittatur, Glossa, et Bart. in dict. l. *si quis reus*, per illum textum; et tali casu supersedebitur in executione pœnæ, etsi sit pœna mortis, secundum Bart. in dict. l. *si quis reus*, col. 6. contra Glossam ibi volentem, quòd quando pœna mortis imponeretur, non debeat supersederi in executione, per l. *cum reis*, *C. de pœnis*, et ut refert Joann. de Imol. in dict. l. *si quis reus*, colum. 22. dictum Dini, et Bartoli sequuntur communiter Doctores, et secundum Angel. ibi, poterit esse consilium accusato posito in carcere, qui vult sibi mortem differri, quod accuset accusatorem, vel alium de aliquo gravi crimine, nam sic supersedebitur in executione mortis, quod est notatu dignum, quod tamen consilium non prodesset, secundum Joann. de Imol. ibi, si appareat hoc fieri calumniosè ad finem differendi executionem, argumento l. *satis apertè*, *C. de fals.* Angelus tamen Aretin. in tractat. *malefic.* in parte *necnon ad querelam*, col. 18. tenet opinionem Glossæ, quam et tenuerunt Ricard. et Bart. de Saliceto in l. 1. *C. qui accus. non poss.* Alberic. post Din. in dict. l. *si quis reus*, in fine.

para siempre, mas para tiempo cierto, estonce bien podria acusar a su acusador (10).

LEY V.

Como los Merinos e los otros Oficiales pueden apercebir al Rey, de los yerros que se fazen en los lugares do biuen.

Apercebir pueden al Rey en su poridad los Merinos (1), e los otros Oficiales, de los yerros, e de los maleficios, que fueren fechos en aquellos lugares que ouieren de ver por el, como quier que non pueden acusar a ninguno, assi (2) como sobredicho es; e esto deuen fazer sin vanderia, e a buena fe (3). E porque podria acaescer, que alguno se mouera a fazer esto maliciosamente, por meter a los que quisiessen buscar mal, en daño de sus cuerpos, o de sus aueres, por malquerencia, o por algo que les diessen: mandamos, e tenemos por bien, que si tal malicia (4) fuer prouada contra alguno de los Oficiales, que aya tal pena, que auria aquel, si le fuesse prouado, que ouiesse fecho aquel yerro, o aquella malfetria, de que el apercibio al Rey; e demas, que peche al otro todos los daños, e menoscabos (5), que le vinieren por esta razon; e que sea creydo dellos por su jura (6) aquel que fuesse assi mezclado, asmando todauia el Rey la quantia del menoscabo sobre quel manda jurar.

LEY VI.

Como non puede ninguno ome acusar a otro por personero.

Por si mismo estando delante del Judga-

(10) *A su acusador.* Licèt damnatus remaneret infamis, permittitur hoc enim in ultionem, argumento l. *qui cum major*, §. *si libertus*, D. *de bon. libert.* et in dict. l. *si quis reus.* Et quid sit dicendum in ista materia hujus legis, vide per Joan. de Imol. in dict. l. *si quis reus*, col. 19. et 20. in princ.

LEX V.

Licèt officialis non potest accusare, ut suprà eod. tit. l. 2. veruntamen potest Regi secretè maleficia in terris suarum jurisdictionum commissa denunciare: sed si malitiosè denuntiet suplicii similitudine punitur, restituetque denuntiato damna, quæ advenerint super hoc contra denuntiatum, super quibus Regi taxationi stabitur, præmisso denuntiati juramento. Hoc dicit.

(1) *Los Merinos.* Sed cùm ipsi judices possunt de criminibus inquirere, et criminosos punire, ad quid hoc providetur de denuntiatione fienda Regi? Potest dici, quòd hoc sit, quia forte erat casus, in quo judex non poterat procedere per inquisitionem, veluti quia non præcessit fama publica, vel aliud, ut possit ad inquisitionem contra aliquem procedere; Rex verò posset, etiam non præcedente fama publica, procedere ad inquisitionem, ut dixi in l. 1. tit. 17. *Part.* 3. vel quia delinquentes essent alterius territorii, quos non possit ita habere, et sic necesse sit, ut denuntiet Regi; vel alias hoc esset necessarium, ut quia essent homines potentes. Et adverte, quia lex ista loquitur de denuntiatione, quæ fit per officiales; lex 27. infra eod. de ea, quæ fit per alios.

(2) *Acusar a ninguno.* Ut suprà eod. l. 2. habes ergo hic, quòd prohibitus accusare non prohibetur denuntiare, Bartolus tamen in l. *Divus*, la 2. D. *de custod. reor.* dicit, quòd prohibitus accusare, prohibetur et denuntiare; vide per Angelum Aret. in tractat. *malefic.* in parte *necnon ad denuntiandum*, col. 3. ubi vide de infami, an admittatur ad denuntiandum, et tetigi suprà eod. l. 2. allegans Speculatorem.

(3) *A buena fe.* Concordat cum his, quæ habentur in l. *Divus*, l. 2. D. *de custod. reor.*

(4) *Tal malicia.* Nota hoc verbum, quia non sufficeret ad pœnam, de quo hic, imponendam, omnis dolus vel culpa, sed debet esse talis malitia, ut fiat animo damnificandi denuntiatos in corporibus vel rebus, moti ex malevolentia, vel corrupti pecunia: et tene menti in hoc istam legem, nam de jure communi non reperitur hoc ita expressum. Et in ista materia, ut tradit Salic. in l. *ea quidem*, *C. de accusat.* col. 6. vers. 12. *quæro*, Doctores faciunt hanc distinctionem, quod si denuntiatores non probant, quia nec causæ assistunt, et causam deserunt, tunc propter desistentiam pœna Turpilliani puniantur, et ita procedit, et intelligitur l. *ab accusatione*, §. *nuntiatores*, D. *ad Turpill.* si verò non probant, quia testes denuntiantis non attestantur, et tunc si quæratur, an puniantur pœna talionis, et dicunt DD. quod non, per textum in dict. l. *ea quidem*, quæ non obligat eos ad inscriptionem. Si verò quæratur an extra ordinem puniantur, et tunc distinguunt, an calumnia sit præsumpta, vel evidens; si præsumpta ex probationum defectu, tunc, aut denuntiator est voluntarius, et puniendus est extra ordinem, nisi innocentiam suam purget, ut in cap. fin. *de calum.* ubi vide per Abb. casus, ex quibus excludatur præsumptio calumniæ, aut est necessarius, quia ex necessitate officii facit, et tunc non punitur de præsumpta calumnia; non enim officialis, seu syndicus constitutus ad denuntiandum tenetur, nisi de dolo, propter necessitatem officii, ut probatur in dict. l. *Divus*, et tenet etiam Bald. *in addition. ad Specul.* tit. *de accusator.* col. fin. Si verò calumnia est evidens, tunc punitur ad exemplum cæterorum, ut in dict. l. *Divus*, in fin. quod Bartolus ibi intelligit extra ordinem judicis arbitrio, et dicit Salicetus, quandoque posse judicem pœnam falsi injungere, attenta qualitate calumniæ, et doli, seu ejus circumstantiis, argumento l. 1. in 1. et 3. et 4. respons. D. *ad leg. Cornel. de fals.* Tu nota istam legem Partitarum punientem similitudine supplicii denuntiantem, licèt officialem, si calumniosè denuntiet alium, concurrentibus quibus dixi, et his cessantibus tenenda videtur prædicta distinctio; et adde huic legi l. fin. et quæ ibi dixi, tit. 17. 3. *Part.* et vide l. 27. infrà eod. et quæ ibi dixi.

(5) *Todos los daños, e menoscabos.* Adde dict. l. fin. tit. 17. 3. *Part.* et ibi dicta: et nota, quod licèt ubi conjectura facit pro denuntiante, ut excusetur à pœna calumniæ, non tamen tunc excusabitur ab expensis, secundùm Abb. consil. 78. incipit, *viso toto processu*, 1. volum. tradit Georgius Natam in Clement. *sæpè*, §. *quæ omnia*, col. 6. *de verb. signific.* et Hipp. Marsi in *practica*, §. *superest*, col. 2.

(6) *Por su jura.* Nimirum si contra talem dolosum juretur in litem, facit l. *si quando*, *C. unde vi*, l. *in actionibus*, §. fin. D. *de in litem juram.* l. 6. tit. 16. infrà ead. *Partit.*

LEX VI.

Accusare nemo potest alium per procuratorem: tutor tamen ob injuriam pupilli, aut suorum consanguineorum, pro quibus, si esset major, posset accusare, accusat nomine pupilli; nec punitur, si non probet, nisi cum malitiosè accusare probetur. Hoc dicit.

dor, e non por personero (1), deue cada vno a otro acusar. E otrosi aquel que es acusado, el por si mismo se deue escusar del yerro quel ponen. Pero guardador de huerfanos (2) bien puede acusar a otro en nome de aquel que ouiesse en guarda (3), en razon de vengança de yerro que tanxiesse al huerfano, o a sus parientes propincos; assi como sobre muerte, o desonrra del padre o de la madre, o del auuelo, o del auuela del huerfano, o por alguno de los parientes por quien el podria acusar (4) si fuesse de edad. E como quier que el guardador non pudiesse prouar (5) aquel yerro sobre que lo acusasse, non cae porende en pena, fueras ende, si prouassen contra el, que se mouiera maliciosamente a fazer la acusacion.

LEY VII.

Contra quien puede ser fecha acusacion.

Acusado puede ser todo ome, mientra biuiere, de los yerros que ouiesse fechos; mas despues que fuesse muerto (1), non podria ser fecha asusacion (2) del; porque la muerte desata, e desfaze, tambien a los yerros, como a los fazedores dellos (3), como quier que la fama finque. Pero en pleyto de traycion (4), que ome ouiesse fecho contra la persona del Rey, o contra la pro comu-

(1) *Non por personero.* Concordat cum l. penult. §. *ad crimen*, D. *de public. judic.* et cum l. *servum quoque*, §. *publicè*, D. *de procurator.* et l. 12. tit. 5. 3. *Partit.* ubi vide, quæ dixi.

(2) *Guardador de huerfanos.* Concordat cum l. 2. *C. de his, qui accus. non poss.* l. *Polla*, et l. *tutorem*, D. *de his quæ ut indign.* et idem dic in syndico universitatis, ut in l. *tam collatores*, *C. de re milit.* lib. 12. Gandinus in suo tract. sub rubr. *qui potest accusare*, et sub tit. *de homicidiariis*, vers. *item pone quæstionem*, et sub tit. *qui accus. poss.* vers. *sed pone quod universitas.* Specul. tit. *de accusatore*, in fine, Ang. et Bald. in dict. l. 2. ubi et Albericus per Bartol. *in Extravag. ad reprimendum*, in glos. super parte *legitimè*, per Joan. de Plat. in dict. l. *tam collatoris*, vers. *ut autem*, Bald. in l. *reos*, col. 7. *C. de accusat.* vers. *quid dicemus in syndico*, et ibidem vers. *quæro, an in criminali*, dicit, quod requiretur speciale mandatum, quia ista judicia criminalia sunt valdè pœnalia, et in istis pœnalibus requiritur speciale mandatum, l. 3. §. *si procurator*, D. *quod quisque jur.* ubi vide ejus additionem. Et an eo casu, quo accusat vel accusatur universitas, possit adversarius universitatis constituere procuratorem, vide per Lucam de Penna in dict. l. *tam collatores*, quod non: syndicus tamen collegii fabrorum, vel cerdonum, non poterit nomine collegii accusare, quia non gerit publicum officium, et non repræsentat rempublicam, secundum Bald. in dict. l. 2. Pater tamen non admittetur accusans ut legitimus administrator nomine filii, quia in publicis judiciis pater non est legitimus administrator, l. *inter liberas*, §. *filiusfamilias*, et ibi Glossa notabilis, D. *ad leg. Jul. de adult.* Ang. in dict. l. 2. col. 2. et in dict. §. *filiusfamilias*, ubi et vide quid si filiusfamilias agat in publico crimine, an debeat habere consensum patris: et adde in hoc de patre Baldum in dict. l. 2. col. penult. vers. *quid in patre.* Sed pone, quod tutor, vet curator pupilli vel adulti, est in longinqua Provincia, qui non venit, seu non potest commodè venire in Provinciam longinquam ad accusandum tutorio, vel curatorio nomine, an poterit tunc auctoritate judicis ordinari procurator, qui hoc faciat? Et videtur, quod sic, per textum, et ibi Bald. in 3. notab. in l. *cum et minores*, *C. si advers. rem jud.* ubi Baldus notat, quod idem operatur procurator legitimè ordinatus, quod tutor et curator; et per hoc subdit Baldus, quod sicut tutor et curator possunt auctoritatem præstare minori in judicio, ita procurator minoris legitimè ordinatus: et ex hoc dicto infert Hippolit. Marsiliensis in l. *de minore*, in princ. D. *de quæstionibus*, col. 8. vers. *et teneas semper menti*, quod si non fuit datus tutor minori in criminali, in casu quo requiritur quod sibi detur, tamen valet processus, si ipsi minori datus fuit, seu constitutus legitimè procurator.

(3) *En nome de aquel que ouiesse en guarda.* Vides hic expressum, quòd tutor potest accusare tutorio nomine pupilli, et sic approbatur opinio Ricar. Imol. Bart. Ang. et Salic. in dict. l. *Polla*, et per Bart. in l. 2. §. *pupillis*, D. *de accus.* et reprobatur opinio Gloss. in dict. l. 2. et in dict. l. *Polla*, dicentis, quòd debet tutor, vel curator accusare nomine proprio, et non nomine minoris; quam approbant Gandinus in suo tract. cap. 2. vers. *item accusasare prohibentur*, et Jacob. Butri. Bald. et Paul. de Cast. in dict. l. *Polla*: et istam dicit tutiorem formam Alberic. in dict. l. 2. scilicet ut concipiat tutor accusationem nomine proprio ad utilitatem pupilli: sed utraque forma erit bona, ut hic vides.

(4) *Por quien el podria acusar.* Ut suprà eod. l. 2.

(5) *Non pudiesse prouar.* Excusatur enim ratione officii à præsumpta calumnia, quia non probavit, ut hic, et in dict. l. 2. non tamen excusatur ab onere probationis; si enim nullam probationem induxisset, non excusaretur, quia in certis non est locus conjecturis, l. *continuus*, §. *cum ita*, D. *de verbor. oblig.* Bald. in dict. l. 2. col. fin. et satis probatur hic, cùm dicit, *non pudiesse prouar*: requiritur ergo, quod ex parte sua inducat probationes, quæ tamen si non sint sufficientes, excusatur à præsumpta calumnia; et adde quod habetur in l. 1. §. 2. D. *ad Turpill.*

LEX VII.

Quilibet potest accusari, si vivit; post mortem verò minimè, nisi ob proditionem contra Regem, aut bonum commune patriæ: aut similes, stipendiatus ad inimicos se contulit, vel est eis contra Regem auxiliatus, vel regnum: vel propter hæresim: vel si Regis officialis ex administratione aliqua bona subtraxit. Hoc dicit.

(1) *Despues que fuesse muerto.* Concordat cum l. *defuncto*, D. *de public. judic.* et l. *ex judiciorum*, D. *de accus.* et *C. si reus, vel accusator mort. fuer.* l. 1.

(2) *Acusacion.* Sive accusetur de crimine publico, vel privato, ut voluit Gloss. et Ang. in dict. l. *ex judiciorum*, Joan. de Imol. in dict. l. *defuncto*, ad fin.

(3) *A los fazedores dellos.* Errant ergò judices maleficiorum, qui in defunctos faciunt executionem pœnæ capitalis, ut hic, et in dict. l. *defuncto*, ubi Angelus quod mortuus delinquens non debet suspendi, vel decapitari; et quod si judices in contrarium faciant, tenebuntur in syndicatu, tanquam injuriam inferentes cadaveri, l. 1. §. *quotiens*, D. *de injur.* Dicit tamen ibi Joan. de Imol. quod contrarium de facto quandoque servatur in famosis latronibus; vide ibi per eum, et per Ang. et Jas. in l. 2. *C. qui testam. facere poss.* et per Aug. in l. unic. *C. ne ex delictis defunctorum.*

(4) *De traycion.* Concordat cum l. *ex judiciorum*, D. eod. et l. fin. D. *ad leg. Jul. Majest.* et §. 2. *Institut. de public. judic.* et erit tunc offerendus libellus hæredi volenti purgare et defendere memoriam defuncti, secundum Alberic. in dict. l. fin. et quo tempore expiret potestas accusandi memoriam defuncti, vide per Gloss. in l. *Manichæos*, *C. de hæretic.* et per Angelum Aret. in tractat. *maleficiorum*, in parte *che ay tradito la patria*, col. 4.

nal de la tierra, o por razon de heregia (5), bien puede ser acusado despues de su muerte. Esso mismo seria, si alguno ouiesse seydo Oficial del Rey, de aquellos que han a despender alguna cosa por el; o si fuessen de aquellos que han de coger, e recabdar sus rentas, e ouiesse ende furtado algo, o tomado (6) de otra guisa, por darlo a otro sin su mandado del Rey, o lo ouiesse metido en su pro del mesmo, e non del Rey; o si fuesse Cauallero de la Mesnada del Rey, que rescibiesse soldada del, e se tirasse de su seruicio (7), e se fuesse a los enemigos (8), o les ouiesse dado ayuda encubiertamente, o a paladinas, o en otra manera qualquier, en estoruo del Rey, o del Reyno; ca en qualquier destas cosas sobredichas (9) que alguno ouiesse errado, puede en vida, e despues de su muerte, ser fecha acusacion del.

LEY VIII.

Por quales yerros que el Oficial faze, puede ser acusado.

Qualquier Oficial, de aquellos que ha poder de judgar, o de cumplir la justicia por mandado del Rey que fiziesse tuerto a otro, por precio que le den, o dexasse de fazer otrosi lo que deuiesse, por algo que ouiesse rescebido, puede porende ser acusado en su vida, e despues que fuesse muerto (1). E esso mismo, dezimos, que pueden fazer a todos los otros que furtassen alguna cosa religiosa, o santa (2). Otrosi dezimos, que si alguna muger fuesse acusada, que se trauajaua de muerte de su marido (3), que maguer acaesciesse, que muriesse ante que el pleyto de la acusacion fuesse acabado; que bien pueden conoscer de tal pleyto despues de la muerte della, e dar sentencia contra ella, dandola por enfamada (4), si fallaren en verdad que fue en culpa. E aun dezimos demas desto, que todos los bienes que esta ouo, que fueron de su marido (5), deuen ser de la Camara del Rey. E la razon, por que pueden acusar a todos los que diximos en esta ley, e en la que es ante della, despues que son muertos, es esta; porque ellos son enfamados de tan guisados males que fizieron, e pues que en los cuerpos non les pudieron dar pena porende, que la den en los sus bienes, segun dize de cada vno destos yerros en las leyes desta setena Partida, que fablan en esta razon.

LEY IX.

Por quales yerros pueden ser acusados los menores, e por quales non.

Moço menor de catorze años, non puede ser acusado de ningun yerro quel pusiessen, que ouiesse fecho en razon de luxuria (1). Ca, maguer se trabajasse de fazer tal yerro como

(5) *Heregia.* Adde l. *Manichæos*, *C. de hæretic.* et l. 2. et l. *apostatarum*, *C. de apostat.* et dicit Alberic. in dict. l. 2. quod etiam centenaria præscriptio non impedit cognitionem et pronuntiationem super crimine hæresis contra defunctum, allegat cap. fin. 24. quæst. 2. et alia, quæ videbis ibi per eum: et vide quæ habentur in cap. 1. *de præscrip.* lib. 6.

(6) *Furtado algo, o tomado.* Concordat cum l. fin. D. *ad leg. Jul. peculat.*

(7) *Se tirasse de su seruicio.* Concordat l. *defunctorum*, *C. de re milit.* lib. 12. et nota istam legem ad declarationem illius.

(8) *E se fuesse a los enemigos.* Non ergo sufficiet sola desertio, nisi et cum ea concurrat, quod transfugiat ad hostes, vel eis auxilium impendat contra Regem, vel regnum, ut ex hoc possit accusari post mortem.

(9) *Destas cosas sobredichas.* Alios casus vide in l. sequent. et per Glos. et Bart. in dict. l, *ex judiciorum*, et per Specul. tit. *de accusatore*, §. 1. fol. fin. vers. *item quod reus mortuus est*, ubi de crimine repetundarum, vel quod quis mortem sibi conscivit, et de aliis; vide ibi, et adde etiam alium casum, de quo per Angelum in l. unic. *C. ex delict. defunct.* col. 2. ubicumque scilicèt per legem pœna infligitur ipso jure; quo casu reus intelligitur fictè mori lata sententia, allegat l. *Cajus*, D. *ad Syllan.* et l. fin. D. *de bonis eor. qui mort. sibi consciver.*

LEX VIII.

Accusatur quis post mortem de crimine repetundarum, et de crimine peculatus: et muliere accusata de morte mariti, defuncta, potest prosequi accusatio contra eam. Hoc dicit.

(1) *Despues que fuesse muerto.* Adde l. 2. D. *ad leg. Jul. repetund.* et l. *sciant judices*, *C.* eod. et ibi vide, infra quantum tempus debeat proponi accusatio contra hæredes.

(2) *Religiosa, o santa.* Concordat cum l. 1. et l. *lege Julia*, et l. fin. D. *ad leg. Jul. pecul.*

(3) *De muerte de su marido.* Concordat cum l. *Lucius Titius*, D. *de jure fisci*, et tene menti istam legem ad majorem declarationem illius.

(4) *Dandola por enfamada.* Nota benè hoc, nam hoc non dicebatur in dicta l. *Lucius*, ita expressè, imo poterat fortè innui contrarium ex verbis illius legis, cùm dicit, istud fieri propter bona, quæ cùm sint scelere quæsita, fisco debeat applicari: unde Glossa, et Albericus post Dinum ibi dicunt, quod ibi nihil sit speciale, ut hoc detur pro fallentia ad regulam, de qua suprà l. proxima, sed quia hoc est generale, ut lucrum scelere quæsitum auferatur hæredibus, l. *in hæredem*, D. *de calumniator.* l. *Cajus*, D. *ad Syllan.* cum similib.

(5) *Que fueron de su marido.* Etiam ea quæ habuerit ex successione filii, qui patri successit in eis, ut in dict. l. *Lucius*, et ibi Bartolus in fin.

LEX IX.

Impubes non potest de luxuria accusari, quia non præsumitur eum posse facere, et si fecit, ignorat quid agit; de aliis autem criminibus potest accusari major decem annis cum dimidio, sed non ita graviter in corpore, aut in bonis sicut major punitur: minor autem dictæ ætatis, aut stultus, seu furiosus de commissis furore durante, non possunt accusari; sed non sunt sine culpa consanguinei, qui eos servari non faciunt. Hoc dicit.

(1) *En razon de luxuria.* Concordat l. *si minor*, D. *ad*

este, non deue ome asmar que lo podria cumplir (2). E si por auentura acaesciesse que lo cumpliesse (3), non aura entendimiento cumplido para entender, nin saber, lo que fazia. E porende non puede ser acusado, nin le deuen dar pena porende. Pero si acasciesse, que este tal otro yerro (4) fiziesse, assi como si firiesse, o matasse, o furtasse, o otro fecho semejante destos, e fuesse mayor de diez años e medio (5), e menor de catorze; dezimos, que bien lo pueden ende acusar; e si aquel yerro le fuere prouado, non le deuen dar tan grand pena en el cuerpo, nin en el auer, como farian a otro que fuesse de mayor edad; ante gela deuen dar muy mas leue (6). Pero si fuesse menor de diez años e medio (7), estonce non le pueden acusar de ningun yerro que fiziesse. Esso mismo dezimos, que seria

leg. Jul. de adult. et cap. 1. *de delict. puerorum*, et quod hic dicit de masculo, intellige in fœmina minori duodecim annorum, ut in dictis juribus.

(2) *Que lo podria cumplir.* Si ergo cessaret ista præsumptio, et in veritate ante 14. annos esset viri potens, puniretur, ut tenet Jacob. de Raven. relatus ab Alber. et Ang. in dict. l. *si minor*, vide Glos. 20. quæst. 1. in summa, quæ refert B. Gregor. *in Dialogo*, referentem de quodam puero novennii, qui nutricem suam gravidavit; dicit tamen Cardin. Host. in dict. cap. 1. *de delict. puer*or. se aliquotiens legisse dialogum, et quod non meminit se legisse hoc exemplum; ego et librum illum legi, et non inveni: idem dicit ibi Joan. de Anania se perquæsivisse, et fecisse perquiri, et quod non fuit inventum; unde miratur de dicto Glossæ; ibique refert B. Hieronymum in *Epist. ad Vitalem Presbyterum*, dicentem, quod Salomon, et Achaz in undecimo anno filios genuerant; et quod deinde subdit, quod audivit, et dicit se non mentiri, teste Domino, quod quædam muliercula, quæ expositum nutrivit infantem, et nutricis officio fungeretur, cubaretque cum ea parvulus, qui usque ad decimum jam pervenit annum, accidit, ut (plusquam pudicitia patitur) semero ingurgitaverit, accensaque libidine obscenis motibus ad coitum duxit infantem; vide etiam ad prædicta per Salicetum, in l. *impunitas*, *C. de pœnis.* Sed certè ista lex Partitarum videtur obviare dictis Jacobi de Rave. Ang. et Alber. cum statim subdit: *E si por auentura acaesciesse que lo cumpliesse, non auria entendimiento, etc. E porende non puede ser acusado, nin le deuen dar pena porende.* Nota ergo multum istam legem, et vide l. fin. tit. 1. 1. *Part.* quæ videtur contrariari huic; et fortè ex his verbis potest etiam inferri contra id, quod dicit Gloss. in dict. l. *si minor*, allegans l. *stuprum*, D. eod. quod puniatur de stupro minor 14. annorum, in quem stuprum committitur à viro potente, et Salicet. ita intelligens dictam glossam in dicta l. *impunitas*; videtur enim hæc lex in ratione, quam dat, innuere, quod non puniatur, sed durum videtur talem minorem stuprum patientem relinqui impunitum in delicto ita fœdissimo: non enim deberet relinqui impunitas, si doli capax esset, tamen non ita severè, ut in majori; vide l. 2. tit. 21. infrà ead. *Part.* quæ videtur decidere, quod talis masculus minor non puniatur; non tamen aperit, quid si esset doli capax.

(3) *Acaesciesse que lo cumpliesse.* Vide quæ dixi suprà glos. proxima.

(4) *Otro yerro.* Adde dict. cap. 1. *de delict. puer*or. et l. *impuberem*, D. *ad leg. Cornel. de fal.* et l. *impunitas*, *C. de pœnis*, l. *infans*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* et l. *impuberem*, D. *de furtis*, ubi Angelus ponderat Glossam ibi, quod duo debeant tunc concurrere, scilicèt, quod sit doli capax, et proximus pubertati. Hæc tamen lex Partitarum tantùm exigit, quod sit major decem annorum cum dimidio; præsupponit enim, hujus ætatis puerum quoad ista delicta jam fortè doli capacem: omnia autem jura, quæ disponunt impuberes doli capaces teneri de delicto, intelliguntur, quando delictum consistit in faciendo, ut in exemplis hac lege positis; secùs si consistat in non faciendo, seu negligendo, tunc enim impubes simpliciter excusatur, ita Bart. post Din. in l. 1. §. *impubes*, D. *ad Sillan.* Salic. post Cyn. per illam legem in l. 1. *C. de fals. monet.*

(5) *Mayor de diez años, e medio.* In fœmina erit, si major sit novem annorum cum dimidio; et sic tempus post infantiam usque ad pubertatem in masculo et in fœmina dividitur per dimidium, ut hic vides, et tradit Gloss. in l. *pupillum*, in princ. D. *de regul. jur.* et in §. *pupillus*, *Institut. de inutil. stipulat.* cap. *continebatur*, et ibi Gloss. *de desponsat. impub.* Glos. in l. 1. D. *de nocation.* Sed adverte, quia ista l. et l. 8. tit. 31. ead. *Partit.* et l. 17. tit. 14. et l. 10. tit. 7. ead. *Partit.* non faciunt differentiam inter masculum et fœminam in hoc; unde dicendum videtur, quòd ista taxatio procedat tam in masculo, quàm in fœmina, vel quòd in fœmina relinquatur sub dispositione juris communis. Sed quocumque modo, limita istam legem, nisi in delictis atrociter puniendis, nam tunc non procedet ista regula, l. *cum autem*, §. 1. D. *de ædil. edict.* ubi bonus textus: et ille dicetur proximus pubertati, qui distat ab ea per sex menses, secundum Bald. post Guilliel. de Cug. in l. *excipiuntur*, D. *ad Syllan.* per textum ibi; Jas. in authent, *sacramenta puberum*, col. 5. et 6. *C. si advers. vend.* quæ limitatio procedet quoad punitionem atrocem, secùs si ad leviorem, nam illa imponetur, ut subditur in ista lege: non ergo hodie attenta ista lege Partitarum relinquetur arbitrio judicis, quis dicatur doli capax, prout voluit Salicet. in dict. l. *impunitas*, *C. de pœnis*, argumento l. 3. D. *de testib.* et l. *mora*, D. *de usur.* sunt enim secundum eum aliqui in breviori tempore subdoli, quàm alii: et idem voluit Joann. de Anania in dict. cap. 1. *de delict. puer*or. ubi et refert Abb. idem voluisse in effectu in dict. cap. *continebatur*, *de despons. impub.* et quòd relinqueretur hoc arbitrio judicis. Tenet etiam Joan. Fab. in dict. §. *pupillus*, *Institut. de inutil. stipul.* dicens, quòd ex maleficio et perspicacitate impuberis poterit judex majus vel minus tempus interpretari; reperiuntur enim quidam secundum eum majoris indolis et intellectus in decimo anno, quàm alii in decimo quarto: vel fortè limitabis etiam istam legem, nisi et in ista ætate appareret, quòd adhuc pupillus non esset doli capax, ex aliquibus arbitrio judicis considerandis, et facit l. 9. ad fin. tit. 29. ead. *Part.*

(6) *Muy mas leue.* Adde l. *auxilium*, §. 1. versic. *in delictis*, et l. *si ex causa*, D. *de minor.* et dict. cap. 1. *de delict. puer*or. et Bald. in l. *et si severior*, col. 2. versic. *ex prædictis*, *C. ex quibus caus. infam. irrog.* et in l. *administrantes*, §. *qui corporis*, in fin. D. *de excus. tutor.* et vide l. 8. et quæ ibi dicam, tit. 31. infra ead. *Partit.*

(7) *De diez años e medio.* Concordat cum l. *infans*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* Quid autem si minor hujus ætatis esset doli capax, cùm et infans possit esse doli capax, secundum Gloss. in cap. fin. *de sent. excom.* et quòd infans doli capax possit puniri, vult Abb. in dict. cap. 1. *de delict. puer*or. et Hippolitus à Marsiliis in dict. l. *infans*, dicens hoc esse verum maximè istis modernis temporibus, nam defecerunt ætates, et illud, quòd antiquitùs sciebant et faciebant homines circa vitia et fallatias in quindecimo anno, faciunt nunc infantes in sexto vel septimo anno; et quòd infantes modernis temporibus sunt iniqui, et vitiis dediti; et quod hoc docet experientia rerum magistra. Cùm tamen ista lex Partitarum jam hoc determinaverit, et taxaverit istas ætates in punitionem maleficiorum impuberum, durum est ab ejus taxatione et decisione discedere; non tamen videtur esse negandum, quin si ex qualitate maleficii, et perspicuitate impuberis, et doli capacitate, judici videtur impuberem talem esse puniendum, quòd judex posset, fortè in aliquo casu particulari, et mali exempli, cùm ista materia sit præsumptiva, et lex ista statuat hoc propter præsumptionem, quod minor hujus ætatis non sit doli capax.

del loco (8), o del furioso, o del desmemoriado, que lo non pueden acusar de cosa que fiziesse mientra que le durare la locura (9). Pero non son sin culpa los parientes (10) dellos, quando non les fazen guardar, de guisa que non puedan fazer mal a otri.

LEY X.

Por quales razones puede ser acusado el sieruo.

Haziendo el sieruo tal yerro, por que, si otro ome libre lo ouiesse fecho, que le darian pena porende en el cuerpo, bien puede ser acusado (1), e su señor lo puede parar a derecho, o responder por el (2). Mas si fiziere otro yerro en que cayere en pena de pecho (3) tan solamente, estonce non le podrian acusar; porque el sieruo non ha ninguna cosa de que lo pudiesse pechar, ca todo lo que ha, es de su señor. Pero dezimos, que si el señor non quisiesse fazer emienda por el (4), estonce pueden castigar el sieruo en el cuerpo, dandole feridas, de manera que lo non lisien (5), nin lo maten; porque dende en adelante non sea atreuido de fazer otro yerro.

(8) *Loco.* Adde l. 3. tit. 8. infrà ead. *Partit.* et l. *Divus*, D. *de offic. præsid.* l. *infans*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* et Clement. 1. *de homicid.* et cap. *aliquos*, 15. quæst. 1. et vide in materia per Angel. Aretin. in tract. *maleficiorum*, in parte *scienter et dolosè*, columu. 3. Et nota æquiparari hic stultum, furiosum, et mente captum in punitione delicti; et intelligit Alberic. in dict. l. *Divus*, in prorsus dementibus, in quibus non cadit dolus, nec culpa: et vide quæ notat Socinus consil. 47. in 3. volum. et adde l. fin. tit. 1. 1. *Part.* et ibi dixi.

(9) *Mientra que le durare la locura.* Adde Glos. in dict. Clement. 1. et in dubio, an præsumatur delictum factum tempore furoris, vel tempore sanæ mentis? Angelus Aretin. ubi suprà, dicit, quod si probetur, quod aliquando fuit in furore, præsumitur, quod etiam tempore delicti fuit in furore, et sic non tenebitur, nisi probetur, quod tunc erat sanæ mentis, allegat notata in cap. fin. *de succes. ab intestato*, et per Bart. in l. 2. D. *de bonor. poss. infan. vel furios. delat.* in fine, et Anch. in dict. Clem. 1. dicit singulariter notandum ad evadendum amicum: et ibi etiam tradit, an possit durante furore puniri de delicto commisso tempore sanæ mentis: vide ibi ejus additionatores, et per Bald. in l. *furiosum*, *C. qui testam. facere poss.* sit tamen judex cautus ne simuletur furor, ut tradit Ang. ubi suprà, et vide per Glos. in cap. *judicas*, 3. quæst. 9. per Bald. in dict. l. *furiosum.*

(10) *Los parientes.* Adde l. *Divus*, D. *de offic. præsid.* committit enim lex custodiam conjunctis furiosi, et possunt eum ligare et carcerare; vide ibi etiam per Bald. et vide in authent. *liberi*, *C. de episcop. audient.* et in l. 5. tit. 7. *Part.* 6. et l. 8. tit. 9. infrà ead. *Part.*

LEX X.

Servus potest ex delicto, ex quo pœna apponitur corporalis, accusari; et est à domino defendendus: de pecuniaria autem pœna nequaquam, quia nil habet: si tamen dominus nolit pro eo emendare, citra membri læsionem castigabitur servus. Hoc dicit.

(1) *Bien puede ser acusado.* Concordat cum l. *hos accusare*, §. *omnibus*, et l. *servos*, D. eod. et l. *sciendum*, D. *de public. judic.* pœna ergo mortis naturalis vel corporis afflictiva cadit in servum, ut hic vides, et in dict. §. *omnibus.* Item pœna deportationis, ut tradit Bartolus ibi, et damnationis in metallum; pœna tamen amissionis civitatis non cadit in eum, quia civitatem non habet; nec pœna amissionis familiæ, quia non habet agnationem vel cognationem, ut *Institut. de servil. cognat.* Quid autem in monacho, an in hoc reguletur ad instar servi, et an habeat legitimam personam ad se defendendum in criminali causa? Vide per Specul. tit. *de reo*, §. 1. col. penult. versic. *sed an monachus*, cum ibi additis per additionatores.

(2) *Responder por el.* Concordat cum l. *servus*, et l. *sciendum*, D. *de public. judic.* et D. *de accusat.* l. *si servum*, et D. *de appel.* l. *Lucius*, et sicut potest defendi servus per dominum, sic et per procuratorem domini, ut in dict. l. *servus*, et in l. *servum quoque*, §. *publicè*, D. *de procurator.* et licèt dominus eum nolit defendere, non videtur ex hoc eum habere pro derelicto, ut in dict. l. *sciendum*; et ista defensio domini fiet, non procuratorio nomine servi, sed nomine proprio, assistendo causæ pro proprio interesse, Glos. in l. 1. D. *an per alium causæ appell. reddi possunt*, vide per Gloss. et Salicet. in dict. l. 2. ubi Salicetus concludit, quod dominus servi sit citandus, et quod aliàs ei ignoranti non præjudicaretur; et dominus ratione sui interesse poterit simul cum servo se defendente, intentionibus adversarii respondere, et pro eo competentes allegationes afferre, et dicetur defensor sui interesse principaliter; et si dominus citatus nollet servum defendere, sed judicio fortunæ eum relinquere, vel etiam fateretur servum deliquisse, non præjudicaret servo, quominus posset se defendere, l. *et si non defendantur*, D. *de pœnis*; potest namque servus stare in judicio in criminali, ut in l. *si criminis*, *C. ad leg. Jul. de vi public.* è contra, si servus nollet se defendere, dominus posset eum defendere, quantumcumque absentem à judicio, et hoc necdum in principio judicii, sed etiam si postea servus desisteret, posset dominus, ut particeps causæ propter suum interesse probationes afferre, et alia facere pro victoria causæ necessaria; vide ibi per eum latius, et per Bald. in l. *reos*, col. 5. *C.* eod. ubi, et an pater admittatur ad defensionem filii, vel Abb. pro suo monacho; et adde Joan. de Imol. in l. penult. §. *ad crimen*, 14. col. vers. *item extra gloss.*

(3) *De pecho.* Quia pœna pecuniaria non cadit in servum, si habeatur respectus ad quotam bonorum, quia ipse bona non habet, sive habeatur respectus ad pœnam pecuniariam in genere, ut voluit Gloss. in dict. §. *omnibus*, in verbo *quibus*; et illa glossa communiter fuit approbata usque ad tempora Bartoli secundum Salicet. in l. 2. *C.* eod. contrarium tamen voluit Bart. in dict. §. *omnibus*, l. *hos accusare*, D. eod. dicens, quod non videtur, quare servus non possit pecuniariter condemnari. Angelus tamen in dict. §. *omnibus*, tenet contra Bart. et Salicet. etiam in dict. l. 2. et ista opinio communis contra Bartolum approbari videtur hic; quam et tenuit Bartolus, sibi contrarius in l. 1. in princ. D. *si famil. furt. fecisse dicatur.*

(4) *Emienda por el.* Nota istud verbum, quod non reperitur in dict. §. *omnibus*, in fin. de quo ista lex sumpta est, cùm tantum ibi habeatur, *sed durior ei pœna extra ordinem imminebit.* Azo. etiam *C.* eod. in summa, col. 1. dicit hæc verba; in hac tamen lege, et omnibus supradictis, quibus accusari servum non posse diximus, accusatio servi erit recipienda, ut duriorem patiatur pœnam corporalem; et licèt effugiat unam, non tamen alteram: patet ergo ex ista lege, quod poterit dominus, si vult, ad evitandum pœnam corporalem servi, solvere pro eo pœnam pecuniariam, quod et erat de jure communi dicendum, per l. *lege Agraria*, D. *de termin. mot.* juncta l. *item veniunt*, §. *item rectè*, D. *de petit. hæred.* et tenet Alexand. *in addition. ad Bart.* in dict. §. *omnibus.*

(5) *De manera que lo non lisien.* Nota etiam hoc ver-

LEY XI.

De quales yerros pueden ser acusados los Officiales del Rey, mientra estuuieren en sus officios, e de quales non.

Los Officiales que han poderio del Rey de fazer justicia de los omes, condenandolos a muerte (1), o a perdimiento de miembro, por los yerros que fazen (2), non pueden ser acusados de otro, mientra durare su officio (3); fueras ende, si alguno dellos fiziesse tuerto, o yerro, contra aquellos que ouiesse de judgar. Ca, si tal yerro fiziesse, o por razon de su officio (4) agrauiasse alguno, bien lo podrian acusar; e si es de otro yerro que ouiesse fecho, non le podrian acusar, fasta que dexasse aquel officio (5) que tenia. Esto es, porque los omes que officio tienen, maguer fagan derecho, non puede ser que non ganen malquerientes; e porende, si los pudiessen acusar, enuilecerse ya por y el lugar que tienen, e tantos serian los acusadores, que non podrian cumplir en su officio, lo que eran tenudos de fazer. Pero, como quier que non pueden ser acusados, si omes buenos se querellaren al Rey de alguno dellos, que fiziessen yerros, o malfetrias; estonce el Rey de su officio (6) deue pesquerir, e saber la verdad, si es assi como querellassen; e si lo fallasse en verdad, deuegelo vedar, e escarmentar, segun entendiere que deue fazer derecho.

LEY XII.

Como, aquel que es quito vna vez, por juyzio acabado, del yerro que fizo, non lo pueden acusar despues.

Quito (1) seyendo algund ome, por sen-

bum, quia declarat dictum §. *omnibus*, in fine, ubi Glossa dicebat istam pœnam imponendam arbitrio judicantis.

LEX XI.

Officialis habens potestatem condemnandi ad mortem, vel ad membri mutilationem, non potest durante administratione, nisi de crimine, ratione officii commisso, accusari; sed Rex ad querelam bonorum hominum potest contra eum inquirere, et eum pro modo commissi castigare. Hoc dicit.

(1) *A muerte.* Ex hoc declaratur qui dicantur illi majores magistratus, qui non possunt accusari: et adde l. 2. et quæ ibi dixi, suprà eod. minores vero possunt etiam durante officio accusari, ut hic innuitur; et habetur in l. *neque magistratibus*, D. *de injur.*

(2) *Por los yerros que fazen.* Sive ergo accusetur de criminibus ante officium commissis, sive post, procedet dispositio hujus legis, et adde l. *si adulterium cum incestu*, §. fin. D. *ad leg. Jul. de adult.* cum glossa ibi, et l. *hos accusare*, in princ. D. *de accusat.* et l. *Senatusconsulto*, D. *de offic. præsid.* ubi vide Alberic. in fin. hoc volentem: à non subditis tamen potest conveniri in loco domicilii, si sit causa, quæ posset per procuratorem agitari, glossa 1. in l. *si præses*, *C. de Episcop. audient.* Alberic. in dict. l. *Senatusconsulto*, col. penult. loquitur tamen in causa civili: et fortè in criminali hoc etiam procederet, si causa esset talis, quæ agitari posset per procuratorem, quia non repugnant rationes in hac lege positæ.

(3) *Mientra durare su officio.* Ex hoc videtur, quod ista lex non procedet in officiali perpetuo, poterit namque ille accusari durante officio, ut dixi suprà eod. in l. 2. in gloss. super parte *el Alcalde*, Gloss. in cap. *jubemus*, 1. quæst. 1. et tenet etiam Bald. in l. *jubemus*, *C. ad leg. Jul. repetund.* Bart. in l. *de pupillo*, §. *si quis ipsi Pretori*, D. *de novi oper. enuntiat.* ubi et de positis ad beneplacitum.

(4) *Por razon de su officio.* Conveniuntur enim et accusantur, si delinquunt in officio, ut hic, et in l. *jubemus*, *C. ad leg. Jul. repetund.* et vide ibi Salic. et Angel. et possent etiam accusari, ubi essent in pœna remotionis ab officio; vide per Bald. in verbo *credentias*, *de pace Constant.* unde convenitur de furtis durante officio, et baratariis commissis, ut in authent. *ut judices sine quoquo suffragio*, cap. *illud*, in princ. et ubi opprimit subjectos, vide per Glos. in authent. *ut differentes judices*, col. 9. in gloss. super parte *eum qui*, et per Alberic. in dict. l. *Senatusconsulto*, ad fin. Dicit etiam Azon. *C. ut omnes judices*, *tam civil. quàm milit.* in summa, quod accusabitur, si furtum dicatur fecisse, vel dignitatem per pecuniam accepisse, vel ex dignitate pecuniam accepisse, vel habuisse, vel si damnis, vel calumniis sublat collatores: et dicit Joan. de Plat. in l. pen. *C. de annon. et tribut.* lib. 10. quòd majores judices propter enormia delicta in officio commissa removeri possunt, non propter levia, et minores culpas, sed expectatur tunc tempus syndicatus, l. 1. *C. ut omnes judic. tam civil. quàm milit.* et in authent. *ut judices sine quoquo suffragio*, cap. *necessitatem*, et cap. 10. §. *oportet.*

(5) *Dexasse aquel officio.* Convenitur tamen, si actio esset tempore peritura, ut lis contestetur, ut in dict. l. *Senatusconsulto*, et ibi Alberic. et Salic. in dict. l. *jubemus.* Item et cavebit de respondendo finito officio, ut in dict. l. *si adulterium*, §. fin. et vide per Abb. in cap. *legebatur*, *de major. et obed.*

(6) *El Rey de su officio.* Adde cap. 8. §. *si quis autem*, in authent. *ut judices sine quoquo suffragio*, column. 2. cum gloss. ibi.

LEX XII.

Absolutus per sententiam validam ab accusatione, non potest de eodem crimine denuo accusari, nisi probetur, quid malitiosè, ob quòd fuit absolutus, fecisse; vel accusatorem causa eripiendi eum accusare: nec accusatus ab extraneo absolutus potest à consanguineo mortui iterum accusari, nisi juret extranei accusationem ignorasse. Hoc dicit.

(1) *Quito.* Concordat cum l. *si cui*, §. 1. D. *de accusat.* et l. *si quis homicidii*, *C.* eod. et cap. *de his*, eod. tit. l. 20. tit. 22. 3. *Partit.* Quid autem in absoluto per baptismum? Joan. de Anania in dict. cap. *de his*, dicit, quòd communis opinio est, quòd per Baptismum tollatur omnis pœna spiritualis, non autem temporalis: et sic videtur, quòd pro homicidio et similibus possit accusari; refert tamen ibi Joan. de Imol. dicentem, quòd alia opinio videtur æquior, quòd etiam pœna temporalis tollatur per id, quod notat Glos. in cap. *sine pœnitentia*, *de consecr.* dist. 4. Quid autem si reus non fuit absolutus, sed condemnatus? Dic, quòd tunc etiam erit idem, quia de delicto unius hominis sæpius quæri non debet, l. *licet*, D. *naut. caup. stabul.* l. *sepulchri*, D. *de sepulc. viol.* Gloss. in l. *quid de crimine*, *C. de accusat.* et intellige, quando fuit condemnatus, et solvit, ut in dict. l. *sepulchri*, et tradit Alex. consil. 11. Quid autem si fuit contumax, et in contumacia condemnatus? Vide per Bart. in dict. l. *sepulchri.* Et si quis commissit delictum Bononiæ, et ibi est punitus pœna pecuniaria, non poterit conveniri ad pœnam corporalem vel pecuniariam in loco originis, secundum Bald. post Jacob. Butri. in l. *et si severior*, colum. 4.

tencia valedera (2), de algun yerro sobre que le ouiessen acusado (3), dende adelante non lo podria acusar otro ninguno sobre aquel yerro (4); fueras ende, si prouassen contra el, que se fiziera el mesmo acusar engañosamente, sacando algunas pruevas (5) que non supiessen el fecho, porque lo diessen por quito del yerro, o del mal quel mismo se fizo acusar. Esso mismo seria, si prouasse que otro alguno le ouiesse acusado engañosamente, con intencion de lo librar del yerro que ouiesse fecho. Ca estonce, si fuesse prouado, bien lo podrian acusar otra vegada de aquel yerro, que assi fuesse quito. Otrosi dezimos, que si algund ome acusasse a otro sobre muerte de otro ome, que non fuesse su pariente, e respondiere el acusado a la acusacion, e fuesse quito della por juyzio; dende en adelante non podrian acusar ninguno de los parientes del muerto, por razon de aquel yerro de que fue ya quito por sentencia; fueras ende, si el pariente que quisiesse acusar otra vegada, jurasse que lo non supiera (6) quando lo acusara el otro estraño. Ca estonce, jurandolo assi (7), tenudo seria de responder otra vez a la acusacion, que fiziesse del.

LEY XIII.

Como quando muchos quieren acusar a vno de algun yerro, el Juez deue escoger el vno dellos, que faga la acusacion.

Allegandose muchos omes (1) en vno de-

C. de his qui not. infam. Et quid si non fuit quis sufficienter punitus? Vide textum, et ibi Bald. in l. 2. *C. de sportul.* et in l. *nullum*, *C. de testib.* vers. *sed quærit Glossa*, et in vers. *sed an punitio*: et vide cap. *felicis*, §. *per hoc*, *de pœnis*, lib. 6. per Abb. in cap. *de causis*, penult. col. *de offic. delegat.* et in cap. 1. ad fin. *de offic. ordinar.*

(2) *Por sentencia valedera.* Super principali latam; non enim idem esset, si esset absolutoria ab observatione judicii, ut in cap. *Mennam*, 2. quæst. 5. Ang. in dict. l. *si cui*, §. 1. Quid autem si quis delato sacramento se purgavit, an sic absolutus poterit ab alio accusari? Salic. in dict. l. *si quis homicidii*, dicit, quòd non, quia absolutio non tam vires capit à juramento, quàm ab innocentia præsumpta ex eo, quia de crimine non erat probatum, et si reus erat absolvendus etiam absque juramento: adverte tamen, quòd licèt quis se juramento purgaverit, si tamen est valdè diffamatus vel suspectus, poterit ei per judicem imponi aliqua temporalis pœna, et sic non est absolvendus de necessitate tali casu, licèt se compurgaverit; ita dicit eleganter Cardin. in Clement. 1. *de usur.* in fin allegat cap. *inter sollicitudines*, *de purgat. canon.* et cap. *litteras*, *de præsumption.* quæ licèt loquantur in crimine hæresis, potest idem dici in alio crimine gravi. Sed quid si absolutio non fiat per viam sententiæ, sed per viam dispensationis? Dic, quòd idem est dicendum, secundam Gloss. in dict. cap. *de his*, quam Doctores communiter sequuntur; et idem tenet Glossa per illum textum in cap. *ex tua*, in verbo *irritari*, *de fil. præsbyt.* et in cap. penult. *de temp. ordin.* et in cap. 2. in gloss. 1. *de schismat.* et procedat quando dispensatio fieret in utroque foro, nam si in foro pœnitentiali non tolleret, quominus in foro judiciali accusari possit, Gloss. in dict. cap. *de his*, et in cap. *admonere*, 33. quæst. 2. in verbo *pœnitentia*, Decius consil. 137. nisi cùm fuit absolutus imponeretur pœnitentia publica, quia tunc illa videtur succedere loco pœnæ contentiosæ, secundum Anton. in dict. cap. *de his*, vide per Hostiens. et Abb. in cap. *tuæ*, *de procurator.*

(3) *Sobre que le ouiessen acusado.* Idem, si per viam inquisitionis fuisset absolutus, quia et habebit locum distinctio hujus legis, et dictæ l. *si cui*, §. 1. secundum Bart. et Angel. ibi: et idem tenet Cynus, et Salic. in dict. l. *si quis homicidii*, *C.* eod. Baldus tamen in l. *si vacantia*, col. 1. *C. de bon. vacant.* lib. 10. per illum textum dicit, quòd non valet inquisitio, si offensus vel damnum passus non citetur; et ibi etiam tenet Angelus allegans Joan. Andr. licèt dicat, quòd contrarium tenet Speculator tit. *de inquisitione*, §. *viso igitur*, vers. *sed pone*; subdit tamen Angelus, quòd hæc consuetudo non servatur, nisi Florentiæ: et idem, quòd judex ante inquisitionem debeat præfigere terminum accusare volentibus, dicit glossa notabilis in cap. *præsbyter*, *si à plebe*, 2. quæst. 4. et idem voluit Bald. allegans dictam glossam pro multùm notabili, in l. *senatus*, *C. qui accus. non poss.* et idem Bald. in l. *quamvis*, *C. de adult.* et idem tenet Hyppolit. à Marsiliis singul. 305. incipit, *judex maleficiorum.* Adverte tamen, quia licèt hæc sit bona practica, tamen Bartolus, et alii, quos superiùs citavi, dicentes quòd dictus §. 1. l. *si cui*, procedit etiam in absoluto per inquisitionem, videntùr velle, quòd non requiratur ad valorem inquisitionis talis citatio; imo quòd offensus, seu proprium dolorem prosequens, si postea veniat ad accusandum, teneatur docere saltim suo juramento, quòd ignoravit inquisitionem fieri, prout et in accusatione, hic, et in dict. §. 1. dicitur; et istud videtur etiam de mente Angel. Aret. in tract. *malefic.* in parte *et caput ab scapulis*, col. 1. Unde licèt dicta practica sit bona, et servanda, si tamen non servaretur de facto, non videtur, quòd vitiaretur processus inquisitionis: adde etiam, quód et procedet ista lex, etsi judex, qui absolvit, processit per viam denuntiationis, secundum Bart. in l. *Divus*, la 2. vers. *ulterius quæro*, D. *de custod. reor.* Quid autem si cognitum fuit de crimine per modum exceptionis? Vide Bart. in dict. l. *si cui*, §. 1.

(4) *Sobre aquel yerro.* Vide in dict. l. *si quis homicidii*, *C.* eod. Et quid si omissa fuit aliqua qualitas delicti in prima accusatione, vide per Bart. in l. *Senatus*, D. eod. et per Bald. in l. *et si severior*, col. 4. *C. de his qui notant. infam.* per Salic. in l. *qui de crimine*, *C. de accusat.*

(5) *Algunas pruevas.* Adde dict. l. 20. tit. 22. 3. *Partit.* et l. *prævaricationis*, D. *de prævaricat.* et dict. l. *si cui*, §. 1. et objicietur de collusione, seu prævaricatione per modum replicationis, vel accusationis; vide Angel. et Salic. in dict. l. *si quis homicidii*, et in dict. §. 1. et per Bart. in dict. l. *prævaricationis.*

(6) *Que lo non supiera.* Approbatur opinio Glossæ in dict. l. *si cui*, §. 1. quòd ignorantia primæ accusationis probetur per juramentum: benè tamen admittetur probatio in contrarium, scilicet quod scivit; et quomodo hoc probetur, vide per Bartolum ibi.

(7) *Jurandolo assi.* Vides ergo, quòd isto casu non requiritur ulterius, quòd doceat de prævaricatione primi accusatoris, prout et Doctores volunt communiter in dict. l. *si cui.*

LEX XIII.

Si reus compareat, et plures sint accusatores simul, non tenetur respondere; sed eligat judex unum ex his, qui meliori intentione moveatur, cui respondeat accusatus; et ea accusatione pendente potest accusari de aliis criminibus, sed non respondebit posteriori, tempore quo responsurus est priori. Hoc dicit.

(1) *Muchos omes.* Concordat cum l. *si plures*, D. eod. et dict. l. 2. §. fin. D. *ad leg. Jul. de adult.* et l. fin. D. *de collus. deteg.*

lante del Judgador para acusar a vn ome solo, de vn yerro que dixessen que ouiesse fecho, non deue el Judgador recebir la acusacion de todos (2), nin el acusado non es tenudo de responder a ella. E porende deue el Juez catar, e escoger el vno dellos, el que entendiere que se mueue con mejor intencion (3), que faga la acusacion; e estonce, al acusamiento de aquel deue responder el acusado. Pero si a este acusador sobredicho lo quisiessen otros (4) acusar sobre otro yerro (5), mientra que anduuiesse esta acusacion, bien lo podria fazer. Mas el Judgador deue guardar, que en el tiempo que el acusado ouiere de responder a la primera (6) demanda de acusacion, que lo non apremie que responda a la que fue fecha despues.

LEY XIV.

Como deue ser fecha la acusacion.

Quando algun ome quisiere acusar a otro, deuelo fazer por escrito (1), porque la acusa- *Ley 2, tit. 16, lib. 11 Novis. Recop.*

(2) *De todos.* Rationem ponit Bald. in l. *Senatus*, *C. qui accus. non poss.* quia si admitteret judex plures accusatores, posset unus probare, alius in probatione deficere, et judex poneretur in perplexitate; item posset unus confiteri, alius negare. Et adverte, quòd si plures quorum intersit ratione officii, veluti plures tutores vel curatores, veniant simul accusantes eodem libello, benè admittuntur, quia ratione unius officii habentur loco unius, et probatio unius patrocinatur alteri; et sic isto casu non procedit ista lex, cùm plurium interest ratione officii, l. *senatus*, et ibi Bald. et Salic. *C. qui accus. non poss.* si verò velint accusare diversis libellis, et tunc judex eliget idoneorem, quando plures tutores, vel alii, quorum intersit ratione officii, simul veniant; et non admittentur omnes, quando accusant simul coram eodem judice, Bald. et Salic. in dict. l. *senatus*, et Salic. in l. *si accusatoribus*, *C. de accusat.* Si verò plurium simul accusantium intersit ratione communis injuriæ, ut si essent plures filii unius patris occisi, omnes simul admitterentur, quia cujuslibet interest principaliter, l. 1. §. *si plures*, *D. de sepulc. viol.* Bald. in dict. l. *si plures*, et Salic. in dict. l. *si accusatoribus*, Angelus Aret. in tract. *malefic.* in parte *necnon ad querelam*, col. 18. Si vero plurium non intersit ratione officii, vel communis injuriæ, tunc procedit dispositio hujus legis, et dictæ l. *si plures*, quia tunc nullius principaliter interest, et ideo nec poterunt diversis libellis, nec eodem simul accusare, ne reus in plures adversarios distringatur, D. *de exercitor.* l. *ne in plures*, et ne de delicto ejusdem hominis sæpius quæratur, l. *licèt*, §. fin. D. *nautæ, caup. stab.* Sed quid si veniant plures accusatores simul, sed unus accuset coram uno judice, alius verò coram alio? Bald. in dict. l. *senatus*, dicit, quòd tunc fortè reus potest eligere judicem, si sunt pares, argumento l. *si quis in gravi*, §. *si cùm omnes*, D. *ad Sillan.* sed si unus esset major altero, debet comparere coram eo, qui majori præest tribunali, ut notatur in l. 2. §. fin. D. *de custod. reor.* vide ibi latiùs per eum; et erit necessarium, quod reus accusatus opponat de exceptione ista pluralitatis accusatorum, ut in dict. l. *si accusatoribus*, et ibi notat Gloss. et Bald. et Salic. licèt ista lex Partitarum contrarium innuat, cum dicit, *non deue el judgador recebir*, *etc.* sed intellige si opponatur à parte. Posset etiam dici, quòd judex posset non recipere; si tamen recipiat, et non opponatur à parte, tenebit processus ob id, et quia dilatoria est hæc exceptio; quando verò plures accusatores non veniunt simul, sed unus post alium, vide l. *qui de crimine*, et ibi Gloss. et Doctor. *C. de accusationibus.*

(3) *Con mejor intencion.* Et si unus ponit magis omnes circunstantias maleficii, quam alius, erit juxta causa magis admittendi istum, quàm alium, l. 1. §. fin. cum l. sequenti, D. *ad leg. Jul. de adult.* Bart. in dict. l. *si plures*, ad fin. et dicit Bart. in dict. §. fin. quòd si propinquior accusat occisores simpliciter, alius accusat eos qualitate adjecta, per quam acrius puniuntur, quòd tunc potest judex ulteriorem præferre propinquiori, si apparet judici illam qualitatem esse veram: et nota quod electo uno ex accusatoribus, ut hic, cæteri, qui sunt repulsi, non poterunt esse in illa causa testes, secundum Gloss. 2. quæst. 1. in cap. *in primis*, super parte *accusatores.*

(4) *Lo quisiessen otros.* Concordat cum l. *qui de crimine*, *C. de accusat.* ab eodem tamen non potest accusari de alio crimine, ut ibi, ubi ponit rationes Salicet. in 2. notab.

(5) *Otro yerro.* Nam de eodem non posset accusari ab alio veniente post litem contestatam; et intellige et limita, ut per Gloss. Salic. et alios in dict. l. *qui de crimine*: et intellige, sive tale aliud crimen oriatur ex diversis factis, vel ab eodem facto, ut in dict. l. *qui de crimine*, et intellige secundum Salic. ibi, col. 4. quando plura delicta ex eodem facto orientia se habent, ut species distinctæ; invicem tamen se habentes, ut excedentia, et excessa, tunc enim de utroque punitur, ut D. *ad leg. Jul. de adult.* l. *si adulterium cum incestu*, in princ. secùs si se habeant, ut genus et species, ut in l. *senatus*, D. eod. ubi vide per Bartolum: unde si rapiendo gladium de manibus alicujus manus incideretur, commisit raptor duplex delictum, vulneris scilicet, et raptus; et quia quodlibet est distinctæ speciei ab alio, raptor punietur de utroque, ut in dict. l. *qui de crimine*, et in l. *prætor edixit*, §. 1. D. *de injur.* et idem si occidat quis hominem in ecclesia, nam punietur de homicidio, et sacrilegio, l. *si quis in hoc genus*, *C. de Episcop. et Cleric.* Quid autem si regia constitutione caveatur, quòd qui armis aliquem percuserit, manum cum qua percusserit, amittat, et Titius eodem impetu duos percusit; et constat, vel dubitatur, quem prius percuserit; et ab eisdem eodem tempore de dictis percussionibus accusatur, quis præferretur in processu et in executione? Vide latè per Alberic. in dict. l. *si plures*, ubi concludit, quòd præveniens ad sententiam præferatur, et alteri viam perceludat, si secundo prælationis sententia objiciatur; si tamen simul ad sententiam concurrunt, gratificationi judicis locus erit, et qui præfertur in sententia, per consequens præferendus est in executione; et facta executione, absolvi debet reus ab observatione judicii alterius accusatoris; videas ibi per eum.

(6) *A la primera.* Concordat cum l. 2. §. fin. et ibi Gloss. D. *de custod. reor.* et limita, nisi secunda accusatio esset tempore peritura, ut in dict. l. 2. in fin. Salic. in dict. l. *qui de crimine*, col. penult. vers. *nunc quæro*, et hoc quando utraque accusatio proponitur coram eodem judice, ut priori scilicèt accusationi respondeat, l. *qui appellat prior*, D. *de judic.* si tamen accusaretur coram diversis judicibus, et citatur pro diversis horis et temporibus, accedet ad eum, à quo fuit primò citatus, l. *quisquis*, D. *de in jus vocand.* si tamen pro eadem hora et tempore citatur ab utroque, et termini sunt incompassibiles ad respondendum utrique, si altera causa est tempore peritura, illi prius respondebit; aliàs ad majus tribunal accedet, et si tribunalia sunt paria, tunc majoritatem causæ debet inspicere, et si causæ sunt pares, locus est gratificationi, videas Salic. ubi suprà.

LEX XIV.

Accusatio debet fieri in scriptis, nominibus accusatoris, et accusati, et judicis, atque maleficio, anno, mense, et loco in ea designatis, et ea recepta, judex recipiat ab accusante juramentum, quòd non malitiosè accusat; imò credit culpabilem fore delatum: et hoc facto citet accusatum, et det ei accusationis transumptum, cum termino viginti dierum. Hoc dicit.

(1) *Por escrito.* Concordat cùm l. *libellorum*, D. eod.

cion sea cierta, e non la puede negar, ni cambiar, el que la fiziere, desque fuere el pleyto començado: e en la carta de la acusacion deue ser puesto el nome (2) del acusador, e el de aquel a quien acusa, e el del Juez ante quien la faze (3), e el yerro que fizo el acusado, e el lugar (4) do fue fecho el yerro de que lo acusa, e el mes, e el año, e la era (5), en que lo fizo; e el Judgador deue recebir la acusacion (6), e escreuir el dia en que gela

et *C.* eod. l. *in causis*, et cap. fin. 2. quæst. 8. an autem accusator debeat offerre libellum jam dictatum, cùm veniat coram judice, vel sufficiat, quòd dictet coram judice, et notario? Salic. dicit, quòd sic, in dict. l. *in causis*, col. 1. l. *si quis se*, et ibi Bald. *C.* eod. et procedet ista lex, sive fiat accusatio de crimine publico, sive privato, ut in l. fin. D. *de privat. delict.* Azo in summa, *C. de accusat.* col. 2. Et quid si de delicto agatur civiliter? Vide per Bart. in l. *Prætor edixit*, D. *de injur.* et *decissionem Rotæ* 36. in novis.

(2) *El nome.* Ita quòd persona reddatur certa per duas demonstrationes, nisi esset nomen singulare, quod de se reddetur certum, Bart. in dict. l. *libellorum*, col. fin. debet ergò exprimi per agnomen, et cognomen, vel etiam per loci habitationem, ut est in usu, Salic. in dict. l. *in causis*, col. penult. vers. *quæro nunc qualiter*; et si nescitur nomen interfecti, non est necesse, quòd ponatur, vide per Angelum Aret. in suo tractat. in parte *hæc est quædam inquisitio*, col. fin. in fine, vide Gloss. in §. *libellorum*, 2. quæst. 8. super parte *Cajo*.

(3) *La faze.* Nota istam legem, quæ videtur decidere quòd non requiratur in libello accusationis, quòd apponatur nomen Regis, quod etiam voluit Bart. in dict. l. *libellorum*, in princ. Salic. tamen in dict. l. *in causis*, col. 1. dicit, quòd requiritur, quòd apponatur nomen Imperatoris, qui successit in locum antiquiorum consulum, et certè huic dicto Saliceti favere videtur dicta l. *libellorum*, sed dicto Bartoli favet ista lex Partitarum: tene eam menti in practica; de consuetudine tamen semper apponitur nomen Regis.

(4) *El lugar.* Locus tamen non est arctandus ad angulum, l. 1. § *ubi*, D. *de vi et vi armat.* an tamen, si locus non fuit benè declaratus in libello, possit posteà declarari per accusatorem? Albericus dicit, quòd sic, in dict. l. *libellorum*, in princ. per l. *si quis intentione ambigua*, D. *de judic.* et quòd in hoc plures Doctores Bononiæ concordarunt. Et an cùm accusatio fit de perjurio testis, ponatur locus juramenti, vel depositionis? Vide Angelum Aret. in tractat. *malefic.* in parte *falsario*, col. 7. ubi allegans Bartolum dicit, quod tempus juramenti debet apponi, et adde Bald. in l. 2. *C. de sacrosanc. eccles.* et vide in materia ista de loco ponendo plures quæstiones per Salic. in dict. l. *in causis*, C. eod. col. 4. et 5. et per Aret. in suo tract. in parte *in platea communis*, per Bart. in dict. l. *libellorum*: et adverte benè, ubi quod accusator probabiliter ignoraret locum, vel mensem, teneret libellus, ut tradit satis latè et benè Alberic. in dict. l. *libellorum*; unde in crimine falsi procedit libellus, licèt non ponatur locus, Gloss. *Institut. de public. judic.* in princ. quam dicit non alibi Bald. in cap. 1. in princ. in 5. col. *quib. mod. feud. amit.* et tenuit Aret. in dict. parte *in platea communis*, in princ. tradit Albericus latè in dict. l. *libellorum*, ubi dicit, hanc quæstionem habuisse de facto, et defendisse istam partem accusatoris per media, quæ ibi videbis; qui tamen non allegat dictam glossam ad hoc, et dicit contra eum fuisse pronuntiatum, sed quod non benè; videas ibi per eum: et in maleficiis negativis, an debet poni locus, vide per Bald. in l. *actor*, col. fin. *C. de probat.* et Bart. in dict. l. *libellorum*, col. 3. Quid autem, si accuso te, quod turbasti me in possessione talis fundi tali mense, utrum iste libellus procedat? Bart. in l. 1. *C. ubi de poss. agi oportet*, arguit primo, quod sic, quia ex quo fundus est confinatus, tacitè videtur continere locum maleficii, quia ista vis turbativa non potest inferri nisi in fundo; tandem dicit contrarium esse verum, quia non habet annexam certitudinem loci, cùm possit pluribus locis committi: quod nota.

(5) *El mes, e el año, e la era.* Non vero dies criminis commissi, Gloss. et Bart. in dict. l. *libellorum*, nisi accusatus petat, quod declaretur dies, ut possit se defendere, probando quod illa die fuit alibi, ut tradunt Bart. et Alb. in dict. l. *libellorum*; seu ubicumque æquitas moveat judicem ut dies declaretur: non tamen secundum Salicet. in dict. l. *in causis*, col. 2. judex benè et juridicè faceret, si prius accusatorem ad certiorandum de die compelleret, quàm reus judicem certiorasset de die et tempore suæ absentiæ, vel de alio simili, propter quod intentionem accusatoris velit excludere, ne quid malignetur circa testes, quòd voluit excludere dicta l. *libellorum*, et ista, quæ accusatorem noluit arctare ad ponendum diem, nec horam. Quid autem, si agatur de falsitate instrumenti? Dixi in glossa proxima, et nota, quòd nihil relevaret, si accusator in accusatione dixerit, prout de veriori tempore constiterit, secundum Alexand. consil. 72. vol. 1. col. 3. quid autem in mandatore delicti, quod tempus sit ponendum, vel quis locus, an mandati, vel delicti? Vide Bart. in l. *non solum*, §. *si mandato*, D. *de injur.* per Bald. in l. *cum rationibus*, *C. qui accus. non poss.* per Angelum Aret. in tract. *maleficior.* in parte *Sempronium mandatorem* col. 3. et in parte *existens Florentiæ*, et concluditur, quòd opponi debet tempus et locus maleficii, non mandati, vide ibi per eos.

(6) *La acusacion.* Cùm ita est apta, ut superius, aliàs potest ipse ex officio illam rejicere, ita tenet Ang. in dict. l. *libellorum*, nec est necesse, quòd pars de hoc opponat, secundum Bart. in dict. l. *libellorum*, vers. *quòd si libelli.* Bald. in l. *edita*, col. 2. *C. de edendo.* Bald. expresiùs in l. 2. col. 2. *C. de confess.* vers. *juxta hoc pone dicit*, et etiam Alex. consil. 72. col. fin. 1. vol. incipit, *inspecto diligenter*: et potest accusatus etiam in gradu appellationis objicere de ineptitudine talis libelli, Bald. in l. 2. col. fin. *C. qui accusar. non poss.* Quid autem, si judex procederet per inquisitionem, an debeat servari forma de qua hic? Gloss. in authent. *de exhib. reis*, §. *sancimus*, super parte *libellum*, dicit, quòd non, et ita dicit communiter teneri Albericus in dict. l. *libellorum*, col. 2. Glossa etiam idem tenet *Institut. de public. judic.* in princ. Bald. in l. penult. *C. de probat.* Bartolus tamen in Extravag. *ad reprimendum*, super parte *inquisitionem*, refert Jacobum Butr. *Institut. de action.* in princ. dicentem, quòd eadem forma solemnitatis requiritur in inquisitione, quæ in accusatione, præterquam in inscriptione ad pœnam talionis, quia cùm locum accusatoris subeat judex, ejusdem debet esse naturæ inquisitio, quòd accusatio; l. 1. §. *hæc actio*, D. *si quis testam. liber esse jus. fuer.* et hoc placet Bartolo ubi suprà, quantum ad hoc, ut inseratur locus, et tempus eodem modo, quia non debet in tanto crimine vagari: et limitat et intelligit hoc ibi Bartolus quando fieret inquisitio de speciali delicto; si tamen esset inquisitio generalis, tunc procederet opinio prima, per textum et ibi Innoc. in cap. fin. *de purg. canon.* et idem vult Bart. in l. 1. col. 2. *C. qui accus. non poss.* et adde Ang. in dict. l. *libellorum*, tenentem, quòd in inquisitione servetur dicta solemnitas, sequens Jacobum Butr. et mihi satis placent dicta Bartoli, ne reo auferatur defensio. Quid autem si crimen opponatur per modum exceptionis? Vide per Bart. post Dinum in l. 1. D. *de excep.* et Ang. in dict. l. *libellorum*, ubi concludit, quòd si proponitur ad punitionem, veluti si objiciatur contra prælatum electum, tunc quia instar accusationis habet, inseri debet locus et tempus, allegat cap. *ut circa*, *de elect.* lib. 6. et Clement. *constitutionem*, *de appellat.* si verò excipiatur solum ad repellendum, tunc non sit necessarium, allegat cap. *præsentium*, *de testib.* lib. 6. et ita dicit fuisse judicatum se advocante; et vide per Bart. in l. *Prætor edixit*, D. *de injur.* et in l. 2. §. *si publico*, in fin. D. *ad leg. Jul. de adult.* Et nota benè, quòd non purgabitur defectus libelli inepti in accusa-

dieron, rescibiendo luego del acusador la jura (7), que non se mueue maliciosamente a acusar, mas que cree que aquel a quien acusa, que es en culpa, o que fizo aquel yerro de quel faze la acusacion. E despues desto (8) deue emplazar al acusado, e darle traslado de la demanda, señalandole plazo de veynte dias (9), a que venga responder a ella.

tione ex probationibus postea factis, sed reus absolvendus est, quia ineptus libellus non firmatur propter actam probationem, Bald. in l. 1. in fin. D. *de jurisd. omn. judic.* Bart. in l. *si præses*, D. *de pœnis*, tradit Deci. consil. 83. col. 1. incipit, *in causa accusationis*, et vide Alexand. dict. consil. 72. col. 3. et vide quid circa hoc dicit Angelus Aret. in suo tract. *maleficior.* in parte *inchoata et facta*, in fin. et limita ut per eum in parte *emergentibus et contingentibus*.

Sed quid si ex forma decreti, vel statuti, vel commissionis proceditur summariè, tamen veritate inspecta; an tunc procedet libellus, et judicium in criminalibus, non servata ista solemnitate? Alexander vult quòd sic, consil. 6. 3. incipit, *circa processum*: quod si esset verum, esset singulare propter ll. hujus regni jubentes procedi summariè, et sola facti veritate inspecta, ut habetur in l. 11. tit. 1. lib. 3. *Ordinam. Regal.* quæ tamen lex loquitur in civilibus; et fortè in criminalibus tenendum esset contrarium, cùm ista solemnitas non solùm concernat, quæ sunt juris positivi, sed etiam defensionem, quæ est de jure naturali, quæ non videtur tolli per tale statutum, vel rescriptum.

Sed an sufficiat hic contenta exprimere per relationem ad aliud? Decius dict. consil. 83. col. 1. dicit, quòd non, allegans Angelum in l. 1. D. *de liber. et posthum.* et alia; Angelus tamen non loquitur in libello accusationis, et ex ejus dictis innuitur, sufficere, si constaret certum quid ex eo, ad quod fit relatio: facit l. *asse toto*, D. *de hæred. instit.* et nota, quod in notoriis non requiritur ista solemnitas, Gloss. in dict. authent. *de exhibend. reis*, in parte *libellum*, Bald. in l. *cum fratrem*, *C. de his quib. ut indig.*

Sed an solemnitas hujus legis et dictæ l. *libellorum*, locum habeat de æquitate canonica? Andræas Siculus in cap. *dilecti, de judic.* dicit, quòd non, argumento illius textus, et quòd vidit Joan. de Ana. allegantem quosdam repetentes in cap. 1. *de accus.* qui ita tenebant; allegat etiam Lauren. et Archidiac. tenere dictam opinionem in §. *libellorum*, 2. quæst. 8. ubi si rectè inspiciatur, hoc non dicit Archid. neque Lauren. qui super verbo illo *lege Julia* dicit hæc verba: Hoc non est apponendum secundum canones, quia non requirunt has subtilitates, *extra de judic.* cap. *dilecti*; et sic voluerunt dicere, quòd exprimere, quod accusat lege Julia de adulteriis, non est necessarium secundum canones, imo neque secundum leges, secundum Angel. in dict. l. *libellorum*, post princ. unde fatendum est, quod etiam secundum canones debet servari ista solemnitas; dicit tamen Socin. consil. 109. col. 3. incipit, *clarum est*, in 3. vol. quod licèt ita sit fatendum, si criminaliter agatur, tamen si agatur civiliter, non esset necessarium, allegat pro casu textum in cap. *cum dilectus*, *de ordin. cognit.* vide ibi per eum; nam et hoc, quod dicit si agatur civiliter, videtur contra textum, in cap. *tuæ*, *de probat.* et ibi Cardin. et Joan. de Imo. notant: et saltem quando ex delicto daretur actio civilis famosa, videtur quod debeat servari ista solemnitas, l. *sed et ex dolo*, §. fin. et ibi Bart. cum l. sequent. D. *de dolo*, et vide l. 10. et 11. et 12. tit. 9. *Part.* 4. et per Bald. in cap. 1. in princ. col. 4. et 5. *quib. mod. feud. amit.* qui dicit, quod si reus, cùm civiliter agitur de crimine, petit edi locum et mensem, debet edi ei: si tamen non petat, procedit libellus; et ibi respondet ad dictam l. *item exigit*, D. *de dolo*, et ad dictum cap. *tuæ*, *de procur.* vide ibi per eum, qui loquitur satis notabiliter, et ejus dicta credo servarentur in practica, et adde, quæ dixi in l. 13. tit. 9. 4. *Partit.* his etiam adde Angelum Aret. in tractat. *maleficior.* in parte *in platea communis*, col. 3. ubi dicit,

LEY XV.

Ante qual Juez puede, o deue, ser fecha la acusacion.

Por todo yerro, o mal fecho, que algund ome faga, deue ser apremiado por el Judgador del logar, do lo fizo (1), que cumpla de

quod in actione legis Aquiliæ non est locus, nec tempus inserendum, secundum Bart. in l. *Neratius*, D. *ad leg. Aquil.* quia damnatus lege Aquilia, vel *quod metus causa*, vel ex edicto *unde vi* non est infamis, Gloss. et Bart. in l. 1. in princ. D. *de infam.* ex quo colliges responsionem ad cap. *cum dilectus*, *de ordine cognit.* quem pro se allegabat Socinus.

(7) *La jura.* Nota hic expressum, quod debeat in accusatione fieri istud juramentum, nam de jure communi, ut dicit Alberic. in dict. l. *libellorum*, col. 3. hoc non reperiebatur expressum, sed ex generali consuetudine dicit præstari, ut et notat Gloss. in cap. *si duo viri*, 35. quæst. 6. et facit cap. *ut circa*, *de elect.* lib. 6. et adde Angelum Aret. in parte *mecum ad querelam*, col. 1. in tract. *maleficior.*

(8) *Despues desto.* Nota, quod non exigit hæc lex subscriptionem ad pœnam talionis, non enim est in usu, ut dicit Alberic. in dict. l. *libellorum*, col. 3. vide quæ dixi in dict. l. 13. tit. 9. *Part.* 4. vides etiam, quod neque hæc lex exigit fidejussorem de prosequenda accusatione, quod nota, propter id quod dicebat Aret. in dict. tract. in parte *neque non ad querelam*, col. 2.

(9) *Veynte dias.* Sumptum est ex summa Azon. *C.* eod. in summa, col. 2.

LEX XV.

Ubi quis delinquit, ibi tenetur, accusatori respondere, et non alibi, nisi alibi accusatus sine exceptione respondeat, vel in loco domicilii, vel ubi majorem partem bonorum haberet, accusetur, aut si vadit de loco in locum, fugiens latitando, tunc enim potest ubi reperitur, accusari, et si contra eum probetur, vel sit confessus, punietur. Hoc dicit.

(1) *Do lo fizo.* Concordat cum l. fin. D. eod. et l. *si cui*, §. *idem Imperator*, eod. tit. et cum l. *Præses*, la 2. D. *de offic. Præsid.* et D. *de noxalib.* l. fin. et cum authent. *qua in provincia*, *C. ubi de crimin. agi oportet*, et l. 1. *C. ubi senat. vel claris.* et cap. *postulasti*, et cap. fin. *de foro compet.* et locus delicti dicitur potissimum forum ipsius delinquentis, secundum Bald. in l. *de quibus*, D. *de legib.* quæst. 5. per textum in authent. *ut nulli judicum*, cap. *si quis verò comprehensorum*, col. 9. non autem ratione delicti efficitur propriè subditus, licet efficiatur de foro, glossa notabilis in cap. *nuper*, *de sentent. excom.* et in Clement. 1. *de foro compet.* et maleficio commisso in districtu civitatis, puniri debet per potestatem, vel rectorem illius civitatis, cujus est districtus, l. 1. et ibi Bald. *C. ubi de posses. agi oportet.*

Quid autem si delictum committitur in civitate alteri fœderata? Vide per Bartolum, et ibi addition. in l. *non dubito*, D. *de captiv.* ubi bonus textus, de cujus intellectu vide Bald. in l. *executorem*, col. 8. vers. *sed quæro*, *quid de civitatibus confœderatis*, *C. de execut. rei judic.*

Et quid si dubitatur de loco delicti, an fuerit intra vel extra territorium? Vide Bart. in l. 1. §. *cum urbem*, D. *de offic. præfect. urb.* referentem Innoc. in cap. *super litteris*, *de rescript.*

Quid autem si reus fuit contumax, et post condemnationem factam per judicem territorii opponitur per reum, quòd non fuit commissum in territorio? Vide per Bald. in l. *licèt*, col. penult. vers. *sed hic quæro de tali quæstione*, *C. de procur.* qui dicit, quòd ex sententia est inducta quædam præsumptio quæ transfert onus probandi in reum: et sic sibi incumbit onus probandi; quæ tamen objectio, si fuerat opposita à principio, accusator vel inquisitor debebat

derecho a los que lo acusan dello, maguer sea el malfechor de otra tierra. E si por auentura, el que ouiesse fecho el yerro en vn lugar, fuesse despues fallado en otro, e lo acusassen y delante del Judgador do lo fallassen, si el respondiesse ante el (2) a la acusacion, non poniendo ante si alguna defension (3), si la auia; dende en adelante, tenudo es de seguir (4) el pleyto ante el, fasta que sea acabado, maguer el fuesse de otro lugar, e se

probare de territorio; et sic æquiparantur contumax et sponte procedens; vide ibi, quia est menti tenendum ad istam legem, infrà in sequenti dicto.

Quid autem si Archiepiscopus delinquat in diœcesi suffraganei sui? Innoc. et communiter Doctores in cap. *cum inferior*, *de major. et obed.* tenent, quòd non possit puniri à suffraganeo, etiamsi esset Episcopus, qui haberet duos episcopatus, unum eorum ex dispensatione: et idem tenet Archidiac. in cap. 2. *de const.* in 6. in hoc tamen dicto, quando Episcopus habet alium episcopatum ex dispensatione, qui non est de Metropoli, contrarium tenet Abb. in dict. cap. *cum inferior*, et dictis Abb. favet Felinus ibi col. 1. et 2. relinquit tamen cogitandum, quia punctus est disputabilis; vide ibi per eos, et per Maria. Soc. in cap. 1. *de raptor.* qui in hoc adhæret opinioni Abbatis, cui etiam opinioni adhæret And. Sicul. *in addition. ad Bald.* in dict. authent. *qua in provincia.* Delegatus etiam judex à Principe, si delinquat in territorio ordinarii, puniri potest ab ordinario, vide per Cyn. et Doctores in dict. authent. *qua in provincia.*

Sed an possit eum punire ratione sententiæ, quam in causa delegata protulit injustè? Cyn. vult, quòd sic, in dict. authent. sed Petrus de Anchar. in repet. cap. *postulasti, de foro compet.* in 6. contrarium tenet; quòd ratione injustæ sententiæ simpliciter non possit, etiam finita delegatione, conveniri coram ordinario, quia soli deleganti tenetur delegatus de hoc rationem reddere; si verò conveniatur ratione fraudis et doli, puta quia dicitur corruptus pecunia, vel per fraudem et sordes, pronunciare tunc poterit per l. *si quis libertatem*, D. *de petit. hæred.* et l. *si duo patroni*, §. *idem Julianus*, D. *de jurejur.*

Quid autem si sint duo domini ejusdem loci fungentes pari imperio, et unus eorum delinquat, an possit puniri ab alio? Angelus in l. *est receptum*, D. *de jurisd. omn. judic.* dicit, quòd sic, quia intelligitur eo ipso se summittere jurisdictioni et imperio condomini: contra Angelum tamen in hoc tenet ibi Paul. de Cast. et sequitur eum Alexander allegans copiosè, et Felin. in dict. cap. *cum inferior*, col. 1. par enim in parem non habet imperium, cap. *innotuit*, *de elect.* et duobus procuratoribus simul datis, unus non potest agere contra alium, l. *qui duos*, D. *de procurat.* nam et asinus intumescit, cùm videt per comparem se comprehendi l. *hæres per servum*, D. *de acquir. hæred.* et ubi pares contendunt ad invicem, recurritur ad Principem, l. *si duo*, D. *de re judic.* l. *in offerendis*, *C. de appellat.* nec obstat, quòd Romulus punivit Remum delinquentem, licèt essent consortes, quia Romulus sorte obtinuit imperium, vide per Bart. in l. *si quis violaverit*, D. *de rerum divis.* et in l. *inter tutores*, D. *de adminis. tutor.* per Maria. in dict. cap. *postulasti*, col. 5.

Quid autem si delictum committatur in territorio communi utriusque civitatis, vide per Bald. in l. unic. col. 7. *C. de confes.* ubi concludit, quòd prævenientis per citationem erit cognitio; vide ibi per eum, et quod idem Baldus notat in l. 1. vers. *in initio*, penult. col. vers. *quid si sit in confinio, et testes nesciunt distinguere* D. *de offic. præfect. urb.* Et quia ista materia est latissima, in qua fiunt multæ quæstiones, vide de eis per Abb. in dict. cap. fin. col. 6. et 7. et per Maria. Socin. latè in dict. cap. *postulasti*; quia tamen multa ex prædictis per eos non reperies, hic inserui, quæ sunt notabilia; adde etiam, quod notat Bald. in l. 2. *C. ubi de crimin. agi opor.* et Nicol. de Neapol. in dict. l. *jurisperitos*, D. *de excusat. tutor.* et Angelus Aret. in tract. *malefic.* in parte *neque non ad querelam*, col. 6. Bald. in l. *si plures*, col. 5. *C. de condit. insert.* Abb. in cap. *cum inter*, *de consuetud.* et in cap. 1. *de præsumpt.* et Bald. in l. *si quis non dicam rapere*, col. 4. *C. de Episcop. et Cleric.* et in l. 2. *C. de eunuch.* et in §. *injuria*, col. 3. *de pace juram. firm.* et Bart. in l. *libellorum*, D. *de accusat.* et in l. *et si amicis*, §. 1. D. *ad leg. Jul. de adulter.*

(2) *Respondiesse ante el.* Et sic in criminalibus, ut hìc vides, fit prorogatio jurisdictionis, adde l. 1. cùm gloss. ibi in verbo *inchoata*, *C. ubi de crimin. agi oport.* de quo et per Gloss. et Doctor. in l. 1. D. *de judic.* et per Bald. in l. *si qui ex consensu*, *C. de Episcop. audient.* et in l. 1. *C. de juris omn. judic.* et per Doctor. in l. *magistratibus*, D. *de jurisd. omn. judic.* et tene menti istam legem, quæ in hoc approbat opinionem Azon. *C. ubi de crimin. agi oport.* in summ. et reprobat opinionem Specul. in tit. *de comp. judic. adit.* §. 1. vers. *sed nunquid in judicem*, col. 7. approbat etiam ista lex opinionem Gandini in suo tractat. *malefic.* sub rubr. *ubi puniatur delinquens*: et dicit Angel. in l. 1. in princ. D. *de confes.* quod per confessionem rei, quam facit coram judice incompetenti, aliàs habente merum imperium, videtur prorogata jurisdictio; et idem tenet Angelus Aret. in suo tractat. *malefic.* in parte *comparent dicti inquisiti, et confitentur totum*; et satis probatur in ista lege. Adverte tamen, quòd in judicio inquisitionis, non fieret ista prorogatio, ut notat Bald. in l. 1. in fin. *C. ubi de crimin. agi oport.* et in l. 1. *C. de sicar.* in vers. *et adverte* Decius in cap. *at si Clerici de judic.* in princ. in col. 2. An autem de loco ad locum possit fieri prorogatio in criminalibus? Bald. in dict. l. 1. *C. de jurisd. omn. judic.* vult, quòd non; contrarium tamen tenet Albericus in l. *Præses Provinciæ*, 1. D. *de offic. Præsid.* post Guido de Suza, ex eo, quia non omnino redigitur ad instar privati, sed tantùm est privatus exercitio jurisdictionis. Limita tamen istam legem disponentem de prorogatione in criminalibus, quando fieret in judicem habentem merum imperium ad cognoscendum de causis criminalibus, prout voluit Gloss. in dict. l. 1. et declarat ibi Angelus col. fin. secùs verò si non haberet, ut notat Gloss. in l. *inter convenientes*, D. *ad municipal.* Item limita et intellige, quando fieret prorogatio dolosè, ut inveniat judicem sibi gratiosum, quia tunc non tenet l. 3. D. *de prævaricat.* Ang. in dict. l. 1. et vult etiam Bald. in l. *si qui ex consensu*, col. 2. vers. *revoco igitur*, *C. de Episc. audient.* Item limita, quando causa criminalis esset super re feudali, cujus cognitio pertinet ad dominum feudi; nam tum invito vel ignorante domino feudi non posset prorogari alterius judicis jurisdictio, ut tradit notabiliter Andr. de Iser. in §. *præterea*, *si inter duos*, col. 6. et 7. *de prohib. feud. alien. per Frederic.* Socin. consil. 87. col. 2. vers. *secunda ratio*, in 3. volum. et vult Angel. in dict. l. 1. col. 3. vers. *an autem Paduanus*, et col. fin. Item limita, nisi talis prorogatio fieret in judicem alterius regni, et territorii, nam tunc non posset fieri; et ita intelligo, quæ notat Bald. in dict. l. *si qui ex consensu*, ibi: *breviter ego teneo*, et Joan. Fab. ibidem, et Ang. in dict. l. 1. col. fin. si tamen omnes judices essent sub eodem regno, et dolus cessaret, fieri posset prorogatio, ut apertè in ista lege Partitarum dicitur.

(3) *Alguna defension.* De dilatoriis dicit ad exclusionem judicii, quod non sit de jurisdictione illius judicis, scilicèt, ut in casu hujus legis: et adverte, quòd intelligi debet ista lex de eo, qui sciebat se non subjectum, seu non esse de foro judicis cognoscentis; nam si putaret se esse subjectum, non videtur prorogare, et nulla esset sententia, l. 1. et 2. *C. si à non compet. judic.* et tenet Azon. *C. ubi de crimin. agi oport.* in summ.

(4) *Es de seguir.* Sed an judex proprius tenebitur habere ratam talem prorogationem in criminalibus, ita quòd super crimine illo non procedat? Joan. Andr. *in addition. ad Specul.* tit. *de comp. judic. adition.* §. 1. col. 7. in vers. *sed nunquid in judicem alterius jurisdictionis*, *in ad-*

pudiera escusar con derecho de responder ante el, ante que respondiesse a la acusacion. Otrosi dezimos, que puede ser acusado el malfechor delante del Judgador del lugar do fiziere el su morada (5), o delante de aquel do ouiesse la mayor parte de sus bienes (6), maguer el acusado ouiesse fecho el yerro en otra parte. E si aquel que fizo el yerro fuesse ome que anduuiesse fuyendo de vn lugar a otro (7), de manera que lo non pudiessen fallar do fizo el mal fecho, nin do ha la mayor morada; estonce este, en qualquier lugar do lo fallaren, lo pueden acusar, e es tenudo de responder a la acusacion; e puedenle dar pena segund mandan las leyes, si le fuere prouado el yerro, o lo conosciere el mesmo. Mas en otro lugar (8), si non aquellos que de suso diximos, non es tenudo el acusado de responder a la acusacion que fazen del, si non quisiere.

LEY XVI.

En que manera deue el acusado responder a la acusacion, que fazen contra el.

Pues quel acusado aya rescebido traslado de la acusacion, e que le aya el Juez señalado dia a que venga responder, ante que responda, puede poner defension (1) ante si, para desechar al acusador, o otra, si la ouiere atal, que pueda valer segun derecho. E si tal defension non pusiere ante si, tenudo es de responder en todas guisas a la acusacion, si, o non (2), al plazo que le fuesse puesto. E desque ouiere respondido, si el yerro sobre que fue acusado es de tal natura, que si le fuere prouado, que deue rescebir muerte, o perder miembro, o rescebir otra pena en el cuerpo, el Judgador deue catar, que el acusado sea guardado (3) de manera que se pue-

ditione, super parte *sensu*, refert Guilliel. de Suza. dicentem, quòd si tale est crimen, de quo judex possit inquirere, non tenebitur habere ratum, nec per factum delinquentis impedietur ipsius officium: in aliis verò criminibus ex quo accusans et accusatus sponte sub alio judice litigant, ipse ordinarius conquiescet: et cum hoc transit Joan. Andr. limitans inter clericos non procedere istam quæstionem, qui sine consensu Episcopi prorogare non possunt, cap. *significasti, de foro compet.*

(5) *Su morada.* Concordat cum dict. l. 1. *C. ubi de crimin. agi oport.* l. *relegatum*, §. 10. vers. *sed eos*, et §. *si quis*, D. *de interdict. et releg.* Sed an judex originis, vel domicilii, possit procedere per inquisitionem ad punitionem delicti commissi extra domicilium, seu jurisdictionem suam? Gandinus in tractat. *maleficior.* ultimo fol. tenet, quòd non; Angelus etiam Aret. refert circa hoc opiniones contrarias in suo tractat. *malefic.* in parte *hæc quædam inquisitio*, col. penult. ubi dicit, quòd secutus est opinionem, quòd possit, ut maleficia puniantur; et vide ibi addition. et per Bart. post Cynum in l. 1. *C. de summ. Trinit.* et *fide cathol.* ultim. fol. et Baldus ibidem, col. 12. cum sequent.

(6) *De sus bienes.* Nota hoc, et adde l. 2. *C. ubi senator. vel claris.* et Gloss. in cap. *dilectus filius*, *de rescript.* et intelligerem, cùm ibi delinquens reperiatur, ex his quæ dixi in l. 33. tit. 2. 3. *Partit.* et vide in glos. fin. Gandinus verò sub rubric. *ubi puniatur delinquens*, intelligit hoc, dicens: Et nota quod quis dicitur habere domicilium, ubi habet majorem partem fortunarum suarum, et larem suum.

(7) *A otro.* De vagabundo loquitur; et nota ad ea quæ Gloss. et Doctores dicunt in dict. l. 1. et 2. *C. ubi de crim. agi oport.* et adde l. 32. tit. 2. *Partit.* 3. et Gloss. in l. 4. §. *præter*, D. *de damno infect.* et ibi Bart. in fin. Abb. in cap. fin. 7. et 8. col. *de foro compet.* Joann. de Plat. in l. *generali*, *C. de Decurion.* lib. 10. et in l. unic. *C. de colon. Tracens.* lib. 11. et in l. 1. *de tyron.* lib. 12. et Bald. in l. fin. *C. de præscript. longi tempor.* et dicit Ang. in dict. l. 1. quod cùm habes unum malefactorem notorium, qui tamen non in tuo territorio deliquit, si vis facere eum mori, facias, quod confiteatur se vagabundum; hoc tamen dicit, non facias ad pompam, sed cùm tua conscientia hoc dictat.

(8) *En otro lugar.* Et sic, extra locum delicti, vel domicilii, vel prorogatæ jurisdictionis, vel quando quis est vagabundus, non potest accusari, ut hic habes, vel ubi habet majorem partem fortunarum suarum, ut suprà dixit; qui fortè casus fuit positus propter id, quod habetur in l. 2. *C. ubi de crimin. agi oport.* de eo qui assiduè in aliquo loco conversatur, quod Angelus ibi intelligebat de conversatione per decennium; minoris enim temporis conversatio non ligat conversantem illi foro, secundum Cyn. in l. 2. *C. ubi senator. vel claris.* Vel dic, quod iste casus de habente majorem partem bonorum in aliquo loco, addatur in ista lege, et intellige, ut superius dixi: et ille casus de assiduè conversante, licet non ponatur hic, includatur sub eo, *do fiziere su morada*, dicto superiùs. Angelus tamen, ubi suprà, ponit istum ut diversum: vide ibi per eum.

LEX XVI.

Debet accusatus respondere in termino ei præfixo ad respondendum, et contestari, nisi habeat aliquas contra judicem, vel contra accusatorem exceptiones: et facta responsione faciet eum judex per milites, vel alios custodiri; aut in carcere moderato, secundum statum personæ, poni, aut custodiri; nec detur fidejussoribus. Hoc dicit.

(1) *Defension.* De dilatoriis dicit, ut sequitur, et concordat cum l. *si maritus sit*, §. *præscriptiones*, D. *ad leg. Jul. de adult.* et *C.* eod. l. *adulterium*, vide Azon. *C.* eod. in summa, col. 2. debent enim hæc dilatoriæ ante litem contestatam opponi, ut hic, et in dictis juribus, et in cap. *inter Monasterium*, *de re judic.* et dixi suprà eod. l. 4.

(2) *Si, o non.* Sic fit litis contestatio, ut hic, et in l. 3. tit. 10. 3. *Partit.* ubi vide quæ dixi: et habes hic, quod lis debet contestari in criminalibus, adde l. *si quis reus*, D. *de pub. jud.* et l. 2. D. *ad leg. Jul. de adult.* §. *qui hoc dicit*, et §. *si publico*, et vide de ista contestatione in criminalibus in Extravag. *ad reprimendum*, ubi Bartolus super verbo *contestata*; et ex probationibus factis lite non contestata, non posset accusatus damnari, Bald. in l. *si magnum*, *C. qui accus. non poss.* Quid autem si reus præsens nolit litem contestari? Vide per Bald. in l. 1. col. 9. *C. qui accus. non poss.* et per Bart. ubi suprà, et in l. *non videtur se defendere*, D. *de reg. jur.* et quod notat Bald. in authent. *at qui semel*, col. fin. *C. quomodo, et quando judex.* Et quid si accusatus de homicidio comparet, et opponit exceptionem declinatoriam, judex tamen dicit: *amice, responde libello, et contesteris litem, salvis exceptionibus tuis in hoc articulo*? Baldus in l. *peremptorias*, col. 4. *C. senten. res. non pos.* dicit, quod non potest cogi tunc litem contestari, quia lite contestata debet stare in carcere, quia tunc inter reos recipitur; quod limitat, quando statim posset probare declinatoriam, alioquin cogitur litem contestari salvis exceptionibus, allegat glossam notabilem in l. *nam postea quam*, in princ. D. *de jurejur.* et dicit hoc menti tenendum.

(3) *Guardado.* Adde l. *Divus*, D. *de custod. reor.* et l. 4. 5. et 6. tit. 29. ead. *Partit.* ubi latiùs de hoc.

(4) *Omes que lo guarden.* Hi dicuntur commentarien-

da cumplir en el la justicia, dandolo a Caualleros, o a otros omes, que lo guarden (4), o metiendolo en la carcel, donde pueda ser bien guardado; todavia catando, que le den tal prision, o guarda, segun que el ome fuere. Ca, en tal caso como este, non deue ser dado sobre fiador (5) en ninguna guisa. E la manera en que deue responder el acusado a la acusacion que le fazen, diximos mas lleneramente en la tercera Partida deste libro, en el titulo del Demandador, e del Demandado, en las leyes que fablan en esta razon.

LEY XVII.

Como el Judgador deue yr adelante por el pleyto de la acusacion, si alguna de las partes non viniere al plazo.

Non viniendo el acusado al plazo que le fue puesto para responder a la acusacion, deue el Juez passar contra el, segun dizen las leyes (1) del titulo de los Emplazamientos. E si por auentura viniesse el acusado, e el acusador non paresciesse (2), nin viniesse al plazo, el Judgador le puede poner pena de pecho (3) segund su aluedrio; e fazerlo emplazar de cabo (4), señalandole plazo a que venga a seguir su acusacion; e si a este plazo (5), non viniere, nin se embiare escu-

Ley 3, tit. 25, lib. 12 Novis. Recop. Ley 4, tit. 40, lib. 12 Novis. Recop.

ses: habes hic, quod licèt sit casus, ubi quis non potest relaxari sub fidejussoribus, quia pœna est corporalis, poterit tamen relaxari sub custodibus commentariensibus, quos vulgò dicimus *fiadores carceleros*; et adde l. 1. D. *de custod. reor.* de qua ista sumpta est, et *C.* eod. l. *ad commentariensem*, ubi Cyn. et Salicetus. Si tamen scelus esset grave, tunc hoc non deberet fieri, sed in carcere et vinculis detinendus esset, ut habetur in dict. l. 1. ad quod adde, quæ in hoc tradit Roderic. Suarez in ultima repetit. ll. *Fori*, cùm tractat de fidejussore in causa criminali, fol. 7. qui dicit securiorem practicam esse, ne istud fiat nisi jam publicatis attestationibus, et ita quod jam verè, vel præsumptivè constet de innocentia accusati; et allegat ad hoc quamdam legem Toleti. De custodia tamen, in qua debet poni nobilis, vide l. 4. tit. 29. infrà ead. *Partit.*

(5) *Sobre fiador.* Habes hic, quod non est relaxandus reus sub fidejussoribus, quando crimen est tale, quod venit imponenda pœna corporalis, adde l. *Divus Pius*, D. *de custod. reor.* et quæ dico in l. 10. tit. 29. infra ead. *Partit.* Et an cùm imponitur pro maleficio pœna pecuniaria, et in defectum pœna corporalis, reus debeat laxari datis fidejussoribus? Tangit Bart. in l. *item liberatur*, §. *qui paratus*, D. *quibus mod. pign. vel hypot. solvit.* et dicit, quod si statutum dicit, quod condemnetur in certa quantitate, quam si non poterit solvere, amputetur sibi pes: tunc datis fidejussoribus idoneis, debet relaxari, dum tamen sint fidejussores, qui non habent bona verisimiliter peritura. Si verò statutum dicat, quod condemnetur in certa quantitate, quam si non solverit, amputetur sibi pes; tunc non debet relaxari sub fidejussoribus, quia posset esse, quod neque ipse, nec fidejussores solverent, quamquam sint locupletiores: vide ibi latiùs per eum, vide etiam de hoc per Bald. in l. *data opera*, *col.* 6. *C. qui accus. non poss.* ubi dicit, quod si statutum dicit, quod homicida condemnetur in centum, et si non solverit infra decem dies, decapitetur, vel perdat manum; quod istud maleficium dicitur capitale attenta aptitudine et potentialitate, et non est relaxandus reus fidejussoribus, quia in dubio semper judex debet facere, quod securius est: et vide ibi per eum disputantem, an hæc pœna secundaria sit pœna maleficii vel contemptus, et adde et vide per eumdem Bald. in l. *reos*, col. 3. *C. de accus.* et vide de istis per Angelum Aret. in tract. *malefic.* in parte *quas si non solverit, amputetur sibi manus dextra*, in fin. et in locis, ubi se remittit ibidem in eodem tractatu. Si verò crimen non sit ita magnum, ex quo veniat imponenda pœna corporalis, seu corporis afflictiva, relaxatur fidejussoribus, ut hic innuitur, et habetur in dict. l. *Divus*, et in l. *si quis reum*, D. *de custod. reor.* tradit Angelus Aret. ubi vide, in tract. *malefic.* in parte *fama publica*, 12. et 13. col. et col. 17. et in parte *pro quibus Antonius fidejussit*, ubi et vide, an unus pro alio possit fidejubere, et qualiter fidejussio debeat concipi, et quomodo teneatur judex, qui non relaxat reum sub fidejussoribus; et ibidem, quod cautè faciet judex assumens approbatores istorum fidejussorum: et adverte, quod captus de mandato Regis non debet relaxari fidejussoribus, nisi mandetur à Rege, l. 24. tit. 18. 3. *Partit.* ex quo infero ibi idem esse, si caperetur per litteras requisitorias alterius judicis.

LEX XVII.

Accusato comparente, si non compareat accusator, arbitrariè punitur pecuniariter; et si citatus non comparet, absolvitur reus ab instantia judicii; nec potest ipse amplius accusare eum, et solvet expensas, et interesse, et insuper Regi quinque libras auri; et dabitur pro infami, quia deseruit accusationem sine licentia judicis: accusato verò non comparente, proceditur contra eum juxta tenorem legum supra 3. *Partit.* tit. 7. Hoc dicit.

(1) *Las leyes.* Vide etiam in l. 7. tit. 8. 3. *Partit.*

(2) *Non paresciesse.* Concordat cum l. *qui crimen*, et l. *si ea*, *C. de his qui accusat. non poss.* et l. 2. *C. ad Turpill.* et l. *prævaricationis*, §. fin. D. *de prævaric.* et tene menti et nota practicam hujus legis, qualiter debeat procedi contra accusatorem absentem per contumaciam, nam Glossa, et Doctores vario modo in hoc loquuntur, prout videre poteris per Speculat. tit. *de accusatione*, §. 5. *tractandum est*, et per Gloss. Bart. et Doctor. in l. *inter accusatorem*, D. *de public. judic.* et in l. *qui crimen*, *C. qui accus. non poss.*

(3) *Pena de pecho.* Ista lex videtur intelligere l. *qui crimen*, *C. de his qui accus. non poss.* de qua habet ortum, quòd illa punitio extra ordinem, de qua ibi, procedat propter contumaciam accusatoris non comparentis in termino primo præfixo, in quo tam accusatus, quàm accusator debebant comparere; pœna verò Turpilliani, et aliæ procedant, quando monitus iterum, in secundo citationis termino non comparuit ad prosequendum accusationem; Glossa tamen et Doctores intelligunt dictam l. quòd pœna extraordinaria concurrat eodem tempore cum aliis; vide per Salicet. in dict. l. *qui crimen*, et tene menti istam legem Partitarum volentem, quòd pœna extra ordinem non concurrat cum pœna Turpilliani, ne pro eodem delicto duplex pœna infligatur, ut tradebat Speculat. tit. *de accusat.* §. 5. *tractandum*, col. 2. quod tamen limitari posset, nisi aliqua qualitas aggravaret contumaciam, ut utraque pœna concurrat, ut declarat Salicet. in dict. l. *qui crimen*, col. 3. vers. *ego credo.*

(4) *De cabo.* Nota ergo, accusatorem citandum priusquam reus absolvatur, et si accusator fuerit contumax in non comparendo in termino præfixo accusato, ut hic, et in dict. l. *qui crimen*, et 5. quæst. fin. cap. *Epiphanium*, Speculat. ubi suprà, in princ. et in cap. *licèt*, ubi Abb. eod. tit. vide Bald. in l. *si accusatoribus*, 4. notab. *C.* eod.

(5) *Plazo.* Sufficit ergo unica citatio, cujus contrarium communiter Glossa, et Doctores dicunt in dict. l. *inter ac-*

sar (6) por alguna razon derecha, deue el Judgador dar por quito (7) al acusado, quanto en razon de la demanda, que auia contra el aquel que lo acuso; e fazer pechar al acusador todas las despensas (8) e los menoscabos, que vinieron al acusado por razon de la acusacion; e dende en adelante, nunca deue ser oydo sobre aquel acusamiento. E aun mas, deue pechar a la Camara del Rey cinco libras de oro (9), e ser dado por enfamado (10) para siempre, porque non siguio la acusacion que auia comencado, e la desamparo sin otorgamiento del Judgador.

LEY XVIII.

Como puede el Judgador fazer recabdar el acusado, si fuyere en otra tierra.

Fuyendose del lugar algun ome, despues que fuesse acusado, sin licencia del Judgador, que lo podria apremiar en alguna de las maneras (1) que diximos en las leyes ante desta; o si fuesse rebelde (2), e non quisiesse venir a la acusacion, a responder al plazo que le fue puesto; o si viniesse a responder al plazo, e despues que ouiesse respuesto se fuesse (3), que non quisiesse seguir el pleyto fasta que

cusatorem, et in dict. l. *qui crimen*, et cùm hic non exprimat, quod intervallum, seu terminum debeat habere ista citatio, videtur, quòd hoc relinquatur arbitrio judicis: et sic erunt sublatæ opiniones diversæ, quæ in hoc erant; nam aliqui dicebant, quòd unius diei, alii quòd trium dierum, alii quòd triginta, et requirebant plura edicta seu plures citationes, ut videbis in locis suprà allegatis; debet tamen talis unica citatio esse peremptoria, cum assignatione dierum pro quolibet intervallo ex tribus, ut moris est, et ita ista lex reducetur ad concordiam cum juribus antiquis, et dictis Glossæ, et Doctorum.

(6) *Escusar.* Concordat cum dict. l. *inter accusatorem.*

(7) *Por quito.* Ab instantia judicii intellige, ut statim videtur subjicere, et declarat Abb. in cap. *licèt*, super gloss. 1. *de accusat.* et imponetur accusatori silentium, ut ibidem habetur in dict. cap. *licèt*, et infrà ista lege.

(8) *Despensas.* Concordat cum dict. l. *qui crimen*, et vide ibi notabiliter per Salic.

(9) *De oro.* Hæc est pœna Turpilliani, l. 3. in fin. D. *de prævaric.* quæ habet locum, non solùm quando quis desistit expressè et manifestè, ut in l. 1. §. *si quis autem*, D. *ad Turpill.* sed etiam quando sibi statuitur terminus ad prosequendum accusationem, et non prosequitur, videtur enim tacitè desistere, et punitur ista pœna, l. *si ea*, *C. de his qui accus. non poss.* et hic, quia suprà dixit, quòd fuit citatus accusator ad prosequendum. Si verò citatio non fieret ad prosequendum, sed ut veniat ad causam agendam, et non venit, tunc punitur pœna Turpilliani, sed extra ordinem arbitrio judicantis, et reficit sumptus, ut in dict. l. *qui crimen*, ita distinguit Bart. in dict. §. *si quis autem*, et Angel. in dict. l. *qui crimen.* Ego tamen non benè percipio, quid intersit inter citationem ad causam agendam, vel prosequendam, videtur enim imponi lex verbis, et non rebus, contra l. 1. *C. communia de legat.* unde utroque casu crederem esse idem, et procedere hujus legis dispositionem. Angel. tamen motus fuit ex dict. l. *qui crimen*, ubi ponitur, citationem factam fuisse ad causam agendam: Bartol. tamen in dict. §. *si quis autem*, non posuit istud ad causam agendam, sed dicit, quod fuit citatus, et non venit; unde dictum ejus debet intelligi, quando accusator fuit citatus, ut veniret ad judicium, non dicto, ut veniret ad prosequendum vel agendum causam, et isto casu posset salvari ejus dictum; et sic quod refert, an citetur ad certum articulum, seu simpliciter, an verò citetur ad prosequutionem accussationis, seu ad agendam causam accusationis; tu cùm habueris majus otium, latiùs considera: vides etiam hic, quod desistens ab accusatione ante litem contestatam incidit in Turpillianum, et nil mirum, quia reus jam fuerat citatus, vide per Bartol. in l. *quæsitum*, D. *ad Turpill.* per Angel. Aret. in tractat. *malefic.* in parte *neque non ad querelam*, 19. col. per Abb. in dict. cap. *licèt*, *de accusat.*

(10) *Enfamado.* Adde l. 2. *C. ad Turpill.*

LEX XVIII.

Post accusationem sine licentia judicis fugiens accusatus, nec volens usque ad finem prosequi litem, potest ubicumque infra Regis dominium capi, et ad locum accusationis deduci suo accusatori responsurus, et de jure completurus. Hoc dicit.

(1) *Maneras.* Ex hoc verbo nota, quòd non solùm debet fieri remissio delinquentis ad judicem loci, ubi deliquit, sed etiam ad judicem domicilii, vel prorogatæ jurisdictionis, juxta ea, quæ habentur in l. 15. suprà eod. et tene menti, quia ll. juris communis in hoc de remissione disponentes, ut est l. *si cui*, §. *cum sacrilegium*, D. *de accusat.* et cap. *si vero quis comprehensorum*, in authent. *ut nulli judicum*, loquuntur de remissione ad locum delicti; et hoc nota, quia Bald. in l. *executorem*, col. 7. *C. de execut. rei jud.* simpliciter dicit, quod licèt delinquens tria sortitur tribunalia, locum scilicèt delicti, et locum domicilii, et locum originis; non tamen potest judex originis, vel domicilii petere, quod sibi remittatur malefactor, licèt judex delicti sit; et est ratio differentiæ secundum eum, quia illam jurisdictionem offendit, ubi deliquit, reliquæ non procedunt ratione offensæ, sed quia solùm interest eorum purgare territorium suum à malis hominibus, l. *congruit*, D. *de offic. Præsid.* lex ista Partitarum vult contra, et apertius l. 1. tit. 29. ead. *Partit.* ideo tene menti.

(2) *Rebelde.* Ex isto verbo cum sequentibus, et ex textu in dict. cap. *si quis vero comprehensorum*, colligitur, quod quis non potest capi, nisi primo citetur; quod Angelus reputat notandum ibidem, et limitat, nisi inveniatur in flagranti crimine, et tunc, ut ad judicem ducatur, l. *capite quinto*, D. *ad leg. Jul. de adult.* l. *interdum fur*, §. *qui furem*, D. *de furt.* et authent. *ut judices sine quoquo suffrag.* cap. *necessitatem.* Tu etiam limita, quando crimen sit tale, cujus pœna sit corporis afflictiva, ubi timetur, ne verbali citatione præcedente conscius criminis fugam arriperet, quia tunc judices informatione prius à testibus habita, sine aliqua citatione verbali mittunt ad capiendum reum, quæ practica probatur in l. 2. *C. de exhib. reis*, ubi per Salic. et per eundem in l. *absentem*, col. 2. quæst. 3. *C. de accusat.* tradit etiam Angelus Aret. in tractat. *maleficior.* in parte *judex commissit*, *quòd Cajus prædictus, et alii inquisiti citarentur*; et tu adde l. 1. tit. 29. infrà ead. *Partit.*

(3) *Se fuesse.* Nota recedentem à judicio sine judicis licentia, ita esse contumacem, ac si non veniret, adde cap. 1. 6. quæst. 5. et quod habetur in cap. 1. *de judic.* et vide, quæ notat Abb. in cap. *consuluit*, *de offic. deleg.* et per Bart. et Jas. in l. *qui ante calendas*, D. *de verbor. oblig.* Bald. in l. *nam ita Divus*, in fin. D. *de adopt.* dicit, quod omnis citatus à judice legitimè comparens, est monitus à judice, ne recedat illicentiatus, l. *quæsitum*, D. *de re judic.* et per Joan. Andr. in cap. *si postquam*, *de elect.* lib. 6. in novella. Secùs dicit, si non fuit legitimè citatus, quia si non tenet expressa citatio, neque tenebit tacita de non recedendo monitio; vide etiam per Joan. de Plat. in l. *si quis Decurio*, *C. de Decurion.* lib. 10. et in l. 8. tit. 7. 3. *Partit.*

fuesse acabado; mandamos, que en qualquier lugar de nuestro Señorio (4) que lo fallaren despues a este atal, que asi anduuiere fuyendo, que lo puedan recabdar (5), e aducir (6) delante del Judgador do fuere acusado, o ante quien començo el pleyto, para hazer derecho ante el a los que lo acusaron.

LEY XIX.

Como deue el acusador lleuar adelante la acusacion que fizo, e como la puede desamparar.

Ciertas, e señaladas (1) cosas son, en que el acusador non puede desamparar, nin quitar la acusacion (2) que ouiere fecho, maguer el Juez le otorgue (3) poderio de desampararla. La primera es, quando el Judgador sabe ciertamente, que el acusador se movio maliciosamente a fazer la acusacion, e que non era verdad aquello sobre que la fizo. La segunda es, quando el acusado es ya metido en carcel, o en otra prision, do ha recibido algun tormento, o desonrra. Ca estonce non podria el acusador desamparar la acusacion, sin otorgamiento del acusado. Pero si desonrra ninguna non ouiesse recebido, bien podria el acusador desamparar la acusacion, con otorgamiento del Juez, fasta treynta dias (4).

(4) *Señorio.* Hoc dicit, quia istæ remissiones delinquentium locum habent in judicibus, qui subsunt uni superiori, non in aliis, qui non subsunt, Bald. in l. 1. *C. ubi de crimin. agi oport.* et fuit secundum eum ista opinio Odofred. quæ approbata est de consuetudine, et idem dicit Bald. in l. *Præses provinciæ*, la 2. in fin. D. *de offic. Præsid.* quod istis remissionibus hodie non utimur, nisi in terris, quæ sunt sub uno Principe generali, non autem in terris, quæ non subalternantur regimini alicujus: et quod ita se habet generalis consuetudo, quæ servanda est: idem dicit Bald. in l. *executorem*, col. 8. *C. de execut. rei jud.* quod istæ remissiones non fiunt de consuetudine, nisi de locis, quæ sunt de eodem dominio, et in eodem regno, vel præsidatu; sed de jure communi secundum eum in toto orbe fieri debent, quia unus est dominus temporalis, scilicèt Cæsar.

(5) *Recabdar.* Innuit ista lex quod ista captura realis fieri possit per judicem domicilii, vel delicti, vel ubi aliàs cognoscitur justè de accusatione, licèt delinquens reperiatur in alio territorio regni; sicut enim potest citari verbaliter, ut in l. 5. tit. 2. lib. 3. *Ordinam. Regal.* sic et realiter capiendo, ut hic: sed quidquid in hoc sit de jure in citatione verbali, ut tradit Oldral. consil. 88. incipit, *tertiò quæritur*, et Bartol. in l. 1. §. 1. D. *de requir. reis*, et in Extravag. *ad reprimendum*, in glos. super parte *et per dictum*, col. 2. et in authent. *de hæred. et Falcid.* §. *hinc nobis*, col. 2. Bald. *in addition. ad Specul.* tit. *de comp. jud. ad.* in citatione tamen reali reperitur expressè cautum, quod non fiat in alio territorio, capiendo personam, ut in dict. authent. *ut nulli judicum*, cap. *si quis verò comprehensorum*, et in authentica ab illa sumpta, *C. ad leg. Jul. de adult.* authent. *si verò criminis*, unde intelligenda est ista lex, quod talis captura non fiat manu judicis de crimine cognoscentis, sed ad litteras ejus fiat per judicem, ubi reus latitat vel degit: quinimò ex ista littera potest dici, probari hic, quod in defensionem Glossæ in dict. l. *si cui*, §. *cum sacrilegium*, D. *de accusat.* inducit Salicetus in dict. authent. *si verò criminis*, quod sine aliquibus litteris judicis de crimine cognoscentis possit judex loci, ubi degit, si velit, et debet hoc velle, ex urbanitate remittere reum captum ad judicem, ubi deliquit, et sic quod præcedentibus dictis litteris tenetur ex necessitate, non præcedentibus ex urbanitate: verbum ergo hoc *puedan*, quando non procedunt tales litteræ, stabit propriè, juxta l. *non quidquid*, D. *de judic.* si vero procedant tales litteræ, tale verbum est supplendum, *possint*, scilicèt, et *debeat de necessitate*, ut in dict. authent. et nil mirum, si tali casu verbum *potest* importet necessitatem, cùm lex tendat ad punitionem delictorum, et purgandum provinciam malis hominibus, quo casu verbum *potest* importat necessitatem, ut tradunt Bald. et Imol. in l. *Gallus*, in princ. D. *de liber. et posthum.* Angelus Aret. in tract. *malefic.* in parte *hæc est quædam inquisitio*, col. penult. versic. *quid si statuto*, et hoc apertè deciditur in l. 1. tit. 29. ead. *Partit.* quam vide.

(6) *Aduzir.* Vide quæ plenius dicam in l. 1. tit. 29. ead. *Partit.*

LEY XIX.

Accusator volens ab accusatione desistere, potest cum licentia judicis per abolitionem desistere in triginta dies, nisi casibus in hac lege exceptis. Hoc dicit.

(1) *Señaladas.* Ortum habet à l. 2. et à l. *fallaciter*, *C. de abolition.* et vide Angelum Aret. in tract. *malefic.* in parte *neque non ad querelam*, col. 19. cum sequent.

(2) *La acusacion.* Etiamsi suam, vel suorum persequatur injuriam accusando cognatos, cùm lex ista generaliter loquatur; faciliùs tamen debet judex admittere abolitionem inter cognatos, quàm inter extraneos, ut in l. 2. et ibi Bald. *C. de abolition.* et dicit Azon. eod. tit. in summ. quod licèt aliàs semper sit illicitum propter pecuniam ab accusatione desistere, ut in l. *ab accusatione*, D. *ad Turpill.* et *C.* eod. l. *si fœmina*, tamen cùm accusat cognatos, vel accusat prosequendo suam vel suorum injuriam, licèt per pecuniam desistat, sibi permittitur, dummodò non accusaverat per fallaciam; quia quantò facilius admittitur prosequendo suam vel suorum injuriam, tantò magis est venia dignus; et idem cùm accusat cognatos ob retinendum amorem propinquorum, hoc etiam concedatur; et idem voluit Glossa in dict. l. 2. Baldus tamen ibi limitat, et intelligit in criminibus, in quibus licitum est transigere, vel pacisci, tunc enim tenet pax et concordia reddita per pecuniam, quia redditur de propria injuria, non aliena. Angelus etiam ibi dicit, declarando illam l. 2. quòd licèt accusans de crimine, prosequendo suam vel suorum injuriam, non possit petere abolitionem accusationis, nisi prosilierit ad eam per errorem, aut temeritatem, vel calorem iracundiæ, tamen si in accusatione deduxerat aliquem de prole suæ agnationis vel cognationis, tunc etiam non concurrente aliqua dictarum causarum potest impetrare abolitionem; intelligendo tamen secundum eum, quandò neque per pecuniam impetravit, nec in evidenti erat calumnia, et etiam quòd accusatus consentiebat, vel saltim nullum damnum passus erat, neque aliquam sustinuerat injuriam; et sic vult Angelus, quòd neque liceat data pecunia hoc casu; sed tu tene dictum Glossæ, et Azonis. Neque videtur vera limitatio et restrictio Baldi, ut procedat in criminibus, in quibus licitum est transigere, nam secundum Azonem, ubi suprà, posse, vel non posse transigi, respectu accusati dicitur, non respectu accusatoris, in quo semper est illicitum propter pecuniam desistere; nisi in duobus casibus, scilicèt cùm accusaverit cognatos suos, vel accusaverit prosequendo suam vel suorum injuriam.

(3) *Otorgue.* Debet enim præstari abolitio cum causæ cognitione, ut in dict. l. *fallaciter*, et l. 1. §. *abolitio*, D. *ad Turpill.* in qua causæ cognitione debent versari, quæ sequuntur, et aliàs non tenet, et adde Gloss. in cap. 1. *de collus. deteg.*

(4) *Treynta dias.* Qui currunt à die litis contestatæ, ut probatur in dict. l. *fallaciter*, quia ante litem contesta-

Fueras ende, si los testigos que aduxeren para prouar el fecho, fuessen atormentados (5) para saber la verdad dellos; ca estonce non lo podrian fazer, maguer el acusado, et el Juez lo otorgassen. La tercera es (6), si la acusacion fuesse fecha contra alguno sobre traycion, que tanxiesse al Rey, o al Reyno. La quarta es, quando la acusacion es fecha contra algund Cauallero, que fuesse puesto por mandado del Rey para guarda en frontera, o en algun castillo, o en camino, o en otro lugar; et se tirasse ende sin su mandado, desamparandolo. La quinta es, si la acusacion es fecha sobre alguna falsedad (7). La sexta es, assi como si fuesse fecha sobre auer, que fuesse furtado, o robado al Rey, o algun lugar religioso, o santo. Ca, en qualquier destas cosas, tenudo es el acusador de seguir, e de prouar la acusacion que fizo; e si la desamparare, deue recebir la pena que deuia auer el acusado (8), si le prouassen el yerro de que le acusauan. Mas en todos los otros yerros de que fuesse fecha la acusacion ante del Judgador, puedela desamparar el que la fizo, fasta treynta dias, con otorgamiento del Judgador, sin pena; e el Juez lo deue otorgar, quando entendiere que el acusador non la desampara engañosamente, mas porque dize que la fizo por yerro: e si de otra guisa la desamparasse, deue el acusador auer la pena que diximos en la tercera ley (9) ante desta: fueras ende, si fuesse de aquellas personas que diximos en las leyes deste titulo (10), que non deuen auer pena, maguer non prueuen lo que dizen en sus acusaciones.

LEY XX.

Como non cae en pena aquel que acusasse a otro, que falsasse la moneda del Rey, maguer non lo prouasse.

Acusando vn ome a otro, diziendo que auia falsado moneda del Rey, maguer non lo pudiesse prouar (1), dezimos que non deue auer pena porende. E esto mandamos porque los omes, por miedo de pena, non dexen de acusar de tal yerro como este. Ca es cosa de que podria acaescer daño a todos. E porende tenemos por bien, que cada vno del Pueblo (2) pueda acusar a tales falsarios, sin miedo de pena, porque non puedan ser encubiertos en ningun lugar.

LEY XXI.

Como, aquel que faze acusacion de los que ouiessen muerto a aquel que lo establescio por heredero, non cae en pena, maguer non pueda prouar la acusacion que faze.

Quexandose alguno, diziendo que fulan ome (1) le diera a comer, o a beuer, yeruas, o le diera feridas por que murio, quier lo diga en su testamento, o de otra manera paladinamente ante testigos; si aquel que es establescido por heredero de aquel que fizo tal querella, quisiesse acusar a aquel que el finado nombro, que se trabajara de su muerte, poderlo ya fazer, maguer que fuesse estraño. E si por auentura, non pudiesse prouar la muerte, non le deuen porende dar pena nin-

tum, ut tradit ibi Baldus, reus non traditur custodiendus, ut in l. 1. circa finem, *C. de exhib. reis*, intelligendo de custodia, quæ fit in processu et ordinario judicio, non de illa, quæ fieret ex officio. Et quid si accusator velit desistere ante litem contestatam, vide per Bart. in l. *quæsitum*, D. *ad Turpill.* et quæ dixi suprà eod. l. 17. et per Bald. in l. 1. col. 8. vers. *sed quid si accusator*, *C. qui accusar. non poss.* et nota, quòd si processus esset publicatus, tunc non haberet locum abolitio, sed omninò debet venire ad diffinitivam, per rationem l. *de qua re*, D. *de re judic.* secundum Bald. in dict. l. *fallaciter*.

(5) *Atormentados*. Non ergo sufficeret, si testes essent sine tortura examinati ad excludendam abolitionem, ut et notat Bald. in dict. l. *fallaciter*: exigitur ergo quod sint torti, ut hic, et ibi; et tunc in eorum injuriam et præjudicium non tenet concordia partium: eis tamen consentientibus, an possit fieri? Et videtur, quòd non, ex quo lex jubet procedi per judicem in examinatione et punitione criminis, ut in dict. l. *fallaciter*: contrarium tamen vult Angelus Aret. in tractat. *malefic.* in parte *neque non ad querelam*, col. 23.

(6) *La tercera es.* Vide istos casus in dict. l. *fallaciter*, cum glossa ibi.

(7) *Falsedad.* Adde l. penult. D. *ad Turpill.* et Gloss. in dict. l. *fallaciter*.

(8) *El acusado.* Non ergò tunc habet locum pœna Turpilliani, ex quo sunt crimina, in quibus non conceditur abolitio, sed pœna talionis, ut in l. fin. *C.* eod.

(9) *Tercera ley.* Scilicèt, in quinque libris auri, et infamia: et si cum desistentia sine abolitione concurreret etiam calumnia in accusante, videtur etiam puniendus, ut calumniator, l. 1. in princ. et in §. fin. D. *ad Turpill.*

(10) *En las leyes deste titulo.* Vide in l. 1. et ibi dixi, et in l. 6. et l. proxima, cum sequentibus duabus, et l. 26.

LEX XX.

Accusator de falsa moneta non probans, non punitur. Hoc dicit.

(1) *Non lo pudiesse prouar.* Et sic à præsumpta calumnia excusatur, eo quod non probat, non ab evidenti, ut suprà eod. in l. 6. et l. 2. *C. de his, qui accus. non poss.* et tenet Alber. *C. de falsa moneta*, in l. 1. de qua ista sumpta est; ubi enim constat de calumnia, nullos color calumniantem excusat, unde neque fama, neque semiplena probatio, neque præsumptio, quia omnia hæc veritati succumbunt, l. fin. *C. si pignor. convent.* et l. fin. *de probat.* Ang. in l. *fallaciter*, *C. de calum.* per textum ibi.

(2) *Del Pueblo.* Adde l. penult. *C. de fals. monet.*

LEX XXI.

Si testator in testamento, vel extra, dixit aliquem eum occidisse; et hæres etiam extraneus accuset nominatum per testatorem, licèt non probet, excusatur à præsumpta calumnia: sed si extraneus hæres accusat non nominatum ab occiso, et non probat, punitur similitudine supplicii. Hoc dicit.

(1) *Fulan ome.* Concordat cum l. *mater*, *C. de calum.*

guna. Mas si el fazedor del testamento non nombrasse a aquel que se trabajara de su muerte, si el heredero non fuesse pariente (2) del finado, e quisiesse acusar alguno de muerte del que lo fiziera su heredero, poderlo ya fazer; mas si non lo pudiesse prouar, caeria en la pena que caeria el acusado, si le fuesse prouada la muerte sobre que lo acuso.

LEY XXII.

Como, aquel que es acusado, puede facer auenencia con su contendor, sobre pleyto de la acusacion.

Acaesce algunas vegadas, que algunos omes son acusados (1) de tales yerros (2), que si les fuessen prouados, que recebirian (3) pena por ellos en los cuerpos, de muerte, o de perdimiento de miembro (4); e porende,

et l. *qui cum major*, §. fin. D. *de bon. libertor.* et tene menti istam legem Partitarum, quæ optimè declarat dictas ll. juris communis.

(2) *Pariente.* Cognatus ergò excusabitur; et nota benè, quia strictiùs loquebantur dictæ ll. juris communis, ut habetur in dict. l. *mater*, et l. *calumniæ*, *C. de calumniator.* et dict. l. *qui cum major*, §. fin. loquens de matre, vel patre, vel filio: et sic Azon. in dict. l. *mater*, et Glossa in l. *athletas*, §. *calumniator*, D. *de his qui not. infam.* dicebant, hoc esse propter nimiam personarum propinquitatem; sed cùm sit gratia exempli dictum, idem erit in aliis cognatis, moventibus se ad accusandum ex nimia consanguinitate, seu propinquitate: et semper intellige, quod in casibus, in quibus excusantur, intelligitur à præsumpta, non ab evidenti calumnia, ut dixi suprà l. proxima.

LEX XXII.

Potest accusatus ante sententiam de crimine mortis, aut membri mutilatione, transigere; quia licitum est cuicumque proprium sanguinem redimere, et per hoc liberatur à pœna corporali, nisi sit adulterium, licèt possit vir absque pecuniam parcere. In cæteris autem criminibus transigens habetur pro confesso, et punitur de maleficio, nisi sit de falsitate accusatus, qui non damnatur, nisi aliàs probetur: sed si accusatus sic transigens probet se insontem fuisse, vel fecisse ad vexationem redimendam, non habetur pro confesso, imò ei petenti intra annum, restituet accusator, quod recepit, quadruplatum, posteà verò simplum: et licèt reus possit transigere, accusator tamen punitur, ut suprà eod. tit. l. 17. Hoc dicit.

(1) *Acusados.* An ergò requiratur, ut dispositio hujus legis habeat locum (quatenùs disponit, quod per transactionem super crimine ingerente pœnam sanguinis liberetur accusatus à pœna corporali, prout latiùs infrà dicetur) ut de facto quis jam sit accusatus, vel sufficeret timor accusationis fiendæ? Videtur, quod sufficiat talis timor, ex his, quæ habentur et notantur in l. 2. *C. de transact.* ubi timor futuræ litis idem operatur, quod ipsa lis, si de præsenti esset; est enim in potentia propinqua, et habetur proinde ac si jam esset, ut tradunt ibi Decius, et Jas. qui hoc comprobant per aliqua, quæ ibi tradunt, quos vide; et quia militat eadem ratio; ut quis possit sanguinem suum redimere, et paria sunt, aliquid timeri de præsenti, vel verisimiliter in futurum, ut notat Abb. in notab. quæst. *in cap. pervenit*, *de arbitr.* vers. *et ex hoc*, et Gloss. 2. notab. et idem videtur dicendum, si procederet judex per viam inquisitionis, quia talis inquisitio succedit in locum accusationis, et sapit ejus naturam, ut tradit Bart. in l. *infamem*, D. *de public. judic.* Bald. in l. *reos*, in fin. *C. de accusat.* et judex inquirens tenet locum partis, Bald. in l. *parentis*, *C. de testibus.*

(2) *Yerros.* Ex hoc verbo cum sequentibus patet, dispositionem hujus legis permittentis transactionem in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis, procedere, sive crimen sit publicum, sive privatum, ex quo talis pœna veniat imponenda; sunt enim privata crimina, quæ sanguinis pœnam ingerunt, ut in l. fin. D. *de privat. delict.* l. *injuriarum*, D. *de injur.* et *Institut.* eod. §. in summa, vel si per statutum pro furto imponeretur pœna mortis, vel mutilationis membri; attenditur namque qualitas pœnæ, non titulus criminis, l. *quod ad statum*, D. *de pœnis.*

(3) *Que recebirian.* Quid si accusator accusavit de crimine, quod de sui natura non ingerit pœnam sanguinis, petit tamen in accusatione imponi pœnam sanguinis, an tunc erit licita transactio? Alberic. in l. *transigere*, *C. de transact.* de qua lex ista sumpta est, column. 3. vers. *item quæritur*, tenet quod sic, post Oldraldum, et sic quod magis inspiciatur, quod petitur, quàm quod debetur, l. *cùm quædam puella*, §. fin. D. *de jur. omn. jud.* l. *quod in libellum*, *C. de fid. et jure hast. fiscal.* lib. 10. justè enim timet accusatus, cùm judices quandoque pœnas excedunt, cum multis grassantibus opus sit exemplo, l. *aut facta*, §. penult. D. *de pœnis*, et aliquando etiam de facto tantùm et sine justa causa per imperitiam vel sævitiam: mihi tamen videtur dicendum, tunc hoc procedere, quando verisimiliter ex justa causa judex posset infligere pœnam mortis vel truncationis membri, non si de facto posset, facit l. *ampliorem*, in fine, *C. de appellat.* et quia aliàs esset in voluntate accusatoris, quod transactio liceret, vel ne, quod esset absurdum; debet ergò inspici, quod jus disponit, pœnam sanguinis vel aliam imponendo, non quod accusator in libello petat: et si de jure communi esset pœna sanguinis, et per statutum esset pecuniaria, tunc non licebit transigere, quia magis ex pœnæ impositione à statuto præfixæ, quàm ex criminis natura dijudicari debet crimen, secundum Gandin. in tract. *maleficior.* sub rubric. *de transact. super malefic.* vers. *quærit Guido de Suza*, Alberic. et cæteri Doctores communiter in dict. l. *transigere*, et satis probatur hic, cum dicit, *recebirian*; si enim recipere non possent, non teneret transactio.

(4) *De miembro.* Approbatur opinio Cyni, et aliorum, qui in dict. l. *transigere*, tenuerunt licitam esse transactionem, non solùm ubi imponitur pœna mortis, ut in l. 1. D. *de bon. eorum, qui mortem sibi consciv.* sed etiam quando pœna mutilationis membri; et idem tenet Anton. in cap. 1. *de collus. deteg.* nec obstare dicunt aliqua jura Forum quæ in contrarium possent allegari, dum ponunt, quæ sunt crimina capitalia, quia respondent, quod olim ista pœna abscissionis membri non imponebatur, eo quia nolebant homines inutiles esse, aptos ad comedendum, et non ad operandum: non ergò procedet hoc in instigatione fustium: licèt Salicet. in dict. l. *transigere*, 8. oppos. idem esse voluerit, Baldus tamen ibi tenuit contrarium, et dictum Baldi videtur verius per istam legem, quæ tamen et potest induci pro opinione Saliceti, cùm dicit inferius, *pero si la acusacion fuesse fecha sobre yerro alguno*, *etc.* ibi: *mas de pecho*, *o de desterramiento*, et cùm in hoc sit varietas opinionum, cùm casus acciderit, fortè amplectenda esset mitior, maximè cùm et Alexander inclinet in opinionem Saliceti. Nec etiam procedet, ubi imponeretur pœna perpetui carceris, secundum Anton. in dict. cap. 1. *de coll. deteg.* licèt Abb. ibi voluit contrarium, neque ubi imponeretur pœna damnationis in metallum, prout vult glossa 2. in dict. l. *transigere*, quæ communiter approbatur. In casu tamen, quo clericus veniret tradendus curiæ sæculari, licitum erit transigere, cùm hic pœna mortis veniat inserenda, secundum Anton. in dict. cap. 1. ubi et Joan. de Anania, col. 9.

por miedo que han de la pena, trabajanse de fazer auenencias (5) con sus aduersarios (6), pechandoles algo (7), porque non anden mas adelante en el pleyto. E porque guisada cosa es, e derecha, que todo ome pueda redemir su sangre (8) tenemos por bien (9), que si la auenencia fuere fecha ante que la sentencia sea dada (10) sobre tal yerro como este, que vala, quanto para non rescebir porende pena en el cuerpo el acusado (11); fue-

(5) *Auenencias.* Cùm statim dicit, *pechandoles algo*, videtur ista lex velle, quod non procedat hoc in pacto gratuito, et videtur sequi opinionem illorum, quos refert glossa magna ad fin. in dict. l. *transigere*: communiter tamen ibi Glossa et Doctores intelligunt illam legem, tam de transactione, quàm de pacto gratuito, ut licita sit conventio, quando crimen ingerit pœnam sanguinis, et sive crimen sit liquidum, sive non liquidum, ut in specie tradunt Bald. et Salic. ibi in princ. Et an transactio facta super vulneribus extendatur ad mortem; Gandinus in dict. suo tractat. et rubric. *de transact. et pactis in malefic.* col. 5. vers. *item subjicio alium*, *et dubitabilem quæstionem*, movet istam quæstionem, et tandem dicit, quod secundum opinionem Guido. de Suza, et communiter aliorum Doctorum, pactio vel transactio super vulneribus mortiferis non noceat in accusatione de morte; et ibi respondet ad l. *huic scripturæ*, et l. *ait*, D. *ad leg. Aquil.* unde ad cautelam, pacem dicit esse faciendam de vulneribus et de morte, si subsequeretur, vel de omni, et toto eo, quod subsequi posset; vide ibi latè per eum: cùm opinione etiam Guido. transit Alberic. in dict. l. *transigere*, col. 3. vers. *et primò quæritur*: videas etiam per Angelum Aret. in tract. *malefic.* in parte *comparent inquisiti in termino defensionis*, ubi hoc limitat et intelligit.

(6) *Con sus aduersarios.* Intelligendum videtur de offenso, vel ejus hærede, ad quem vindicta principaliter pertinet, pro hoc l. *sepulchri*, D. *de sepulc. violat.* debet enim esse in consideratione, quod is, ad quem spectat dolor, transigat super eo; si enim esset quidam extraneus, non videtur, quod ista procederent, saltim ad præcludendam viam aliis, ut in l. *si cui*, §. *iisdem*, D. *de accusat.* ut latiùs tangam infrà in gloss. super parte *pena en el cuerpo*: unde si interfectus plures hæredes reliquit, videtur, quod in transactione fienda requiratur omnium consensus, ut tradit Gandin. ubi suprà, col. 9. vers. *pone*, *statuto caveri.* Albericus in dict. l. *transigere*, col. 5. allegans l. *si pluribus*, D. *de legat.* 2. omnes enim hæredes in solidum sunt offensi; non igitùr sufficiet pax ab uno facta, secundum Doctor. in l. 2. *C. de libert. et cor. liber.* Angelus Aret. in tractat. *malefic.* in parte *comparent dicti inquisiti*, col. 1. quem videas, col. 2. qui se resolvit cum dictis Angeli in l. 4. §. *Cato*, D. *de verb. oblig.* quod aut statutum requirens pacem ab hæredibus totaliter pœnam remittit, et tunc omnium hæredum consensus requiritur, l. *per fundum*, D. *de servit. rust. prædior.* si verò statuto propter pacem minoretur pœna, tunc sufficiat habere pacem à majori parte hæredum, prout voluit Bart. in dict. §. *Cato*, cum tribus limitationibus, quas videas ibi per eum, qui adducit alia notabilia in ista materia, et adde Bald. in l. *cum inter*, *C. de fideicom. libert.* et in cap. 1. §. *et quia*, col. penult. *de his, quæ feud. dare poss.* Et an sufficiat habere pacem à filio instituto in re certa, ut per hoc dicatur haberi ab hæredibus? Bald. quod sic, in cap. 1. in princ. col. fin. *de succes. feud.* et omnia hæc sunt satis necessaria ad istam legem, si intelligatur, ut dixi, quod respectu pœnæ corporalis omnibus aliis via præcludatur.

(7) *Pechandoles algo.* Apertè vides, quod loquitur de transactione, non de pacto gratuito, ut dixi superiùs in gloss. super parte *auenencia*, et nimirùm si vis fiat in hoc ad eà, quæ inferiùs sequuntur et dicentur, cùm id, quod solvitur ex causa transactionis, sit pars pœnæ maleficii, quod cessat in pacto gratuito, nam videmus, quod ille, qui transigit, non videtur donare, neque donare intelligitur; et tamen secùs est, quando gratis paciscitur, l. *Præses*, *C. de transact.* l. 3. et ibi in specie notat Bald. in 6. notab. *C. de repud. hæred.* allegans Azon. in summa, *Institut. de donat.* et Gloss. in l. *si quis ob*, D. *de regul. jur.* et subdit ibi notabile verbum, quod si transactio esset fraudulenta vel simulata, quod tunc censetur esse donatio, sicut et pactum, l. 1. vers. *ut si transegit*, D. *si quid in fraud. patron.* unde si id, quod daretur ex causa transactionis, esset ita modicum, quod nullatenus proportionaretur satisfactioni injuriæ, sed potius videatur fieri, ut sonet transactio, et non pactum gratuitum, non haberet locum dispositio hujus legis, cùm subdit de levamine pœnæ corporalis propter transactionem, ut latius statim dicam: benè tamen fatendum fortè esset, quod etiam in pacto gratuito judex, qui post per inquisitionem procedit, propitior deberet esse in pœna imponenda, ut est textus notabilis, et ibi Angelus notat in l. *si adulterium cum incestu*, §. *incestum*, ibi: *et facilius, si nemo reum postulaverit*, D. *de adulter.*

(8) *Redemir su sangre.* Adde l. fin. D. *de prævaricat.* et l. 1. D. *de bonis eorum, qui mort. sibi conscic.* et dict. l. *transigere*, §. *in omnibus*, sub cap. fin. 2. quæst. 3. glossa notabilis in cap. *inter cætera*, 22. quæst. 4. in gloss. fin. et l. fin. tit. penult. 5. *Part.*

(9) *Tenemos por bien.* Ex isto verbo colligitur, quod jus novum statuatur hic, non enim conditor istarum ll. talibus verbis solet uti cùm juxta antiqua jura disponit, et istum verbum idem importat, quod *volumus*; quod verbum à legislatore positum novam ostendit dispositionem, ut dicit glossa notabilis in Clement. unic. *de offic. vicar.* et in Clement. unic. *de rerum permutat.* Abb. in cap. *ex ratione, de appellat.* ultim. notab. imò et dictum verbum *tenemos por bien*, latiùs indicat, quod disponatur de novo, quàm verbum *volumus*; sonari enim videtur idem, ac si diceret *indulgemus*, quod verbum jus novum inducit, ut in Clement. fin. et ibi glossa fin. et Cardin. *de celebr. Missar.* sic etiam habemus de verbo *decernimus*, quod inducat jus novum, ut notat Gloss. in Clement. *per litteras*, *de præbend.* et in Clement. 2. *de regular.* in verbo *deinceps*, et in Clement. *generalem*, *de ætate*, *et qualitate*, cum aliis similibus.

(10) *Ante que la sentencia sea dada.* Intelligerem de sententia non suspensa vel recisa appellatione, l. 1. §. fin. D. *ad Turpil.* seu quæ jam transierat in rem judicatam, et ideò hoc dicit, quia super re judicata frustra transigeretur, l. *si causa cognita*, *C. de transact.* l. *post rem judicatam*, D. *de re judic.*

(11) *En el cuerpo el acusado.* Pro declaratione istius legis repetenda sunt hic aliqua ex dictis Glossæ et Doctor. in dict. l. *transigere.*

Quem scilicet effectum operetur transactio facta super crimine ingerente pœnam sanguinis; et Doctores, signanter Alexand. et Jason. in dict. l. *transigere*, ponunt tres effectus. Primus, quia non imponetur pœna quingentorum solidorum, quæ aliàs imponitur corrumpenti accusatorem, juxta l. *Imperatores*, D. *de jure fisci.* Secundus, quia non habebitur pro confesso, prout aliàs haberetur juxta l. fin. D. *de prævaricat.* et l. *ejus, qui delatorem*, in princ. D. *de jur. fisci.* Tertius, quia iste accusator, cum quo facta est transactio vel pactum in casu sic permisso, non poterit ampliùs accusare, ubi aliàs ex novo processu posset, l. 3. §. *si is*, D. *de sepulc. viol.* juncta l. *qui destitit*, D. *ad Turpill.* declarat Bart. in l. *si maritus*, §. *si negaverit*, D. *de adult.* et in dict. l. *transigere*, col. fin.

An autem talis transactio proderit accusato, quominus alius non possit eum accusare? Glossa magna in dict. l. *transigere*, per textum in l. *quod cætu*, §. fin. D. *ad leg. Jul. de vi publica*, tenet, quod non prosit quantum ad præcludendam viam aliis; quam glossam sequuntur ibi communiter Doctores volentes etiam, quod neque prosit, quominus judex possit de novo inquirere contra eum, ut in cap. 1. *de colius. deteg.* l. 2. *C. de abolition.* Guido tamen de

Suza, et multi alii Doctores, ut referunt Gandinus in dict. rubrica *de transact. et pactis*, *super malefic.* col. 2. vers. *sed pone*, *quod aliquis est accusatus*, et 4. col. vers. *sed pone quæstionem*, et Alberic. in dict. l. *transigere*, col. 1. 2. et 3. tenuerunt contrarium, imò, quod si is ad quem spectat dolor, transigat, super crimine, super quo potest transigi, et suam remittat injuriam, quod præcludit viam accusandi omnibus aliis; et dicunt hoc procedere, quando offensus vel hæres ejus transegit; si autem extraneus primo accusaverit, et transigerit, tunc non præjudicet prosequenti suam vel suorum injuriam, et ita intelligunt l. *si cui*, §. *iisdem*, D. *de accusat.* et ad l. *qui cœtu*, §. fin. D. *ad leg. Jul. de vi public.* et ad l. *si maritus*, §. *si negaverint*, D. *ad leg. Jul. de adulter.* in quibus se fundat Glossa, et communis opinio in dict. l. *transigere*, respondent, quod loquuntur in adulterio et raptu in quo non licèt transigi. Et quod neque judex ex officio tali casu amplius non possit se intromittere de dicto crimine, ubi licita est transactio, tenuit idem Guido; nam transactio seu pacto quæ tolleratur à lege, tantam habet efficaciam et auctoritatem, quod omnem injuriam etiam reipublicæ sustulisse videtur, nam pax est ad bonum et lenitatem, l. unic. in princ. *C. de caduc. toll.* et quia nemo sine accusatore punitur, l. *rescripto*, §. *si quis*, D. *de muner. et honor.* Item quia aliàs iste transigens deciperetur auctoritate legis vel statuti, quod esse non debet, l. 1. *C. de his qui ven. ætat. impet.* Item si pœna posset imponi, jam l. *transigere*, imponeretur verbis, quod esse non debet, l. 2. *C. communia de legat.* et cùm illa l. *transigere*, indistinctè loquatur, indistinctè sit intelligenda; subdit tamen, quòd si potestas super illo crimine haberet statutum, quòd illud debeat observare, et pœnam imponere, secundum formam illius statuti. Pro communi verò opinione Glossæ et Doctorum, allegantur plura, ultra dictas ll. scilicèt quòd juri publico non possit tali pacto vel transactione derogari, l. *juris gentium*, §. *si paciscar*, et l. *si unus*, §. *pacta*, et l. *jus publicum*, D. *de pact.* et notatur per Gloss. in l. 2. D. *ad Syllan.* nam ex maleficio non solum acquiritur jus offenso, verùm etiam reipublicæ, l. *locatio*, §. *quod illicitè*, D. *de publican.* et quia maleficia non debent remanere impunita, l. *ita vulneratus*, D. *ad leg. Aquil.* l. *si à reo*, D. *de fidejussor.* Neque lex ista Partitarum refragari videtur opinioni communi, cùm in ea istud non reperiatur decisum, quòd talis scilicèt transactio aliis accusatoribus, neque judici viam præcludat; et quatenus dicit valere transactionem, quantum ad evadendum pœnam corporalem, intelligitur, ut evadatur ex illa instantia, et processu per transactionem extincto, l. *fratris*, *C. de transact.* non tamen negat, quin nova instantia ab alio, vel à judice possit super tali crimine inchoari, ut declarat Bart. in dict. l. *transigere*, 3. et 4. oppos. ubi Doctores communiter eum sequuntur. Hæc sunt quæ hujus nostræ legis intellectum reddunt difficilem, et communiter in palatiis cùm casus occurrit, recurritur ad istam legem et pullulant difficultates, et varietas intellectuum in ea. Aperiat nobis in ejus intellectu sensum, ille qui aperuit discipulis euntibus in Emaus, ut intelligerent scripturas, et certè non potest mihi non esse persuasum, quin conditores hujus legis, qui viderunt varietate dictarum opinionum Glossæ, et antiquorum, voluerint legem facere dirimentem istam controversiam opinionum, prout sæpissimè aliàs faciunt; et ex multis verbis hic positis colligo. Primò ab ejus decisione, ut in hoc excludamus pactum gratuitum; illud enim licèt operetur effectum exclusionis ipsius paciscentis, et peremptionem illius instantiæ, non tamen operatur, ut liberet accusatum à pœna corporali, si accusetur per alium, vel ex novo processu judex inquisitionem formet; unde in pacto gratuito remanet opinio Glossæ, et communis: satis hoc constat ex verbis hic positis, *auenencia con sus adversarios pechandoles algo*, ut suprà tetigi in glossa super dictis verbis. Secundò etiam colligo, quòd neque transactio præcludet viam aliis accusare volentibus, neque ex judicis officio novam instantiam inchoando, vel fortè veterem prosequendo, prout voluit Raphael Fulgo. in dict. l. *transigere*, per l. 2. *C. de abolition.* et tam ipse, quàm Angelus ita dicunt consuetudine observari: et dicit Alexander de jure esse opinionem sustentabilem; evitatur enim circuitus inutilis, qui esset novam instantiam inchoando. Tertiò colligo, quòd lex ista apertè decidit, transactionem super crimine capitali valere quantum ad hoc, ut reus liberetur à pœna corporali; et cùm indistinctè loquatur, intelligo, tam respectu illius processus, quàm alterius, qui de novo per alios vel per judicem inchoaretur, et sic quod in hoc procedat opinio Guido. de Suza, et aliorum: cùm enim sit ratio finalis, licitum esse accusato redimere sanguinem suum per viam transactionis, et per pecuniam corrumpendo adversarium, ut in juribus de quibus suprà et hic, et lex ita permittat, perpetua debet esse et utilis talis provisio legis, aliàs esset inutilis: et nullius utilitatis respectu talis causæ finalis, quæ fuit redimere sanguinem suum; et inter alia ad hoc sic tenendum moveor ex dictis Baldi in dict. l. *transigere*, ad fin. col. 1. et in princ. seq. ubi postquam retulit intellectum Bartoli ad illam legem, quod transactio operetur effectum exclusivum accusantis, et impediendi processum inchoatum, non verò quoad alios effectus, puta pœnæ totaliter extinguendæ, subdit Baldus hæc verba: Ego dico, quod lex nostra in regula affirmativa dicit transactionem permissam, non tamen de ejus effectu, nisi quatenus includit ex virtute permissiva; omnes ergo ll. quæ puniunt transigentem, non habent locum in regula permissiva: sed ll. quæ disponunt de aliis effectibus, non includuntur sub ista permissione, quia aliud est permittere, aliud est, robur transactioni dare; nam si lex ista daret robur, sequeretur, quod transactio esset totaliter extinctiva pœnæ delicti, ut D. *de injur.* l. *sed si unius*, §. *si ante judicem*, D. *ad Syllan.* l. *Divus*, quod non dicit hæc lex, neque aliqua alia: aliud est ergo quærere de permissione, et prohibitione, et de istis loquitur lex nostra, aliud est quærere de valentia et robore, et de istis non loquitur hìc textus; hæc sunt verba Baldi. Cùm ergo lex ista Partitarum non solùm disponat permittendo transactionem in talibus criminibus; verùm etiam det robur transactioni, eo respectu, ut reus à pœna corporali liberetur, ut hic habes, cum dicit *vala*, *etc.* infertur clarè, quod lex ista addidit in hoc ad dispositionem dictæ l. *transigere*, et habemus Baldum glossantem istam l. volentem ut tali casu, neque ex prima, neque ex alia instantia imponi jam possit pœna corporalis, et quod respectu omnium talis pœna sit extincta ex robore transactionis: consideravit enim hic legislator, id, quod solutum est transactionis nomine adversario, succedere loco pœnæ, quæ erat imponenda, l. *si cum*, §. *qui injuriarum*, D. *si quis cantion.* facit l. *si donatæ res*, §. 1. D. *de donat. inter vir. et uxor.* Benè conferunt ad hoc, quæ tradit Paris de Puteo in suo tractat. *syndicatus*, fol. 41. col. 2. vers. *an facta compositione*, ubi quærit, an facta compositione per justitiarium de voluntate partis, delinquens possit iterum accusari; eod. fol. col. 1. vers. *an si compositio*, ubi quærit, an si compositio fiat cum illis, cum quibus licitum est, et modo permisso, excludantur alii volentes delinquentem qui composuit, iterum accusare de dicto crimine, pro quo fuit compositus? Videas ibi per eum dicentem, quod si compositio facta sit de voluntate offensi, seu partis ad quem vindicta principaliter pertinet, quod excludantur alii in criminibus, in quibus licita est transactio; et facit bonus textus in l. *si quis dicat*, D. *de manumiss.* ibi: *nisi fortè dominus*, *etc.* Neque mihi placet intellectus illorum, qui dicunt istam legem Partitarum nihil addere ad l. *transigere*, et quod intelligi debeat, quod transactio valeat, ut non videatur convictus de crimine reus transigens: non enim necesse erat ad hunc effectum, aliquid dicere de valore transactionis, sufficiebat, ut Baldus dicit, ipsa sola permissio transigendi, nam verbum illud *porende*, debet intelligi, quasi dicat, talem effectum operatur dicta transactio, ut inde ex ejus scilicet robore pœna corporalis reo non imponatur de crimine. Istam tamen conclusionem sic ex ista lege elicitam, limitarem et intelligerem, quando transactio facta fuit ab eo, vel ab eis quibus principaliter spectabat vindicta, prout dixi superius in gloss. super parte *con sus adversarios*, vel si alius accusavit, et transegit, quod ipse offensus sciverit processum et transactionem, et tacuerit; nam si inorasset, admitteretur ad accusandum, et reus transactione non esset liberatus à pœna corporali, l. *si cui*, §. *iisdem*, D. *de accusat.* l. 12. suprà eod. et idem esset, etsi sciverit de processu et transactione, probaret tamen in-

ras ende, si el yerro fuesse de adulterio (12). Ca, en tal caso como este, non puede ser fecha auenencia por dineros; mas bien le puede quitar de la acusacion el marido (13) si quisiere, non recibiendo precio ninguno por ello. Pero si la acusacion fuesse fecha sobre yerro alguno (14), que fuesse de tal natura, en que non mereciesse muerte, nin perdimiento de miembro, mas pena de pecho, o de desterramiento, si se auiniere el acusado con el acusador, pechandole algo (15) segun que sobredicho es; por razon de tal auenencia como esta, dezimos, que se da por fazedor del yerro (16) por razon de la auenencia, e

tervenisse collusionem, ut in l. *prævaricationis*, D. *de prævaricat.* l. *intra quatuor*, D. *de divers. et tempor. præscript.* cap. 1. et fin. *de collus. deteg.* l. 20. tit. 22. 3. *Partit.* et vult Paris de Puteo, ubi suprà.

Item, et limitarem, et intelligerem secundò, quando transactio esset ita modica emendatione data, quòd potius videretur pactum gratuitum, quàm transactio, ut dixi suprà in glossa, *pechandoles algo*, tunc enim potius dicetur donatio, quàm transactio, ex his quæ tradit Bart. in l. 1. §. *non usque adeo*, D. *si quis à parente fuer. manumiss.* Bald. in l. *si unquam*, *C. de revoc. donat.* et quæ dixi in l. 8. tit. 4. in glos. super verbo, *diesse*, 5. *Part.*

Item et tertio limitarem, nisi crimen, super quo transigeretur, esset valde enorme et qualificatum, ita quòd citrà pœnam corporis nulla alia pœna satisfaceret reipublicæ, nam tunc non obstante transactione, imponeretur pœna corporalis; moveor, tàm ex dictis Innoc. in cap. 1. *de constit.* ubi Felin. col. 15. et 16. multa congerit, quòd judici liceat transgredi leges propter casum terribilem, seu propter enormitatem delicti; et ex his quæ tradit Abb. in cap. *at si Clerici*, in princ. col. 7. *de judic.* quòd capitulum *cum non ab homine*, *de judic.* dum homicidæ tantum imponit pœnam depositionis, et non degradationis et traditionis curiæ sæculari, intelligatur et restringatur in homicidio non qualificato, ita quòd non transeat in aliam speciem criminis graviorem, puta parricidium, assassinamentum, homicidium sacerdotis proditoriè cum spoliatione bonorum, vel si ordinavit prodere patriam, vel interfecit dolosè patrem vel matrem; facit etiam l. *fallaciter*, *C. de abolition.* in fine, et l. fin. *C. ne sanct. baptis. iteretur*, ubi prohibetur abolitio accusationis in casu patriæ oppugnatæ, et aliis casibus exceptis, de quibus ibi; facit etiam ista lex in exceptione, quam ponit de adulterio, sicut et posuit l. *transigere*, ubi aliqui Doctores extendunt ad raptum; ex quo infert ibi Cynus post Hug. de la Fon. quòd sicut prohibitio, ibi de adulterio extendebatur ad raptum, ut super eo tanquam simili vel graviori non possit transigi, ita à majoritate rationis non possit transigi super crimine læsæ majestatis, vel hæresis, vel simibus: et verba Cyni refert simpliciter Anton. in cap. 1. *de collus. deteg.* et etiam Joann. de Anania col. 11. ubi hoc videtur sequi, inducens quòd casus excepti à regula possunt extendi, ubi est eadem ratio, l. *ob æs*, cum ibi notatis per Gloss. et Bart. *C. de prœd. minor.* l. *illud*, *C. de sacrosanct. eccles.* cap. *ad audientiam*, *de clericis non resident.* licèt Alexander in dict. l. *transigere*, col. 4. v. *item inferebat Cynus*, vult contrarium, motus quia secundum magis communem opinionem, exceptio ibi posita de adulterio, non extenditur ad raptum. Item quia talis exceptio de adulterio, debet firmare regulam in casibus non exceptis, ut notatur in l. *in his*, D. *de legib.* et quia ratio assignata in adulterio, non militat in istis casibus. Mihi tamen, quicquid sit in raptu mulieris, magis placet extensio Ciny, Anton. et Joan. de Anan. saltem attentis terminis hujus legis Partitarum, quia aliàs maleficia enormia et qualificata remanerent impunita, et exinde multa mala sequerentur; et ita audio practicari istam legem in istis regnis, quod data tali enormitate et atrocitate delicti, de transactione non curatur quoad liberationem pœnæ corporalis.

(12) *De adulterio.* Concordat cum dict. l. *transigere*, et cum l. *de crimine*, *C. ad leg. Jul. de adult.* et assignatur ratio per Doctores, propter frequentiam et enormitatem criminis adulterii, et propter honorem matrimonii, cui lex multum favet, l. *super statu*, *C. de quæstion.* ut tradit Salicetus in dict. l. *transigere*, in 6. oppos. dicens, quòd ratio est impudicitia, per quam inducitur sanguinis perturbatio, et ex istis rationibus Doctores in dict. l. *transigere*, arguunt, an idem sit dicendum in raptu virginis, vel viduæ, post Gloss. ibi, quæ allegat l. penult. *C. quibus ex caus. servi pro prœm. libert. accip.* et magis communis opinio est secundum Alexand. et Jason. quod non extendatur illa prohibitio de adulterio ad raptum; vide quæ dixi suprà glossa proxima in fine, nam taliter posset esse raptus enormis et qualificatus, ut procederet alia opinio, de qua per Gloss. et Jacob. de Aren. et Hug. de la Fon. et Cyn. in dict. l. *transigere*, ut si esset raptus monialis, ut dicit Bald. in l. 1. *C. de rapt. virg.* 2. notab. Et quòd hic prohibetur transigi super adulterio, intellige in adulterio verò, secùs in præsumpto, juxta dispositionem authenticæ *si quis ea*, *C. ad leg. Jul. de adult.* quando præmissa trina protestatione, reperitur quis alloqui mulierem, secundum Jacob. de Bellovis. in corpore, unde illa authentica sumitur, et secundum Bald. Angel. et Salicet. Alex. et Jason. in dict. l. *transigere*, Angel. in l. *si maritus*, §. *si negaverit*, *D. de adulter.*

(13) *El marido.* Quod in accusatione adulterii possit fieri remissio per pactum gratuitum, tenet Azon. *C. de transact.* in summa, col. 2. vers. *in criminalibus*, et Gofred. in summa, eod. tit. qui traxit ab ipso Azone, ut et refert Albericus in dict. l. *transigere*, col. 2. allegat l. *in fisci causis*, D. *de jure fisci*, et dict. l. *qui cœtu*, §. fin. D. *ad leg. Jul. de vi pub.* et pro hoc inducit Albericus, quòd multa gratis sunt licita, quæ non licent accepta pecunia. Odofredus tamen relatus ab Alberico tenuit oppositum ex generalitate illius l. *transigere*, et idem tenet ibi Albericus, qui allegat pro ista opinione dictam l. *de crimine*, *C. de adult.* et refert idem tenuisse Azonem sibi contrarium in *brocardis de remissionibus*, et *arbitriis*, 4. rubricella, Bart. in consil. 175. incipienti, *Domine potestas Roche.* tenet, quòd licèt super crimine adulterii non possit transigi ad finem impediendi judicem, quominus possit prosequi processum inchoatum per accusatorem transigentem, tamen benè posset fieri pax gratuita, super crimine adulterii, quia unicuique licet suum rencorem et injuriam remittere, et loquitur Bartolus tam respectu adulteri, quàm adulteræ: et quomodocumque ex dictis modis habeatur ista littera, istud credo esse verum, tam in adultero, quàm in adultera, maxime stante hodie l. 80. in *Ordinam. Tauri*, ex qua resultat, quòd si parcat maritus uni ex eis, similiter videtur et parcere alteri, facit l. *adulter*, §. fin. D. *ad leg. Jul. de adulter.*

(14) *Sobre yerro alguno.* Intellige sive sit publicum crimen, sive privatum, si criminaliter agatur secundum Gloss. Bart. et communiter Doctores in dict. l. *transigere*, et clarè decidit ista lex, ut patet in sequentibus verbis. Quid tamen si delictum fuit in omittendo, vide Gloss. in l. 2. D. *ad Syllan.* et Bald. in l. *juris gentium*, §. *sed si paciscar*, D. *de pact.* Alexand. et Jason. in dict. l. *transigere.*

(15) *Pechandole algo.* Si ergo gratis paciscantur in criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis, velle videtur ista lex, quod valeat gratuitum pactum. Sed tene contrarium, quia solùm est differentia inter pactum et transactionem factam in casibus prohibitis, quia reus transigens videtur confiteri delictum, et per hoc efficitur infamis l. *in fisci*, D. *de jure fisci*, et l. fin. D. *de prævaricat.* et infrà ista l. et l. *athletas*, §. fin. D. *de his qui not. infam.* sed gratis paciscens non, l. *furti*, §. *pactus*, D. eod. quoad alios tamen effectus non differunt pactum et transactio, nam utrobique militat ratio, quod non valeant, quia versatur interesse reipublicæ, ne delicta remaneant impunita, l. *juris gentium*, §. *si paciscar*, D. *de pact.* et ita magis communiter tenent Doctores, ut tradit Alexander, quem videas in dict. l. *transigere*, col. penult.

que lo puede condenar (17) el Judgador a la pena que mandan las leyes, sobre tal yerro como aquel de que el era acusado; fueras ende, si la acusacion fuesse fecha sobre yerro de falsedad (18); ca estonce non se daria por fechor del yerro, por razon de la auenencia, nin lo podrian condenar a la pena, si non le fuesse prouado. Pero si este que fizo la auenencia pechando a su contendor, lo fizo sabiendo que era sin culpa (19); e por tollerse de enxeco (20) de seguir el pleyto, touo por bien de pecharle algo; si esto pudiere prouar, non deue recebir ninguna pena, nin lo deuen condenar por fechor del yerro; ante dezimos, que deue pechar el acusador (21) aquello que recibio del a quatro doblo, si gelo demanda fasta vn año, e si despues del año gelo demandare, deuele pechar otro tanto, quanto fue aquello que recibio del; como quier que el que es acusado, puede fazer auenencia sin pena sobre la acusacion, assi como de suso diximos. Pero el acusador que la fizo, cae en la pena (22) que es puesta en la quinta ley ante desta. Esto es, porque desamparo la acusacion sin mandamiento del Judgador.

LEY XXIII.

Como se desata la acusacion por muerte del acusador, e del acusado.

Muriendo el acusador despues que ha fecho la acusacion, muerto es otrosi el pleyto de la acusacion (1): e non son tenudos los herederos, nin los parientes del acusador, de seguir la acusacion (2); como quier que algunos dellos, o otro qualquier, lo puede acusar otra vez de nueuo (3) sobre aquel yerro mes-

(16) *Por fazedor del yerro.* Adde dict. l. *in fisci causis*, D. *de jure fisci*, et l. *quoniam*, D. *de his qui not. infam.* et l. fin. D. *de prævaricat.* ubi et quòd habetur pro convicto, et l. *ejus qui delatorem*, D. *de jure fisci*; et licèt transactio facta fuerit extra judicium, ficta tamen confessio, quæ resultat ex illa, habet vim confessionis factæ in judicio, ut sufficiat ad condemnationem, ut subdit ista lex, et probatur in dict. l. *ejus qui delatorem*; tradit Paul. de Castr. in dict. l. *transigere*, col. penult. Est autem dare cautelam, per quam reus sic transigens non habeatur pro confesso et convicto, quod reus scilicet expressè protestetur, quod facit transactionem cum accusatore, non ex eo, quòd crimen sit verum, seu quod crimen confiteatur, sed ut evitet dispendia litis, argumento l. *minoribus*, D. *de minor.* et facit cap. *dilectus filius*, cum ibi notatis, *de simon.* et hæc fuit Tancredi de Corneto in sua *compendiosa*, quem referunt Alexand. et Jason. in dict. l. *transigere*, col. fin. Albericus etiam ibi, col. 4. dat aliam cautelam ad tollendum omne periculum, quòd instrumentum transactionis non fiat ad accusatoris et accusati postulationem, nec eis præsentibus, sed ad postulationem tabellionis, recipientis nomine et vice cujuscumque, cujus interest, vel ejus, qui diceretur vel reperiretur tale maleficiam commisisse, qui ad hoc allegat Gandinum in dict. suo tractat. et tit. vers. *pone inculpatum*, et vide per Bart. Cepol. cautela 240.

(17) *Condenar.* Ex eodem processu et instantia, ut in l. 2. *C. de abolition.*

(18) *Falsedad.* Rationem specialitatis ponit Alberic. de Gand. in dict. tractat. et tit. col. 1. quia sicut homo per effusionem sanguinis anihilatur, sic qui vitium falsitatis incurrit, ad nihilum inter homines recidit, quia posteà dicitur homo sine fide, id est, sine conscientia, et omne quod non est ex fide, peccatum est; peccatum autem est nihil, ut in Evangelio Joan. et sic nil mirum, ut permittatur transactio. Cynus etiam post Hug. de la Font. reddit aliam in dict. l. *transigere*, ad idem tendentem; vide ibi per eum, et Albericum.

(19) *Sin culpa.* Adde l. *servi*, *C. ad leg. Jul. de adulter.* et l. *si ab eo*, D. *de calumn.* Gloss. in l. fin. D. *de prævaricat.*

(20) *Del enxeco.* Id est, à vexatione; adde cap. *dilectus filius*, et ibi Gloss. et Doctor. *de simon.* et Gloss. in cap. *nullus*, in fin. 1. quæst. 1. et in cap. *quæsitum*, 1. quæst. 3. et Gloss. et Abb. in cap. *cum pridem*, *de pactis.*

(21) *Pechar el acusador.* Adde l. 1. in princ. D. *de calumn.* et Gloss. in dict. l. *servi ob violatum*, *C. de adulter.* Bald. in l. 2. *C. de abolition.* et licèt accusatus repetat, pax remanet firma, l. *quamvis*, *C. ad Turpill.*

(22) *Cae en la pena.* Adde l. *ab accusatione*, D. *ad Turpill.* licèt enim et accusatori in criminibus ingerentibus penam sanguinis prosit transactio, quia revelatur à similitudine supplicii, non tamen liberatur à pœna Turpilliani.

LEX XXIII.

Mortuo accusatore lite pendente periit instantia illius accusationis, sed benè potest alius denuo accusare: mortuo autem reo, totaliter periit accusatio, nisi in casibus positis suprà eod. tit. l. 7. cum tribus ll. sequent. Item si aliquis fuerit condemnatus ad deportationem, et ad bonorum publicationem, et condemnatus appellet, et pendente appellatione moriatur, possunt hæredes sequi appellationem ratione bonorum usque ad sententiam; si tamen non fuit condemnatus in bonis, eo mortuo non potest denuo accusari, etiam in criminibus, ex quibus à jure imponitur amissio bonorum. Hoc dicit.

(1) *El pleyto de la acusacion.* Adde l. *libellorum*, §. fin. D. eod. et l. fin. *C. si reus, vel accusat. mort. fuerit*, ubi Azon. in summa.

(2) *De seguir la acusacion.* Concordat cum l. *Divi fratres*, D. eod. et vide l. 28. tit. 23. suprà 3. *Partit.*

(3) *De nueuo.* Concordat cum dict. l. *libellorum*, §. fin. et vide per Bart. quòd poterit de novo accusari infra tempus, quo durat accusatio, seu facultas accusandi, l. *querelam*, *C. de falsis*, l. *accusaturus*, D. *ad leg. Jul. de adult.* et ita tenetur communiter per Doctores secundum Joan. de Imol. in l. penult. in princ. D. *de public. judic.* et fortè attenta ista lege Partitarum non posset procedere, quod Bartolus per textum ibi vult, quod intra triginta dies alius posset prosequi camdem instantiam accusatore mortuo, licèt judex possit prosequi, per l. penult. D. *de public. jud.* et quòd non possit prosequi camdem instantiam alius, qui non sit judex, tenet Angelus ibi, et satis probatur hic, et in dict. §. fin. ibi: *ex integro*; casum tamen in quo prosequitur hæres camdem instantiam, vide in l. 28. tit. 23. *Partit.* 3. et lex ista Partitarum non limitat tempus triginta dierum, ut aliàs habetur in dict. §. fin. unde poterit accusari ab alio intra tempora statuta, ut dixit superiùs; nam alias valdè absurdum esset, tam parvo spatio, scilicèt triginta dierum, tolli omnibus jus accusandi, ut ibi perpendit Albericus. Sed an valebant acta facta in causa accusationis, si judex procedat, accusatore mortuo, per viam inquisitionis? Albericus in dict. §. fin. tenet quod sic, argumento l. fin. *C. de arbit.* et l. fin. *C. de testib.* et l. *jubemus*, *C. de liber. causa*, per quæ jura crederem idem esse alio accusante de novo, saltèm ubi testes à primo accusatore producti, jam essent mortui, et favore publicæ utilitatis, ne crimina, quæ jam claruerunt, remaneant impunita.

mo. Otrosi dezimos, que si se muriesse el acusado (4) ante que den juyzio contra el, que se desata otrosi la acusacion, e la pena della, e non lo puede otro ninguno acusar despues. Fueras ende, si el yerro fuesse de aquellos que diximos en las leyes (5) deste titulo, por que pueden acusar a los omes despues que son muertos. E aun decimos (6), que si diessen sentencia contra alguno, que fuesse desterrado para siempre, e que perdiesse todos sus bienes (7), por yerros que ouiesse fecho, si despues se alçasse (8) de la sentencia, e muriesse siguiendo su alçada, si los sus bienes le fuessen mandados tomar señaladamente por razon del yerro, quando dieron la sentencia contra el, bien puede andar adelante por el pleyto, para conoscer, si la sentencia fue dada derechamente en razon de los bienes; e si la fallaren derecha, puedenle tomar todo lo que auia. Mas si non fuessen los bienes del condenado mandados tomar en la sentencia señaladamente, assi como sobredicho es (9), estonce non podrian conoscer del pleyto, pues que fuesse muerto, nin tomar ninguna cosa; maguer el yerro fuesse de tal natura, que si lo venciessen por el, deue perder (10) porende todo lo suyo.

LEY XXIV.

Como deue el Judgador lleuar el pleyto de la acusacion adelante, si el acusado se mata el mismo.

Desesperado (1) seyendo algund ome en su vida por yerro que ouiesse fecho, de manera, que se matasse el mesmo despues que fuesse acusado. En tal caso como este dezimos, que (si el que se mato por miedo de la pena (2), que esperaua recebir por aquel yerro que fizo, o por verguença que ouo, porque fue fallado en el mal fecho de que lo acusaron), si el yerro era atal que si le fuesse prouado, deue morir porende, e perder sus bienes (3), e seyendo ya el pleyto començado por demanda, e por respuesta (4)

Ley 15, tit. 21, lib. 12 Novis. Recop.

(4) *El acusado.* Adde suprà eod. l. 7. et quid si accusatus moriatur, postquàm confessus erat crimen in judicio, vel post conclusionem in causa jam liquidato maleficio, vide per Bald. in l. 1. colum. 2. et 3. *C. ex delict. defunctor.* et per Joan. de Plat. in l. fin. *C. de jure fisci*, lib. 10.

(5) *En las leyes.* Vide suprà eod. in l. 7. et 8.

(6) *Dezimos.* Concordat cum ista lege l. 28. tit. 23. *Partit.* 3. ubi vide quæ dixi.

(7) *Todos sus bienes.* Idem si pars bonorum, ut in l. fin. *C. si reus, vel accus. mort. fuer.* et l. 3. *C. si pend. appell. mors intervener.* et idem si in aliqua certa quantitate pecuniæ esset condemnatus, ut dixi in dict. l. 28. Quid tamen si judex condemnaret in pœnam relegationis cum publicatione bonorum? Vide quæ dicam inferiùs super gloss. in verbo *assi como sobredicho es.*

(8) *Se alçasse.* Quid si accusatus decederet intra tempora data ad appellandum, an sit idem, ac si appellaret? Vide per Angelum Aret. in suo tractat. *malefic.* in parte *præsente Cajo et appellante*, in fin. quæst. ubi ponit varietates opinionum, quæ fuerunt circa hoc, et distinctionem quandam; et ibi etiam, an sit necesse, quòd hæredes appellent, et adde Bald. in l. 1. col. 3. *C. ex delict. defunct.* vers. *de uno quæro*, et 4. col. vers. *sed hic restat dubium*; et per totam lecturam illius legis videbis multa dicta per eum notabilia in ista materia; vide ibi.

(9) *Sobredicho es.* Scilicèt copulativa, et ut suprà dixit, et habetur etiam in dict. l. 28. nam si accessoriè per dictionem, *cum*, seu alias, accessoriè esset facta condemnatio bonorum, et non principaliter, tunc etiam quoad bona morte rei extingueretur crimen, neque hæredes tenerentur prosequi, ut notat Bart. in l. 1. D. *si pend. appel. mors intervcen.* et latè per Angelum Aret. in tractat. *malefic.* in parte *et ejus bona publicamus*, in princ. et per Bartol. in l. *quia latronibus*, §. 1. D. *de testam.*

(10) *Deue perder.* Et intellige, quia bona erant publicanda per sententiam, et non erant jam ipso facto quæsita, seu confiscata; nam si essent jam quæsita, durabit quæstio bonorum mortuo reo, ut in l. *Lucius Titius*, et ibi declarat Bartol. D. *de jure fisci*, Bald. in l. 1. *C. ex delict. defunct.* column. 2. Joan. de Plat. in dict. l. fin. *C. de jure fisci.*

LEX XXIV.

Si accusatus post litem contestatam ob criminis conscientiam se occidat, et maleficium erat tale, quo probato, vita et bonis privaretur, tunc habet Rex ejus bona: idem si est tale crimen, de quo post mortem poterat accusari. Si autem maleficium non erat tale, vel alia de causa se occidat, bona debentur ejus hæredibus. Hoc dicit.

(1) *Desesperado.* Ortum habet ista lex à notatis per Azon. *C. de bon. eorum, qui mort. sibi conscív.* in summ. et per Gloss. in l. 2. *C. qui testam. facer. poss.* et à l. *in fraudem*, §. *ejus bona*, D. *de jure fisci.*

(2) *De la pena.* Sed cui incumbet probatio, quòd metu pœnæ se occidit, si de hoc sit dubium? Dic, quòd si nondum erat in crimine deprehensus vel accusatus, et præsumatur in dubio non se interfecisse ob conscientiam criminis, sed ob dolorem vel aliam causam; et tunc incumbet probatio fisco, quòd ob conscientiam criminis, ut in l. fin. §. fin. D. *de bon. eorum, qui sibi mort.* et tunc hoc probato per fiscum publicabuntur bona, etsi nondum fuerit accusatus; quia illud quod inspicitur, quòd se occidat post accusationem et litis contestationem, procedit in casu dubii, an se occiderit propter metum criminis vel alium dolorem, ut declarat Alexander post alios in dict. l. 2. col. 2. Si verò jam erat accusatus vel in crimine deprehensus; et tunc aut patiebatur dolorem, furorem, vel aliam iracundiam, et tunc præsumitur in mitiorem partem, quòd propter illam causam, et non conscientiam criminis se interfecerit, l. 2. *C. de bon. eor. qui mor. sibi conscív.* l. *Præses*, D. *de pœnis*, l. *si aliquis*, D. *de donat. causa mort.* aut non patiebatur aliquid de prædictis tempore deprehensionis in crimine, vel accusationis, et tunc præsumitur, quòd se interfecit propter crimen, nisi hæres probet contrarium, ut in l. 2. *C. qui testam. fac. poss.* et in l. 1. *C. de bon. eor. qui mort. sibi conscív.* et l. fin. in princ. D. eod. ita dicit Alber. post Jacob. de Rabe. et Petr. in dict. l. 2. et Salic. in dict. l. 1. *C. de bon. eor. qui mort. sibi conscív.* Bart. in l. fin. §. fin. D. eod.

(3) *Sus bienes.* Duo ergò requiruntur, ut bona occidentis seipsum metu criminis confiscentur, quòd crimen sit capitale, et quòd ex eo bona perdantur, et concordat l. fin. §. *ut autem Divus*, D. *de bon. eorum.* Et cùm hæc lex dicit, *de morte*, intellige naturali, vel civili, ut in dict. §. *ut autem Divus*, nisi tamen fortè velis dicere, quòd ista lex Partitarum noluit hic ponere de morte civili, sed tantùm de naturali, ex eo quòd pœna deportationis, de qua in dict. §. *ut autem*, non est hodie in usu.

(4) *Respuesta.* Sumptum fuit hoc verbum à summa

se mato (5), estonce deuen tomar todo lo suyo (6) para el Rey (7). Esso mismo seria, si el yerro fuesse de tal natura, quel fazedor del pudiesse ser acusado despues de su muerte, assi como de suso diximos en las leyes deste titulo (8) que fablan en esta razon. Mas si el yerro fuesse tal, que por razon del non deuiesse prender muerte (9), maguer se matasse, non le deuen tomar sus bienes, ante deuen fincar a sus herederos. Esso mesmo deue ser guardado, si alguno se matasse por locura (10), o por dolor, o por cuyta de enfermedad, o por otro grand pesar que ouiesse.

Azon. *C. de bon. cor. qui mort. sibi conscie.* et à Gloss. in dict. l. 2. *C. qui testam. fac. poss.* Paul. tamen de Castr. in dict. l. 2. dicit non curandam de contestatione litis, sed quod sufficiat, quod si formata accusatio vel inquisitio, et fuerit citatus ad se excusandum, ut moris est, licèt adhùc non comparuerit, ut videatur fecisse metu criminis, quia dicitur deprehensus in crimine, ex quo crimen deductum est ad lucem, l. 2. et ibi notatur, *C. de custod. reor.* l. 1. cum glossa, *C. ubi senat. vel claris.* Tu vero serva dispositionem hujus legis, quæ requirit occisionem sui factam post litis contestationem, ut præsumatur, scilicèt, metu criminis se occidisse; quod intellige, nisi deprehensus fuisset in flagranti crimine, qui se occidit, tunc enim non requiritur, quod lis esset contestata, ut expressè habetur in dict. l. fin. in princ. cùm dicit, *qui rei postulasti, vel qui in scelere deprehensi*, et voluit etiam suprà ista lex; et ita Alexand. de Imola contra Paul. de Castr. in dict. l. 2. col. 2. dicit, quod casus deprehensionis in crimine est casus diversus et separatus à casu institutæ accusationis et postulationis, de quo in dict. l. fin. in princ.

(5) *Se mato.* Non ergò procedet hujus legis dispositio, si non se actualiter interfecit, licèt voluerit se interficere, sed fuit prohibitus; licèt in contrarium faciat l. fin. §. 6. in vers. *sicuti*, D. *de bon. cor. qui mort. sibi conscie.* sed responde, quod licèt puniri debeat, non tamen perdet bona, sed aliter punietur; vide per Albericum in dict. l. 2. et Joan. de Plat. in l. fin. circa fin. *C. de jur. fisc.* lib. 10. et per Joan. And. in addition. *ad Speculat.* tit. *de pœnis*, §. 1. in 1. additione, ad fin.

(6) *Tomar todo lo suyo.* Innuitur hic non esse sententiam necessariam, sed fiscus vendicet ipso jure, eo quod pro confesso et damnato habetur, et probatur in dict. l. fin. in princ. et §. 1. dum dicit, *fisco vendicanda sunt*, et probatur etiam in dict. l. 2. *C. qui testam. fac. poss.* ubi testamentum seipsum occidentis annullatur; quod non fieret, si pro condemnato non haberetur. Si tamen hæredes dicant eum pro condemnata non haberi, quia hoc fecerit propter phrænesim, vel aliquid de his, quæ superiùs dixi, et infrà ponuntur in ista lege, et super hoc sit contentio, tunc judex super hoc pronuntiavit, ut tradit Salic. in dict. l. 1. *C. de bon. cor. qui mort. sibi conscie.*

(7) *Para el Rey.* Sed an procedat hoc hodie, dubium facit, quia secundum Doctorum communem opinionem ista pœna confiscationis bonorum, de qua, D. *et C. de bonis cor. qui mort. sibi conscio.* fuit sublata per authent. *bona damnatorum*, *C. de bon. damnat.* et voluit etiam Gloss. in l. fin. in gloss. fin. in fin. ubi notant Lucas de Penn. et Joan. de Plat. *C. de jur. fisc.* lib. 10. Doctores communiter in dict. l. 2. et in l. 1. *C. de bon. cor. qui mort. sibi conscie.* quia cùm per dictos titulos eo casu solo bona publicantur, quo si sententiam pateretur, bona essent publicanda, ut in dict. l. fin. §. 1. ergo in casibus in quibus non publicarentur, si sententiam esset passus per authent. *bona damnatorum*, in illis non publicabuntur, si seipsum occidit. Prætereà et illa ratio, quod defunctus, qui sibi metu criminis mortem conscivit, decedat intestabilis et sine hærede, et ejus testamentum irritetur, ut in dict. l. 2. cessat hodie in regno, cùm damnati ad mortem possunt testari, ut cavetur in l. 4. *in Ordinam. Tauri*, et sic videtur, quod istius legis dispositio hodie cesset: in contrarium facit, quia ista lex Partitarum facta fuit post dictam authenticam, *bona damnatorum*, per multa tempora; unde si jus istud fuerat correctum, non fuerat per conditorem istarum ll. hic positum: imo et quod adhùc, quod hic disponitur de isto jure Partitarum sit incorrectum, probatur in l. 5. tit. 31. 7. *Partit.* ubi recitatur dispositio dictæ authenticæ, *bona damnatorum*, et insuper ponit hæc verba: *fueras ende al que fuesse juzgado por traydor, o en otros casos señalados, que son escriptos en las Leyes deste nuestro libro, en que señaladamente los deuen tomar*; unde videtur de isto jure Partitarum approbata opinio Jacobi de Rave. qui dicebat dictum titulum de *bon. cor. qui mort. sibi conscie.* non esse correctum per dictam authenticam, *bona damnatorum*, propter duplex delictum, quod iste videtur commisisse, et sic quòd gravius puniatur: et hoc etiam patet ex dispositione l. 9. tit. 13. lib. 8. *Ordinam.* et l. fin. tit. fin. eod. lib. *in Ordin. Regal.* ubi habetur, quòd seipsum occidens perdat bona, et si non habeat descendentes, applicentur Cameræ Regis; quæ ll. sunt intelligendæ, de eo, qui metu criminis mortem sibi conscivit, juxta dispositionem hujus legis Partitarum, non si pudore æris alieni, vel tædio vitæ, seu aliàs ex simili causa se occidisset, l. *sed et si posteriores*, D. *de legibus*; unde videtur dicendum, quòd in regno isto ex dispositione istarum legum regni, necdum ubi veniunt publicanda bona de per se et principaliter absque pœna mortis naturalis, verùm etiam quando veniunt publicanda in consequentiam pœnæ, ut Doctores intelligunt dictum titulum *de bon. cor.* fiat ista confiscatio bonorum, quando qui se occidit, non reliquerit descendentes, ex dict. l. *Ordinam.* ad legem Tauri responde, ut infrà in gloss. super verbo *prender muerte.*

(8) *Leyes deste titulo.* Suprà eod. l. 7. et 8. et per Gloss. in l. *ex judiciorum*, D. *de accusat.*

(9) *Prender muerte.* De morte naturali videtur intelligere, ut dixi superiùs; unde si mortem civilem mereretur, qui se interfecit, in bonis suis habebit hæredem, et non confiscabuntur, saltèm hodie stante dispositione dictæ l. 4. *in Ordinam. Tauri*, quando publicatio bonorum venit in consequentiam pœnæ, et non principaliter. Super quo tamen tu cogita, quia ll. antiquæ idem disponebant, etiam quando mereretur mortem civilem, ut dixi: et quia dispositio authenticæ, *bona damnatorum*, non habet locum in eo, qui damnatur ad mortem civilem, et sic remanet vivus, nam bona publicantur, ut notatur in dict. authent. *bona damnatorum*, et tradit Paul. de Cast. in dict. l. 2. in fin. *C. qui testam. facer. poss.* et ad l. 4. potest responderi, quod limitetur in eo, qui se interfecit, antequam damnaretur ad mortem civilem, vel naturalem; et quia si iste non se occiderat, per sententiam fuerant bona publicata: vel dic, quod illa lex loquitur respectu testamenti, ut possit disponere, non vero tollit confiscationem bonorum à lege inductam in eo, qui se interfecit.

(10) *Por locura, etc.* Adde l. 1. *de bon. cor.* et l. fin. §. *si quis autem*, D. eod. et l. 2. *C. qui testam. facer. pos.* et infrà tit. 27. l. 1. ead. *Partit.* l. *si quis filio exhæredato*, §. *ejus qui*, D. *de injust. rupt.* et vide per Decium consil. 438. incipit, *accuratè, et eleganter.* Et an vassallus, qui occidit se ipsum, perdat feudum, vide Bald, quod non, in cap. 1. *an ille qui interfecit fratrem domini*, col. 2. vers. *extra quæro.*

LEY XXV.

Si aquel que es acusado en razon de furto, o de robo, o de daño, que fiziesse a otri, se muere, como deue yr el Juez por el pleyto adelante.

Emienda (1) demandando vn ome a otro en juyzio de robo, o de furto, o de daño, o de deshonrra, que le ouiesse fecho, pidiendo que gelo pechasse, segund el Fuero manda; si tal pleyto como este fuesse començado por demanda, e por respuesta (2), e despues se muriesse el demandador, bien puede yr el Juez por el pleyto adelante, e conoscer del: e es tenudo el demandado, de fazer derecho a sus herederos (3) del muerto, en la manera que lo era a el mesmo, a quien heredaron, si fuesse biuo. Otrosi dezimos, que si muriesse el demandado (4) despues que el pleyto fuesse començado, assi como sobredicho es (5), e fincasse biuo el demandador, que tenudos son sus herederos (6) de yr adelante por el pleyto fasta que sea acabado; e si fueren venci-

LEX XXV.

Lite contestata super maleficio, de quo agitur ad pœnam pecuniariam, si moriatur actor, vel reus, aut ambo, transit judicii instantia ad hæredes, et contra hæredes: sed mortuo reo ante litem contestatam non tenetur ejus hæres, nisi in quantum pervenit ad defunctum; et idem si moriatur actor, quia pœnæ antequam in judicio petantur, et lis contestetur, non transeunt ad hæredes. Hoc dicit.

(1) *Emienda.* Lex ista loquitur de criminibus privatis, quando agitur civiliter ad vindictam, et pœna venit applicanda parti, et ideo dicit, *emienda*, et inferius, *que gelo pechasse.* Si enim de talibus criminibus ageretur criminaliter ad pœnam applicandam fisco, tunc idem esset, quod in publicis criminibus, de quibus suprà eod. l. 7. et 8. et l. 23. et tradunt Glossa, et Doctores in l. unic. *C. ex delict. defunct.* ubi Angel. column. 2. dicit hoc menti tenendum perpetuo: et dicit Glossa ad hoc singularis, in l. *ex judiciorum*, in fin. D. *de accusat.* Quid autem in actionibus descendentibus ex quasi maleficio? Vide l. *si filiusfamilias*, cum l. seq. et ibi Bart. D. *de judic.* Et quid quando dolus incidit in contractum, vide l. *si hominem*, §. *datur*, D. *depositi.*

(2) *Por demanda, e por respuesta.* Adde §. *non autem omnes*, in vers. *pœnales*, *Institut. de perpet. et tempor. action.* de quo ista prima particula hujus legis sumpta est: non ergo sufficeret, si lis esset cœpta per simplicem citationem, licèt Glossa in dict. vers. *pœnales*, et in l. *si cum*, §. *qui injuriarum*, D. *si quis caution.* voluit contrarium. Si tamen reus esset contumax, non habens causam non veniendi, tunc quia mora in contestando est commissa, perinde haberetur, ac si lis esset contestata, ut actio transeat ad hæredem, ut in dict. §. *qui injuriarum*, et dicit Bart. in l. 1. D. *de privat. delict.* quod de mora satis apparet, si contra contumacem facta est jam missio ex primo decreto; unde relinquitur hoc arbitrio judicis, quando reus fuerit in contestando morosus, prout voluit Glossa parva in dict. §. *qui injuriarum*, in fin. et placet Saliceto in dict. l. 1. col. 2. et vide per Jason. in dict. §. *qui injuriarum*, col. 3. et nota, quod licèt lis sit contestata, si pacto contrahentium fuit recessum à lite, nunquam actio pœnalis est transitoria in hæredem, casus singularis secundum unam lecturam in l. *cùm mota*, *C. de transact.* Angelus in l. 1. D. *de privat. delict.*

(3) *A sus herederos.* Adde dict. vers. *pœnales*, et l. *injuriarum*, in princ. D. *de injur.* l. 1. D. *de privat. delict.* Quid autem si essent actiones populares descendentes ex delicto, vel quasi, ut est videre in illis, qui aliquid habent suspensum, vel appositum in subgrunda, vel protecto, vide per Bart. in l. *cùm emancipati*, §. *si emancipatus*, D. *de collat. bonor.*

(4) *El demandado.* Concordat cum dict. vers. *pœnales*, et cum l. 1. *C. ex delict. defunct.* Quid si fidejussor, qui fidejussit pro delinquente, moriatur, an teneatur ejus hæres? Glossa dicit, quod non, in §. *fidejussor non tantùm*, *Institut. de fidejussor.* quam glossam intellige, ut tradit Angelus Aret. in tractat. *maleficior.* in parte *pro quibus Antonius fidejussit*, in fin. Bartol. et Joan. de Imol. in l. *ad diem*, D. *de verbor. obligat.*

(5) *Assi como sobredicho es.* Lite scilicèt contestata, est enim per litis contestationem celebratus quidam quasi contractus in judicio, l. 3. §. *idem scribit*, D. *de pecul.* et quæ est causa hujus transitionis contra hæredes rei, facit l. 2. in fin. et ibi notatur, D. *de prætor. stipulat.* Quid autem si reus non est contestatus litem, sed in judicio confessus est crimen? Specul. tit. *de accusatione*, §. 1. col. 5. vers. *quid si latro*, et in tit. *de interrogat. action.* §. 1. col. 1. vers. *quid si is*, tenet idem tunc esse, quasi confessio habeat vim contestationis, et idem tenent Bald. et Angel. in dict. l. 1. *C. ex delict. defunct.* quod limitat Angelus esse verum in confessione vera, non in ficta, per textum in l. *ejus qui delatorem*, D. *de jure fisci*, et ante Angelum dixit Bart. in l. 1. col. fin. D. *de privat. delict.* limitat etiam Bald. in dict. l. 1. col. 3. nisi hæres revocet confessionem defuncti, et probet contrarium, juxta notata per Gloss. in l. *creditor*, §. *jussus*, D. *de appellat.* et vide per Angelum Aret. in tractat. *maleficior.* in parte *et vestem scelestem abstulit*, col. 5. Item limita, quando per viam accusationis processum est contra malefactorem, qui confessus est illud maleficium, et alia plura, prout in furto contingit, nam talis confessio tali accusatori prodest, non aliis, et ideò solus ille super bonis illius habebit recursum: si tamen fuisset processum per viam inquisitionis, tunc, quia omnibus furtum passis intelligitur facta confessio, ex quo est facta judici inquirenti, qui omnium personam repræsentat, tunc omnes alii possent agere ex tali confessione contra bona defuncti, et in ejus hæredes, secundum Joan. Andr. in addition. *ad Specul.* in dict. vers. *quid si latro*, et Angel. in dict. l. 1. D. *de privat. delict.* Sed quid si juxta formam legum hujus regni accusatus condemnatur ut contumax, nulla facta contestatione, utrùm pœna tenebit hæredem? Angel. in dicta l. unic. col. 2. post Din. et Bart. in l. *ex judiciorum*, D. *de accusat.* dicit, quòd sic; sufficit enim latam esse sententiam, per quam quasi contrahitur, ut in dict. §. *idem scribit*: imò fortior debet esse sententia, quàm litis contestatio, secundum Bald. in l. *data opera*, col. 15. in princ. *C. qui accusare non poss.* allegat l. fin. *C. de dolo*, licèt Bald. in l. *si plures*, column. 8. *C. de condition. insert.* tenuit contrarium post Martinum de Fano. et Cynum, ex eo motus, quòd diffinitiva sententia, quæ succedit in locum banni, redigitur ad instar interlocutoriæ, et non transit ad hæredem, nisi sit exequuta per confiscationem vel exactionem: et sic concludit, quòd banna bannitorum in aliqua pecunia præstanda non possunt exigi ab hæredibus; quod dicit notatu esse dignum. Sed opinio Bartoli et Ang. magis placet; si enim mora in contestanda lite ex parte rei hoc inducit, cur non inducet sententia in absentem contumacem prolata: similiter ubi pœna imponeretur ipso jure, idem esset, ut voluit Bart. in dict. l. *ex judiciorum*, Angel. in dict. l. unic. col. 2. Bald. in l. *data opera*, in fin. 14. col. et princ. 15. et vide Gloss. in l. 3. §. *quod autem*, D. *quod quisque jur.*

(6) *Sus herederos.* Habes hic expressum, quod lite contestata cum defuncto super crimine, hæredes condemnantur ex eadem instantia; quod etiam voluerunt Cyn. et Salicet. in dict. l. unic. ubi Salicet. col. 1. vers. *quæro tunc ad præ-*

dos, deuen pechar (7) tanto, quanto deuia pechar el demandado, si fuesse biuo. E aun dezimos mas, que maguer que muriessen amas las partes (8), que sus herederos pueden seguir el pleyto en la manera que de suso es dicho. Mas si se muriesse el demandado, ante que el pleyto fuesse començado por demanda e por respuesta; estonce sus herederos non seran tenudos de responder a la demanda, si non por quanto fallassen que vino en poder del finado (9) de aquel furto (10), o robo que auia fecho; nin les pueden demandar que pechen otra cosa ninguna por pena de aquel yerro, pues que en su vida non gelo demandaron. Esso mismo seria, quando se muriesse el señor de la demanda (11) ante que començasse el pleyto sobre ella. Esto es, porque las penas non passan a los herederos (12) ante que sean assi demandadas por juyzio (13), fueras ende en aquellas cosas que diximos en las leyes (14) deste titulo, que fablan en esta razon.

dictorum declarationem: quando tamen lis non esset contestata cum defuncto, et esset casus, quo posset conveniri hæres, veluti in eo quod ad eum pervenit, ut infrà in ista lege, vel aliàs, tunc ageretur de novo coram judice causarum civilium, et non coram judice causarum criminalium, ut in l. *defuncto*, §. 1. et ibi Bart. D. *de public. judic.* l. *solemus*, §. *latrunculator*, D. *de judic.* Si tamen idem judex haberet cognitionem causarum criminalium et civilium, coram eo possit agi, ut tradit Joan. de Imol. in dict. §. 1. et nota, quod ubi actio pœnalis incipit esse hæreditaria, ibi transit in omnem hæredem, licèt contra defunctum illius hæredis numquam actum fuerit, textus est, qui non est alibi, in l. *videamus*, D. *quod metus causa*, Angelus in l. 1. D. *de privat. delict.*

(7) *Deuen pechar.* Et sic omnes hæredes in solidum tenentur ad rem, vel ad pœnam, non quilibet in solidum, ut probatur hic, et declarat Salicet. in dict. l. unic. col. 1. vers. *quæro secundò*: et nota, quod hæredes non tenebuntur ultra vires hæreditarias, licèt non fecerint inventarium, secundum Bald. in l. 2. *C. ad leg. Jul. repetund.* adverte tamen, quia Baldus loquitur, quando quis convenitur ex delicto defuncti, contra regulas juris in casu speciali; quando vero convenitur lite jam contestata cum defuncto, videtur aliud dicendum ratione quasi contractus facti in judicio per litis contestationem.

(8) *Amas las partes.* Hoc etiam colligitur ex dict. vers. *pœnales*, *Instit. de perpet. et temporal. action.*

(9) *Que vino en poder del finado.* Et etiam ad hæredes intellige; nam ita loquuntur leges, de quibus ista sumpta est, sive perveniat ad hæredem ex delicto, vel occasione delicti, veluti si delinquens rem furtivam consumpsit, et rem propriam conservavit aliàs consumpturus, l. *sed etsi lege*, §. *quodque autem*, D. *de petit. hæred.* nam quia per hoc pinguior hæreditas pervenit ad hæredem, ipsa res subrepta pervenisse videtur, l. *quod diximus*, §. fin. D. *quod metus causa*, cum l. sequent. Bartol. in dict. l. unic. post princ. post Nicol. de Mattha; vide l. 2. tit. 13. ead. *Part.* vel dic, quod lex ista velit sufficere pervenisse ad defunctum, licèt non ad hæredem pervenerit, ex quo de hærede hic nihil exprimit; et facit ad hoc dicta l. 2. maximè cùm dicat, *de aquel furto*, *o robo*, in quibus etsi nihil pervenit, datur conditio furtiva, ut dixi in dict. l. 2. turpia enim lucra ab hæredibus sunt auferenda, ut hic, et in dict. l. unic. et in l. *in hæredem*, D. *de calumn.* et limita et intellige, quando pœna debet imponi per modum agendi; secus si veniat imponenda per modum excipiendi, nam tunc tenetur, etsi nihil pervenit, ut in l. 3. §. *quod autem*, D. *quod quisque jur.* Item et limita de jure Canonico etiam in foro judiciali, ex quo hæredes tenentur, non solum in id, quod ad eos pervenit, sed in quantum sufficerent vires hæreditariæ; ad quod potest procedi coram judice ecclesiastico per denunciationem Evangelicam, secundum Bald. in dict. l. unic. col. fin. et procedit quando actio est pœnalis solùm ex parte rei, ut notatur per Joan. And. in cap. fin. *de sepult.* et per Angel. in dict. l. unic. adde etiam Bald. in l. *furti actione*, *C. de furtis*, et in l. *jubemus nulli*, §. *sanè*, ad fin. *C. de Sacrosanct. eccles.* et in l. 1. col. 1. D. *de rerum divis.* Tu adde Gloss. in cap. *ecclesia*, in verbo *conquæsita*, 1, quæst. 4. et in summa, 24. quæst. 2. ubi glossa notabilis, et glossa etiam notabilis in cap. 2. 16. quæst. 6. in gloss. fin. et ad usurarum restitutionem, tàm de jure civili, quàm canonico hæres tenetur in solidum, licèt nihil ad eum pervenerit, neque lis sit cum defuncto contestata, cap. *tua*, *de usur.* Bart. in l. 1. D. *de privat. delict.* Sed quid si ante litem contestatam extra judicium confessus est quis mihi dedisse damnum, an teneatur ejus hæres ex ista confessione? Bald. quòd sic, in dict. l. unic. col. fin. vers. *de uno quæro*; et nota, quòd sufficit semel pervenisse, licèt ex post facto desierit, et pervenisse ad primum hæredem, licèt nihil perveniret ad secundum, textus notabilis in l. *quod diximus*, §. fin. cum l. sequent. D. *quod met. causa.*

(10) *De aquel furto.* Concordat cum l. *si pro fure*, §. fin. et l. *in conditione*, D. *de condict. furt.* ubi habetur, quòd conditio furtiva datur contra hæredem, etiam ultra id quod ad eum pervenit: et Doctores dicunt id esse speciale propter frequentiam furtorum, quòd detur conditio furtiva ad rei prosecutionem, facit ad hoc l. 2. tit. 13. et l. 4. tit. 14. infra ead. *Part.* ubi vide quæ dicam; et vide Angelum in dict. l. unic. col. 2. ibi cùm dicit: Ubi ergò non agitur ad vindictam, licèt actio sit pœnalis respectu hæredis, tamen pœna tenet hæredem, et sic intelligo l. *si pro fure*, in fin. et l. *in condictione*, D. *de condict. furt.*

(11) *Demanda.* Actiones namque ad vindictam non transmittuntur, nisi lite contestata, l. *cum emancipati*, §. *emancipatus*, D. *de collat. bonor.* l. *injuriarum*, post princ. D. *de injur.* non enim habent originem à re transmissibili, vel patrimoniali, sed inhærent ossibus offensi, secundum Bald. in dict. l. unic. col. 5. unde et circa hoc non daretur restitutio, ut dicit Bart. in l. *senatusconsulto*, D. *de offic. Præsid.* et tunc agitur ad vindictam, quando agitur ad satisfactionem contumeliæ, non habita consideratione damnorum vel interesse, secundum Angelum, qui allegat Dinum in l. fin. D. *de privat. delict.* sed quando actiones non sunt ad vindictam, benè recipiunt hanc transmissionem, ut *Institut. de perpet. et tempor. action.* §. 1. versic. *sed hæredibus*, et vide l. 1. D. *de privat. delict.*

(12) *A los herederos.* Activè, neque passivè.

(13) *Por juyzio.* Ex istis verbis comprobatur quòd Baldus dicit in l. unic. *C. ex delict. defunct.* versic. fin. col. *extra quæro*, contra id quod dixit Bartolus in l. fin. D. *de privat. delict.* ubi dixit, quod hæres meus potest accusare furem, qui mihi aliquid est furatus, quia dato quod jus accusandi de privato crimine non transeat ad hæredem, ut hæredem, quia non erat in bonis defuncti, dict. l. *injuriarum*, D. *de injur.* benè tamen posset hæres accusare, tanquam persona, cujus interest, et qui prosequitur propriam vindictam; quod Baldus ubi suprà improbat, et benè, ex eo quia omnes actiones criminales sunt ad vindictam, et ideo lite non inchoata, non fit transmissio, debet enim interesse tempore delicti, l. *si uxor*, D. *ad leg. Jul. de adult.* l. *in delictis*, §. *si extraneus*, D. *de noxal.*

(14) *En las leyes.* Vide suprà eod. l. 7. et 8. et 23.

LEY XXVI.

Como el Juez deue librar la acusacion por derecho, despues que la ouiesse oyda.

La persona del ome es la mas noble cosa del mundo (1); e porende dezimos, que todo Judgador que ouiere a conocer de tal pleyto sobre que pudiesse venir muerte (2), o perdimiento de miembro, que deue poner guarda muy afincadamente, que las prueuas que recibiere sobre tal pleyto, que sean leales, e verdaderas, e sin ninguna sospecha; e que los dichos, e las palabras que dixeren firmando, sean ciertas, e claras (3) como la luz, de manera, que non pueda sobre ellas venir dubda ninguna (4). E si las prueuas que fuessen dadas contra el acusado, non dixessen, e testiguassen claramente el yerro sobre que fue fecha la acusacion, e el acusado fuesse ome de buena fama (5), deuelo el Judgador quitar por sentencia. E si por auentura, fuesse ome mal enfamado (6), e otrosi por las prueuas fallasse algunas presunciones (7) contra el, bien lo puede estonce fazer atormentar, de manera que pueda saber la verdad del. E si por su conoscencia, nin por las prueuas (8) que fueron aduchas contra el, non lo fallare en culpa de

LEX XXVI.

Creatura humana cæteris rebus humanis est nobilior; ideo provideat judex, quod sint ut lux claræ in criminalibus probationes, et si tales non sunt, et accusatus est bonæ famæ, absolvat eum: si autem est malæ famæ, et sunt contra eum præsumptiones, torqueat eum; et si nec per confessionem, aut probationem reperitur culpabilis; absolvat eum: et simili pœna accusator afficiatur, nisi suam vel suorum ascendentium usque ad proavum, et descendentium usque ad pronepotem, et collateralium usque ad fratris et sororis nepotem inclusivè prosequatur injuriam; aut quis pro conjuge fecerit accusationem; isti enim licèt non probent, non puniuntur. Hoc dicit.

(1) *Mas noble cosa del mundo.* Juxta illud: *constituisti eum super opera manuum tuarum*, *Psalm.* 8. v. 7. l. *sancimus*, *C. de sacrosanct. eccles.* et homo est dignior omni creatura, cùm etiam ei omnia serviunt; sed et angelica natura, nam et Angelus hominis servitio deputatus est, ut legitur ad *Hebreos*, 1. et reputatur ex eo dignior, quod omnes proprietates creaturarum in se admittit; nam cum animalis habet commune, ut sit: cum herbis et arboribus, ut vivat; cum brutis, ut sentiat; cum Angelis, ut discernat, et mente contempletur cœlestia, tradit Azon. *C. ex quib. caus. infam. irrogat.* in summa, et Gloss. in l. *cognitionum*, §. *æstimatio*, D. *de muner. et honor.*

(2) *Muerte.* Cùm enim de vita hominis agitur, judex multum debet ponderare, l. 1. §. *si quis ultro*, D. *de quæst.* et in authent. *ut judices sine quoquo sufrag.* ea enim quæ sunt irrevocabilia, debent fieri cum magna maturitate et deliberatione, vide Gloss. et ibi Bald. in l. *ne causas*, *C. de appellat.* ad hoc enim et mitissimi homines facinus admissum diligenter atque instanter examinare debent, ut quibus parcant, inveniant, 23. quæst. 5. cap. 1. et multi culpam zelo Dei se persequi profitentur, sed cùm indiscretè hoc agitur, sacrilegii facinus incurrunt, et dum præcipites quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque multo magis deteriùs cadunt; et nullum ante veram, justamque probationem judicare, aut damnare debemus, teste Apostolo ad Rom. 14. v. 4. qui ait: *Tu quis est, qui judicas alienum servum? Suo domino stat, aut cadit*; mala itaque audita nullum moveant, aut passim dicta absque certa probatione quisquam unquam credat; sed anteà audita diligenter inquirat, neque præcipitando quicquam aliud agat, cap. *nullum ante*, 30. quæst. 5.

(3) *Ciertas, e claras.* Concordat cum l. fin. *C. de probat.* et l. *qui sententiam*, *C. de pœnis*, l. *singuli*, *C. de accusat.* et 5. quæst. 6. cap. *Epiphaniam*, et adde l. 7. tit. 31. infrà ead. *Partit.* et l. 12. tit. 14. 3. *Part.* et confessio dicitur probatio luce clarior, Bart. in l. 3. in princ. D. *de jurejur*, et in l. *si maritus*, col. fin. D. *de quæstion.*

(4) *Dubda ninguna.* Sed an ex indiciis indubitatis possit quis condemnari? Ponunt enim Doctores in hoc aliqua exempla ad sciendum, quæ dicantur indicia indubitata, ut tradit Joann. And. in addition. *ad Specul.* tit. *de probation.* §. fin. vers. 13. post Thomam de Piperata: et tradit etiam latè Gandinus in tract. *maleficior.* sub tit. *de præsumption. et indiciis indubitatis*: Bartolus etiam in l. 2. D. *de furtis*, Abb. in cap. *tertio loco*, col. 3. et 4. *de probation.* Salic. et Bald. in l. fin. *C. de probat.* Franc. Brunus in suo tract. *de indiciis, et tortura*, fol. 5. col. 3. Paris de Puteo in suo tract. *syndicatus*, fol. 108. col. 4. cum fol. sequent. et dicit Gandinus ubi suprà, quod omnes sapientes, quos Bononiæ et alibi vidit, dixerunt, et ita vidit consuetudine observari, quòd propter talia indicia, vel similia, non possit quis diffinitivè in personam damnari: et idem tenet consulendo Paul. de Castr. 2. vol. consil. 299. incipit, *visa inquisitione*, et etiam Hippolitus à Marsiliis post multa in l. *repeti*, 4. et 5. col. D. *de quæst.* non enim talia indicia sunt ita indubitata, quin non possit esse aliquod dubium, ut et tradit Felin. in cap. *afferte*, col. 4. v. *et pro intellectu, de præsumpt.* et sic non esset diffinitivè in personam damnandus, et satis ad hoc confert ista lex Partitarum: debet tamen ex istis indiciis indubitatis fieri tortura acerrima, secundum Bald. in cap. 1. §. *item si vassallus*, *de controv. investit.* Bald. in l. *milites*, *C. de quæst.* dicit, quòd judex, qui non habet aliam probationem, quàm indicia, quæcumque sint, tutius faciet, si extorqueat confessionem per torturam, allegat l. *etsi excepta*, in fin. *C. de malefic. et mathemat.*

(5) *De buena fama.* Probatio namque bonæ famæ, et bonæ vitæ præcedentis minuit indicia, ut est textus notabilis in l. *desertorem*, §. *sed si ex improviso*, et ibi notat Bart. D. *de re militari*, Bald. in l. 2. ad fin. *C. de furt.*

(6) *Mal enfamado.* Esse hominem malæ famæ, est qualequale indicium, non tamen de per se sufficiens ad torturam, ut notat Bart. in l. fin. col. fin. D. *de quæst.* si tamen cum mala fama aliud adjungeretur, aliud esset, ut et ista lex Partitarum subjicit, et notat Gloss. et ibi Bald. in l. *civilem*, *C. de furtis*: et adverte, quòd tunc facit indicium aliquale, quando mala fama est in eodem genere mali, de quo nunc suspicatur, Bart. post Jacob. de Rave. in l. *Casius*, D. *de Senator.* Bald. in l. fin. D. *de hæred. instit.* argumento l. *spadonem*, §. *qui jura multa*, D. *de excusat. tutor.* et Baldum sequitur ibi Imola reputans benè hoc notandum ad limitationem regulæ, *semel malus, etc.*

(7) *Presunciones.* Ista lex loquitur de pluribus præsumptionibus, prout etiam loquuntur leges juris communis, l. 1. circa princ. l. *unius*, §. 1. et l. *maritus*, D. *de quæstion.* sed dicendum, hoc totum residere in arbitrio judicis, quando unum indicium sufficiat, vel plura requiruntur, ut tradit Bart. in l. fin. v. *sed utrum requirantur plura indicia*, D. *de quæstion.* Bald. etiam in l. *militis*, *C. de quæst.* et in l. *cum citra*, *C. de jure dotium*, et vide per Angelum Aret. in tractat. *maleficior.* in parte *famæ publica*, col. 3. et ut hic vides, fama per se sola, nisi jungatur cum alio vel aliis indiciis, non sufficit ad torturam, ut dixi in glossa præcedenti, et tradit Bald. in l. *milites*, *C. de quæstion.* vide per Paridem de Puteo in tract. *syndicatus*, fol. 111. col. 4. vers. *an fama.*

(8) *Nin por las prueuas.* Innuitur hic, licèt reus tor-

aquel yerro sobre que fue acusado, deuelo dar por quito (9), e dar al acusador aquella mesma pena (10) que daria al acusado; fueras ende (11) si el acusador ouiesse fecho la acusacion, sobre tuerto que a el mesmo fuesse fecho; o sobre muerte de su padre, o de su madre, o de su auuelo, o de su auuela, o visauuela; o sobre muerte de su fijo, o de su fija, o de su nieta, o de su visnieta; o sobre muerte de su hermano, o de su hermana, o de su sobrino, o de su sobrina, o de los fijos, o de las fijas dellos. Esso mismo seria, si el marido acusasse a otro por razon de muerte de su muger, o ella fiziesse acusacion de muerte de su marido. Ca, maguer non la prouasse, non le deuen dar ninguna pena en el cuerpo (12); porque estos atales se mueuen con derecha razon, e con dolor (13), a fazer estas acusaciones, e non maliciosamente.

LEY XXVII.

Como el Rey de su oficio puede saber verdad de los males que le descubriessen, que fuessen fechos en su tierra; o los entendiesse por fama.

Muestran los omes (1) a las vegadas al Rey el fecho de la tierra, apercibiendolo de los yerros, e de las malfetrias, que se fazen en ella. E a las vezes aperciben en esta manera mesma a los Judgadores, de las malfetrias que se fazen en aquellos lugares, en que ellos han poder de judgar, e de pesquerir. E

tus neget, non elidi ex hoc probationes, quæ sunt contra eum: Glossa tamen in l. *edictum*; D. *de quæstion.* dum allegat Tullium, videtur innuere contrarium, quia purgatus dicitur, quasi puram veritatem videatur dixisse: et ita dicit de consuetudine, seu in practica observari Albericus in rubric. *C. de quæstion.* sub dubio fortè hoc limitat, et intelligit, quando tortus esset, solùm præcedentibus indiciis; secus, si esset plenè probatum contra eum, quia tunc tortura eum non purgaret: fatuam tamen dicit esse judicem, qui torqueret aliquem, contra quem esset plenè probatum, nisi hoc faceret cum protestatione, quòd non intendit eum torquere super probatis: et vide per eumdem Alberic. in l. *edictum*, D. eod. ubi et Hippolit. de Marsiliis.

(9) *Deuelo dar por quito.* Videtur hæc lex reprobare communem practicam Doctorum dicentium, tunc tutius esse rem indiscussam relinquere, et consulunt judici, quando est dubius, non absolvere difinitivè: et tradit Salic. in l. *si quis*, in fin. *C. ad leg. Jul. majest.* et in l. *si qui adulterii, C. ad leg. Jul. de adult.* et dicit Hippolitus à Marsiliis, in l. *repeti*, col. penult. D. *de quæstion.* quod communis practica totius Italiæ apud peritos jus dicentes, est, ut tali casu accipiant fidejussores à reo de se præsentando ad mandatum Curiæ; et dicunt in mandato relaxationis, talis reus incarceratus relaxetur pro nunc. Certè lex ista Partitarum videtur velle contrarium, imò quod judex debet eum absolvere diffinitivè; et hoc verbum *debet* regulariter importat necessitatem, ut notat Gloss. in Clement. *attendentes*, in verbo *debeant*, *de statu regular.* Abb. in cap. 1. ad finem, *de sponsalib.* Bald. in l. 1. col. 3. *C. quomodo et quando judex*, ubi dicit, hoc verbum esse necessitativum. Fortè tamen in atrocioribus delictis, et ubi judex bono zelo moveretur, sperans nova indicia supervenire, bona esset practica prædicta.

(10) *Aquella mesma pena.* Adde l. fin. *C. de accusat.* sed cur non excusatur accusator ab ista pœna, ex uno habebit famam et alia adminicula per se? Argumento l. *miles*, §. *mulier*, D. *ad leg. Jul. de adult.* l. *Athletes*, D. *ad leg. Cornel. de fals.* et quæ notat Bart. in l. 1. D. *ad Turpil.* dic, quod procedet hoc, quando constaret de evidenti calumnia, ut dixi suprà eod. in l. 20. vel quando accusator non accusavit de injuria tangente eum vel suos, ut statim subjicit; tunc enim debuit negotium ita maturè indagari, ut prius videret, an haberet sufficientes probationes, vel non, l. *justissimos*, *C. de offic. rector. provinc.* l. 1. in fin. *C. de famos. liber.* Angelus in l. *mater*, *C. de calumn.* et vide in ista materia pœnæ talionis, quæ dixi in l. 13. tit. 9. 4. *Partit.*

(11) *Fueras ende.* Nota istos casus, in quibus cessat pœna talionis, seu accusator non probans non punitur dicta pœna, et vide glossam magnam in l. *athletas*, §. *calumniator*, D. *de his qui notant infam.* et quæ dixi suprà eod. l. 1.

(12) *En el cuerpo.* Hoc fortè dicit, quia poterit condemnari in damnis et expensis carcerati, juxta id quod dixi, referendo Joannem And. *in addition. ad Specul.* in dict. l. 13. tit. 9. *Partit.* 4.

(13) *Derecha razon, e con dolor.* Excusabuntur ergò à præsumpta, non à vera calumnia, ut hìc, et dixi suprà eod. l. 20. et 21.

LEX XXVII.

Non punitur denuncians Regi vel judici maleficia, non per modum accusationis, si non offert se probaturum, nec malevolo animo moveatur, licèt maleficium non probetur; aliàs sic. Nec debet judex ob hoc ad inquisitionem moveri, si denuncians est malæ famæ, vel inimicos ibi habens, vel si malitiosè denunciet; aliàs sic. Hoc dicit.

(1) *Muestran los omes.* Videtur hæc lex omnibus hominibus de populo permittere, quod denuncient crimina; et tamen de jure antiquo non admittebatur denuntiatio, nisi per officialem, ut in l. *Divus*, D. *de custod. reor.* l. *ea quidèm*, *C. de accusat.* l. 1. §. *quies*, D. *de offic. præf. urb.* et suprà eod. l. 5. unde Bart. in Extravag. *ad reprimendum*, in verbo *denuntiationem*, notat, id specialitatis esse in crimine læsæ majestatis, quòd per denunciationem factam à quocumque possit procedi, et hoc loquendo secundum leges, nam de jure canonico, quilibet qui potest accusare, potest et denunciare. Infames tamen, et criminosi, inimici, et conspiratores repelluntur à denunciando, ut in cap. *cum oporteat*, et cap. seq. *de accusat.* Hostiens. tamen in summa, in tit. *de denunciationibus*, §. *quis potest*, circ. fin. dicit, quòd etiam secundum leges quilibet admittitur ad denunciationem, etiam servus, si sua intersit, dict. l. 1. D. *de offic. præf. urb.* §. *quod autem*: interest autem cujuslibet, ne delicta remaneant impunita, l. *ita vulneratus*, D. *ad leg. Aquil.* et cap. *ut famæ*, *de sentent. excom.* et peccata nocentium nota esse, et expedire, et oportere, l. *cum qui*, D. *de injur.* et idem videtur de mente Speculat. tit. *de denuntiat.* §. 1. vers. *privata vero judicia*, ibi cùm dicit: *et generaliter in omnibus criminibus*, argumento D. *de offic. Præsid.* l. 4. §. 1. et l. *illicitas*, 1. respons. et §. *ne potentiores*, cum sequent. et l. *congruit*, et l. *Divus*, et l. *senatus*: et in authent. *de mandat. Principum*, cap. *sit tibi*, et in authent. *de collator.* cap. *jubemus*, et videtur distinguendum inter crimina publica, et privata, ut publicis criminibus quilibet de populo possit denunciare, quia omnium interest, in privatis verò criminibus solùm ille cujus interest; hæc enim est differentia inter publica, et privata crimina in accusando; ergò idem in denunciando: et probari hoc etiam videtur ex pragmatica *de Alcala*, disponente circa salaria tabellionum in cap. incipienti, *si alguno denunciare de qualquier furto*, cum cap. seq. ubi apertè probatur ista distinctio; et vide per Gloss. et Doctores in l. fin. *de privat. delict.* et in l. 1. D. *de public. judic.*

quando este apercibimiento fazen tan solamente por desengañarlos, non en manera de acusacion (2), non son tenudos de prouar (3) aquello que dizen, nin les deuen constreñir, nin apremiar, nin darles pena por ello (4); fueras ende, si se obligassen de prouar (5) aquello que dizen, o fuesse fallado que se mouieran a dezirlo maliciosamente por malquerencia (6). Pero quando el Rey, o el Juez, fallassen que estos que fazen estos apercibimientos, son omes de buena fama, que non auian en aquel lugar enemigos, por que se ouiessen a mouer a esto, por buscarles mal; e es otrosi fama (7) de lo que dizen; bien puede el Rey (8) estonce fazer pesquisa, si es verdad lo que dixeron, o non. E la pesquisa deue ser fecha, en aquellas maneras que diximos en la tercera Partida deste libro en las leyes (9) que fablan en esta razon. E si alguno se mouiesse a fazer tal apercebimiento como este, en otra manera, seyendo ome de mala fama (10), auiendo enemigos en aquel lugar, o faziendolo maliciosamente en otra manera qualquier, por dicho de tal ome (11) non se deue mouer el Rey a fazer pesquisa.

LEY XXVIII.

Quales yerros puede el Rey, o el Juez, de su oficio escarmentar: maguer non fuesse fecha denunciacion, nin acusamiento, nin fuesse fama en razon dellos.

De su oficio (1) puede el Rey, o los Judgadores, a las vegadas, estrañar los malos fechos, maguer non los apercíba ninguno, nin sea fecha acusacion sobre ellos. E esto puede fazer en cinco casos. El primero es, si alguno aduxesse a sabiendas carta falsa (2) a alguno de los Judgadores, e vsasse della, para

(2) *Non en manera de acusacion.* Sed qualiter hoc cognoscetur? Dicendum, quòd quando denuncians tantùm intendit crimen notificare, et non concludit, ut puniatur; si autem in denunciatione concluditur, ut si dicat, *eum puniri peto*, tunc recipitur ut accusatio, ita declarat Bald. in repetit. l. *edita*, col. 10. vers. *circa secundum*, *C. de edendo*, et est de mente ejusdem Baldi in l. 1. col. 3. *C. ex delict. defunctor.* Et an præmium, quod ex forma statuti debetur accusanti, debeatur renuncianti? Joan. Andr. post Guido. de Suza, dicit, quòd sic, *in addition. ad Speculat.* tit. *de denunciatione*, §. 1. vide per Angelum Aret. in tract. *maleficior.* in parte *neque non ad denunciandum*, col. 6. vers. *quæro secundum Salic.* ubi post Salicetum limitat, et intelligit in denunciatore voluntario, non in necessario, qui ad id tenetur ratione officii, et adde Bald. consil. 102. 5. volum.

(3) *De prouar.* Habes hic, quando denunciator teneatur ad probandum, vel non: et tene menti, nam de jure communi non ita benè erat hoc expressum, vide l. *ab accusatione*, §. *nunciatores*, D. *ad Turpill.* et per Bart. in l. *Divus Adrianus*, D. *de custod. reor.* ubi bonus textus: et per Salic. in l. *ea quidem*, col. 6. vers. *undecimò quæro*, *C. de accusat.* ubi et dicit, quod usus non admittit, ut probationes inducere teneantur, sed ut solùm post denunciationem in eadem schedula scribant testes, quæ perpetrata scire dicuntur.

(4) *Pena por ello.* Et quæ pœna imponatur denunciatori non probanti, vide per Bart. in dict. l. *Divus Adrianus*, D. *de custod. reor.* et per Salicet. in dict. l. *ea quidem*, col. 6. vers. *duodecimo quæro*, *C. de accusat.*

(5) *De prouar.* Facit l. *circa*, §. *si quis autem*, D. *de probat.* et cap. *licèt causam*, eod. tit.

(6) *Malquerencia.* Adde suprà eod. in l. 5.

(7) *Fama.* Non ergò denunciatio alicujus, licèt sit proba persona sufficit ad inquirendum super veritate criminum, nisi præcedat infamia, ut hic, et in cap. *cum oporteat*, eod. tit. ubi notat Abb. in 1. notab. ex sola namque denunciatione criminum facta contra aliquem, non oritur fama sufficiens ad inquirendum de veritate: si tamen denunciator veniret ut accusator, et non ad effectum, ut judex inquirat, tunc posset judex procedere cum denunciatore, ut tradit Bart. in dict. l. *Divus Adrianus*, D. *de custod. reor.* vers. *ulterius quæro*, *quid sit officium judicis.*

(8) *El Rey.* Imò etiam alius judex ordinarius, ut ex dictis superiùs constat in ista lege, et habetur in l. 2. et ibi dixi, tit. 17. 3. *Part.* cap. *qualiter et quando*, el 2. *de accusat.* Rex tamen etiam non præcedente infamia posset inquirere, ut tradit Innoc. in cap. *cum oporteat*, *de accusat.* Bald. in l. *nullus*, *C. ad leg. Jul. majestat.* glossa notabilis in cap. 2. *de accusat.* lib. 6. et per Angelum Aret. in tractat. *maleficior.* in parte *fama publica*, col. 2. et quod hic dicitur, procedit de potestate legibus regulata; et adde quæ dixi in l. 1. tit. 17. 3. *Partit.*

(9) *En las leyes.* Vide in tit. 17.

(10) *De mala fama.* Adde quæ notat Gloss. in cap. *cum oporteat*, super verbo *ad denunciandum*, eod. tit. et in cap. *cum dilectus*, eod. tit. et cap. *qualiter et quando*, et cap. *licèt Heli*, *de simon.*

(11) *De tal ome.* Si tamen cum eo alia indicia concurrunt, posset inquirere; vide quæ tradit Angelus Aret. in tractat. *maleficior.* in parte *fama publica*, col. 1. sola enim fama publica sufficeret, non à malevolis orta, ut in dict. cap. *qualiter et quando*, el 2. et infra l. proxima.

LEX XXVIII.

Si quis scienter coram judice voluit uti falso instrumento, aut falsum testimonium protulit coram eo, aut est manifestè malefactor, vel est tutor, qui malè in tutela versatur; potest eum judex ex officio suo sine accusatore damnare, et sine aliqua actione punire: idem si malitiosè accusavit, quia potest eum sine accusatore, si perseveraverit usque ad sententiam, punire. Hoc dicit.

(1) *De su oficio.* Prosequitur lex ista dicta Azon. *C. qui accus. non possunt*, in summ. col. 1. vers. *in casibus tamen*: vide etiam per Gloss. in l. 2. §. *si publico*, D. *de adulter.*

(2) *Carta falsa.* Concordat cum l. penult. *C. de probation.* et adde, quod producens rescriptum suspectum capitur, et sub fida custodia remittitur ad locum, ubi creditur falsum fabricasse, secundum Bald. in cap. 2. *de rescriptis*: et nota, quod ille, qui producit in judicio falsum instrumentum, præsumitur, quod ipse fuit fabricator falsitatis: ut in l. *majorem*, ubi Glossa, et Bald. *C. de falsis*; nisi nominet fabricatorem; vide ibi, et adverte, quod l. *jubemus*, *C. de probat.* de qua ista sumpta est, loquitur in scripturis seu chartis suspectis de falso: et quæ sint illa, quæ reddunt instrumentum suspectum, vide per Specul. tit. *de instrum. edition.* §. 1. col. 5. et cùm lex ista Partitarum dicat *carta falsa*, et non suspecta de falso, est dubium, an idem dicendum in charta suspecta, per dictam l. *jubemus*? Et videtur quòd sic, per id quod notat Alberic. post Guido de Suza in l. *Scripturæ*, *C. de fide instrum.* col. 1. vers. *item quæro dictus Guido*, ubi refert quæstionem, quæ de facto fuit in curia Regis Caroli, cùm ipse Rex à quædam Comitissa petebat comitatum suum; ipsa verò

prouar lo que demanda, o para defenderse de lo que le demandassen. El segundo, si fallase algun testigo por falso (3) en el testimonio que dixesse ante el (4). El tercero es, quando algund malfechor anda faziendo algund mal recaudo, furtando, o faziendo otros yerros manifiestamente, de manera, que lo saben los omes de aquellos lugares, e es cosa manifiesta (5), e el fecho del es en guisa, que se non puede encobrir. El quarto (6) es, quando fallasse que alguno que auia acusado a otro, se mouiera maliciosamente a lo fazer, e non podia prouar aquello de que lo acusaua; fueras ende; si fuesse el acusador de aquellas personas, que diximos (7), que non deuen auer pena, si non prueuan lo que dizen. Ca a este tal puede escarmentar de tal yerro como este, fasta el dia que diesse la sentencia (8) por el acusado. El quinto es, quando sopiesse ciertamente, que alguno era guardador de huerfanos, e vsasse mal (9) de la guarda, a daño dellos. Ca, en qualquier destos casos sobredichos, puede todo Judgador, que ha poder de judgar (10), escarmentar de su oficio a tales malfechores, de los yerros sobredichos que fizieren, maguer non fuessen ende acusados, nin denunciados, nin fuesse aducha otra prueua contra ellos.

LEY XXIX.

Quando, los yerros que son puestos contra los testigos para desecharlos, les empecen, o non, maguer sean prouados.

Testigos aduzen los omes en sus pleytos, para prouar, o vencer lo que demandan. E pues que reciben los dichos dellos, aquellos contra quien prueuan, buscan quantas maneres pueden, para desecharlos. E acaesce a las vegadas, que en aquellas defensiones que ponen ante si contra los testigos, dizen grand mal dellos; e avn prueuanlo. Assi que seyendo acusados, o denunciados, perderian porende los cuerpos, o gran partida de sus aueres. E porende dezimos (1), que maguer puedan desechar a alguno en esta manera, que non sea testigo, nin vala el testimonio que dixo en aquel pleyto, sobre que prouo, con todo esso non le puede el Judgador dar pena ninguna en el cuerpo, nin en el auer, por esta razon. Ca assaz le abonda la verguenza que passo el testigo en ser desechado del testimonio, e fincar enfamado (2) por ello. E lo que dize en esta ley del testigo, ha lugar en todas las otras defensiones semejantes destas, que fuessen puestas contra otro (3); fueras ende, si alguno acusasse a su muger, que auia fecho adulterio, e ella pusiesse defension ante si, diziendo que la non podia acusar, porque lo

ad sui defensionem producebat duo rescripta Imperatoris Frederici, quorum sigilla unum erat satis majus altero, unde Rex propter diversitatem sigillorum, dicebat esse falsa: Comitissa allegabat Fredericum mutasse sigilla, sed non probabat; et dicit Guido de Suza, se judicasse dicta rescripta esse suspecta, non falsa, et fidem eis non adhibendam, et Comitissam aliam pœnam pati non debere; quia secundum eum producenti scripturam suspectam non debere imponi aliam pœnam, nisi quod instrumento fides non adhibetur, et ita intelligit dictam l. *jubemus*; de quo dicto dicit Albericus se mirari, cùm lex illa expressè dicat puniri ut falsarios; nisi fortè intelligatur secundum eum, quod Comitissa illa ignoranter produxerat, fortè quia invenit in hæreditate patris, ut in l. ante penult. D. *de falsis.*

(3) *Falso.* Concordat cum l. *nullum*, *C. de testib.* et l. 42. tit. 16. 3. *Part.* quam vide, cùm his quæ ibi dixi.

(4) *Ante el.* Probari videtur ex ista lege dictum Baldi in dict. l. *nullum*, col. 2. vers. *quæro*, *judex Perusinus.*

(5) *Cosa manifiesta.* Concordat cum l. *ea quidem*, *C. de accusat.* et cap. *evidentia*, eod. tit.

(6) *El quarto.* Concordat cum l. 1. *C. de calumniator*, et l. *qui cum major*, §. *si libertus*, D. *de bon. libert.*

(7) *Diximos.* Suprà eod. l. 21. et 26.

(8) *Diesse la sentencia.* Non posteà, nisi ex nova accusatione, vel ex officio judicis nobili, ut declarat Azon. ubi suprà, et Glossa, et Doctores in dict. l. 1. *C. de calumniator.*

(9) *Vsasse mal.* Concordat cum l. 3. §. *prætereà*, D. *de suspect. tutor.*

(10) *Ha poder de judgar.* Et ratione incidentiæ, in primo, et secundo, et quarto casu, quilibet judex, qui de principali cognoscit, erit judex competens ad puniendum de officio, ante finitam instantiam causæ principalis; nam si esset finita, non posset, ut declarat Angel. post Jacob. Butri. in dict. l. 1. *C. de calumniator.* vel dic, et melius, ut dixi in l. fin. tit. 16. 3. *Partit.* per textum ibi, in fine, vide in Gloss. super parte *que han poder de fazer justicia.*

LEY XXIX.

Si contra testem in modum objecti probetur crimen, non potest ob hoc judex eum punire, nec remanet infamatus: et idem si in modum alterius exceptionis crimen probetur: tamen si uxor contra virum accusantem excipiat, quòd ejus mandato vel consilio adulteravit, et hoc probet, vir punitur, et uxor absolvitur. Hoc dicit.

(1) *Dezimos.* Concordat cum cap. 1. vers. *cæterum*, *de exceptionibus*, et cum cap. *cùm dilectus*, §. *verùm*, *de ordin. cognit.* et cum l. *Lucius*, D. *de his, qui notantur infamia*, et vide, quæ etiam latè habentur in cap. 2. *de confess.*

(2) *Enfamado.* Infamia facti intellige, ut voluit Glossa in dict. cap. 1. *de exception.* de quo tamen vide, quæ notat Abb. in dict. cap. *cùm dilectus*, 13. col. in gloss. super parte *restitutio*, *de ordin. cognit.* et Innoc. in cap. *super eo*, *de elect.* Angelus in dict. l. *Lucius.*

(3) *Contra otro.* Ex hoc dicto hujus legis videtur comprobari quod dicit Abb. in dict. cap. *cum dilectus*, *de ordin. cognit.* col. 11. contra Anton. ibi, qui voluit, quòd si is contra quem excipitur de crimine ad eum ab aliquo repellendum, assumpsit defensionem principaliter super tali exceptione criminis sic objecti, quòd si convincatur, debeat ex eadem instantia puniri: cujus contrarium tenet ibi Abb. allegans casum in oppositum, in cap. *super his, de accusat.* ubi electus petens confirmationem repulsus propter crimen sibi objectum et probatum, non privatur beneficiis suis neque aliter punitur, quia ad hoc non est actum, ut ibi dicitur.

fiziera por su consejo del, o por su mandado. Ca en tal caso como este (4), como quier que ella non pone esta defension sino por desecharlo, que la non pueda acusar; pero si le fuere prouado, que tal yerro como este fizo el marido, puedenle dar pena, tambien como si fuesse acusado sobre aquel yerro mismo; e demas, deuen a la muger dar por quita (5).

TITULO II.

DE LAS TRAYCIONES.

Traycion (1) es vno de los mayores yerros (2), e denuestos, en que los omes pueden caer: e tanto la touieron por mala los Sabios antiguos, que conoscieron las cosas derechamente, que la compararon a la gafedad (3); ca bien assi, como la gafedad es mal que prende por todo el cuerpo, e despues que es presa, non se puede tirar (4) nin amelecinar, de manera que pueda guarescer el que la ha. E otrosi, que faze a ome, despues que es gafo, ser apartado (5), e alongado de todos los otros. E sin todo esto, es tan fuerte maletia, que non faze mal al que la ha en si tan solamente, mas aun al linaje que por la liña derecha del deciendon, e a los que con el moran. Otrosi en aquella manera mesma faze la traycion en la fama del ome, ca ella la daña (6), e la corrompe, de guisa, que nunca la puede enderecar; e aduze a gran alonganca, e a estrañamiento (7) de aquellos que conoscen derecho, e verdad; e denegrece, e mancilla la fama de los que de aquel linaje deciendon, maguer non ayan en ella culpa; de guisa, que fincan todavia enfamados (8) por ella. E porende, pues que en el titulo ante deste fablamos generalmente de las acusaciones, que son fechas por razon de los grandes yerros que los omes fazen; queremos de aqui adelante dezir, quales son aquellos males, quier se fagan por obra, quier se digan por palabras. E fablaremos primeramente, de los que se fazen por fecho. E despues diremos, de los que se fazen por palabra. E comencare-

(4) *En tal caso como este.* Idem videtur de simili, ubi crimen similiter esset connexum negotio, de quo agitur, ut in cap. 2. *de confess.* ubi Glossa, et Glossa in dict. cap. 1. *de except.* quæ extensio procederet, quando de tali crimine contingente causam principalem constaret per confessionem ejus, contra quem objicitur, quia ratione contingentiæ videtur principaliter in judicio deductum; et ita dicit Abb. communiter teneri in dict. cap. *cum dilectus*, 12. col. Si tamen non per confessionem convinceretur, sed per alias probationes, est majus dubium; sed idem in eodem casu videtur dicendum, secundum Abb. ubi suprà, si pars ejus, contra quem excipitur, fuerit præsens, et super hoc assumpsit defensionem; et militat eadem ratio, quæ in marito, contra quem uxor excipit de lenocinio, de quo hic, et in l. 2. §. *si publico*, D. *ad leg. Jul. de adult.* de qua ista sumpta est, ubi et vide per Bart. col. penult. vers. *concludo ergo*, et per Ang. ibidem. Quando verò non est contingens negotium, de quo agitur, alia instantia opus esset, ut si testis confiteretur se homicidam, judex non posset eum punire ex ista confessione, quia confessio non est facta in judicio, cùm non agebatur ad hoc, secundum Bald. in l. *Presbyteri*, vers. *tertiò quæro*, *C. de Episc. et Cleric.* allegat Gloss. in cap. *hæc quippè*, 3. quæst. 6. ideoque ad puniendum testem in hoc, alia instantia opus esset.

(5) *Por quita.* Intellige quando exceptio lenocinii objecta fuit à muliere ante litis contestationem, nam si objiceretur posteà, tunc non videtur, quòd absolvenda sit mulier, ut habetur in dict. §. *si publico*, et in l. 7. tit. 17. ead. *Partit.* ubi dicam, quid erit hodie, stante lege Fori, quòd à nullo possit uxor accusari de adulterio, marito nolente eam accusare.

TITULUS II. DE PRODITIONIBUS,

IN SUMMA.

(1) *Traycion.* In isto titulo sumitur propriè pro crimine læsæ majestatis, ut infrà l. 1. in fin. largè tamen loquendo multipliciter dicitur quis proditor, ut tradit Gloss. in cap. *noilte*, 11. quæst. 3. Luc. de Penn. in l. fin. *C. de delator.* penult. et fin. col. Andr. de Isern. in tit. *quæ sint regal.* in parte *contrahentium incest. nupt.* col. fin. et per Bald. in cap. 1. in princ. col. 4. *quib. mod. feud. amittatur.*

(2) *Mayores yerros.* Adde in authent. *de nuptiis*, cap. 15. §. *si igitur*, et in l. fin. *C. ad leg. Jul. majest.* habetur quod est crimen sceleratissimum, et dicit Azon. *C. ad leg. Jul. majestat.* in summa, nempè, istud crimen inter omnia crimina excellit.

(3) *A la gafedad.* Proditio comparatur lepræ, ut hic vides; et de multis generibus lepræ, vide per glossam notabilem in §. *denique*, qui est sub cap. *coluissent*, *de pænit.* dist. 1. et vide de lepra Giezi, quod tradit Gloss. in authent. *jusjurandum*, *quod præs. ab his*, collat. 2. et de leprosorum examinatione, vide *in Pragmatic.* fol. mihi 106.

(4) *Non se puede tirar.* Inde est, quod leprosus ille, de quo Matthæi cap. 8. v. 2. videns se à remedio medicinali seclusum, accurrit ad fontem, et dominum vitæ, et salutis, et adorans dixit: *Domine, si vis, potes me mundare.*

(5) *Apartado.* Vide Levitici cap. 13. et per Gloss. in dict. §. *denique*, *de pænit.* dist. 1. et per Gloss. in cap. *si uxorem*, 22. quæst. 5. Sunt enim leprosi extra civitatem ponendi, ne alios inficiant, vide per Joan. de Plat. in l. *cum supra virentes*, *C. de re militari*, lib. 12. per Bald. in l. *casus*, *C. de testam.* Gloss. in Clement. 1. *de usur.* Bald. *in addit. ad Speculat.* tit. *de dispensation.* Et an mortui possint cum aliis sepeliri, tradit Abb. in cap. *sacris*, *de sepultur.* ubi concludit, quòd non, licèt Petrus de Anchar. ab eo relatus tenuit contrarium; movetur Abb. ex eo, quia fœtor aerem inficiat, et quia in actu sepulturæ est timor infectionis, et ex eo, quod jus permittit leprosis, ut habeant ecclesias cum cœmenteriis, vide ibi per eum.

(6) *La daña.* Unde licèt Joab, dux exercitus Regis David, omnia fortiter vicerit, non computatur in catalogo fortium David, quia fortitudinem ejus proditio in Abner, et Amasam denigravit: sola fidelitas est, quæ dilatat gloriam populi, quæ pacem firmat, et terrorem incutit inimicis, Lucas de Penna referens Petrum Blesensem in l. fin. col. fin. *C. de delator.* lib. 10.

(7) *E a estrañamiento.* Proditor namque est alienus ab omni facie Dominorum, et Principum, et non potest stare in curia Principis, Bald. in cap. unic. *an ille qui interfecit frat. domini sui*, et ubicumque sunt depicta arma proditoris, debent destrui, l. *eorum*, et ibi Bart. D. *de pœnis.*

(8) *Enfamados.* Vide l. *quisquis*, §. 1. *C. ad leg. Jul. majest.*

mos de la Traycion, que es cabeça de todos los males. E demostraremos, que cosas ha en si. E donde tomo este nome. E de quantas maneras es. E que pena deuen auer, non tan solamente los fazedores della, mas aun los consejeros, e los ayudadores, e los consentidores. E avn los que lo saben, e non lo descubren.

LEY I.

Que cosa es Traycion, e onde tomo este nome, e quantas maneras son della.

Læsæ Majestatis crimen, tanto quiere dezir en romance, como yerro de traycion que faze ome contra la persona del Rey (1). E traycion es la mas vil cosa, e la peor, que puede caer en coraçon de ome. E nascen della tres cosas, que son contrarias a la lealtad, e son estas: Tuerto, mentira, e vileza. E estas tres cosas fazen al coraçon del ome tan flaco, que yerra contra Dios (2), e contra su Señor natural, e contra todos los omes, faziendo lo que non deue fazer; ca tan grande es la vileza, e la maldad de los omes de mala ventura, que tal yerro fazen, que non se atreuen a tomar vengança de otra guisa de los que mal quieren, si non encubiertamente, e con engaño (3). E traycion, tanto quiere dezir, como traer vn ome a otro so semejança de bien a mal; e es maldad que tira de si la lealtad del coraçon del ome. E caen los omes en yerro de traycion en muchas maneras, segund demuestran los Sabios antiguos que fizieron las leyes. La primera, e la mayor, e la que mas fuertemente deue ser escarmentada, es, si se trabaja algund ome de muerte de su Rey (4), o de fazerle perder en vida la hourra de su dignidad, trabajandose con enemigo, que sea otro Rey (5), o que su Señor sea desapoderado del Reyno. La segunda (6) manera es, si alguno se pone con los enemigos, por guerrear, o fazer mal (7) al Rey, o al Reyno (8); o les ayuda de fecho, o de consejo; o les embia carta, o mandado, por que los aperciba de alguna cosa contra el Rey, e a daño de la tierra. La tercera es, si alguno se trabajasse de fecho, o de consejo, que alguna tierra, o gente, que obedesciesse a su Rey, se alçasse contra el (9), o que le non obedesciesse tan bien como solia. La quarta es, quando algund Rey, o Señor de alguna tierra, que es fuera de su Señorio, quisiere al Rey dar la tierra donde es señor, e obedescerlo, dandole parias, e tributo, e alguno de su Señorio lo estorua de fecho, o de consejo. La quinta es, quando el que tiene Castillo, o Villa, o otra Fortaleza, por el Rey, se alça con aquel lugar (10), o lo da a los enemigos, ò lo pierde por su culpa, o por algund engaño que le fa-

LEX I.

Proditio est, quæ committitur contra Regis personam; et est vilius, quod potest in corde humano cadere. Et nascuntur ex proditione tria mala, scilicèt, injustitia, vilitas, et mendacium, ex quibus cor humanum efficitur tàm fragile, et imbecille, quòd errat contra Deum, et Regem dominum naturalem. Item proditio idem est, quòd sub spe boni prodere, seu tradere hominem: sunt enim casus proditionis quatordecim numero, qui in hac lege sparsim nominantur: et cùm aliquod prædictorum committitur contra Regem, aut contra ejus dominium, aut bonum commune patriæ, est proditio; cùm verò in aliis committitur, est alevositas, secundum Hispaniæ Forum. Hoc dicit.

(1) *Contra la persona del Rey.* Subditi ergò Ducum, Comitum, et Baronum, qui sunt sub Rege, non committunt crimen læsæ majestatis in dominos suos, licèt conspirent contra eos, ut tradit Joan. Fab. *in proœmio Institut.* in princ. contra Reges tamen, vel dominos suos non recognoscentes superiorem, benè committitur crimen læsæ majestatis, ut hic, et est bonus textus in l. 3. *C. de episcop. audient.* et tradit Salic. in l. *quisquis*, *C. ad leg. Jul. majest.* Angelus Aret. in tractat. *malefic.* in parte *che ar tradito la patria*, col. 1. et si vis latè videre in ista materia, vide notabilem consilium Socini 2. vol. cons. 275. incipit, *in casu fratris*, et Andr. de Isern. in tit. *quæ sunt regalia*, in parte *et committentium crimen læsæ majestatis*, col. 4. vers. *voluerunt autem*, Paul. de Castr. in l. *nemo*, *C. de episcop. audient.*

(2) *Contra Dios.* Sic et dicit Andr. de Isern. in tit. *quæ sunt regalia*, in parte *contrahentium incest. nupt.* column. fin. quod proditor Regis censetur proditor Dei, allegat cap. *si apud*, 25. quæst. 5. tradit etiam Lucas de Penna in l. fin. *C. de delator.* lib. 19. col. fin. et allegat etiam cap. *non potest*, 2. quæst. 7.

(3) *Con engaño.* Nota mores proditoris; nam signa fidelitatis ostendit, suavia et dulcia verba profert, amplexatur, applaudit, blandè ridet, maxima pollicetur, obtestatur Deum, sub pacis fœdere osculatur, ad jurandum est pronus, libenter adulatur, quod est causa proditionis, 46. dist. cap. *Clericus*, Proverb. 6. Lucas de Penna in l. fin. col. fin. *C. de delator.* lib. 10.

(4) *De su Rey.* Adde l. 6. tit. 13. *Part.* 2. ibi, et quid si capiat Regem?

(5) *Otro Rey.* Sic et facere conventiculas de papatu, Papa vivente, crimen est læsæ majestatis, cap. *si quis Papa*, 79. dist. Joan. And. in cap. *veniens*, *de testib.* Bald. in l. *quoniam liberi*, *C. de testib.*

(6) *La segunda.* De istis casibus in quibus committitur crimen læsæ majestatis, vide etiam l. 1. 2. 3. et 4. D. *ad leg. Jul. majest.* et *C.* eod. l. *quisquis*, et l. 1. tit. 7. lib. 8. *Ordin. Regal.*

(7) *Por fazer mal.* Quid si det operam, ut hostes regnicolas deprædentur, vel prædam cum eis diviserit, vide l. *si quis barbaris*, *C. de re milit.* lib. 12.

(8) *O al Reyno.* Quid si oppugnat aliquam civitatem regni? Videtur idem per l. penult. D. *ad leg. Jul. majest.* et l. *fallaciter*, *C. de abolition.* quod intellige, quando talis civitas proditur, vel oppugnatur, ut Regi auferatur, vel regno; si verò oppugnatur, vel prodatur non ad istum finem, sed aliàs, tunc non incurritur crimen læsæ majestatis, ita declarat Salicet. in dict. l. *fallaciter.*

(9) *Contra el.* Adde l. 4. D. eod. ubi et de casu proximo. Et an si civitas capiatur à Rege, an cives civitatis erunt servi? Dic, quòd non, imò liberi, glossa notabilis in authent. *de hæred. et Falcid.* in princ. super verbo *antiquam*, et Bart. in Extrav. *qui sunt rebelles*, in gloss. super verbo *rebellando*, ad fin.

(10) *Con aquel lugar.* Adde l. *lex duodecim tabul.* D. eod. cum gloss. ibi.

zeu: e esse mismo yerro faria el Rico-ome, o Cauallero, o otro qualquier, que basteciesse con vianda, o con armas, algun lugar fuerte, para guerrear contra el Rey, o contra la pro comunal de la tierra; o si traxesse otra Cibdad, o Villa, o Castillo, maguer non lo tuuiesse por el. La sexta es, si alguno desamparasse al Rey en batalla (11), o se fuesse a los enemigos, o a otra parte, o se fuesse de la hueste en otra manera, sin su mandado, ante del tiempo que deuia seruir; o derranchasse, o començasse a lidiar con los enemigos engañosamente, sin mandado del Rey, o sin su sabiduria, porque los enemigos le fiziessen arrebatar, o le fiziessen algun daño, o alguna deshonrra, estando el Rey segurado: o si descubriesse a los enemigos los secretos del Rey, en daño del. La setena es, si alguno fiziesse bollicio (12), o aleuantamiento en el Reyno, faziendo juras, o cofradias de Caualleros, o de Villas, contra el Rey, de que nasciesse daño a el, o a la tierra. La octaua es, si alguno matasse alguno de los Adelantados mayores (13) del Rey, o de los Consejeros (14) honrrados del Rey, o de los Caualleros que son establescidos para guardar su cuerpo, o de los Judgadores que han poder de judgar por su mandado en su Corte. La nouena es, quando el Rey assegura (15) algund ome señaladamente, o a la gente de algun lugar, o de alguna tierra, de alguna cosa; e otros de su Señorio quebrantan aquella segurança quel dio, matando, o feriendo, o deshonrrandolos contra su defendimiento; fueras ende, si lo ouiessen fecho a miedos, tornando sobre si, o sobre sus cosas. La dezena es, quando algunos omes dan por rehenes (16) al Rey, e alguno los mata todos, o alguno dellos, o los faze fuyr. La onzena es, quando algun ome es acusado, o reptado sobre fecho de traycion, e otro alguno lo suelta, o le aguisa, porque se vaya (17). La dozena es, si el Rey tira el oficio a alguno Adelantado, o a otro Oficial de los mayores, e establesce a otro en su lugar, e el primero es tan rebelde, que non dexa el oficio (18), o las Fortalezas (19), con las cosas que le pertenescen, nin quiere rescebir al otro en el por mandado del Rey. La trezena es, quando alguno quebranta, o fiere, o derriba maliciosamente alguna Imagen (20); que fue fecha, e endereçada en algund lugar, por honrra, o por semejança del Rey. La catorcena es, quando alguno faze falsa moneda (21), o falsa los sellos del Rey (22). E sobre todo dezimos, que

(11) *En batalla.* Adde l. 4. tit. 29. ad fin. 2. *Part.* ubi vide, que dixi.

(12) *Bollicio.* Adde l. 1. et l. *cujusque*, D. eod. et *C. de sedition.* per totum, l. 3. tit. 19. *Part.* 2. et quæ dicit Angelus in dict. l. 1. in dict. l. *cujusque.*

(13) *Adelantados mayores.* L. 1. D. eod. dicit hæc verba: "Cujusve opera, et consilio, dolo malo consilium initum fuerit, quo quis magistratus populi Romani, quive imperium, potestatemve habet, occidatur," et ibi Angelus notat sumi optimum argumentum, quod ex solo consilio et tractatu de occidendo potestatem Bononiæ, inciditur in majestatem, quantum ad pœnam mortis; oppugnare enim patriam aut magistratum ejus, non distat à crimine læsæ majestatis: lex verò *quisquis*, *C.* eod. dicit: "de nece etiam virorum illustrium, qui consiliis, et consistorio nostro intersunt, senatorum etiam (nam et ipsi partes corporis nostri sunt), vel cujuslibet postremo qui nobis militat, cogitaverit, etc." ubi Cyn. et Salic. dicunt quod in personam Principis, et ad ejus latus stantes, seu quæ sunt pars corporis sui, propriè crimen læsæ majestatis committitur, impropriè in cæteris capitulis. Tene ergo menti istam legem Partitarum declarantem ll. juris communis; et secundum ejus declarationem in judices alios per Provincias constitutos non habebit locum, ut eos occidens, vel contra eos conspirans, committat crimen læsæ majestatis; et facit quod dixi suprà ead. in glos. super parte o *al Reyno*, et vide in ista materia, quæ dixi in l. 1. tit. 16. 2. *Part.*

(14) *Consejeros.* Adde dict. l. 1. tit. 16. 2. *Part.* et vide quæ ibi dixi. Et quid si Princeps unum de suis consiliariis faciat præsidem provinciæ, vel capitaneum unius civitatis, et quis contra ejus personam proditionem faciat, an debeat puniri tamquam in magistratum commiserit, an tamquam in consiliarium Principis? Vide per Salicet. in dict. l. *quisquis*; in princ. ubi concludit, quod tamquam in magistratum, vide ibi per eum.

(15) *Asegura.* Adde l. 1. in princ. et quæ ibi notat Bartol. et Ang. D. eod. et l. fin. tit. 16. 2. *Part.* et l. 10. tit. 2. lib. 4. et l. 4. tit. 7. lib. 8. *in Ordin. Regal.* et nota, quod leges omnibus præbent securitatem; unde non potest postulari, nisi appareat causa, vide Bart. in l. *capitalium*, §. *ad statuas*, D. *de pœnis*, et nota quod ut hic vides; istam securitatem Rex solus concedit, prout et notat Angelus in dict. l. 1. De securitate autem, quam dat judex, an debeat servari? Vide per Bald. in §. *item sacramenta*, col. 4. *de pac. jur. firm.* et l. 1. *C. si non à comp. judic.* et latè per Imol. in l. *si quis reus*, col. pen. D. *de public. jud.* et quod dicit Bald. in l. *reos*, col. 8. *C. de accusat.* et Bart. in l. *nullam vim*, *C. de susceptor. et archar.* lib. 10. et Angel. in l. *utimur*, D. *de sepulcr. viol.* ubi et dicit, quod salvum conductum perpetuum solus Princeps concedit: temporalem verò etiam inferior potest concedere, justa causa subsistente: et de salvo conducto testibus præstando, vide per Gloss. in cap. *hortamur*, 3. quæst. 9.

(16) *Rehenes.* Adde l. 1. in princ. D. eod. et vide de istis obsidibus l. 16. tit. 13. 2. *Part.* et l. 3 tit. 13. 5. *Part.* et quæ ibi dixi.

(17) *Porque se vaya.* Adde l. 4. cum Glossa ibi, D. eod. et approbatur hic prima opinio seu oppositio illius glossæ, vide quæ dixi in l. penult. tit. 29. ead. *Part.*

(18) *Dexa el oficio.* Concordat cum l. 2. et 3. D. eod. Quid si judex dimittat officium, seu imperium sine permissione Principis, an incidat in hoc crimen? L. 3. §. fin. D. eod. dicit, quod sic; quod intelligit ac limitat Luc. de Penn. in l. *si quos*, col. 3. *C. de Decurion.* lib. 10. in officiis magnis et arduis, quorum desertio præjudicium reipublicæ ingerebat; secùs in parvis, ubi non esset hoc periculum, et judici immineret necessitas recedendi; vide ibi per eum.

(19) *Fortalezas.* Castellani ergo non restituentes castella ad jussum regis, incidunt in crimen læsæ majestatis, ut hic, et in dict. l. 3. D. eod. et vide suprà 2. *Part.* tit. 18. l. 18.

(20) *Imagen.* Adde l. *qui statuas*, D. eod. et vide l. 4. in fin. D. eod. et l. *non contrahit.*

(21) *Falsa moneda.* Azon. *C.* eod. in summa, dicit, hoc esse quasi crimen læsæ majestatis, allegat l. fin. *C. de falsa monet.* est in l. 2. ubi hoc probatur, et ibi Bald. et Salicet.

(22) *Sellos del Rey.* Adde dict. l. fin. *C. de falsa mo-*

quando alguno de los yerros sobredichos es fecho contra el Rey, o contra su Señorio, o contra pro comunal de la tierra, es propiamente llamado traycion (23): e quando es fecho contra otros omes, es llamado aleue, segund Fuero de España (24).

LEY II.

Que pena meresce aquel que faze traycion.

Qualquier ome, que fiziere alguna cosa de las maneras de traycion que diximos en la ley ante desta, o diere ayuda, o consejo, que la fagan, deue morir por ello (1), e todos sus bienes deuen ser de la Camara del Rey (2), sacando la dote de su muger (3), e los debdos que ouiesse a dar, que ouiesse manleuado (4) fasta el dia que començo a andar en la traycion: e demas todos sus fijos (5),

net. et cap. *ad audientiam*, *de crim. fals.* et tene menti istam legem Partitarum, quòd incidit in crimen læsæ majestatis falsans sigilla Principis; non enim ita expressum reperio de jure communi, imo et l. 6. tit. 7. infrà ead. *Part.* cùm disponit contra falsantem sigillum Regis, non dicit, quod ex hoc incidat delinquens in crimen læsæ majestatis, neque imponit pœnam amissionis bonorum: lex vero 8. tit. 9. 2. *Partit.* officialem Regis falsantem ejus litteras, dicit incurrere crimen proditionis, et ponit pœnam amissionis bonorum: unde cogita, an ista lex debeat limitari justa terminos illius, ut et ibi tetigi: vel dic, quod hoc sic speciale in odium falsantis sigillum Regis, cui magnus honor debetur, ut dicit l. 18. tit. 13. 2. *Partit.*

(23) *Llamado traycion.* Nota hoc, et adde Bart. in Extravag. *qui sint rebelles*, in gloss. super parte *rebellis*, ibi cùm dicit, tunc tamen incidis in crimen proditionis, quando sit contra Principem, vel contra rempublicam, ut in l. *omne delictum*, §. *exploratores*, D. *de re milit.* et l. *proditores*; et D. *de pœnis*, l. *si quis aliquid*, §. 1. Sed quando committitur contra privatum, non dicitur proditor principaliter et per se; sed crimen aliud factum proditoriè, ut homicidium factum proditoriè, vel quid simile, l. *Athletas*, §. 1. D. *de his quæ notant. infam.* et l. 1. D. *de prævaric.*

(24) *Segund fuero de España.* Vide l. 2. et penult. tit. 21. lib. 4. For. ll.

LEX II.

Pœna proditoris est, quando occidatur ob aliquem de casibus positis suprà lege proxima, et bona ejus Regi applicabuntur, salva mulieri ejus dote, et debitis ante proditionem contractis: et si proditio contra Regem, aut regnum sit, filii masculi proditoris sunt infamati, et numquam possunt esse milites, nec aliam dignitatem habere, aut officium, nec alicui jure hæreditario succedere, nec habere legatum: filiæ autem possunt in quartam partem bonorum maternorum succedere, quia non præsumitur, quod patri assimilentur sicut filii, nec quod ipsæ committent proditionem. Hoc dicit.

(1) *Morir por ello.* Concordat cum §. *publica autem judicia*, *Institut. de public. judic.* et l. *quisquis*, *C. ad leg. Jul. majest.* et adde l. 6. tit. 13. 2. *Part.* ubi vide de destructione domus in certo casu: et quod perduellis perdat jura naturalitatis, et beneficia Regis, et regni, vide l. fin. tit. 24. *Partit.* 4.

(2) *Camara del Rey.* Adde l. fin. D. eod. et. *C.* eod. l. *quisquis*, et dict. l. 6. et de pœna civitatis rebellis, vide per Bart. in Extravag. *quoniam nuper*, sub tit. *qui sint rebelles*, ubi dixit, quòd quoad amissionem bonorum et jurium, nihil distat à privato alio; adde etiam Andr. de Iser. *de capitan. qui curiam vend.* in vers. fin. col. fin. ubi dicit, quòd cives, qui capiuntur, efficiuntur servi, et bona confiscantur, et civitas patitur aratrum, vide ibi per eum, et in vers. *et iterum*, *de capitulis Corradi*, ubi quòd sal dispergitur; et ibi vide leges et auctoritates quas allegat, et vide per Bart. in l. *aut facta*, §. *nonnumquam*, D. *de pœnis.*

(3) *Dote de su muger.* Concordat cum l. *quisquis*, §. *uxores*, *C.* eod. et idem in aliis bonis uxoris, ut in l. *si quis posthac*, *C. de bon. proscript.* etiamsi sint de medietate lucrorum, uxori per consuetudinem et leges regni obveniente, ut latè tradit Doctor Segura in suo tract. *de bon. lucrat. constat. matrim.* et benè facit quod notat Bald. in §. penult. *si de feud. content. inter domin. et agnat.* non enim permittitur marito, ut alienet per delictum, licèt leges regni permittant, ut alienet per contractum, quia secundum Bald. ubi suprà, delictum non dicitur propriè alienatio. Sed quid si uxor tempore, quo contraxit matrimonium, scivit maritum, cum quo contrahebat, esse reum læsæ majestatis, an tunc perdat dotem, sicut et perderet, si contraheret cum marito, quem sciebat hæreticum, ut in cap. *decrevit*, *de hæret.* lib. 6? Et pro nunc crederem, quòd non, quia licèt possit argui de crimine læsæ majestatis ad crimen hæresis, ut in cap. *vergentis*, *de hæret.* id ideo, quia argumentum fit de minori ad majus, seu de eo, in quo est minor ratio statuendi ad id, in quo est major ratio, ut notat Glos. in cap. *cum in cunctis*, in princ. in verbo *multo fortius*, *de elect.* non sic, si arguatur de majori ad minus affirmativè, licèt negativè possit procedere, ut notat Gloss. in dict. cap. *cum in cunctis*, Jas. in l. *eum qui*, §. *qui ita*, D. *de verb. oblig.* Item quia videtur diversa ratio in crimine hæresis, ex eo, quòd mulier scienter cum hæretico contrahens matrimonium, videtur suspecta de hæresi, et fautrix hæresis, quod non potest dici in muliere contrahente cum reo læsæ majestatis temporalis.

(4) *Manleuado.* Ante, secùs si post, ut in l. penult. et final. *C.* eod. et l. *donationes*, §. fin. D. *de donat.* Et quid si propter delictum committendum alienavit? Videtur idem per istam legem, ut alienatio non teneat, ex quo, cogitaverat jam de crimine committendo, et tradit Bart. ubi vide, in l. *post contractum*, D. *de donation.*

(5) *Sus fijos.* Sive sint in potestate, sive emancipati, ex generalitate ista, et quia militat in utribusque eadem ratio, licèt Glos. in cap. *si quis cum militibus*, 6. quæst. 1. contrarium voluerit: et quia Gloss. in dict. l. *quisquis*, in verbo *minus ausuras*, dicit, quod matre committente istud delictum, patiuntur ejus filii istas pœnas; et tamen mater non habet filios in potestate.

Sed quid de illis qui jam erant concepti, seu nati ante delictum commissum, an afficiantur pœna hujus legis? Petrus, et post eum Cynus in l. *quisquis*, *C.* eod. tenuerunt, quod non, per l. *Divo*, *Marco*, *C. de quæstion.* et l. *emancipatum*, D. *de Senat.* et l. 2. *C. de libert. et cor. liber.* et idem tenet Joann. Faber et Ang. in dict. l. *quisquis*, dicens hoc ideo, quia illi, qui postea nascuntur, sunt ex sanguine jam infecto: idem loquendo in crimine hæresis, tenet Calderinus tit. *de hæretic.* consil. 3. quem refert et sequitur Joan. de Anania, in cap. *vergentis*, *de hæretic.* col. penult. vers. *circa prædicta*, ubi adducit motiva Calderini pro utraque parte, quæ in effectu sunt leges, de quibus suprà, et quod sicut filius antea natus non consequitur dignitatem patris supervenientem, ut in l. *si senator*, *C. de dignit.* lib. 12. et quod habetur in l. *filii*, §. *senatores*, D. *ad municipal.* et sic cùm non habeat commodum, ita neque debet habere incommodum, l. *ex qua persona*, D. *de regul. jur.* et l. *secundum naturam*: inducunt etiam, quod habetur

que sean varones (6), deuen fincar por en- famados (7) para siempre de manera, que

in l. 1. §. fin. D. *de bonor. pos. contra tabul.* et in l. *si necem*, §. *si deportatus*, D. *de bon. libert.* et quod habetur in l. 3. D. *de interdictis et releg.* et quòd videtur de hoc casus in l. 2. *C. de libert. et cor. liber.* ubi apertè dicitur, quòd delictum patris non nocet filiis jam natis, sed nascituris sic; et quòd sit ratio, quia illi qui postea nascuntur, dicuntur nasci ex sanguine improbato, et dicuntur trahere originem à linea jam infecta: et dicit Joan. de Anania, quod ista pars videtur magis favorabilis et æquior; et quòd non obstat, quod jura indistinctè loquantur, cùm in hoc loquuntur de filiis, quia debent distingui per alia jura, ex quo non est eadem ratio inter natos, et nascituros. Pro ista etiam parte videtur casus in l. 6. tit. 27. 2. *Partit.* ibi cùm dicit; *ca los derechos que fallaron los antiguos de España en todas las cosas, allí do pusieron pena a los fijos, por razon de sus padres, siempre guardaron esto, que non ouiessen pena los que ante auian, que el fecho malo fiziessen; fueras ende, si fuessen con ellos aparceros en los yerros. E a los otros que metieron en la pena, fue, porque los fizieran despues que estaban ponzoñados en el mal que ouiessen fecho.* Albericus tamen in dict. l. *quisquis*, tenuit contrarium; imò quod pœna, de qua hic, teneantur filii, sive postea, sive antea nati; movetur ex ratione illius legis, quod præsumuntur imitatores patris: et per eamdem rationem tenet ibi Salicetus, cùm in utroque hæreditarii criminis exempla sint metuenda; et quia lex illa de filiis generaliter loquitur. Item quia ibi loquitur de natis ante supplicium patris, qui eodem deberent puniri supplicio. Et ad l. 2. *C. de bonis libertor.* et alias superius allegatas, respondet, quod in crimine læsæ majestatis sit hoc speciale: et pro ista parte multum videtur urgere lex ista Partitarum, cùm dicit: *todos sus fijos*, unde nullus debet excludi, l. *Juliano*, in princip. D. *de legat.* 3. l. *à procuratore*, *C. mandat.* cap. *si Romanorum*, 19. dist. et per hoc verbum videtur, quod lex ista voluit decidere dictam ambiguitatem, quæ oriebatur ex dicta l. *quisquis*, cùm simpliciter dixerat de filiis: et sicut quoad pœnam expulsionis à patria, et alia de quibus in dict. l. 6. tit. 27. 2. *Partit.* dicta lex retulit distinctionem de natis ante, vel post, idem faceret in hæc lege quoad alias pœnas, si hoc voluisset. Et certè pro nunc ista pars in rigore juris, propter hoc verbum *todos* in hac lege positum videtur verior, licèt contraria opinio favorabilior et æquior; quam si tenere velis, respondere posses ad hoc, quod et ista universalitas limitari et restringi debeat ex consideratione debitarum circumstantiarum, l. *obligatione generali*, D. *de pignor.* l. *si mihi*, §. fin. D. *de legat.* 3. et D. *de petit. hæreditat.* l. *et non tantum*, §. *quod si pro emptore*, tradit Oldraldus consil. 148. *factum tale est, quidam Comes*; et si in expulsione à patria placuit illa distinctio, de qua in dicta l. 6. cur non debeat placere in pœnis, de quibus hîc, quæ sunt majores? Et si placuit illa ratio, quod id statuebatur in postea natis, quia ex infecto sanguine, et non in aliis antea natis sanguine non infecto, quare dicemus et in casu hujus legis non placuisse? Sed non plenè hæc responsio mihi satisfacit, quia potest dici, quod in pœnis, quæ ultra ea, quæ à jure communi erant disposita, placuit legislatori nostro dicta l. 6. in pœnis verò secundùm jus commune placuit dispositio dictæ l. §. 1. *quisquis*, *C. ad leg. Jul. majestát.* de cujus mente et contextura litteræ videtur sensisse etiam de filiis antea natis, prout et voluit intelligere illam legem. Glossa in cap. *si quis cum militibus*, 6. quæst. 1. in verbo *filii*, in fine; et cum dicta lex loquatur de filiis illius, qui crimen læsæ majestatis commisit, intellexisse videtur de filiis, quos tunc habebat, l. *in delictis*, §. *si extraneus*, D. *de noxal.* et l. *Titius*, D. *de testam. milit.* et tradit Bart. in simili quæstione super quodam statuto Florentiæ, in tractat. *repræsaliarum*, quæst. 1. vers. *ad quartum.* Tu dato majori otio, latiùs cogita.

Et etiam ex isto verbo *todos sus hijos* patet, quòd procedat etiam in filiis illegitimis naturalibus, vel spuriis, prout voluit Cynus, Angel. et Salic. in dict. l. *quisquis*, Angelus Aret. in tractat. *maleficior.* in parte *che ay tradito la patria*, col. 3. vers. *si quærit Cynus, et Salic.*

Sed an intelligitur de filiis primi gradus, vel etiam de ulterioribus? et Angel. in dict l. *quisquis*, dicit, quod tempore illius legis non comprehendebantur nepotes, quia ista materia est odiosa, et pœnalis, et contra regulas juris inducta, quod filius portet iniquitatem patris, unde verbum *filiorum* strictè accipiendum erat, l. *quod si nepotes*, D. *de testam. tutel.* l. *liberorum*, D. *de verb. signif.* sed quod postea supervenit Imperator Fredericus, qui edidit quamdam constitutionem contra reos læsæ majestatis divinæ vel imperialis, quam approbavit Ecclesia, et est apud Inquisitores hæreticæ pravitatis sub Bulla Papali, in qua fit mentio liberorum, unde debet extendi in infinitum: subdit tamen, quod Canonistæ fecerunt postea casum, et restrinxerunt ad filios et nepotes damnato masculo, sed damnata fœmina comprehenduntur solùm filii, generaliter statuendo, quod ubicumque damnentur descendentes ex crimine parentum, semper intelligatur de descendentibus usque ad secundum gradum inclusivè ex masculo, et non ultra, et ex fœmina usque ad primum inclusivè tantùm, ut habetur in cap. *statutum*, el 2. *de hæretic.* lib. 6. conjuncto cap. *ubicumque, de pœnis*, eod. lib. et verba illius constitutionis Frederici ponit Cynus in dict. l. *quisquis*, in fin. quæst. et Alber. colum. 3. et secundum Salicetum communis opinio est, quod dicta l. *quisquis* recipiat interpretationem ab illa constitutione. Sed quidquid sit de jure communi, ego de jure regni adhærerem verbis hujus legis, quæ tantùm loquitur de filiis, et non extenderem ad nepotes, neque ad ulteriores, pœnam istius legis, juxta notata per Bart. in dict. l. *liberorum*, quod in materia odiosa verbum *filiorum* à lege prolatum, cùm lex disponit principaliter in odium filiorum, non extenditur ad nepotes. Item et ex ratione, quæ non est eadem in nepote, quæ in filio, quia jura sanguinis et carnis magis transfunduntur in filios, quàm in nepotes, qui sunt remotiores, argumento l. *cum quæritur*, *de except. rei judic.* et quia præsumptio de infectione ex delicto paterno, super qua se fundat ista dispositio non ita militat in nepote, prout in filio; quanto enim quis est proximior, tanto præsumitur infectior ut tradit Bald. in §. *si vasallus*, *si de feud. fuer. controv. inter domin. et agnat.* neque dispositionem cap. *statutum*, el 2. *de hæretic.* in 6. loquentem in crimine hæresis, extenderem ad crimen læsæ majestatis temporalis, ut dixi suprà eod. l. 1. in gloss. super verbo *la dote de su muger.* Adverte etiam, quòd pœna hic posita contra filios procederet, quando proditio paterna fuit contra Regem vel regnum, et non procederet, quando in aliis capitulis, de quibus suprà eod. in l. 1. delinqueret pater, licèt aliud videatur colligi ex verbis hujus legis generaliter loquentis; placet tamen, quod ita intelligatur, et limitetur ista lex, nam est de mente Doctorum in dict. l. *quisquis*, dum post Glossam opponunt de l. *eorum*, D. eod. ubi et plus dicebant, quòd illa dispositio, de qua in dict. l. *quisquis*, tantùm procederet, quatenus in hoc disposuit de filiorum pœna, contra id quòd habetur in dict. l. *eorum*, quando delictum committeretur in Principem, et non quando contra Rempublicam Romanorum; esset enim quid durum, et inhumanum, talem pœnam practicari in filiis delinquentis in quocumque ex dictis capitulis: restringatur ergo ad principale capitulum de proditione contra Regem, vel regnum, vel alios, qui pars ejus corporis sunt, ut in dict. l. *quisquis.*

(6) *Sean varones.* Nam quotiens ab homine, vel à jure puniuntur aliqui usque ad certam generationem, illi solùm, qui ex masculina linea descendunt, puniuntur, non ex fœmina, nisi aliud à lege, vel ab homine exprimatur, cap. *ubicumque, de pœnis*, lib. 6. ergo si mater committat hoc crimen, ejus filii non puniuntur his pœnis, ut voluit Oldral. relatus ab Alber. in dict. l. *quisquis*, Hostiens. in cap. *vergentis, de hæret.* In hoc etiam inclinat Salicetus in dict. l. *quisquis*; Glossa tamen ibi tenuit contrarium, quam tenuerunt ibi Petrus, et Cynus, Angelus Aret. in tractat. *maleficior.* in parte *che ay tradito la patria*, col. 3. dicens hoc notandum; licèt videatur inusitatum, quòd mulier tale

nunca puedan auer honrra de Caualleria, nin de Dignidad, nin Oficio (8), ni puedan heredar a pariente que ayan, nin a otro estraño que los establesciesse por herederos; nin puedan auer (9) las mandas que les fueren fechas (10). Esta pena deuen auer, por la maldad que fizo su padre. Pero las fijas de los traydores bien pueden heredar fasta la quarta

crimen committat, quod tamen vidit semel de facto Bononiæ: Gloss. etiam in dict. cap. *statutum*, voluit idem, quod dicta Glossa in l. *quisquis*, et cum ea transit ibi Joan. Andr. *in novella*, et Dominicus; et ista pars verior videtur ex identitate rationis, et quòd in practica servaretur, licèt in puncto juris prima opinio est sustentabilior, et maximè stante ista lege in verbis inferiùs positis, cum dicit: *esta pena deuen auer por la maldad, que fizo su padre.*

(7) *Enfamados.* Limita in filiis, qui fuerint jam clerici, glossa notabilis in cap. *satis perversum*, 56. dist. Abb. in cap. *cum laici*, *de jure patronat.* et in aliis est hoc speciale in odium hujus criminis, et contra regulam l. *crimen*, D. *de pœnis.*

(8) *Nin officio.* Adde in *volum. Pragm.* fol. 6. et 7.

(9) *Nin puedan auer.* In l. *quisquis*, §. 1. de qua ista sumpta est, dicit *nihil capiant*, quod verbum causavit magnam ambiguitatem, an videlicèt intelligatur, quod non capiant tanquam incapaces, et sic hæreditas applicetur venientibus ab intestato, vel legatum remaneat ut pro non scriptum apud hæredem; vel an verò intelligatur, quòd non capiant cum effectu, quia fiscus ab eis auferat tamquam ab indignis: et istam secundam partem Cynus ibi dicit de jure veriorem, motus ex aliquibus per eum, et Salicetum ibi relatis; quod satis placet Saliceto in successione ex testamento, et sic quando habent voluntatem hominis, quæ repugnat aliqualiter ab intestato successuris, et quia delinquere videtur, qui scienter suam hæreditatem deposuit in non capacem ex delicto in Principem commisso; sed quando non addesset voluntas hominis, ut in successione propinquorum ab intestato morientium, tunc non credit vocari istos à lege, ut capiant, sed eo non vocari tamquam penitus alienos; et ante Salicetum ista fuit opinio Jacobi Butri. Albericus etiam in dict. l. *quisquis*, simpliciter transit cum opinione Cyni; sed Baldo potius placet contraria opinio, scilicèt, quòd non capiant tamquam penitus incapaces per motiva, quæ per eum videbis: et ista opinio, quæ ante Baldum fuit aliorum, approbatur hic in ista lege Partitarum, cùm dicit: *nin puedan auer*, et fuit hoc de mente Azon. *C.* eod. in sum. cùm dicit, *nulli succedunt.*

(10) *Mandas que les fueren fechas.* In l. *quisquis*, §. 1. dicebat, *testamentis extraneorum nihil capiant*; unde fuit dubium, an ex testamentis proximorum possint capere; quod dubium etiam oriri potest ex verbis hujus legis Partitarum; cùm dicit: *nin a otro estraño, que los establesciesse por herederos*, unde Angel. in dict. l. *quisquis*, prout refert Socin. consil. 275. *in causa fratris Andreæ*, col. 6. in 2. volum. dicit, quòd licèt respectu successionis ab intestato proximorum filii sint insuccessibiles, et etiam respectu successionis extraneorum ex testamento, tamen respectu successionis ex testamento proximorum non sunt insuccessibiles, quia lex hoc non dicit, et lex est pœnalis, et non amplianda regula *odia*, et ibi Joan. Andr. *de regul. jur.* in 6. ego tamen in libro meo Angeli non ita apertè hoc habeo, et fortè deficit ibi unum verbum *non*, ut sic colligatur id, ad quod Socinus eum allegat: ipse tamen Socinus tenuit contrarium, imò quod et ex testamentis proximorum sint insuccessibiles; ad quod ponderat, et benè, verba illius legis, et comprobat aliquibus mediis, vide ibi per eum, col. 7. et ista est etiam intentio hujus nostræ legis: neque obstat verbum supradictum, *nin a otro estraño, etc.* quia ideò dixit, quia nisi ex testamento non poterant capere respectu extraneorum.

Sed quid, si ille, qui commisit proditionem contra Regem, tenebat aliqua bona jure et titulo majoriæ provenientia ab antiquis progenitoribus, qui talia bona vinculo majoriæ constrinxerant, an in talibus bonis succedat ejus filius major? Est quæstio, quæ versatur multotiens in regiis tribunalibus, et satis intrincata et dubia; dicam quid sentiam, ut promisi hic dicere, in l. 6. in tit. 11. in gloss. super parte *que la non pudiesse vender*, 6. *Partit.* Dubitatur ergò, an succedat dictus filius, vel alius vocatus ad majoriam, vel fiscus: et quòd succedat filius major, vel alius vocatus, probari videtur ex l. 3. D. *de interdict. et relegat.* ibi: *quæ verò non à patre, sed à genere, à civitate, à rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia:* facit etiam textus in l. *emancipatum*, §. fin. D. *de Senator.* ibi: *ut potius ei dignitas prosit, quàm obsit casus patris*, ubi Glossa sumit argumentum, quod licèt filius per culpam suam debeat amittere feudum, nepos tamen retinet ex persona avi: facit etiam bonus textus in l. 4. D. *de jure patron.* cujus verba sunt: "Jura libertorum paternorum, cùm pater eorum erat perduellionis damnatus, salva esse, Divi Severus et Antoninus benignissimè rescripserunt:" facit etiam l. *adoptivum*, §. fin. D. *de in jus vocand.* et bonus est textus in l. *eorum*, D. *ad leg. Jul. majest.* hoc etiam voluit Baldus in §. *denique*, *quæ sit prima causa benefic. amit.* parum post princip. ubi dicit, quod si feudum fuit concessum generi, si vassallus delinquat contra dominum, revertitur ad dominum solùm jus delinquentis, non vero jus reliquorum vocatorum ad feudum, quod ex propria persona habent quodam ordine mortalitatis, non per viam hæreditatis; allegat dict. l. 3. D. *de interdict. et releg.* quod maximè dicit procedere, quando regalia sunt concessa in feudum; quia absurdum est, quod ea dependeant ab hæreditario corpore, cùm sint nobilia et potiora, et ad ea admittuntur filii et agnati jure geniture beneficio domini, ex expressa forma investituræ, à cujus tenore non est recedendum, ut in cap. 1. *de duob. fratrib. à capitan. investit.* hoc idem voluit Bald. in cap. 1. *si vassal. feud. privet.* col. penult. ubi dicit considerandum esse, an filii sint nominati in investitura feudi, tamquam extranei, an tamquam hæredes; nam si tamquam extranei, non nocet eis delictum patris, quia non veniunt ex vi paternæ investituræ, sed mero beneficio domini. Præterea iniquum videtur, et contra omnes regulas juris, quòd unus ex delicto alterius gravetur, l. *non debet*, D. *de regul. jur.* et quòd in feudo antiquo delictum unius agnati, etiam commissum contra personam domini, non noceat aliis agnatis circa amissionem feudi, tenuit glossa magna in cap. 1. §. 1. D. *de succes. feud.* et videtur tenere Glossa in dict. cap. 1. *si vassal. feud. privet.* et in §. *firmiter*, *de prohib. feud. alien. per Frideric.* Hostiens. in summ. tit. *de feudis*, et ad §. fin. *quæ fuit prima causa benef. amit.* qui videtur obstare, respondent, quòd intelligatur ille §. de descendentibus delinquentis, quòd illi excludantur, non verò cæteri agnati: in contrariam partem facit l. 1. *C. de bon. libert.* ubi apertè dicit Albericus, allegans dict. l. *quisquis*, de qua ista sumpta est, quòd commisso crimine perduellionis contra Principem, filii perdunt ea, quæ ab avo habent, vel aliunde; unde et Cynus in dict. l. 1. vult, quòd dicta l. 3. D. *de interdict. et releg.* intelligatur de aliis criminibus, seu aliis capitulis, quando contra Principem non delinquitur: facit etiam textus in dict. §. fin. *quæ fuit prima causa benef. amit.* ibi: *ut saltèm habeat suæ injuriæ ultionem.* Item et facit lex ista Partitarum, et dict. l. *quisquis*, quæ filios proditoris reputat infames, et omni dignitate et officio indignos, et incapaces successionum, tàm ex testamento, quàm ab intestato, sive jure hæreditario, sive jure legati. et tamen primogenitura et successio jure primogenituræ est quædam dignitas, ut tradit Martin. Lauden. in suo opusculo *primogenituræ*. Archid. in cap. *quam periculosum*, 7. quæst. 1. Bald. in l. *cum antiquioribus*, col. 5. *C. de jure de liber.* præsertim quia ut communiter videmus, istæ majoriæ habent vassallos sub se, et habere vassallos est quædam dignitas, cui et jurisdictio inest, Bald. in cap. 1. vers. *Marchio*, ad fin. *de his, qui feud. dar. poss.* Item videtur rationabile, quòd talis filius proditoris privetur, ut patres magis metuant in hoc crimine contra Regem delinquere;

parte (11) de los bienes de sus madres. Esto es, porque non deue ome asmar, que las mugeres fiziessen traycion, nin se metiessen a esto tan de ligero, a ayudar a su padre, como los varones; e porende non deuen sofrir tan grand pena como ellos. E todas las otras penas que son establescidas en razon de las trayciones segund Fuero de España, son pues-

nam naturale est magis metuere in filium, quàm in se, l. *isti quidem* D. *quod metus causa*, §. fin. et sic retrahentur validiùs ab hoc crimine; quod non ita fieret videntes patres filios eorum bonis majoriæ non privari. Et pro resolutione hujus quæstionis, arbitror fortè sic esse dicendum, quòd, aut majoria descendit ex donatione Regis, aut ex alterius dispositione. Primo casu, aut bona majoriæ fuerunt donata à Rege sub titulo ducatus, marchionatus, vel comitatus, seu alterius dignitatis, et sub titulo majoriæ, et talis majoria sit antiqua; et tunc videtur, quòd si aliquis ex vocatis, ad quem bona devenerunt sub tali titulo, sit perduellis contra Regem vel regnum, quòd filii ejus sint incapaces talis majoriæ ex dispositione istius legis Partitarum, et dictæ l. *quisquis*, §. 1. eo quòd tales filii sunt infames et incapaces dignitatum et jurisdictionum; confiscabuntur ergò tunc bona talis majoriæ in vita delinquentis, quo mortuo, veniet majoria cum talibus bonis ad sequentem vocatum secundum tenorem donationis regiæ, exclusis filiis delinquentis; cum enim excludantur filii, ut incapaces, non aufertur ab eis ut indignis, sed venient alii vocati, ut superiùs dixi in glossa proxima, et vide suprà in glossa *todos sus fijos*, vers. *sed an intelligatur*, et intellige de bonis donatis à Rege titulo donationis, ut dixi; quòd in dubio præsumitur, ut dixi in l. 68. tit. 18. *Partit.* 3. non si dedisset jure feudi, nam tunc talis majoria, ejusque bona regulabuntur jure feudi, et secundum consuetudinem feudorum, secundum quam, si Marchio vel Dux committeret delictum contra dominum suum, puta contra Regem, marchia, vel ducatus liberè revertetur ad Regem, exclusis omnibus filiis et agnatis, nam hoc tacitè inest investituræ; ergò pro expresso debet haberi, l. *cum quid*, D. *de reb. credit.* Bald. in dict. §. fin. *quæ fuit prima caus. ben. amit.* ista est enim magis communis conclusio in materia feudorum, quòd quando vassallus privatur feudo propter delictum, ex quo offendit dominum, sive sit feudum novum, sive antiquum, semper revertitur ad dominum, ut tradit Alesand. consil. 60. 3. volum. incip. *visis dubitationibus*, et Franceschinus Curtius in suo tract. *feudali*, in quinta parte principali, in princip. col. 1. et 2. Si vero majoria sit sine titulo dignitatis et vassallorum, sed à Principe antiquo aliqua bona fuerunt donata titulo majoriæ Petro, et ejus descendentibus, tunc videtur idem dicendum, quod in sequenti membro, quando majoria pervenit ab alio privato; in quo casu videtur dicendum, quod, aut talia bona majoriæ antiquæ, avitæ fortè, vel proavitæ, seu ulterioris progenitoris, vel alterius conjuncti, vel extranei, qui eam constituit, pervenerunt titulo donationis inter vivos, vel ex aliquo contractu, seu dispositione inter vivos, et tali casu filii delinquentis non privabuntur talibus bonis relictis ab antiquis progenitoribus; cùm enim talibus bonis non sit annexa jurisdictio et dignitas, non est quid eis repugnet, ex quo lex ista, et dicta l. *quisquis*, §. 1. non excludunt tales filios à contractibus et donationibus inter vivos, sed tantùm ab his, quæ proveniant jure successionis ex testamento, vel ab intestato, vel per viam legati, et pœna non debet extendi ultra proprium casum, *de pœnit.* dist. 1. cap. *pœnæ*, et casus pœnales ex similitudine etiam non extenduntur, ut tradit Bald. in l. 3. ad fin. *C. de hæred. instit. regul. odia*, *de regul. jur.* in 6. Si vero talia bona antiquæ majoriæ deveniunt ex testamento alicujus progenitoris antiqui, vel alterius extranei, tunc tales filii delinquentis sunt incapaces per istam legem, et per dictam l. *quisquis*, unde delinquente mortuo, non succedunt ejus filii; succedet tamen alius vocatus ad talem majoriam, ut superius dixi: et non mirum, quod aliud sit in his, quæ obveniunt ex testamento, quàm alias, quia cùm provenit ex jure civili, ut in l. *obvenire*, D. *de verbor. signif.* faciliùs fuit inductus Princeps ad auferendum jura testamenti, quàm jura contractus, quæ sunt de jure gentium, l. *ex hoc jure*, D. *de justitia et jur.* neque videtur distinguendum in tali majoria avita, vel proavita, an nepos fuerit conceptus vivo avo, vel post, prout aliàs distinguebat Baldus in successione feudi aviti, in cap. 1. *si vassall. feud. privet.* vers. *sed Dominus Joan. de Bron.* nam loquitur in feudi successione jure hæreditario. Si vero sit majoria nova à patre delinquente in hoc crimine, facta per viam testamenti, non succedent in ea filii, neque alii vocati, cum testamentum delinquentis in crimine isto non teneat, ut in l. 16. tit. 1. et ibi dixi, suprà ead. *Part.* Si vero fuit per donationem, seu aliam dispositionem inter vivos facta à patre talis majoria, et donatio perfecta, et non fuit facta post crimen commissum, vel cùm jam proposuerat committere, tunc videtur, quod talis majoria, cui non esset annexa dignitas vel jurisdictio, pertineat ad filios donantis, et ad alios in donatione perfecta contentos, ut in l. *donationes*, §. fin. et l. *post contractum*, D. *de donat.* l. *perfecta donatio*, *C. de donat. quæ sub mod.* et si pater reservavit sibi usumfructum, ille confiscabitur eo vivente; postrà vero veniet ad filios, seu alios in donatione contentos, l. *Statius Florus*, §. *Cornelio Felici*, D. *de jure fisc.* neque obstabit dicta l. *quisquis*, §. *uxores*, quia ibi loquitur de lucro à lege delato filiis propter transitum matris, cui pater donaverat, ad secundas nuptias, tali lucro legali lex illa privat filios, et fisco applicat; non vero procedit in eo, quod filii ante patris reatum habuerunt titulo donationis perfectæ, et irrevocabilis: si autem esset talibus bonis majoriæ annexa dignitas seu jurisdictio, videtur, quod filii per istam legem et dictam l. *quisquis*, excludantur; alii vero vocati admittentur ex his, quæ superiùs dixi.

An autem in casibus, in quibus dixi filios excludi, alios verò vocatos admitti, posset Rex, stantibus talibus agnatis seu vocatis, filio proditoris facere gratiam, ut succedat in majoria in præjudicium agnatorum, seu aliorum vocatorum? Videtur, quòd non, per textum, et ibi notat Bald. in princip. in dict. cap. 1. *si vassal. feud. privet.* et quæ superiùs dixi circa confiscationem bonorum majoriæ in crimine læsæ majestatis contra Regem vel regnum, intellige loquendo juxta terminos juris. Si enim aliud caveretur in instrumento majoriæ, illud servandum esset; et adde quæ dixi in dict. l. 6. tit. 11. in dict. gloss. et in l. 2. incipit, *majoria*, tit. 15. *Partit.* 2.

Quid autem si in facultate Principis ad majoriam caveatur, quòd non perdatur etiam propter crimen læsæ majestatis, imò quòd filii proditoris et cæteri vocati juxta ordinem majoriæ succedant; videtur enim valida, et observanda talis concessio ex dicto Baldi in §. *item*, v. *porro si dominus convenisset*, *de feudo guardiæ*; an procedet etiamsi crimen læsæ majestatis sit factum proditoriè? Videtur, quòd non, imò tali casu non relevet talis indulgentia, per textum in cap. 1. *de eo qui interfect. fratr. domini sui*, et quod notat Bald. in §. *similiter*, *quib. mod. feud. amit.* aggravatur namque delictum, cùm fit proditoriè. Angel. *in addit. ad Bart.* in l. *servum*, per textum ibi, *C. de delator.* lib. 10. et textum valdè notabilem in l. 1. *C. de conductor. et procurat.* lib. 11. et ibi Joan. de Plat.

Dar deue el Rey juyzio contra el reptado, si non viniere al plazo quel fuere puesto, en esta manera; faziendolo reptar otra vez ante si por Corte, diziendo el que lo fizo emplazar, la razon por que lo riepta, e el yerro que fizo; e demostrando los plazos que le fueron puestos, e como non vino a ellos, e contando todo el fecho como passo; e desque lo ouiere contado, deue pedir por merced al Rey, que faga ay aquello que entendiere que deue fazer de derecho. E el Rey, quando ouiere de dar la sentencia, deue fazer demuestra, que le pesa (1), e dezir assi por Corte: Ya sabedes, como fulano Cauallero fue emplazado, que viniesse a oyr el riepto, e ouo plazos a que podiera venir a defenderse, si quisiera, segund que los deuia auer de derecho, e tan grande fue la su mala ventura, que non ouo verguença de Dios, nin de Nos; nin recelo desonrra de si mismo, nin de su linaje, nin de su tierra; nin se vino a defender, nin se embio a escusar, de tan gran mal como este que oystes, de que lo reptaron. E como quier que Nos pese de coraçon, en auer a dar tal sentencia contra ome que fuesse natural de nuestra tierra; pero, por el lugar que tenemos para complir la justicia, e porque los omes se recelen de fazer tan grand yerro, e mal, como este; damoslo por traydor, o por aleuoso (2), e mandamos, que do quier que sea fallado de aqui adelante, quel den muerte (3) de traydor, o de aleuoso, segund que meresce por tal yerro como este que fizo.

(4) *Meytad.* Hæc pœna datur propter alevosiam, ut hic, et in dict. l. 1. versic. *todo hombre que fiziere muerte segura*, tit. fin. lib. 8. *in Ordin. Regal.*

(5) *Por traydor.* Propriè sumpto, ut suprà ead. *Partit.* tit. 2. l. 1. in fin.

(6) *En el titulo de las Trayciones.* In l. 2.

LEX FINALIS.

Si reus non compareat coram Rege terminis elapsis assignatis per Regem, condemnet eum sententialiter de proditione, aut alevosia, prout fuit reptatus, servata hujus legis forma. Hoc dicit.

(1) *Que le pesa.* Adde l. 7. tit. 9. lib. 4. *Ordinam. Regal.* corripere enim debet justus in misericordia, cum dilectione corrigendi, non cum odio persequendi, cap. *ita plane*, 23. quæst. 4. neque nos vindicta delectet, quæ alieno malo animum pascit, cap. *de occidendis*, 23. quæst. 5.

(2) *Por traydor, o por aleuoso.* Primum, cùm tangit Regem proditio; secundum, quando alios, ut in l. 1. in fin. tit. 1. ead. *Partit.*

(3) *Muerte.* Quando est casus, in quo pati debet quis pœnam mortis, ut suprà l. proxim.

TITULO IV.

DE LAS LIDES.

Lid es vna manera de prueua que vsaron a fazer antiguamente (1) los omes, quando se quieren defender por armas, de mal sobre que los rieptan. Onde, pues que en el titulo ante deste fablamos de los rieptos, queremos dezir en este, de tales lides como estas. E demostraremos que cosa es lid. E por que razon fue fallada. E a que tiene pro. E quantas maneras son della. E quien la puede fazer. E sobre quales razones puede ser fecha. E por cuyo mandado. E en que lugar. E en que pena cae el que fuere vencido. E que cosas podria fazer el reptado en la lid, porque sea quito. E que deue ser fecho de las armas, e de los cauallos, que fincan en el campo despues que han lidiado.

TITUL. IV. DE LIDIATIONIBUS, SEU DUELLIS.

IN SUMMA.

(1) *Antiguamente.* Adde l. 8. tit. 14. 3. *Partit.* et quæ ibi dixi, et illa lex reprobat istam consuetudinem; est enim probatio per pugnam à jure interdicta, ut ibi habetur, et ego dixi, et tradit Bald. in l. fin. ad fin. *C. de probation.* et vide in ista materia quandam disputationem Angeli, incipit *Duo Gallici*, et elegans consilium Lauren. Calca. incipit, *quidam nobilis est secundus in ordine*, ubi nititur defendere istam consuetudinem in terris non subjectis ecclesiæ, et quod servari debet in foro contentioso civili, ubi de conscientia non agitur, dicens, quòd non permittitur duellum ad finem directum, ut Deus tentetur, neque ad finem directum, ut peccetur, et maleficium committitur, seu homicidium, cùm absque talis maleficii perpetratione possit finis duello imponi, ut pacto, renuntiatione, fuga, armorum perditione, depositione, confessione, et pluribus aliis modis; sed ad finem alicujus boni permittitur, scilicet, ut timore duelli, qui malam causam fovet, liti cedat; sed quidquid ipse dicat, ego arbitror talem consuetudinem reprobam, et iniquam prout etiam talem asserit dicta l. 8. et tradit Hostien. in summa, *de Cleric. pugnant. in duello*, vers. *quando sit offerendum*: et vult etiam S. Thom. 2. 2. quæst. 95. art. 8.

LEY I.

Que cosa es Lid, e por que razon fue fallada, e a que tiene pro, e quantas maneras son della.

Manera de prueua (1) es, segund costumbre de España, la lid que manda fazer el Rey, por razon del riepto que es fecho ante el, auiniendose amas las partes a lidiar. Ca de otra guisa el Rey non la mandaria fazer. E la razon, por que fue fallada la lid, es esta: que tuuieron los fijosdalgo de España, que mejor les era defender su derecho, e su lealtad por armas (2), que meterlo a peligro de pesquisa, o de falsos testigos. E tiene pro la lid, porque los fijosdalgo, temiendose de los peligros, e de las afruentas, que acaescen en ella, recelanse a las vegadas, de fazer cosas por que ayan a lidiar. E son dos maneras de lid, que acostumbran a fazer en manera de prueua. La vna es, la que fazen los fidalgos entre si, lidiando de cauallos. E la otra, la que suelen fazer de pie (3) los omes de las villas, e de las Aldeas, segund el Fuero antiguo de que suelen vsar.

LEY II.

Quien puede lidiar, e sobre quales razones, e por cuyo mandado, e en que lugar, e en que manera.

Lidiar pueden el reptador, e el reptado, quando se auinieren en la lid. E han a lidiar sobre aquellas razones que fue fecho el riepto, segund que diximos en el titulo de los Rieptos. E esto deuen fazer por mandado del Rey, e en aquel tiempo que les fuere señalado para ello. E deueles el Rey dar plazo, e señalarles dia que lidien, e mandarles con que armas (1) se combatan, e darles fieles que les señalen el campo, e lo amojonen, e gelo demuestren, porque entiendan, e sepan ciertamente, por que lugares son los mojones del campo, de que no han a salir (2), si non por mandado del Rey, o de los fieles. E despues que esto ouieren fecho, hanlos de meter en el medio del campo, e partirles el sol; e deueules dezir, ante que se combatan, como han de fazer, e ver si tienen aquellas armas que el Rey mando, o mas, o menos. E fasta que los fieles se partan dentre ellos, cada vno puede mejorar en el cauallo, e en las armas; e desque ellos tuuieren los cauallos, e las armas, que menester ouieren, deuen los fieles salir del campo, e estar y cerca, para ver, e oyr lo que fizieren, e dixeren. E estonce deue el reptador cometer primeramente al reptado; pero si el reptador non lo cometiesse, puede el reptado cometer a el, si quisiere (3).

LEY III.

Como, el que riepta, non puede dar par por si para lidiar, si el reptado non quisiere.

Ome poderoso faziendo a alguno otro, de

LEX I.

Duellum ex riepto proveniens, est species probationis per duorum bellum; et fuit inter generosos introductum, ideo, quia melius sibi est jus et legalitatem armis, quàm periculo inquisitionis, aut falsorum testium, subjicere. Item quia duelli formidine cavent à maleficiis generosi. Et est duplex duellum, unum inter generosos, equitando; aliud inter plebejos, secundum antiquum forum, et istud est pedestre. Hoc dicit.

(1) *Manera de prueua.* Adde dict. l. 8. ad fin. tit. 24. 3. *Partit.*

(2) *Por armas.* Dicit etiam Bald. *de pace tenenda*, in princ. in verbo *per duellum*, quòd putant milites et nobiles, quòd Deus sit auxiliator justorum; et refert ibi Aristotelem dicentem non esse verisimile, Deum habere curam pravorum vel malorum.

(3) *De pie.* Adde dict. l. 8. tit. 14. *Partit.* 3. et vide suprà tit. 1. l. 3. in quo casu possit fieri rieptum inter plebejos.

LEX II.

Debent pugnare duellantes in die à Rege præfixo in campo ad hoc signato cum armis, cum quibus Rex mandaverit, vel fideles ab eo deputati, qui limitent campum, et pugnatoribus eum ostendant, et ejus fines, quos non possint absque Regis vel fidelium mandato transcendere: et mittentes eos ibi, partiantur eis solem, et instruant qualiter se habeant in pugna, scrutenturque, an arma quæ Rex mandat, teneant, plura aut pauciora, et usque ad fidelium decessum quilibet potest in equo et armis emendare; postea exeant campum fideles, et stent propè, ut videant et audiant pugnam, et eorum dicta et facta: et reptator debet invadere reum; si tamen non invadat, potest reus eum invadere si vult. Hoc dicit.

(1) *Con que armas.* Habes hic, quòd Rex debet assignare arma, quibus pugnetur in duello; quod nota, quia Bald. *de pace tenend.* in princip. col. fin. referens quandam consuetudinem Frederici, dicit, quòd defendentis debet esse electio, qualiter meliùs se defendere valeat ab alio impetitus, et consonat in ratione sui l. *petendæ*, *C. de tempor. in integ.* ibi etiam refert, quod si habens duos oculos, provocat ad duellum habentem tantùm unum oculum, quòd debet provocanti unus oculus claudi: et idem similiter in digitis, et in membris aliis: et subdit, quòd hoc fieri debeat justa proborum virorum consilium, et discretionem; et arma debent esse paria, argumento l. *providendum*, *C. de postuland.* et infrà eod. l. 3.

(2) *Non han a salir.* Quærit Bald. in cap. 1. in princ. col. 4. *de pace tenend.* an postquam sunt in campo positi, possint de communi consensu pœnitere? Respondet, quòd non, nisi absolutio concedatur à superiore: et ex quo convenerunt inter se pugnare, necesse est, quia publicæ utilitates est peccata nocentium apparere, l. *cum qui nocentem*; in princ. D. *de injur.* facit, quod habetur suprà tit. 3. l. 4. ibi: *y en este plazo se pueden auenir.*

(3) *Si quisiere.* Non enim tenetur, sed erit liber, si reptator eum aggredi noluerit, ut infrà eod. l. 4.

LEX III.

Si reptatus est posterior reptatore, potest se à duello

menos guisa, cosa en que caya traycion, o aleue, puedelo reptar porende aquel que recibio el tuerto. E el poderoso, si quisiere combatirse, puedelo fazer, o darle su par (1). Mas el que riepta, non puede dar par en su lugar al reptado, si el reptado non quisiere: e quando par fuere a dar, deue ser par, tambien en linaje, como en bondad, e en señorio, e en fuerça. Ca non es en ygualdad (2), vn ome valiente combatirse con otro de pequeña fuerça. E si el que ha de dar par, diere ome que vale mas por linaje, o por las otras cosas, en tal que no sea mas valiente, e assi se quisiere fazer par del otro, non lo puede desechar. Otrosi dezimos, que si vn ome reptare a dos, o mas, por algun fecho, que los reptados non son tenudos de recebir par, si non quisieren. Mas el reptador cate lo que faze, que a quantos reptare, a tantos aura de combatir, o a cada vno dellos (3), qual mas quisiere, si los reptados quisieren lidiar, e non quisieren recebir par (4). E si muchos ouieren razon de reptar a vno sobre algund fecho, escojan (5) entre si vno dellos que lo riepte, e con aquel entre en derecho, e non con los otros.

LEY IV.

En que pena cae el que sale del campo, o fuere vencido; o que cosa podria fazer el reptado en la lid, para ser quito.

Salir non deue del campo (1) el reptador, nin el reptado, sin mandado del Rey, o de los fieles. E qualquier que contra esto fiziere, saliendo ende por su voluntad, o por fuerça del otro combatidor, sera vencido. Pero si por maldad de cauallo, o por rienda quebrada, o por otra ocasion manifiesta, segund bien vista de los fieles, contra su voluntad, e non por fuerça del otro combatidor, saliere alguno dellos del campo; si luego que pudiere, de pie, o de cauallo, tornare al campo, non sera vencido por tal salida. E si el reptador fuere muerto en el campo, el reptado finque por quito del riepto, maguer que el reptador non se aya desdicho. E si el reptado muriere en el campo, e non se otorgare por aleuoso (2), e non otorgare que fizo el fecho de que fue reptado, muera por quito del yerro (3). Ca razon es, que sea quito quien defendiendo su verdad prende muerte. Otrosi dezimos, que es quito el reptado, si el reptador non lo quisiere acometer; ca abondale, que este aparejado en el campo para defender su derecho. E aun dezimos, que quando el reptador matare en el campo al reptado, o el reptado al repta-

personaliter excusare, dando alium in loco sui æqualem in genere, dominatione, bonitate, et viribus ipsi reptatori, aut meliorem, dum tamen non sit fortior; reptator tamen non potest alium sui loco invito reo dare. Et si plures quis reptat, cum omnibus pugnare debet simul, aut singulariter, prout elegerit: si autem multi sunt unius reptatores eligant unum, cum quo reptatus duelli certamen intret. Hoc dicit.

(1) *O darle su par.* Adde §. *si rusticus*, et ibi Gloss. *de pace tenend.* et adde Bald. eod. tit. in princ. in col. fin. referentem constitutionem Frederici, quòd ille qui tetigit sexagesimum annum, vel qui est minor viginti quinque annis, per se pugnare non teneatur, sed in defensionem sui posset ponere campionem: et de juramento, quod debet præstare iste campio, qui par hic dicitur, et de pœna falsi campionis, tangit Baldus ibidem, vide ibi per eum: et in casu in quo provocatus det campionem pro se, ipse debet stare detentus in carceribus, et spectare futurum eventum duelli, quia videtur se subjicere illi præsumptioni ex victoria duelli resultanti.

(2) *Non es en ygualdad.* Nota de æqualitate in duello servanda, et adde §. *si quis*, *si de feud. fuer. content.* et per Gloss. in cap. 1. *de alienat. feud. patern.* in §. *non est consuetudo*, et *de capitulis Corrad.* in §. *similiter*, facit l. *venditor*, D. *de judic.* conjuncta l. *nemo*, D. *de duob. reis.*

(3) *Cada vno dellos.* Id est, poterit pugnare cum omnibus simul, vel cum quolibet eorum, prout magis sibi placuerit.

(4) *Recebir par.* Qui ergo provocat, non potest pro se dare campionem, ut hic, et adde cap. 1. *de vassal. milite qui arma belli deposuit*, sibi enim imputare debet, et quo provocavit, l. 1. §. *cum arietes*, D. *si quadrup. pauper. fecisse dicatur*, et hoc, quia provocat voluntariè; nam si provocaret ex necessitate pro evitatione pœnæ, vel purgationis infamiæ, vel aliàs, fortè posset pro se et ipso dare parem, ut æqualitas servetur, argumento l. *si cùm dies*, D. *de recept. qui arbitr.*

(5) *Escojan.* Adde l. 13. suprà, tit. 1. et l. *si plures*, D. *de accusat.*

LEX IV.

Exiens campum absque Regis, aut fidelium mandato, est convictus: idem si adversarii virtute exiverit. Si autem equi malitia, vel habenæ fractura, aut alio fortuito casu, arbitrio fidelium considerando, si statim cùm potuerit, reintraverit campum cum equo, vel sine eo, non erit convictus. Et accusatore mortuo in campo, et citra deditionem, reus remanet absolutus. Idem si reus moritur, nec fatetur commisisse id, propter quod fuit reptatus, aut si accusator eum non invaserit, remanet absolutus, quia sufficit reo, quòd est paratus se defendere: et supervivens non remanet inimicus consanguineorum mortui in campo, imo Rex compellet eos ad præstandum securitatem, et ut ei pareant. Hoc dicit.

(1) *Del campo.* De isto vide suprà eod. l. 2. et moris est istum circulum pugnatoribus assignare, vide Bald. *de pace tenend.* in princ. col. fin.

(2) *Por aleuoso.* Quando verò hoc confiteretur, non posset occidi à provocante, seu reptante, quia sufficiet ei habere intentum ex confessione, seu ex convictione, argumento l. *sed et si quemcumque*, D. *ad leg. Aquil.* et confessione habita non est ulterius inquirendum, l. 1. D. *de confessis*, l. 1. *C.* eod.

(3) *Por quito de yerro.* Hunc dicit Baldus, *de pace tenend.* in princ. col. 4. similem esse illi, qui moritur in tormentis, nondum condemnatus, et isti non moriuntur servi pœnæ, et testamentum suum non rumpetur.

dor, que el biuo non finque enemigo de los parientes del muerto, por razon de aquella muerte. E el Rey deuelo fazer perdonar, e segurar (4) a los parientes del muerto, si de algunos se temiere.

LEY V.

Como los Fieles pueden sacar del campo los Lidiadores.

Si el primer dia, el reptado o el reptador, non fuere vencido, a la noche, o ante, si amos quisieren, e el Rey lo mandare, los fieles saquenlos del campo, e metanlos amos en una casa, e faganles ygualdad en el comer, e en el beuer, e en el yazer, e en todas las otras cosas guisadas; pero si el vno quisiere mas comer, e beuer, que el otro, dengelo. E el dia que los ouieren de tornar al campo, tornenlos en aquel mismo lugar, e en aquella misma guisa de cauallos, e de armas, e de todas las otras cosas, en que estauan quando los ende sacaron. E si el reptado se pudiere defender por tres dias (1) en el campo, que non sea vencido, passados los tres dias finque quito; e el reptador aya la pena que manda la ley (2), que fabla de aquellos que non prueuan en el riepto lo que dizen.

LEY VI.

Que deue ser fecho de las armas, e de los cauallos, que fincan en el campo de los Lidiadores, despues que han lidiado.

Costumbraron ante de nuestro tiempo, que los cauallos, e las armas de aquellos que salian del campo ante que los fieles los sacassen ende, que fuessen del Mayordomo del Rey, tambien de los vencidos, como de los vencedores. E Nos, queriendo fazer bien e merced a los fijosdalgo, mandamos, que los cauallos, e las armas, que salieren del campo, que los ayan sus dueños, o sus herederos de aquellos que murieren en el. Pero tenemos por derecho, e mandamos, que los cauallos, e las armas de los que fueren vencidos por aleuosos, quier salgan del campo, quier non, que los aya el Mayordomo del Rey.

TITULO V.

DE LAS COSAS QUE FAZEN LOS OMES, POR QUE VALEN MENOS.

Menos valer, es cosa que torna en grand profazo al que faze por que cae en ella, e gelo pueden dezir; e tanto estrañaron esto los Sabios antiguos de España, que lo pusieron como cerca de riepto. E porende, pues que en el titulo ante deste fablamos de los rieptos, e de las lides que se fazen por razon dellos, queremos dezir en este titulo, de aqueste menos valer. E mostrar, que cosa es. E a que tiene daño, a los que lo fazen. E por quantas maneras pueden caer en este profazamiento. E quien gelo puede dezir, despues que lo fizieren. E en que lugares, e ante quien. E que escarmiento deue ser fecho, despues que fuere prouado.

LEY I.

Que cosa es menos valer.

Vsan los omes dezir en España vna pa-

(4) *Segurar.* Nota hoc ad securitates quæ quotidiè petuntur à judicibus, et vide, quod notat Bald. in authent. *habita*, colum. 4. *C. ne filius pro patre.* Et quid si talis timor propter quem petit securitatem, præcessit culpa petentis? Bart. in l. *qui bona*, §. *si quis juxta*, D. *de damno infect.* vult, quòd adhuc debeat assecurari, vide ibi latè per Alexandrum allegantem alia, et l. *denuntiamus*, *C. de his qui ad eccles. confug.*

LEX V.

Si prima die non finitur duellum, exeant de Regis mandato pugiles campum, et fideles ponant eos in una domo, æqualitatem eis in omnibus facturi; sed si unus plus quàm alius comedere velit, fiat, ut voluerit; et in crastinum ad ejusdem loci campum, et locum, et in eo statu equorum et armorum, quo fuerint educti, reducantur. Et si reptatus per triduum se defendat in campo, nec sit victus, post triduum, sit absolutus, et reptator subeat pœnam non probantis. Hoc dicit

(1) *Por tres dias.* Ista lex taxat terminum trium dierum, in quibus belletur; aliter dicebat Bald. *de pace tenenda*, in princip. col. penult. ubi quærit, an si die assignata duelli unus alium superare non potuit, utrum tandiu sit bellandum, donec unus victor, et alter victus appareat, et respondet, quòd is, qui se probaturum jactavit, nisi die assignata probet, non est ulterius audiendus, argumento *Instit. de action.* §. *omnes*, et l. *si vitem*, §. fin. D. *quod vi aut clam.* Neque obstat, si dicatur, quòd cùm fuerit impeditus facto adversarii, debeat sibi dari nova dilatio; quia illa regula non habet locum secundum eum in pugna, in qua unus habet supprimere alium, ut notatur in l. *in executione*, §. fin. D. *de verbor. oblig.*

(2) *La ley.* Vide suprà tit. 3. l. 8.

LEX VI.

Equi et arma eorum, qui exierint de campo duelli, sunt dominorum suorum, si vixerint, aut suorum hæredum: equus tamen, et arma illius qui fuit victus de alevosia in campo, sint majordomi Regis. Hoc dicit.

TITULUS V.

DE REBUS, QUIBUS HOMINES MINORANTUR FIDE, ET ALIIS.

LEX I.

Minus valens non est par alterius in curia, judicio, duello, accusatione et testimonio, nec in aliis honoribus. Hoc dicit.

labra, que es, valer menos. E menos valer es cosa, que el ome que cae en ella, non es par de otro en Corte de Señor (1) nin en juyzio: e tiene grand daño a los que caen en tal yerro. Ca non pueden dende en adelante ser pares de otros en lid, nin fazer acusamiento, nin en testimonio, nin en las otras honrras, en que buenos omes deuen ser escogidos (2); assi como diximos en ante de los enfamados, en el titulo que fabla ellos.

LEY II.

En quantas maneras caen los omes en yerro de menos valer.

Caen los omes en el yerro que es dicho de menos valer, segund la costumbre vsada de España, en dos maneras. La vna es, quando fazen pleyto, e omenaje, e non lo cumplen; como si dize vn ome a otro: Yo vos fago pleyto e omenaje (1), que vos de tal cosa; o vos cumpla tal pleyto (diziendolo ciertamente qual es), e si non, que sea traydor (2), o aleuoso por ello. Ca si non cumple, o non da la cosa, al dia que prometio, vale menos; mas con todo esso non cae en pena de traycion (3), nin de aleue porende; ca en este yerro non puede caer ningund ome, si non faze tal fecho por que lo deua ser. La segunda es, quando el fidalgo (4) se desdize en juyzio, o por Corte (5), de la cosa que dixo. E avn y a otras maneras muchas por que los omes valan menos, segund las leyes antiguas; assi como se demuestra adelante, en el titulo de los Enfamados. Ca por aquellas razones que caen los omes en yerro de enfamamiento, por essas mesmas caen en yerro de menos valer.

LEY III.

Ante quien, e en que lugar, e a quien puede el ome profazar del yerro de valer menos, e en que pena cae, despues que le fuere prouado.

Ante el Rey, o ante el Judgador que es de su Corte, o ante los otros que son puestos en las Cibdades, e en las Villas, para librar los pleytos por Corte, o por juyzio, puede cada vn ome que non vala menos (1), o que non sea infamado, profazar a otro que lo sea, desechandolo de riepto, o de acusacion (2), o de testimonio, o de oficio (3), o de honrra para que fuesse escogido. E la pena, en que caen los omes que son prouados por tales, es esta: de non biuir entre los omes (4), e ser desechados, e non auer parte en las honrras, e en los oficios que han los otros comunalmente; assi como se muestra adelante en el titulo de los Enfamados.

(1) *En Corte de Señor.* Nam infames non debent ingredi urbem, et sic neque curiam Principis, l. *sed et milites*, §. 9. vers. *sed et ignominia missi*, D. *de excusat. tutor.* sic et proditor est alienus ab omni facie dominorum, et Principum, et non potest stare in curia Principis, Bald. in cap. 1. *an ille qui interf. fratr.*

(2) *Que buenos omes deuen ser escogidos.* Nam infamis non est nobilis, neque honesta persona, vide Bald. in l. *si qua*, *C. de secund. nupt.*

LEX II.

Minus valet qui sub homagio quod se facturum promisit, non facit, et licèt addat, quòd si non faceret, esset proditor aut alevosus, nec fecit, non tamen ob hoc erit proditor, aut alevosus, nisi casum fecerit proditionis, vel alevosiæ. Item minus valet generosus, qui se per curiam dedixit: sunt et alii modi minoris reputationis, quia quilibet infamis minus valet. Hoc dicit.

(1) *Fago pleyto, e omenaje.* Nota de forma homagii, et vide quæ dixi in l. 26. tit. 11. *Partit.* 3.

(2) *Si non que sea traydor.* Fortè et si verba ista deficiunt, fractor homagii erit infamis, secundum forum Hispaniæ, et si in homagio non interveniat juramentum, cùm ista imprecatio nullius sit effectus, ut statim hic dicitur.

(3) *Non cae en pena de traycion.* Tene menti istam legem expressè disponentem, quòd per pactum non potest quis se facere criminosum ejus criminis, quod non commisit, neque se obligare ad pœnam talis criminis; et facit ad notata per Gloss. in l. *pactum inter hæredem*, D. *de pact.* quòd non potest quis renuntiare defensionibus suis in causa criminali, et ad notata in l. *liber. homo*, D. *ad leg. Aquil.*

(4) *El fidalgo.* Idem de plebejo damnato actione injuriarum, ut in l. 1. D. *de his qui notant. infam.* cap. *cum te à B. de re judic.* quòd erit infamis.

(5) *Por Corte.* Vide suprà tit. 3. in l. 8.

LEX FINALIS.

Coram Rege, vel judice ordinario potest quis contra alium dicere, quòd sit diffamatus, expellendo eum ab accusatione, officio, et honore. Hoc dicit.

(1) *Non vala menos.* Habes ergo, quòd infamis non objicit alteri de infamia, adde l. *in arenam*, *C. de inoffic. testam.* cum Gloss. ibi, ubi et Bartolus notat, quòd licèt infamis non possit oponere testi, quòd est infamis, ut est in l. 3. §. *lege Julia*, et ibi Gloss. D. *de testib.* judex tamen poterit expellere ex officio, argumento l. *quos prohibet*, D. *de postul.* et adde Bart. in l. *cum mulier*, in fin. D. *solut. matrim.* volentem, quod etiam infamis possit objicere testi de infamia, neque tolletur replicatione, quod ipse similiter est infamis; nam hoc quod infamis non possit alteri objicere infamiam, procedit in his, qui invicem habent facere, ut in dict. l. *in arenam*; sed testis non facit aliquid principaliter parti, sed adhibetur, ut faciat fidem judici, qui propter infamiam partis non habet majorem fidem testi vili et infami; et ibi respondet ad l. *quoniam*, *C. de hæretic.*

(2) *De acusacion.* Vide, quæ dixi suprà ead. *Partit.* tit. 1. in l. 2.

(3) *De oficio.* Vide in l. 7. infrà, tit. proximo, et quæ ibi dico.

(4) *Entre los omes.* Nam infamia repellit à cœtu honestorum, ut hic, et in l. 2. *C. de dignitat.* lib. 12.

TITULO VI.

DE LOS ENFAMADOS.

Disfamados son algunos omes, por otros yerros que fazen, que non son tan grandes como los de las trayciones, e los aleues. Onde, pues que en los titulos ante deste fablamos de las cosas que fazen a los omes menos valer, segund fuero de España; queremos aqui dezir de las otras, que tienen daño a la fama del ome; maguer non sean por ellas reptados, nin gelas digan en çaferimiento. E mostraremos, que cosa es fama. E que quiere dezir Enfamamiento. E quantas maneras son del. E por que razones gana ome este disfamamiento. E por quales se puede toller. E que fuerça ha. E otrosi, que pena meresce el que a tuerto enfama a otro.

LEY I.

Quæ cosa es Fama: e que quiere dezir Enfamamiento, e quantas maneras son del.

Fama es el buen estado (1) del ome, que biue derechamente, e segund ley, e buenas costumbres, non auiendo en si manzilla, nin mala estança. E disfamamiento (2) tanto quiere dezir, como profaçamiento que es fecho contra la fama del ome, que dizen en latin Infamia. E son dos maneras (3) de enfamamiento. La vna es, que nasce del fecho tan solamente. E la otra, que nasce de ley, que los da por enfamados (4) por los fechos que fazen.

LEY II.

Del enfamamiento que nasce de fecho.

Enfamado es de fecho aquel que non nasce de casamiento derecho (1) segund manda Santa Eglesia. Esso mismo seria, quando el padre disfamasse (2) a su fijo en su testamento (3), diziendo algund mal del; o quando el Rey o el Judgador, dixesse publicamente a alguno, que fiziesse mejor vida (4) de la que fazia, non judgando, mas castigandolo. O si dixesse contra algund Abogado, o otro ome qualquier, castigandolo, que se guarde de non acusar a ninguno a tuerto, ca le semejaua (5), que lo fazia metiendo los omes a ello. Esso mismo seria, quando algund ome que fuesse de creer (6), andouiesse disfamando a otro, e

TITULUS VI. DE INFAMIBUS.

LEX I.

Est fama boni hominis status rectè secundum legem et mores bonos absque macula, vel malignitate viventis: infamia verò est contra famam detractio facta. Et est duplex; una facti, alia juris, id est, quæ à lege irrogatur. Hoc dicit.

(1) *Buen estado.* Sumpta est hæc diffinitio famæ à l. *cognitionum*, §. *æstimatio*, D. *de variis et extraordin. cognit.* et à dictis Azon. *C. ex quibus caus. infam. irrogat.* in summ. et deffinitur sic fama hominis, seu in homine. Fama autem vulgi, seu inter homines diffinitur sic: Fama est testimonium vulgi sui dicti rationem non reddentis, sed opinantis, secundum Bald. in l. *filium*, col. 2. in prima lectura, D. *de his qui sunt sui, vel alieni juris*: vel est dictum gentium, vel vulgare dictum à vocibus populi tractatum, secundum Baldum in rubrica, *C. de probat.* et adde eumdem Baldum in l. *ea quidem*, in princ. *C. de accusat.* vers. *de ista duplici fama in homine, scilicet, vel inter homines.*

(2) *Disfamamiento.* Nota infamiæ diffinitionem: Glossa 3. quæst. 7. cap. *infames*, §. *porrò*, dicit, quod infamia est diminutio status alicujus: plenius etiam diffinit Bald. in l. 1. D. *de his qui sunt sui vel alieni juris*, ubi dicit, quod infamia est macula acquisita ex corruptis moribus, divulgata in populo, detestabilis, et maximè apud bonos et graves; et est interdum sine certo auctore inventus rumor, cui malignitas scilicet malorum morum dedit ortum, fides autem incrementum, cap. *qualiter et quando, de accusat.* vel dic secundum Baldum in dict. l. *ea quidem*, in princ. *C. de accusat.* quòd infamia est privatio famæ contingentis ex accidenti præter naturam; vel quòd est deficientia status, et læsio majestatis et dignitatis.

(3) *Dos maneras.* Adde Gloss. in dict. §. *porrò*, ad tertium modum, scilicet, de infamia canonica, quæ causatur ex quolibet peccato mortali, ut in cap. *infames*, 6. quæst. 1. et ibi per Gloss.

(4) *Por enfamados.* Ipso jure aliquando, et aliquando sequuta sententia, ut declarat Azon. *C.* eod. in summa, columm. 2. in princ. Abb. in cap. *testimonium*, column. 6. *de testib.* et aliquando ex genere pœnæ, l. *fustibus*, *C. ex quib. caus. infam. irrog.* et quando requiritur sententia, non ex facto præcedenti, sed ex sententia oritur infamia, secundum Paul. de Castr. in l. *improbum*, *C.* eod. vide ibi per eum.

LEX II.

Infamia facti irrogatur ei, qui ex justis nuptiis non procreatur: aut cùm pater vituperat filium in testamento, dicendo malum de eo; aut Rex vel judex non per modum sententiæ, sed castigationis, vituperat; vel cùm homo, cui verisimiliter est credendum, quem de maleficio diffamat; aut si est condemnatus per sententiam ad restituendum vi vel furto ablata. Hoc dicit.

(1) *Casamiento derecho.* Approbat dictum Azon. *C. eod. in summ.* et vide quæ dixi 4. *Partid.* tit. 13. in summa, super parte *en verguenza.*

(2) *Disfamasse.* Concordat cum l. *ea quæ pater*, *C.* eodem.

(3) *En su testamento.* Hoc ideo, quia cùm dicat in testamento, videtur deliberato animo, et non calore iracundiæ dicere; si enim improperaret filium calore iracundiæ, non ex hoc infamaretur filius infamia facti, secundum Bald. et Paul. de Cast. in dict. l. *ea quæ pater.*

(4) *Mejor vida.* Adde l. *interlocutio*, cum Glossa ibi, *C.* eodem.

(5) *Semejaua.* Verba videntur judicis castigantis, non hujus legis, ut patet ex l. *ob hæc verba*, D. eod. de qua ista sumpta est.

(6) *De creer.* Si enim à levibus personis oriretur, non sufficeret, ut infamiam facti incurrat, ut in cap. *in cunctis*, et ibi Gloss. 11. quæst. 3. cap. *qualiter et quando*, et 2. *de accusat.* et bic. An autem infamia, quæ orta fuit à malevolis, sufficiat ad inducendam purgationem; vide per Abb. in dict. cap. *qualiter et quando*, penult. et final. column. et in cap. 1. in fin. *de confes.* et adverte, quòd si ex causa levi, quis esset diffamatus, judex non debet hoc multum

descubriendo en muchos lugares algunos yerros que fazia, o auia fecho, si las gentes lo creyessen, e lo dixessen despues assi. Otrosi dezimos, que si alguno fuesse condenado por sentencia del Judgador, que tornasse, o enmendasse (7) alguna cosa, que ouiesse tomado a otro por fuerça, o por furto, que es enfamado por ello de fecho (8).

LEY III.

Del emfamamiento que nasce de la ley.

Seyendo la muger fallada (1) en algun lugar en que fiziesse adulterio con otro; o si se casasse (2) por palabras de presente, o fiziesse maldad de su cuerpo (3), ante que se cumpliesse el año que muriera su marido, es enfamada por derecho. En esse mismo desfamamiento cae el padre, si ante que passasse el año que fuesse muerto su yerno, casasse su fija (4), que fuera muger de aquel, a sabiendas. E aun seria porende enfamado aquel que caso con ella (5), sabiendolo; fueras ende, si lo fiziera por mandado de su padre, o de su abuelo, so cuyo poderio estuuiesse. Ca estonce, aquel que lo mandasse (6), quedara por ello enfamado, e non el que fiziesse el casamiento. Pero dezimos, que si tal casamiento como este fuesse fecho ante del año cumplido, por mandado del Rey (7), que non le naceria ende ningun enfamamiento. E mouieronse los Sabios antiguos, de vedar a la muger que non casasse en este tiempo despues de la muerte de su marido, por dos razones. La primera es, porque sean los omes ciertos, que el fijo que nasce della es del primer marido. La segunda es, porque non puedan sospechar contra ella porque casa tan ayna, que fue en culpa de la muerte de aquel con quien era ante casada; assi como en muchos lugares deste libro diximos, en las leyes (8) que fablan en esta razon.

LEY IV.

De las Infamias de Derecho.

Leno en latin, tanto quiere dezir en romance, como alcahuete: e tal como este,

ponderare, secundum Bald. in cap. 1 *an remov. erunt test. qui pares esse desier.*

(7) *Tornasse, o enmendasse.* Ex hoc patet, quòd loquitur, quando fuit actum civiliter interdicto *unde vi*, vel conditione furtiva; et concordat cum l. *neque*, D. *de vi et vi armat.* et cum l. *cessat*, D. *de action. et oblig.* et ibi Gloss. Adde etiam l. *honori*, D. *de obsequiis à liber. vel libert. parent. et patron. præstand.* ubi et colliges alium casum, in quo quis infamatur de facto, ut si procurator alicujus damnaretur furti, vel injuriarum.

(8) *De fecho.* Et duos effectus quos operatur infamia facti, vide per Gloss. in l. *nullam*, *C.* eod. et quatuor effectus per Bald. in l. *fratres*, *C. de inoffic. testam.* et in l. 1. *C. de secundis nuptiis*, et septem per Joan. de Plat. in l. 2. *C. de dignitat.* lib. 12. et nota, quòd infamia facti non removet quem à jure publico, vide per Bald. in l. 1. col. 7. *C. de hæredib. instit.* Et an Prælatus vehementer infamatus infamia facti possit suspendi durante inquisitione? Vide Abb. in cap. *per inquisitionem*, col. 3. *de elect.* ubi dicit, quòd sic, si infamia sit multùm vehemens, allegat textum notabilem in cap. *inter solicitudines*, *de purg. canon.* adde, quæ dicam infrà eod. in l. 7.

LEX III.

Infamia juris irrogatur mulieri in adulterio deprehensæ, vel intra annum luctus nubenti, seu luxarianti: idem de patre intra dictum annum eam in matrimonio collocante, et de nubente cum ea scienter, nisi de ejus mandato, sub cujus potestate est, tunc enim mandans est infamis; de Regis tamen licentia, potest hoc liberè facere. Et ideo fuit prohibitum infra dictum annum nubere, ut sciretur, cujus est partus; et ut contra mulierem de primi viri morte tollatur suspicio. Hoc dicit.

(1) *Fallada.* Adde l. *palam*, §. *quæ in adulterio*, D. *de ritu nupt.* et est speciale in deprehensa in adulterio, et non procederet in aliis publicis criminibus, Glos. et Bald. ibi.

(2) *Se casasse.* Concordat cum ll. 1. et 2. *C. de secund. nupt.* et adde l. 3. tit. 12. et quæ ibi dixi, *4. Part.* et l. 5. tit. 3. *Partit.* 6. et vide hodie legem Ordinamentorum tollentem istas pœnas mulieri intra annum luctus nubenti, in l. 5. tit. 1. lib. 5. *Ordin. Regal.* et vide etiam in volumine Pragmaticar. fol. mihi 115. *in Pragmatica Regis Henrici.*

(3) *Maldad de su cuerpo.* Concordat cum authent. *eisdem*, *C. de secund. nupt.* et dict. l. 3. tit. 12. *4. Partit.* ubi et vide.

(4) *Su fija.* De filiafamilias intellige, ut in l. 1. §. *qui eam*, D. eod. unde ista sumpta est, cùm tempore istarum legum Partitarum, per matrimonium non liberabatur à patris potestate; hodie vero liberatur, ut in l. *47. in Ordin. Tauri.*

(5) *Aquel que caso con ella.* Concordat cum dict. l. 1. §. fin. et l. *liberorum*, §. *notatur*, D. eod. hodie verò per dictam l. 5. tit. 1. lib. 5. *Ordin. Regal.* etiam in isto pœna est sublata; idemque videtur in patre scienter intra annum tradentem viduam filiamfamilias nuptui, cùm ex hoc intimidaretur et ipsa filia ad contrahendum, et libertas matrimonii tolleretur, et quia viget eadem ratio; quia ut dicit Bald. in dict. §. *notatur*, hodie per dictum Apostoli ille §. erit correctus, nam contractus matrimonii est respectivus; non enim potest mulier nubere, nisi vir eam accipiat: et ideo si permittitur mulieri per dictum Apostoli, de necessitate viro accipienti permissum est; cùm ergo filia saltem de honestate debeat habere patris consensum, l. *in conjunctione*, *C. de nupt.* si permittitur filiæ; ergo et patri, facit l. fin. *C. de indict. viduit. tollend.*

(6) *Mandasse.* Adde l. *liberorum*, §. fin. D. eod. quod hodie non procedit, ut dixi suprà in gloss. proxima, et adde l. *quid ergo*, in princ. D. eod.

(7) *Por mandado del Rey.* Adde l. *solet*, D. eod.

(8) *En las leyes.* Vide in dict. l. 3. tit. 12. *4. Partit.* et l. 5. tit. 3. 6. *Partit.* et in authent. *de restitut. et ea quæ parit*, cap. *secundum verò*, collat. 4.

LEX IV.

Leno, et joculator, et sui corporis spectaculum faciens ob pretium, est infamis; secùs de cantante seu citharizante causa lætitiæ suæ, aut amicorum, vel dominorum. Item cum fera bestia pretio pugnans, aut cum homine; secùs si sine pretio, causa suæ tuitionis vel amici, aut si pugnet gratia virtutis experiendæ. Item miles ignominiosè missus ab exercitu, seu degradatus à militia, seu causa mercantiæ possessiones conducens. Item usurarius, aut juramentum non observans, vel peccatum contra naturam committens,

quier tenga sus sieruas, o otras mugeres libres (1) en su casa, faziendolas fazer maldad de sus cuerpos por dineros (2), quier ande en otra manera (3) en trujamania, alcaotando, o sosacando las mugeres para otro, por algo que den, es enfamado porende. Otrosi los que son juglares (4), e los remedadores, e los fazedores de los çaharrones, que publicamente (5) andan por el Pueblo, o cantan, o fazen juegos por precio (6); esto es, porque se enuilecen ante todos, por aquel precio que les dan. Mas los que tañeren estrumentos, o cantassen, por fazer solaz (7) a si mesmos, o por fazer plazer a sus amigos, o dar solaz a los Reyes, o a los otros Señores, no serian porende enfamados. E aun dezimos que son enfamados, los que lidian con bestias brauas (8) por dineros que les dan. Esso mismo dezimos que lo son, los que lidiassen vno con otro por precio (9) que les diessen. Ca estos atales, pues que sus cuerpos auenturan por dineros en esta manera, bien se entiende que farian ligeramente otra maldad por ellos. Pero quando vn ome lidiasse con otro sin precio, por saluar a si mesmo, o algund su amigo, o con bestia braua, por prouar su fuerça (10), non seria enfamado porende, ante ganaria prez (11) de hombre valiente, e esforçado. Otrosi dezimos, que seria el Cauallero enfamado, a quien echassen de la hueste, por yerro (12) que ouiesse fecho; o al que tollessen honrra de Cauallero, cortandole las espuelas, o la espada (13) que ouiese cinta. Esso mesmo seria, quando el Cauallero, que se deuia trabajar de fecho de armas (14), arrendasse heredades agenas en manera de merchante. Otrosi son enfamados los usureros (15), e todos aquellos que quebrantan pleyto, o postu-

omnes isti sunt ipso jure infames, licèt sententia non feratur. Hoc dicit.

(1) *Mugeres libres.* Concordat cum l. 1. in princ. et l. *Athletas*, §. *ait Prætor*, D. eod. ubi Paul. de Castro notat illum §. contra emptores prostibulorum, qui sunt infames ipso facto, et contra tenentes hospitia vel stufas, et in eis tenent mulieres quæstuarias.

(2) *Por dineros.* Approbat opinionem Glossæ, secundum quod eam ibi declarat Alberic. in dict. §. *ait Prætor*, vers. *quæstuaria*, et adde l. *palam*, §. *lenocinium*, D. *de ritu nupt.* et vide quæ dicam in l. 2. tit. 22. infrà, ead. *Partit.*

(3) *Ande en otra manera.* Concordat cum dict. §. *ait Prætor*, ibi: *alterius negotiationis, etc.* ubi Bald. et Angel. dicunt, sumi optimum argumentum contra tenentem uxorem alterius sub nomine servitricis, et non excusat accessorium illicitum, licèt sit accessorium liciti, et adde quod habetur in volum. *Pragmaticar.* fol. mihi 114. in Pragmatica Regum Catholicorum contra concubinas clericorum: et probatur in ista lege, istum talem lenonem esse infamem, licèt non publicè, sed occultè teneat tales quæstuarias servas vel liberas; et idem videtur probari in dict. §. *ait Prætor*, licet Salicetus voluit contrarium in l. *improbum*, *C.* eodem.

(4) *Juglares.* Concordat cum l. 1. §. *qui artis ludicræ*, et l. 2. §. *ait Prætor*, cum l. sequent. D. eod. et dicit August. lib. 2. *de civitate Dei*, cap. 11. quod tragœdi et scenici cantantes in theatro non erant infames antiquitùs apud Græcos vel Romanos, sed erant in magno honore; et tunc ex lege concessum erat, quòd impunè, et sine injuria de quolibet loqui possent ad libitum; quæ tamen Augustinus ibi reprobat per multa capitula, et est delectabilis lectio, prout et refert Albericus, D. eod. in summa, col. 1. hodie autem isti histriones sunt infames, ut hic et in dictis juribus habetur.

(5) *Publicamente.* Leges juris communis dicebant, in *scenam prodierit*, ut in dict. §. *ait Prætor*, ubi Glossa in verbo *scena.* Si ergo non publicè ludant, sed turpiter, id est, per pecuniam ludant, non sunt infames; quia non tantum delinquunt, neque publicæ irrisioni se exponunt, secundum Bald. post Jacob. et Guilliel. in dict. §. *ait Prætor*, et probatur hic.

(6) *Por precio.* Idem habetur in dict. §. *ait Prætor*, ubi textus et Glossa.

(7) *Por fazer solaz.* Nam qui ludunt honesto modo, causa recreationis vel solatii, nihil contra bonos mores faciunt; imò Aristotel. ponit in 4. *Rhetor.* quòd ludi et cantus pertinent ad mores: et ideo isti non sunt infames, ut notat Glossa in dict. §. *ait Prætor*, ubi et Bald. et tradit Abb. in cap. *cum decorem*, *de vita et honest. cleric.* ubi et concludit, quòd si his causa quæstus isti histriones vel buffones in publico exercuerint artem illam, sunt infames, vide ibi per eum post lunor.

(8) *Bestias brauas.* Adde l. 1. §. *et qui operas*, D. *de postul.* cum Gloss. ibi, et adde l. 4. tit. 6. 3. *Partit.* et quæ ibi dixi, ubi hoc limitatur.

(9) *Por precio.* Approbat opinionem Glossæ in dict. l. 2. §. fin. D. eod. in verbo *descendunt*, ibi: *istis similes videntur pugiles.*

(10) *Su fuerça.* Adde l. *Athletas*, in princ. D. eod. et l. 1. *C. de Athletis*, lib. 10.

(11) *Ganaria prez.* Nihil ergo virtuosè actum generat infamiam, sed honorem, licet in agendo quis exponat se periculo vitæ, ut hic, et in l. 1. §. *bestias*, D. *de postul.* et adeo isti guistratores, et hasta ludentes, seu dicit Angelus intrantes carbonariam Neapolitanam vel in bellum Perusinum (quod est valdè severum), seu illi qui in urbe Romana in festo carnisprivii pugnant cum bestiis dentatis, non sunt infames: et dicit textus in dict. l. *Athletas*, in princ. hoc esse ex generali opinione; ubi Bald. notat, quod communis et generalis opinio facit censeri aliquid esse licitum. Et notat etiam ibi Angelus quòd quando generalis opinio est, quòd aliquis actus indifferens atribuatur virtuti potiùs quàm vitio, ille actus virtuosus appellatur, quoniam deserviendum est opinioni vulgi; quod infert ibi Angelus ad quæstionem de captivis modernis relaxatis ad fidem, ut moris est, ut redire teneantur ad mandatum relaxantium, quando sunt capti in guerra licita.

(12) *Por yerro.* Adde l. 2. in princ. et §. 1. D. eod. et ideo dicit *por yerro*, quia multa sunt genera missionum, ut in dict. §. 1.

(13) *La espada.* Ita exponit Franciscus Acursius in dict. l. 2. §. 2. cùm textus dicit: *insignia militaria detraxerit*, ut refert etiam Bald. ibi in princ. ut puta, decinxit sibi ensem, et calcaria removit.

(14) *De fecho de armas.* Adde l. *milites*, et l. fin. *C. de locato*, et l. 2. tit. 8. 5. *Part.* et quæ ibi dixi.

(15) *Usureros.* Adde l. *improbum fœnus*, *C.* eod. et cap. 2. 3. quæst. 7. §. *porrò*, vers. *aliquando*, et 6. quæst. 1. cap. *infames*, et per Host. in summa, *de usuris*, §. *quot sunt species*, et habes hic approbatam opinionem Glossæ in dict. l. *improbum*, quòd usurarius ipso facto absque aliqua sententia fit infamis: et cùm ista lex non distinguat, an sint manifesti, vel occulti usurarii, de omnibus videtur intelligenda; licèt in casu, quando esset occultus, requireretur sententia declaratoria, et tunc non orietur infamia ex tali declaratione, sed ex crimine præcedenti, ut declarat Paul. de Cast. in dict. l. *improbum*, et hoc videtur tenen-

ra, que ouiessen jurado (16) de guardar. E todos los que fazen pecado contra natura (17). Ca por qualquier destas razones sobredichas, es el ome enfamado tan solamente por el fecho, maguer non sea dada contra el sentencia (18), porque la ley, e el derecho los enfama.

LEY V.

Por quales yerros son los omes enfamados, si sentencia fuere dada contra ellos.

Sentencia seyendo dada contra otro por alguno de los Judgadores ordinarios (1), condenandolo por razon de traycion, o de falsedad (2), o de adulterio, o de algund otro yerro (3) que ouiesse fecho, tal sentencia como esta enfama al condenado. Esso mesmo seria (4), si alguno que fuesse acusado de furto, o de robo, o de engaño, o de tuerto, que ouiesse fecho a otro, pleyteasse, o cohechasse,

dum, et non illud quod in hoc dixit Salicetus, quòd occultus usurarius non tenetur infamia juris, sed per sententiam, per fundamenta satis fragilia, et non concludentia; et cùm hodie omnes usuræ sunt prohibitæ, tam de jure canonico, quàm regni, in omnibus usurariis locum habet ista lex: et idem tenent communiter Doctores in dict. l. *improbum*, etiam loquendo juxta terminum illius legis, cùm omne fœnus sit hodie improbum: quod nota, quia Abbas in cap. *inter dilectos*, *de exces. Prælat.* dubitavit in hoc, et reliquit cogitandum. Sunt ergo in magno periculo usurarii, et maximè manifesti, secundum Baldum ibi, qui etiam post peractam pœnitentiam et restitutionem usurarum remanent infames, cùm infamia jam eis sit inflicta, et perpetuò durat, et contra talem usurarium hæredem institutum competit querela fratri instituentis, tanquam turpi persona hærede instituta, l. *fratres*, *C. de inoffic. testam.* Paul. de Cast. et Salic. in dict. l. *fratres*, ubi et Bald. post Jacob. Butri. Sed dolendum est his nostris temporibus, quibus nihil timoris est talis periculi, stantibus tot publicis feneratoribus habentibus altare paratum, sub nomine cambii et recambii usuras paleantibus, qui neque timent istas pœnas, neque alias per regni statutas, imò timor Dei non est in illis; timenda est ira Dei propter tale publicum peccatum, quod crescit in dies in regnis istis. Et verecundandum est, ista fieri inter Christianos, cùm Philosophus sola ratione naturali ductus in 1. *Politicor.* dicit, quòd usuraria acquisitio pecuniarium est maximè præter naturam; et tradit S. Thom. 2. 2. q. 78. art. 1. et adde quæ dixi in l. 31. tit. 11. 5. *Partit.*

(16) *Jurado.* Concordat cum l. *si quis major*, *C. de transact.* et vide l. 1. tit. 6. lib. 8. *Ordin. Regal.* et l. 26. tit. 11. 8. *Partit.* et l. 2. suprà, tit. proxim.

(17) *Contra natura.* Nota benè, quia non reperies ita expressum de jure communi, quòd committens peccatum contra naturam sit infamis ipso facto, et vide quæ dixi in l. 16. tit. 1. 6. *Partit.* et adde Jacob. de Bellovisu, et Bart. in authent. *ut non luxurient hom. etc.*

(18) *Sentencia.* Sed an erit necessaria sententia declaratoria in istis casibus, in quibus infamia contrahitur ipso facto? Videbatur, quod sic, l. *ejus qui delatorem*, D. *de jure fisc.* contrarium tamen tenet Bald. in l. 1. D. *de infam.* vers. *posset hic dubitari*, dicens, non requiri in hoc aliquod judicis ministerium, neque processum aliquem; quod multùm nota, et limita ut dixi suprà ead. l. in gloss. in verbo *los usureros*, allegando Paul. de Cast. in l. *improbum fœnus*, *C.* eod. et nota, quod quando incurritur infamia ipso facto, tunc potuit objici testi, quod infamis est; et virtute probationis in eadem instantia factæ repellendus est; si tamen venit infamandus per sententiam, oportet, quod primo accusetur, et condemnetur de crimine, et deinde sibi infamia objiciatur, secundum Jacob. Butr. in l. 2. §. *ignominiæ*, D. eod. et Angel. in l. 2. §. *ait Prætor*, eod. tit. et nota quod lex ista loquitur de infamia civili, nam infamia canonica multi alii notantur, de quibus vide in cap. *consanguineorum*, et cap. *hi qui*, 3. quæst. 4. et cap. *constituimus*, 3. quæst. 5. et cap. *infames*, 6. quæst. 1. imo et ista infamia canonica causatur ex quolibet peccato mortali, et si datur perseverantia, repellit ab accusatione et testimonio de jure canonico; sublato tamen peccato, non remanet effectus illius infamiæ canonicæ, glossa notabilis in cap. *illi qui*, 6. quæst. 1. Abb. in cap. *testimonium*, *de testib.* Advertè etiam, quod ubicumque non exprimitur, quod ipso jure vel facto quis sit infamis, semper intelligitur, quod sit per sententiam, non ipso jure, Bald. post Petr. in l. 1. in fin. *C. de legib.*

LEX V.

Irrogatur infamia sententia sequuta de proditione, falsitate, adulterio, aut alio delicto condemnatis: et de furto, rapina, et injuria; et de dolo, quem intulit, transigens vel paciscens sine judicis mandato, et efficitur infamis, quia videtur crimen confiteri paciscendo. Item condemnatus ex causa societatis, tutelæ, mandati, vel depositi, ratione doli in aliqua earum commissi; sententia tamen arbitri non infamat. Item qui cum furto repertus sit, aut in aliquo præmissorum delictorum, seu de eis in judicio confessus, aut ob delictum corporaliter punitus, infamatur. Hoc dicit.

(1) *Judgadores ordinarios.* Sententia ergo à judice incompetenti lata, licèt esset Imperator vel Rex, non infamaret, ut hic, et in l. 1. in princ. et ibi notant Bald. et Ang. et Paul. de Cast. D. eod.

(2) *De falsedad.* Damnatus per sententiam ex quocumque crimine publico est infamis, ut hic, et in dict. l. 1. §. *qui judicio*, non ergo committens crimen publicum, est infamis ipso jure, sed sequuta sententia: dicit tamen Angelus in dict. §. *qui judicio*, quòd etiam non sequuta sententia erit infamis infamia facti; quod nota ad l. 2. suprà, eod. et vide, quòd dixi suprà l. proxim. in gloss. fin. ad fin. et fortè procedet dictum Angeli, quando ex tali crimine esset infamatus publicè, juxta id, quòd habetur in dict. l. 2. et in cap. fin. *de tempor. ordin.* et quæ notat Abb. in cap. *dudum*, el 2. col. 6. et 7. *de elect.* An verò damnatus ex inquisitione sit infamis? Vide per Bart. et Joan. de Imol. in l. *infamem*, D. *de public. judic.* Gloss. et Bart. et Alberic. in l. 3. §. *præterea*, D. *de suspect. tutor.* et per Angelum in dict. §. *qui in judicio*, et per Angelum Aret. in tractat. *maleficior.* in parte *dictum Sempronium in* 300. *libras.*

(3) *Otro yerro.* Si intelligas de crimine publico, planum est; si de crimine privato, procedet in quatuor casibus, furti scilicet, vi bonorum raptorum, injuriarum, et de dolo, dummodo sit condemnatus suo nomine, ut in dict. l. 1. D. eod. et infrà ista l.

(4) *Seria.* Et condemnatus ex istis privatis criminibus notatur infamia, et infamabitur ex sententia, licèt in veritate delictum non commiserit, Gloss. in dict. l. *quando*, et in l. *non poterit*, D. *de furtis*, et in l. fin. D. *de public. judic.* et idem dicit, si damnetur, vel transigat super crimine sepulchri violati, vel expilatæ hæreditatis, vel actione in factum, ex eo quòd missa est in possessionem per calumniam nomine ventris, l. 2. D. *de sepulchr. violat.* l. *notatur*, D. *de infam.* et l. *si te expilasse*, *C.* eod. et adde l. *in actionibus*, D. eod.

dandol algo (5) sin mandado del Judgador (6), por razon que lo non acusassen, o non lleuassen adelantè la acusacion que ouiessen fecha del. Ca semeja, que otorga (7) aquello de que lo auian acusado, pues que assi pleytea sobre ella. Otrosi dezimos (8), que aquel, que es condenado que peche algo a su compañero, o al huerfano que ouiese tenido en guarda (9), o aquel que lo fiziera su personero, o aquel de quien ouiesse recebido alguna cosa en guarda, por razon de engaño (10) que ouiesse fecho, qualquier dellos es enfamado porende; pero si tal sentencia fuesse dada por algunos de los Juezes de auenencia (11), estonce non seria enfamado aquel contra quien la diessen: e aun dezimos, que aquel que es fallado faziendo el furto (12), o alguno de los otros yerros que de suso diximos, o que lo

(5) *Dandol algo.* Adde l. *furti*, §. *pactus*, D. eod. quia præsumitur, quòd id facit ex conscientia delicti.

(6) *Sin mandado del judgador.* Concordat cum l. *furti*, §. 3. vers. *qui jussu*, D. eod. præsumitur enim honestum, quod judicis auctoritate fit, ut ibi notat Baldus. Limitat tamen hoc Albericus post Jacob. de Rave. et Rain. in dict. §. *qui jussu*, et intelligit, quando esset dubius eventus sententiæ, seu maleficium erat dubium; unde propter jussum judicis non videatur confiteri, sed potius judicis jussui obedire: secùs, si erat jam convictus de crimine, quia tunc videtur potius in fraudem fuisse factum jussum, ut evitetur infamia. Limitat etiam, et intelligit Paul. de Cast. ibi, quando ipse contradixit in dando pecuniam, quia tunc non videtur sponte dedisse. Si verò non contradixit, non videtur prodesse jussus judicis, quasi videatur sponté potiùs, quàm coacté dedisse argumento l. *ait Prætor*, §. 2. vers. *permittitur*, D. *de minor.* quæ limitatio mihi non est sine scrupulo, cùm neque lex ista, neque dictus versus *qui jussu*, exigant talem coactionem, et solùm ponderant jussum judicis, ut ex hoc, quod fit, reputetur honestum; et interveniente judicis auctoritate potius videatur dedisse causa redimendæ vexationis, quam metu criminis, ita quod talis auctoritas seu jussus non in fraudem procuretur, argumento l. *et qui data opera*, D. *ex quibus caus. major.*

(7) *Otorga.* Concordat cum l. *quoniam*, D. eod. Et quid si dedit causa redimendæ vexationis, vide Gloss. in l. *Athletas*, §. fin. D. eod.

(8) *Dezimos.* Concordat cum l. 1. §. *qui pro socio*, et l. *furti*, §. *mandati*, D. eod.

(9) *En guarda.* Quid si per commodatum? Albericus post Guilliel. in dict. §. *mandati*, concludit, quòd condemnatus actione commodati non efficiatur infamis, eo quòd non sit major, neque tanta ratio in commodato, quæ in deposito, quia cum depono penes te, meré sequor fidem tuam, l. 1. in princ. D. *depositi*, et si non restituis, fides ad perfidiam deducitur, l. penult. *C. depositi*: in commodato non sic, quia non commodo propter fidem obligandam principaliter, sed ut tibi serviam, seu tui gratia, quia indiges re commodata; unde magis est ingratitudo ex tui parte, quam perfidia; vide ibi latiùs per Albericum et Angelum, qui idem tenent.

(10) *Engaño.* Approbat opinionem Gloss. in dict. l. 1. et in dict. l. *furti*, §. *mandati*, quæ idem dicebat per textum in §. fin. dict. l. *furti*, et fuit opinio Azon. *C.* eod. in summa, col. antepenult.

(11) *De auenencia.* Concordat cum l. *quid ergo*, §. *ex compromisso*, D. eod. et procedit, etiamsi actum sit in compromisso, quòd sententia arbitri infamet, secundum Albericum post Guid. de Suza ibi. Procedit etiam, et si compromissum sit sine pœna, et emologatum taciturnitate decem dierum, secundum eumdem Albericum post Martin. Silla. Sed an hodie stanté dispositione ll. regni, quòd sententia arbitri vel arbitratoris mandetur executioni, si sententia arbitri infamabit? Bart. voluit, quòd sic, in dict. §. *ex compromisso*, quem simpliciter refert, et sequitur Paulus de Castr. ibi. Contrarium tamen non faciens mentionem de Bartolo tenet Abb. in cap. *irrefragabili*, §. 1. col. 2. vers. *quid si statuto*, *de offic. Ordin.* movetur per textum in dict. §. *ex compromisso*, cùm dicit, quòd non per omnia dictum arbitri sententia est; et licèt ex forma statuti habeat executionem, non tamen ex hoc facit illud esse sententiam, non enim dat sibi jurisdictionem, quia non probat hoc esse, quod ab hoc contigit abesse; cap. 2. *de translat. Prælat.* l. *neque natales*, *C. de probat.* sed dictum arbitri potest habere executionem absque eo, quòd sit vera sententia, vel absque eo, quòd habeat jurisdictionem, veluti per expressam vel tacitam approbationem partium; ergo statutum dando executionem arbitrio, non per hoc dat jurisdictionem arbitrio, vel facit dictum arbitri meram sententiam. Item quia tale statutum debet restringi, quantum potest, et satis est, quòd aliquid operetur, in executione videlicet, non in aliis effectibus: et satis mihi placet dictum Abbatis.

(12) *Faziendo el furto.* Habes hic deprehensum in crimine, ex quo condemnatus esset, infamia notari, contra quod videtur, quòd notat Glossa, et Bald. in l. *palam*, §. *quæ in adulterio*, D. *de ritu nuptiar.* et dixi suprà eod. in l. 3. in gloss. 1. quod hoc sit speciale in deprehensa in adulterio, et non procedat in deprehenso in aliis criminibus etiam publicis. Præterea cùm ista lex exigat sententiam, ut quis damnatus de furto vel aliis criminibus hic expressis, infametur, non videtur, quod sit de ejus mente, quod sola deprehensio sufficiat, sed quod debeat intelligi, quando ultra deprehensionem ictu fustium vel alia pœna publica fuit punitus, licèt sententia non detur: sic enim intelligitur per Doctores de jure communi loquentes circa intellectum l. *ictus fustium*, D. eod. et ponit Azon. *C.* eod. in summa, hæc verba: Ex genere autem pœnæ, id est, propter impositionem pœnæ, et causam præcedentem dico irrogari infamiam, si tale delictum commiserit quis, quo damnatus vel confessus in judicio, vel pactus pecunia, infamis fieret; nam ibidem, etsi non damnetur, vel pecunia paciscatur, vel confiteatur, si extra ordinem, eo tanquam fure ad præfectum ducto, quia deprehensus dicebatur in furto vel simili delicto, pœna imponatur, fiet infamis, D. eod. l. *ictus*; hæc sunt verba Azon. Glossa 1. in dict. l. *ictus*, dicit, pone casum in fure ducto ad Prætorem, qui fuit jussus verberari absque causæ cognitione, et sine sententiæ diffinitivæ prolatione, quia deprehensus erat in facinore ab Officialibus, etc. Et tenet Angelus et ibi notat ex glossa, quòd deprehensus in furto potest fustigari sine prolatione sententiæ; et subdit, et ideo videtis hodie servari, quòd inventi ad furandum uvas per Officiales locorum, absque interlocutoria vel diffinitiva ducuntur cum uvis ad collum per civitatem. Hoc idem videtur de mente Innoc. in cap. *super his*, *de pœnis*, cum dicit, nam etsi non damnetur, vel confiteatur in judicio, vel paciscatur, si tamen captus est in facinore ab officio super tali crimine, quod infamat per sententiam vel confessionem, puta furtum, et sequatur ictus fustium, fit infamis, D. *de his qui notant. infam.* l. *ictus*, vel dic, quòd cùm notorium habeat vim sententiæ, ut in l. *emptorem*, D. *de action. empt.* et tradit Speculat. tit. *de notor. crimine*: item et vim confessionis, quia notoriè delinquere plus est, quàm confiteri reatum, ut tradit Bald. in l. *executorem*, col. pen. *C. de execut. rei jud.* et quando crimen est notorium, proceditur ad executionem pœnæ, prætermisso omni ordine judiciario, prout voluit Gloss. in dict. l. *ictus fustium*, ubi Angelus dicit, quòd ideo mos inolevit hodie, quòd rectores immediatè absque aliquo processu faciunt decapitari, et suspendi, et membra mutilari de facto malefactoribus notoriis, quibus secundum eum ita pœnas imponi subito expedit reipublicæ, l. *Provinciarum*, *C. de feriis*; nil mirum ergo, si ex tali deprehensione, ex qua crimen reddatur notorium, ista lex velit deprehensum infama-

otorgue el mismo en juyzio (13), o si por razon de algun yerro (14) que ouiesse fecho, le fuesse dada pena de feridas (15), o otra pena publica (16) es enfamado porende (17).

LEY VI.

Por que razones pierde ome el enfamamiento.

Leyes 1, 2, 3, 4 y 6, tit. 25, lib. 12 Novis. Novis.

Nombradia mala, e enfamamiento, son dos palabras, que como quier que semejan vna cosa, ay departimiento entre ellas. Ca mala fama gana ome por su merecimiento, por alguna de las razones que de suso diximos: e la nombradia, e el precio de mal, ganan a las vegadas los omes con razon, a las vegadas no seyendo en culpa; e es de tal natura, que despues que las lenguas de los omes han puesto mala nombradia sobre alguno, non la pierde jamas (1), maguer non la meresciesse. Mas el enfamamiento que de suso diximos, quanto pertenece a la pena que deuia auer por el, segund derecho bien se puede toller; e esto seria, quando el Emperador, o el Rey (2) perdonasse a alguno el yerro que ouiesse fecho, de que era enfamado; ca pierde porende la fama mala (3). Otrosi dezimos, que quando sentencia fuesse dada contra alguno, por razon de yerro de que fincasse enfamado, si se alçasse della, e fuesse reuocada,

ri, etsi de facto non sit punitus ictu fustium, vel alia pœna: et secundum istum intellectum non indiget aliqua suppletione, imò est lex singularis in hac declaratione. Et ad id, quod dixi de l. *palam*, §. *quæ in adulterio*, potest dici, vel quod opinio Glossæ et Baldi ibi posita, reprobetur per istam legem, vel quod illud procedat, quando deprehensio non fuit talis, quæ redderet factum notorium; nam si talis esset in quocumque crimine famóso, procederet dispositio dicti §. *quæ in adulterio*. Cogita tu tamen, cùm habueris majus otium.

(13) *En juyzio.* Approbat opinionem Azon. *C.* eod. in summa, col. pen. et Glossæ 1. in dict. l. *ictus fustium*. Habes ergo, quod confessus in judicio crimen, ex quo damnatus efficeretur infamis, incurrit infamiam; quod et voluit Glossa in cap. *at si Clerici*, in princ. *de judic.* Bartolus tamen in l. *infamem*, D. *de public. judic.* et in dict. l. *ictus fustium*, quem sequitur ibi Angel. et Paul. de Cast. et Abb. in cap. *at si Clerici*, in princ. col. 11. *de judic.* aliter dicit; imo quod regulariter confessus in judicio, non efficitur infamis ante sententiam, quia edictum Prætoris requirere videtur sententiam, dict. l. 1. D. [illegible]. sed in causa criminali confessus non habetur pro condemnato, l. *si confessus*, D. *de custod. reor.* in causa verò civili confessus habetur pro condemnato, l. 1. D. *de confes.* et *C.* eod. l. 1. et isto casu dicit, posse salvari opinionem Glossæ, in dict. l. *ictus*: et cum dictis Bartoli videntur ibi transire Doctores, et transit Abb. in dict. cap. *at si Clerici*, in princ. col. 11. *de judic.* Tene menti istam legem Partitarum, quæ approbat opinionem Azon. et dictæ Glossæ, quam etiam tenet Glossa in l. penult. in gloss. 2. *C. de interdicto matrim.* et in l. *sed et si possessori*, §. *sed cum de hæreditate*, D. *de jurejurand.* et vult Innoc. in cap. *super his*, *de pœnis.* Cardinal. in dict. cap. *at si Clerici*, colum. penult. vers. 7. *quæro*: est ergo tenendum indistinctè, quod talis confessio, sive agatur civiliter, sive criminaliter, irroget infamiam; quia si pactus pecunia, ex quo videtur tacitè confiteri, est infamis, ut supra ead. l. et l. *quoniam*, D. eod. à fortiori, qui expressè in judicio confitetur, quia propter quod unumquodque tale, et illud magis, authent. *multo magis*, *C. de sacros. eccles.* et intellige de confessione vera, secùs esset in ficta, ut tradit Bartolus in dict. l. *ictus*, circa fin. et Abb. in dict. cap. *at si Clerici*, ubi et Decius, col. 15. ubi hoc limitat, et intelligit in confessione ficta ratione contumaciæ, quæ in non facto consistit; secùs in confessione ficta, quæ insurgit ex facto reprobato, ut notat Baldus per illum textum in l. *si tutor*, *C. de interdicto matrim.* vers. *modo est dubium.*

(14) *Algun yerro.* Intellige, ex quo, si quis damnatus esset, infamiam incurreret, ut in l. *ictus fustium*, D. eod. et l. *fustibus*, *C.* eod. de quibus ista sumpta est, secùs si ex alia causa fustigaretur, puta, quia ludebat ad azardum, quia ista non est causa famosa, ut dicit Baldus in dict. l. *ictus*, circa fin.

(15) *De feridas.* Concordat cum dict. ll. et nota ad id, quod pœna fustigationis non procedit, nisi in vilibus personis, vide Bald. in authent. *incestas*, in 2. lectur. *C. de incest. nupt.* per textum ibi hoc notantem, et adde l. 2. tit. 19. infrà, ead. *Partit.*

(16) *Publica.* Nota ad id, quod habetur in dict. l. *ictus fustium*, in fin. et limita, et intellige, quando pœna ictus fustium, vel alia corporalis, non est ultra legem imposita, nam si ultra legem imponeretur, secùs esset, ut in l. *quid ergo*, §. *pœna gravior*, D. eod. et l. *si Possidonium*, *C.* eod. et Angelus in dict. §. *pœna gravior*, vers. *quamvis.*

(17) *Porende.* Id est, etiamsi nulla sententia procedat, infamatur ex tali executione pœnæ, mediante causa famosa, et hoc quando potuit procedi executivè; tantum ergo valet executio, quantum sententia, ut etiam habetur in dict. l. *ictus*, ubi Glossa, et Paul. Item adverte, quia istud ultimum verbum etiam refertur ad alios dous casus proximos suprà positos, scilicet ad deprehensum in furto vel aliis criminibus famosis, et ad confessum in judicio, ut scilicet sufficiat sola talis confessio, vel deprehensio: et tene menti, quia non ita apertè decisum erat de jure communi.

LEX VI.

Infamia facti non potest aboleri, ex quo semel est inflicta: infamia tamen juris aboletur, si per Principem committenti maleficium indulgetur. Item si condemnatus appellat, et retractatur sententia, tollitur infamia primæ sententiæ; si tamen sententia transit in rem judicatam, remanet infamatus. Item si severior aut mitior sententia, quàm lex mandat, fertur contra criminosum, est immunis ab infamia. Hoc dicit.

(1) *Pierde jamas.* Ecce ergo in quantum periculum incurrunt aliquem infamantes indebite, et adde ad id, quod hic habetur, §. *hinc colligitur*, sub cap. 7. 2. quæst. 3. et quod tradit Abb. in cap. *cum te à B.* col. 3. vers. *sed pro clariori expeditione*, *de re judic.* et quod infamiam facti solus Deus potest tollere, notatur in cap. *ex tuarum*, *de purg. canon.* vide l. 2. D. *de obsequiis.*

(2) *O el Rey.* Adde l. 1. §. *de qua*, D. *de postul.* et l. *si qua mulier*, *C. ad Tertul.* l. *Imperialis*, *C. de nupt.* cap. *cum te à B. de re judic.* ubi vide per Innoc. et Abb. quid de Papa, et collegio Cardinalium, et quid de Episcopo? Et quid de Regibus non recognoscentibus, vel recognoscentibus superiorem? Vide etiam per Bart. et alios in dict. §. *de qua*, et per Bald. in §. *injuria*, col. 1. *de pace juram. firmand.* et per Speculat. tit. *de sententia*, §. *ut autem*, col. 16.

(3) *Fama mala.* Sed contra de l. fin. *C. de general. abolition.* et l. *generalis*, *C. de sententia pass.* ubi habetur, quod indulgentia solam duritiam pœnæ remittit, non autem famam, neque bona restituit; et idem habetur in l. 2. tit. 32. ead. *Partit.* unde oportet dicere, quòd hic talis fuit indulgentia, quæ contineat etiam restitutionem, et non tantùm simplicem et nudam indulgentiam, nam tunc tantùm importaret remissionem simplicis pœnæ; quando verò in indulgentia contineretur restitutio, tunc et infamia remittitur, ut in l. 1. et in l. fin. *C. de sent. pass.* vel si

perderia el enfamamiento (4) que ouiesse ganado por la sentencia primera. Mas si se alçasse, e non siguiesse el alçada, o la siguiesse, e fuesse confirmado el juyzio que auian dado contra el, estonce fincaria enfamado porende (5). E avn dezimos, que si el Judgador diesse sentencia contra otro, mandandole dar pena en el cuerpo por algund yerro, que fuesse de tal natura, que las leyes le mandassen pechar auer, que es quito del enfamamiento (6); porque el Judgador lo agrauio, dandole pena como non deuia. Esso mimo seria, si el Judgador diesse mayor, o menor pena (7) a alguno en el cuerpo, que las leyes mandan, mouiendose a fazerlo por alguna razon derecha (8); assi como se muestra adelante en el titulo de las Penas, en las leyes (9) que fablan en esta razon.

LEY VII.

Que fuerza ha el enfamamiento.

Infamis en latin, tanto quiere dezir en romance, como ome enfamado; e tan grande fuerça ha el enfamamiento, que estos atales non pueden ganar de nueuo ninguna dignidad, nin honrra (1), de aquellas para que deuen ser escogidos omes de buena fama; e avn las que auian ganado ante, deuenlas per-

non sit restitutio, oportet, quòd cum indulgentia simplicì ponatur etiam restitutio famæ, ut in dictis juribus habetur, et ibi per Doctores, et Glossam: vel dic, quòd verba hujus legis cùm dicit: *le perdonasse el yerro que ouiesse fecho, de que era infamado*, videntur pleniora, quàm simplex criminis indulgentia, quia ex quo Rex facit mentionem de infamia, videtur indulgendo illam remittere: et adde ad prædicta, quæ notant Doctores, et signanter Salicetus in dict. l. fin. col. fin. *C. de sentent. pass.* ubi et Albericus dicit, quod si Princeps dicit *indulgemus* simpliciter, et sine aliquo adjuncto, et tunc solam pœnam remittit, ut in dict. l. *generalis*, et dict. l. fin. *C. de generali abolit.* aut cum adjuncto, et secundum adjunctum debet intelligi.

(4) *El enfamamiento.* Adde l. 1. §. fin. D. *ad Turpil.* quia appellationis remedio extinguitur pronuntiatum, et pendente appellatione non erit infamis, ut in l. *furti*, vers. *sed si furti*, D. eod. et ibi Glossa, et Doctores.

(5) *Fincaria enfamado porende.* Id est, si non exercuit appellationem retro, infamis est, quia neque appellasse videtur; sed ubi exercet, et succumbit ex secunda, non ex prima sententia, est infamis, ut in l. *furti*, §. 1. D. eod. et l. fin. §. *illud*, *C. de tempor. appel.* ita Azo. *C. ex quibus caus. infam. irrog.* in summa, col. fin.

(6) *Es quito del enfamamiento.* Concordat cum l. *quid ergo*, §. *pœna gravior*, D. eod. et l. *si Possidonium*, *C.* eod. et intellige et limita, si infamia incurri debeat per sententiam, secùs si infamia ipso jure esset inflicta, l. *palam*, §. fin. D. *de ritu nupt.* quia infamiam jam inflictam non est judicis commutare, ita Angelus in dict. §. *pœna gravior*. Quid autem si pro pœna pecuniaria judex deportavit, vel condemnavit in metallum? Bald. in dict. §. *pœna gravior*, dicit, quòd tunc non procedit ista dispositio, quia per tales pœnas perditur status; debet ergo intelligi, quando talis pœna personalis imponitur, per quam status non tollitur vel minuitur, ut est relegatio ad tempus, vel fustigatio, vel mitriatio; et idem tenet ibi Paul. de Castro.

(7) *Mayor, o menor pena.* Concordat cum l. *ad tempus*, D. *de Decurion.* et l. *ordine*, in princ. D. *ad municipal.* et l. *et si severior*, et l. *si Possidonium*, *C. ex quibus caus. infam. irrog.* vide per Gloss. in dict. §. *pœna gravior.*

(8) *Por alguna razon derecha.* Et est advertendum secundum Paul. de Castr. in dict. §. *pœna gravior*, quòd quando causa, ob quam minuit pœnam, minuit etiam delictum, ut quia deliquit sine dolo, tamen cum lata culpa, vel delinquens erat minor, et sic merebatur veniam, vel erat multùm senex, et sic non reputabatur tam magnum delictum, et istæ causæ minuentes delictum minuunt etiam pœnam, et ita censetur cum infamia dispensatum, ut hic, et in dict. l. *et si severior.* Sed si causa auget delictum, juxta ea quæ ponuntur in l. *aut facta*, D. *de pœnis*, et in l. 8. tit. 31. *Partit.* 7. tunc quia non videtur imponi gravior pœna quàm lege cavetur, tunc non censetur cum infamia dispensatum, et non procederet, quod hic habetur; procedet ergo quando non ex dispositione legis augeretur pœna propter causam adhærentem delicto: sed quando propter aliud bonum publicum fuit imposita gravior pœna, ut quia multis grassantibus opus est exemplo, tunc enim propter duriorem pœnam videtur cum infamia dispensatum. Item et si est talis causa, quæ delictum non minuit, veluti quia propter dignitatem natalium punitur quis mitiùs, quàm alter, tunc non minuetur infamia, l. *quædam*, D. *de pœnis*, Bart. in dict. §. *pœna gravior*; et hæc etiam vult Angelus in dict. §. *pœna gravior*, in vers. *quamvis*, colum. 2.

(9) *En las leyes.* Vide infrà ead. *Partit.* tit. 31.

LEX VII.

Infames ad honores, vel dignitates non admittuntur, et ante habitas perdunt, probata infamia. Item infamis non potest esse judex, aut Regis, vel communis consiliarius, nec advocatus, nec debet in bonis domini curia morari; potest tamen esse procurator, vel tutor testamentarius, vel curator datus ab illo, qui eum reliquit hæredem, vel alia officia exercere, quæ sibi onus, Regi verò, vel communitati commoda afferunt. Hoc dicit.

(1) *Dignidad, nin honrra.* Adde l. unic. cum Glossa ibi, *C. de infamib.* lib. 10. et in regul. *infamibus*, *de regul. jur.* lib. 6. et l. 2. *C. de dignit.* lib. 12. cum glossa ibi: et procedet hoc tam in infamibus infamia juris, quàm facti, ut hic, cùm ista lex generaliter de quocumque infame loquatur: probatur etiam in dict. l. 2. *C. de dignit.* ubi et Joan. de Plat. Si tamen esset inopia legitimi competitoris, infamis infamia facti non repelletur, l. *generaliter*, §. *spurios*, D. *de Decurion.* Azo. in summa, *C. ex quibus caus. infam. irrog.* col. 1. in fin. non ergo infames etiam infamia facti possunt esse Decuriones; constat enim istos habere honorem et dignitatem, l. 2. §. penult. in fin. et l. *spurii*, in princ. D. *de Decurion.* et l. *eos*, D. eod. cum Glossa ibi. Poterit ergo infamis infamia facti habere alia officia, quæ non habent honorem et dignitatem; unde poterit esse notarius ad banchum, cùm sit publicum et personale munus, l. *munerum*, §. *hi quoque*, in verbo *tabularum*, D. *de muner. et honor.* poterit etiam esse potestas alicujus castri, vel terræ subditæ alicui civitati, ut in dict. l. *munerum*, §. *judicandi*, habere etiam poterit officium in gabellis, ead. l. §. *calendarii quoque*, et in §. *sed et curatores*, et sic de singulis, quæ possunt aptari ad ea, de quibus in illa lege fit mentio, quæ sunt munera publica: ita Paul. de Castr. consil. 467. incipit, *super hoc puncto interrogatus*, vol. 1. Et adverte, quòd infamia juris contracta ipso facto vel per sententiam, non solùm impedit quem promoveri ad honores et dignitates, verùm etiam dejicit jam promotum, ut statim subditur in ista lege, et probatur in l. *infamia C. de Decurion.* lib. 10. Abb. in cap. *inter dilectos*, *de excess. Prælat.* quod tamen non procedet in infamia facti, quia licèt impediat, non tamen removet à dignitate jam obtenta, ut probatur in cap. *super his*, *de accusat.* notat Abb. in cap. *super eo*, *de elect.* ubi etiam Abbas

der (2) luego que fueren prouados por tales. E demas dezimos, que ninguno de los enfamados non puede ser Judgador (3), nin Consejero (4) de Rey, nin de comun de algund Concejo, nin bozero (5): nin deue morar nin fazer vida en Corte de buen Señor (6). Pero bien puede ser personero (7) de otro, o guardador de huerfanos, quandol fuere otorgada la guarda en el testamento (8) de aquel que los dexa por herederos. E podrian otrosi ser Juezes de auenencia (9), e vsar de todos los otros oficios (10), que fuessen a embargo (11) de los enfamados, e a pro del Rey, o del comun de algund Concejo.

LEY VIII.

Que pena meresce aquel que enfama a otro a tuerto.

Desfamando (1) tortizeramente vn ome a otro de tal yerro, que si le fuesse prouado deuria morir, o ser desterrado para siempre porende, dezimos, que deue recebir essa mesma pena (2) aquel que lo enfamo. Mas si lo

ponit notabile verbum, quòd collatio beneficii, seu dignitatis, facta notoriè infami infamia etiam facti, non tenet, per dict. regul. *infamibus*; adducit etiam cap. *cum in cunctis*, §. *inferiora*, *de elect.* ubi habetur, quòd beneficia non sunt conferenda, nisi ei qui moribus et scientia commendabilis demonstratur; sed infamis infamia facti non est moribus commendabilis, quia infamia non oritur ex bonis moribus; ipse etiam qui cùm sit infamis, patitur se eligi ad dignitatem, punitur, l. *qui cum uno*, §. 1. 2. et 3. D. *de re milit.* l. 2. *C. si servus, vel liber ad decurion. ad spir.* ubi Joan. de Plat. intelligit, quando infamia vel inhabilitas est detecta et nota, aliàs non tenetur detegere suam infamiam et turpitudinem, l. *alias*, et ibi per Bart. D. *de jurejur.* et per Plateam in l. *neque infames*, *C. de Decurion.* lib. 10. vide latè per Felin. in cap. *sciscitatus*, *de rescript.*

(2) *Deuenlos perder.* Adde dict. l. *infamia*, *C. de Decurion.* lib. 10. et quæ dixi in glossa præcedenti, et l. *quotiens*, ubi Glossa, *C. de dignit.* lib. 12. Sed an infamia repellat ipso jure à dignitate? Dic, quòd regulariter non, ut hic habetur, nisi in quibusdam casibus, et gravibus delictis, quibus per Innoc. in cap. *inter dilectos*, in princ. *de excess. Prælat.* secundum Bart. consil. 174. in fin. et quærit Baldus in l. 2. D. *de Senator.* col. 1. vers. *sed hic quæritur*, an comes condemnatus pro furto, vel falso in mille, perdat commitatum, quem habet à Rege? Et primò arguit, quòd sic, quia comites sunt spectabiles; sed omnis infamis perdit dignitatem; ergo perdit comitatum, quia est ei annexa dignitas, ad hoc l. *judices*, *C. de dignit.* lib. 12. in contrarium arguit, quia ex quo est taxata pœna; ergo non patitur aliam pœnam exteriorem, argumento l. *Imperator*, D. *de postul.* Item allegat Innoc. dicentem in cap. *cum nostris*, *de concess. præbend.* quòd irregularis et homicida remanent in sua dignitate et prælatura, donec removeatur ab ea; et secundum Innoc. in cap. *qualiter et quando*, in gloss. magna, *de accusat.* in his quæ Prælatus facit ratione officii, licet sit infamis, tenet quod facit, donec privetur officio, unde concludit Baldus dictum comitem magis deponendum, quàm depositum: ad quod etiam adde Specul. tit. *de instrum. edit.* §. *restat*, vers. *quid si tabellio*, et Bald. in l. *jubemus*, §. *sanè*, *C. de sacrosan. eccles.* Bart. in l. *eadem*, D. *ad leg. Jul. repet.* et Abb. in cap. *querelam*, *de jurejur.* Baldus tamen in l. *cunctos populos*, *C. de summa Trinit. et fide cathol.* per Glossam in l. 2. §. *miles*, D. *de infam.* dicit, quòd si infamia esset notoria, videtur privatus executione officii vel dignitatis; et vide Paul. de Cast. notabiliter distinguentem in ista materia, consil. 181. 1. volum. incipit, *super eo quod primo loco*, colum. 3. vers. *ulterius etiam videtur*, ubi et refert notabilia verba Baldi in l. 2. *C. de sentent.* videas ibi per eum, qui dicta Doctorum loquentium in ista materia reducit ad concordiam.

(3) *Judgador.* Adde l. *cum Prætor*, §. *non autem*, D. *de judic.* et cap. *sciscitatus*, *de rescript.* Et quid si non opponatur de hoc? Vide per Bart. in l. *eadem*, §. 1. D. *ad leg. Jul. repetund.*

(4) *Consejero.* Adde l. 2. D. *de offic. assessor.* et l. 7. tit. 18. *Partit.* 4.

(5) *Bozero.* Adde l. 1. §. *ait Prætor*, et l. 2. D. *de postulat.* et ibi Glossa: et vide l. 3. et 5. tit. 6. 3. *Part.*

(6) *En Corte de buen Señor.* Adde l. 2. §. *miles*, D. eod. et l. 3. *C. de re milit.* lib. 12. et l. 1. suprà, tit. 1. ead. *Partit.* non enim infamis dicitur homo integer, l. *popularis*, D. *de popular. action.* et vivens cum vituperio sive infamia, mortuus fingitur, l. 1. §. 1. D. *de contra tabul.* Gloss. *Institut. de excus. tutor.* post princ. vers. *sed si in bello.*

(7) *Personero.* Vide in §. fin. *Institut. de except.* et quæ dixi in l. 5. tit. 5. 3. *Partit.*

(8) *En el testamento.* Nota multùm istam legem, quæ vult, quod infamis, non possit esse tutor non infamium, nisi sit testamentarius; non ergo poterit esse tutor legitimus vel dativus; cujus contrariem voluit Gloss. in l. 1. *C. de infamib.* lib. 10. et Bart. in l. 1. §. fin. et l. seq. D. *de postul.* et Bald. in l. 2. col. 4. D. *de Senator.* ubi hoc limitat, nisi pupilli sint spectabiles vel superiores, quia tunc tutela est honor, et ideo à tali tutela repelluntur indigni et infames; quod dicit esse notandum.

(9) *Juezes de auenencia.* Adde l. *Pædius*, D. *de arbitr.* et Gloss. in dict. l. 1. *C. de infamib.* lib. 10. Et an possit se excusare infamis à suscipienda delegatione? Vide Paul. de Cast. in l. *cum Prætor*, §. fin. D. *de judic.*

(10) *Otros oficios.* Quid de officio tabellionatus, vide Bart. in dict. l. *eadem*, §. 1. D. *ad leg. Jul. repet.* et Abb. in cap. *testimonium*, *de testib.* in princ. 7. col. et Bald. in l. 1. col. 5. *C. de summa Trinit. et fide cathol.* et vide Paul. de Cast. consil. 180. 1. vol. quod superius allegavi, et Bald. in §. 1. column. fin. *de lege Corradi*, vers. *extra quæritur de aliis officiis publicis.* Vide Gloss. et ibi Bart. in l. *quod ait prætor*, §. *miles*, D. *de his qui not. infam.* et Paul. in dict. consil. et an infamis perdat feudum? Vide Bald. in cap. 1. *an ille qui interfec. frat. domini sui.*

(11) *A embargo, etc.* Adde l. unic. *C. de infamib.* lib. 10. imo istis magis competit, secundum Bart. in dict. l. *eadem*, §. 1. D. *ad leg. Jul. repetund.*

LEX VIII.

Diffamans aliquem de maleficio, ex quo mors aut exilium perpetuum veniret infligendum, patietur suplicii similitudinem; si autem de minori, pecuniariter judicis arbitrio ei satisfiet: sed si probet verum esse, quod dixit, nullam pœnam patietur. Hoc dicit.

(1) *Desfamando.* Infamatores hominum pejores sunt, quàm raptores rerum, cap. *ex merito*, et cap. *deteriores*, 6. quæst. 1.

(2) *Mesma pena.* Nota benè, quia non memini legis juris communis in hoc ita apertè disponentis; facit tamen l. unic. *C. de famos. libel.* et l. *si quis injuriam*, D. *de injur.* et quod notat Lucas de Penna in l. *infamia*, *C. de Decurion.* lib. 10. Angelus in l. *quid ergo*, §. *pœna gravior*, D. *de his qui not. infam.* et adverte, quia videtur, quòd etiam hodie stante l. *Fori*, 2. tit. 3. lib. 4. seu l. 2. tit. 9. lib. 8. *Ordin. Regal.* quòd procedat dispositio hujus legis Partitarum; illa enim lex procedit, quandò simpliciter injuriatur, non tamen sequitur diffamatio; si tamen sequatur dif-

enfamasse de otro yerro alguno, de que non meresciesse auer tan grand pena, deue fazer emienda de pecho aquel que lo enfamo, segund el aluedrio del Judgador; catando todas las cosas que diximos en el titulo de las Desonrras, en razon de la emienda dellas. Pero si aquel que ouiesse enfamado a otro, quisiesse prouar (3) que era verdad lo que auia dicho, prouandolo assi, non aura pena.

TITULO VII.

DE LAS FALSEDADES.

Leyes 1. 2. 4. y 5. titul. 6. lib. 12. 1. y 2. tit. 8. idem Nov. Recop.

Una de las grandes maldades que puede ome auer en si, es fazer falsedad (1), ca della se siguen muchos males, e grandes daños, a los omes. Onde, pues que en el titulo ante deste fablamos de las trayciones, e de los aleues, e de los enfamados; queremos aqui dezir, de las falsedades que los omes fazen, que son muy llegadas a la traycion, e a las otras cosas que dichas auemos. E demostraremos, que cosa es Falsedad. E quantas maneras son della. E quien puede acusar a los que la fazen. E fasta quanto tiempo. E que pena merecen, despues que les fuere prouado.

LEY I.

Que es Falsedad, e que maneras son della.

Falsedad es mudamiento de la verdad (1). E puedese fazer la falsedad en muchas maneras; assi como si algun Escriuano del Rey, o otro que fuesse Notario publico de algun Concejo, fiziesse preuillejo o carta falsa (2) a sabiendas; o rayesse, o cancellasse, o mudasse alguna escritura verdadera, o pleyto, o otras palabras que eran puestas en ella, cambian-

famatio, procedet ista lex Partitarum: et dicitur diffamare respectu hujus pœnæ, quando quis est diffamatus apud bonos et graves; tunc enim propriè videtur diffamasse, secùs quando non obstante prolatione verborum, per hoc non est apud bonos et graves diffamatus, neque haberet eum pro diffamato, sed pro bono; ita declarat Joannes de Imola in l. *turpia*, in princ. D. *de legat.* 1. et dicta Imolæ refert, et videtur sequi Angelus Aret. in tractat. *malefícior.* in parte *verba contumeliosa*, column. 2. Alexander tamen in dict. l. *turpia*, in princ. videtur deviare à dictis Imolæ, et sequi Bartolum ibi, qui dicit, quòd infamare dicitur, qui pronuntiat aliquod verbum, quod infamiam alicujus continet; et Bartolum sequuntur ibi Baldus, Angel. et Paul. de Cast. Mihi respectu pœnæ hujus legis multùm placet dictum Imolæ; tunc enim videtur haberi consideratio diffamationis, quando quis est difamatus, apud bonos et graves, cap. *qualiter et quando*, el 2. *de accusat.* cap. penult. *de purgat. canon.* et quod habetur in l. 2. suprà, isto tit. et cùm lex ista ponatur sub titulo *de infamibus*, videtur sentire de tali diffamatione: et jura quæ allegat Bartolus, loquuntur respectu actionis injuriarum. Possent etiam procedere, quæ dicunt Bartolus, et alii, quando constaret, quòd infamandi causa fuit dictum, licèt infamia non esset sequuta apud bonos et graves, et quòd dicta lex Fori, et Ordinamenti procedat, quando non animo diffamandi, sed injuriandi alium, fuit prolatum: fortè tamen in practica non posset obtineri, quòd etiamsi causa diffamandi quis dicat, puniatur aliter, quàm continetur in dicta lege Fori, et Ordinamenti: tu cogita.

(3) *Quisiesse prouar.* Facit dicta l. unic. *C. de famos. libel.* vide quæ dicam in l. 1. tit. 9. infra ead. *Partit.*

TITULUS VII. DE FALSIS.

IN SUMMA.

(1) *Es fazer falsedad.* Rectè exagerat crimen falsi, in quo acerrima debet fieri indagatio; et admittitur probatio per conjecturas, et requiritur probatio ab actore, et reo, l. *ubi falsi*, *C.* eod. et statutum de carceratis relaxandis, non porrigitur ad carceratos ob crimen falsi, nisi hoc specialiter sit dictum, vel ubi senserunt de hoc statuentes. Item statutum de aliquibus rebanniendis, non porrigitur ad ex bannitos de crimine falsi, secundum Bartolum per textum ibi in l. *Lucius*, D. *ad Turpil.* et est falsitas adeo abominabile crimen, sicut aliud, quod posset reperiri, ut patet ex notatis per Doctores in l. *transigere*, *C. de transact.* cùm quærunt de ratione, quare in crimine falsi non permittitur transactio, et dixi suprà ead. *Partit.* tit. 1. l. 22.

LEX I.

Falsitas est mutatio veritatis, quæ fit modis hic expressis. Hoc dicit.

(1) *Mudamiento de la verdad.* Concordat cum authent. *de instrum. caut. et fide*, in princ. col. 6. et dicitur immutatio secundum Azon. *C.* eod. in summa, eo quod falsatores student mutare, quæ vera sunt, ut falsa videantur verisimilia: adde l. *quid sit falsum*, D. eod. unde non videtur falsum, quod primordio veritatis adjavatur, l. *cum filius*, §. *hæres*, D. *de legat.* 2. vide Glos. in l. 1. D. *de condict. sine causa*, et ibi Bartolum; unde dicit Baldus in l. *data opera*, column. 13. vers. *et idem in eo qui facit*, *C. qui accus. non poss.* quòd qui facit instrumenta tamquam tabellio, cùm nunquàm fuerit creatus tabellio, punitur pœna mortis; si verò fuit creatus, sed privatus, non punitur pœna mortis. Requiritur etiam, quòd dolo fiat, aliàs non dicitur propriè falsum, l. *neque exemplum*, *C.* eod. et adde quæ tradit Angelus Aret. in tract. *malefic.* in parte *falsario*, in princ. et dicit Baldus *de feudi cognit.* in princ. quòd, ubi est bona mens et intentio, ibi non potest esse falsitas, ubi et vide per eum, quòd consuetudo excusat scribentem à falsitate: et non quilibet dolus est falsitas, ut puniatur quis pœna falsi ex ista lege, sed quando delinquitur in aliquibus ex capitulis hic expressis, Bart. in l. *quid si falsum*, D. eod. Angelus Aretin. in dicta parte *falsario.*

(2) *Fiziesse preuillejo o carta falsa.* Concordat cum l. 1. §. *qui in rationibus*, et l. *instrumentum*, D. eod. et *C.* eod. l. *si falsos.* Et quid si quis falset litteras privatas alicujus? Vide per Bart. in l. 1. §. *qui in rationibus*, D. eod. et Bald. in rubric. *C. de fide instrum.* col. 10. sed an teneatur de hoc falso dictans notario, qui facit, ut notarius scribat falsa, vel non ponat omnia, notarius tamen facit bona fide? Bartolus dicit, quòd non, in l. *si mulier*, §. 1. D. *rerum amot.* dicit tamen ibi, quòd potest puniri ex alio falso, secundum l. *si quis obrepserit*, D. *de fals.* ubi etiam vide per Bartolum: adde etiam de porrigente notario falsam scripturam, ut eam signet, cap. *licet*, vers. *illos quoque*, *de crimin. fals.* et Bart. in dict. l. *si quis obrepserit*, 2. et 3. quæst. Alexand. consil. 62. incipit, *in casu accusationis*, 3. volum. Quid autem, si instrumentum falsum erat in se nullum, an puniatur notarius de falso? Vide Bart. in l. *si quis legatum*, D. eod. et Angelum in dict. tractat. et parte *falsario*, col. 2. et concludit Bartolus, quod si instrumentum est nullum ex defectu ipsius instrumenti, et ita quod ex eo nullum præjudicium potest alteri parari, tunc de falso non pu-

dolas falsamente. Otrosi dezimos (3), que falsedad faria el que tuuiesse carta, o otra escritura de testamento, que alguno auia fecho, si la negasse diziendo que la non tenia, o si la furtasse a otro que la tuuiesse en guarda, e la escondiesse, o la rompiesse, o tolliesse los sellos della, o la dañasse en otra manera qualquier. Esso mesmo seria, quando alguno, a quien fuesse dada carta de testamento en guarda a tal pleyto que la non leyesse, nin demostrasse a ninguno, en vida de aquel que gelo encomendo; si despues el otro la abriesse (4) e la leyesse a alguno sin mandamiento del que gela diera en encomienda. Otrosi dezimos, que el Judgador, o el Escriuano del Rey, o del Concejo, que tuuiesse alguna escritura de pesquisa, o de otro pleyto qualquier, que gela mandasse tener en guarda (5), o abrir en poridad; si la leyesse, o apercibiesse alguna de las partes de lo que era escrito en ella, que faria falsedad. Esso mesmo dezimos, que faria el Abogado (6), que apercibiesse a la otra parte, contra quien razonaua, a daño de la suya, mostrandole las cartas, o las poridades de los pleytos, que el razonaua, o amparaua: e a tal Abogado dizen en latin Prævaricator, que quiere tanto dezir en romance, como ome que trae falsamente al que deue ayudar. Otrosi faria falsedad, si alegasse a sabiendas leyes falsas (7) en los pleytos que tuuiesse. Otrosi faria falsedad, el que tuuiesse en guarda (8) de algun Concejo, o de algun ome, preuillejos, o cartas, que le mandassen guardar, o tener en poridad, si las leyesse, o demostrasse maliciosamente, a los que fuessen contrarios de aquel que gelas dio en condesijo. Otrosi dezimos, que todo Judgador que da juyzio a sabiendas contra derecho (9), faze falsedad. E avn la faze el que es llamado por testigo en algun pleyto, si dixere falso testimonio (10), o negare la verdad, sabiendola. Esso mismo (11) faze el que da precio a otro, por que non diga su testimonio en algun pleyto, de lo que sabe. Otrosi lo faze, el que lo recibe (12), e non quiere dezir su testimonio porende; ca tambien el que lo da, como el que lo recibe, ambos fazen falsedad. Otrosi dezimos, que qualquier ome, que muestra maliciosamente (13) a los testigos en que manera digan el testimonio, con intencion de los corromper, porque encubran la verdad, o que la nieguen, que faze falsedad. E aun dezimos, que falsedad faze todo ome que se trabaja de corromper el Juez (14), dandole, o prometiendole algo, porque de juyzio tortizeramente. Otrosi dezimos, que qualquier que diesse ayuda, o consejo (15), por do fuesse fecha falsedad en alguna destas maneras sobredichas, o en otras semejantes dellas, que fazen falsedad, e merece pena de falso. E de la pena que deuen auer porende, fablamos assaz cumplidamente en la tercera Partida deste libro, en las leyes (16) que fablan en esta razon.

nitur, per textum in dict. l. *si quis legatum*; sed si ex hoc posset aliquod præjudicium parari, ut quia licèt non esset publicum, potest peti, quod publicetur, vel si prodesset ad comparationem, vel ad aliquod aliud, tunc notarius punietur de falso, l. *damus*, *C.* eod. Salicetus tamen aliter dicit, et distinguit, in l. 1. *C. de sepulc. violat.* vide ibi per eum: et latissimè per Luc. de Penn. in l. 1. *C. ut nemo ad suum patrocin. suscip. rust. etc.* lib. 11. ubi quid si instrumentum nondum erat perfectum, ut quia indigebat subscriptione judicis vel testium, qui per multa fundamenta decidit, quod puniatur pœna falsi ordinaria; vide etiam Socin. consil. 62. 1. vol. incipit, *in præsenti consultatione*, *visis statutis*, ubi et quid si falsum committatur in scriptura privata, post Gloss. in dict. l. *damus*, et per Bart. in dict. l. 1. §. *qui in rationibus*, et per Bald. in rubr. *C. de fide instrum.* col. 10. Et quid si conficiens instrumentum falsum, non sit tabellio, sed alius, qui adulterinum signum poneret? Dic idem esse, ut in l. *lege Cornelia*, D. eod. et infrà eod. l. 4. et quæ dixi suprà in glos. proxima.

(3) *Otrosi dezimos.* Concordat cum l. *qui testamentum*, D. eod. et *C.* eod. l. *cum qui*, ubi vide Glossam et Salicetúm, quid in alio instrumento.

(4) *La abriesse.* Adde l. 1. §. *is qui aperuerit*, D. eod. et cap. *cum olim magister*, *de offic. delegati.*

(5) *En guarda.* Concordat cum l. 1. §. *is qui deposita*, D. eod. et per illum textum dicit ibi Albericus; quod si judex vel tabellio ante publicationem manifestavit dicta testium, vel legere passus fuit per aliquem ex partibus, quod tenentur pœna falsi: et adde quod habetur in cap. *si quis de clericis*, 12. quæst. 2. et etiam quæ habentur et notatur in cap. *cum olim magister*, *de offic. delegati.*

(6) *El Abogado.* Adde l. *si quis aliquid*, §. *instrumenta*, *D. de pœnis*, et Bart. et Alberic. in dict. §. *is qui deposita*, ubi post Jacob. de Rave. dicit, teneri pœna falsi advocatum, vel procuratorem revelantem instrumenta, vel alia secreta suæ partis adversæ parti: et vide de hoc textum notabilem in l. fin. tit. 6. *Partit.* 3. et quæ ibi dixi.

(7) *Leyes falsas.* Adde l. fin. et ibi Bart. D. eod. et Angelum Aret. in tract. *maleficior.* in parte *falsario*, column. 3. vers. *quæro*, *procurator.*

(8) *En guarda.* Vide in dict. §. *is qui deposita.*

(9) *Contra derecho.* Concordat cum l. 1. §. *sed et si judex*, D. eod. et Azon. *C.* eod. in summa, dicit, *et judice scienter contra constitutiones falsò judicante*, cujus dictum sequitur ista lex.

(10) *Falso testimonio.* Adde l. 1. §. 1. et 2. D. eod. et l. *eos qui*, et cap. 1. *de crimine falsi*, et prosequitur dicta Azon. *C.* eod. in summa.

(11) *Esso mismo.* Adde dict. l. 1. §. 1. et 2. et l. *lege Cornelia*, §. *pœna*, eod. tit.

(12) *El que lo recibe.* Quid si testis recipiat pretium, ut dicat verum testimonium? Bart. in l. 1. in princ. D. eod. dicit, quod adhuc tenebitur pœna falsi; adde Angel. in dict. parte *falsario*, col. 4. Et quid si non recepit pretium, sed non vult testificari, an incidat in crimen falsi? Vide, quæ dixi in l. 35. tit. 16. *Partit.* 3.

(13) *Muestra maliciosamente.* Vide in dict. l. 1. §. 1. D. eod. et l. *falsi.*

(14) *Corromper el Juez.* Concordat cum dict. l. 1. §. 2. vers. *et qui judicem corruperit.*

(15) *Ayuda, o consejo.* Adde l. *qui testamentum*, et l. *falsi*, D. eod.

(16) *En las leyes.* In teste falsum deponente, vide l. 26, tit. 11. et l. fin. tit. 16. 3. *Partit.* in advocato præva-

LEY II.

Como, el que descubre las poridades del Rey, faze falsedad; e de las otras razones, por que caen los omes en ella.

Los secretos, e las poridades del Rey, deuenlas mucho guardar aquellos que las saben. E si aquellos por auentura maliciosamente las descubriessen, farian muy grand falsedad (1). Otrosi dezimos, que aquel que dize a sabiendas mentira al Rey (2), faze falsedad. Esso mesmo seria, el que anduuiesse en talle de Cauallero (3), e non lo fuesse; o el que cantasse Missa, non auiendo Ordenes (4) de Preste. Otrosi faze falsedad, aquel que cambia maliciosamente el nombre (5) que ha tomado, o tomando nombre de otro, o diziendo que es fijo de Rey (6), o de otra persona honrada; sabiendo que lo non era.

Ley 14, tit. 18, libro 8 Recop. LL. 1, 2, 4 y 5, tit. 6, lib. 12 Novis. Recop.

LEY III.

De la falsedad que faze la muger, dando fijo ageno a su marido por suyo.

Trabajanse a las vegadas algunas mugeres, que non pueden auer fijos de sus maridos, de fazer muestra que son preñadas, non lo seyendo; e son tan arteras que fazen a sus maridos creer que son preñadas; e quando llegan al tiempo del parto, toman engañosamente fijos de otras mugeres, e metenlos consigo en los lechos, e dizen que nascen dellas. Esto, dezimos, que es grand falsedad, faziendo, e poniendo fijo ageno por heredero en los bienes de su marido, bien assi como si fuesse fijo del. E tal falsedad como esta puede acusar (1) el marido a la muger; e si el fuesse muerto, puedenla acusar ende todos los parientes mas propincos que fincaren del finado, aquellos que ouiessen derecho de heredar lo suyo, si fijos non ouiesse. E demas dezimos, que si despues desso ouiesse fijos della su marido, como quier que ellos non podrian acusar a su madre (2), para recebir pena por tal falsedad como esta, bien podrian acusar a aquel que les dio la madre por hermano, e prouandolo, que assi fuera puesto, non deue auer ninguna parte de la herencia del que dize que era su padre, o su madre. Mas otro ninguno (3), sacando estos que auemos dicho, non pueden acusar a la muger por tal yerro como este. Ca guisada cosa es, que pues estos parientes lo callan, que los otros non gelo demanden.

ricatore, vide l. fin. tit. 6. ead. *Partit.* et quando judex corrumpitur pecunia, vide l. 24. et 25. et 26. tit. 22. 3. *Partit.* de tabellione falsam scripturam faciente, vide l. fin. tit. 19. 3. *Partit.*

LEX II.

Falsitatem committit Regis secreta revelans, sicut ei scienter mentiens. Item velut miles, cùm non sit, incedens; aut Missam, cùm non sit ordinatus, clericus celebrans; vel malitiosè sibi nomen mutans. Hoc dicit.

(1) *Muy gran falsedad.* Nota contra revelantes secretum Regis, et vide quæ dixi in l. 5. et in l. 8. tit. 9. 2. *Part.* et ad id, quod in ista lege dicitur, adde Albericum in l. 1. §. *is qui deposita*, D. eod. ibi cùm dicit, et idem in renuntiante secreta sibi commissa sui potestatis, vel præsidis, cujus officium exequatur.

(2) *Mentira al Rey.* Vide pulchrum textum in l. 5. tit. 13. 2. *Partit.* et quæ ibi dixi: et nota quod non quilibet, qui mentitur, hac lege tenetur, ut D. eod. l. *quid sit falsum.* Si autem quis mentitur principi, vel præsidi, et per obreptionem aliquid obtinuerit, hac lege tenetur, ut D. eod. l. *si quis obrepserit*, l. *et si legibus*, *C. si contra jus vel utilit. public.* l. 2. *C. de divers. apparitor.* lib. 12. Azon. *C.* eod. in summa.

(3) *En talle de Cauallero.* Concordat cum l. *eos qui*, §. *qui se pro milite*, D. eod. et adde l. *reddatur*, et ibi Bart. et Joann. de Plat. *C. de professor. et medic.* lib. 10. Bart. ubi de eo, qui falso se gerit pro doctore: et de gerente se pro comite Palatino, vel tabellione, vide Baldum in l. *data opera*, col. 13. vers. *dubitatur de eo, qui se asserebat comitem sacri palatii*, *C. qui accusar. non poss.* ubi dicit, quod puniatur pœna mortis, quia deliquit in ipsum principem, à quo fingit se auctoritatem habere: si tamen tabellio privatus faciat instrumenta, non punietur tunc secundum eum pœna mortis, ut dixi suprà eod. in l. 1. in gloss. 1.

(4) *Non auiendo Ordenes.* Adde cap. *nullus Presbyter*, et ibi Gloss. *de consecr.* dist. 1. et cap. 2. *de cleric. non ordin. minist.* l. *qui sub prætextu*, *C. de sacrosanct. eccles.* et idem si quis obtineat beneficium clericale, cùm non sit clericus, cap. *cum adeo*, *de rescript.* cap. *ex litteris*, *de transact.* Hostiens. in summa, *de crimin. fals.* §. *qualiter.*

(5) *El nombre.* Concordat cum l. *falsi nominis*, D. eod. et vide l. 1. *C. de mutat. nomin.* et dicit *maliciosamente*, ideo quia requiritur, quod hoc fiat in fraudem; unde si inventus de nocte, vel prohibitus arma portare interrogatus ab officiali de nomine, cùm vocaretur Q. dixit se vocari B. punietur secundum Salicetum in l. 1. et Angelum Aret. in tractat. *maleficior.* in parte *uno stoco de ferro*, in fin. et casum, ubi mutans sibi nomen in fraudem, punitur pœna mortis, vide in l. 39. tit. 9. lib. 6. *Ordinam. Regal.* Firmantes etiam descripti ad onera in libro firmantium puniuntur falsi pœna, si mutant sibi nomen, ut exemplificat Angelus in dict. l. 1. ex causa tamen licita est nominis mutatio, ut tradit Abbas in proœmio Decretalium, col. 12. et per Bartolum in proœmio Digestorum, §. *nos verò.*

(6) *O diziendo que es fijo de Rey.* Nota hoc exemplum, et vide quod habetur in l. 10. tit. 2. 4. *Partit.*

LEX III.

Mulier partum sibi submittens potest de hoc à viro, vel eo mortuo, à consanguineis ejus succedendi jus viro habentibus, accusari; filii autem ejusdem mulieris possunt sibi submissum in fratrem, sed non matrem accusare; cæteri autem non possunt mulierem accusare. Hoc dicit.

(1) *Puede acusar.* Concordat cum l. *lege Cornelia*, la 2. §. *de partu supposito*, D. eod. et an differatur quæstio in tempus pubertatis pupilli? Vide l. 1. et ibi Glossam, et Doctores, signanter Salicetum, *C.* eod. et nota quod accusatio suppositi partus nullo tempore excluditur, l. *qui falsam*, §. 1. D. eod. ubi Albericus, quod neque triginta annis excluditur.

(2) *A su madre.* Criminaliter, l. *hi tamen*, D. *de accusat.* Glossa in dict. §. *de partu*; et statim hic subditur: *para recebir pena por tal falsedad*, possent enim in hoc civiliter agere, l. *falsi*, *C.* eod.

(3) *Otro ninguno.* Concordat cum dict. l. *lege Cornelia*, §. *de partu.*

LEY IV.

De las falsedades que fazen los omes, falsando cartas, o sellos.

Ley 1. tit. 8. lib. 12 Novis. Recop.

Bulas falsas, o falsos sellos (1), o cuños, o moneda falsa (2), faziendo algun ome, o mandandolos fazer (3), faze falsedad. Esso mesmo seria, quando el orifize, que labra oro, o plata, mezcla con ello maliciosamente alguno de los otros metales (4). Otrosi dezimos, que si el Fisico, o el Especiero, que ha de fazer el xarope, o el letuario con açucar, en lugar del mete miel, non lo sabiendo aquel que gelo manda fazer, que faze falsedad (5); o si en lugar de alguna especia, o otra cosa buena, o cera buena, mete otra de otra natura peor, e mas rafez, faziendo entender a aquel que lo ha menester, que es fecho derechamente, e con aquellas cosas quel demostro, o quel prometeria que le pornia y.

LEY V.

Quien puede acusar a los fazedores de las falsedades, e fasta quanto tiempo.

Cada vno del Pueblo (1) puede acusar a aquel que faze falsedad en alguna de las maneras que son puestas en este titulo. E puede esto fazer desde el dia que fuere fecha la falsedad fasta veynte años (2). Otrosi dezimos, que cada vno del Pueblo puede prender (3) a los que fizieren moneda falsa. Pero deuenlos aduzir (4) al Rey, o ante el Judgador del lugar, que los judgue, assi como es fuero, e derecho.

LEY VI.

Que pena merescen los que fazen alguna de las falsedades sobredichas.

Vencido seyendo alguno por juyzio, o co-

LEX IV.

Committit falsum bullas falsas sigillans, cuneos vel monetam falsam faciens, seu fieri mandans, aut aurifex argento vel auro metallum miscens: idem dicit de medico vel apothecario loco unius medicaminis aliud ponente, et infirmum vel alium sic defraudante. Hoc dicit.

(1) *Falsos sellos.* Concordat cum l. *lege Cornelia*, la 2. in princ. D. eod. et ibi Glossa, et vide infrà eod. l. 6. suprà ead. *Partit.* tit. 2. l. 1. in fin.

(2) *Moneda falsa.* Vide infrà eod. l. 9. et suprà ead. *Partit.* tit. 2. l. 1. in fine, et adde l. *lege Cornelia*, la 1. in princ. D. eod. ubi vide per Bartolum de expendente falsam monetam, an teneatur crimine falsi.

(3) *Mandandolo fazer.* Habes hic expressum, quod mandans fieri falsum est falsarius; vide Albericum in l. *lege Cornelia*, la 1. in princ. D. eod. ubi notabiliter.

(4) *Otros metales.* Adde dict. l. *lege Cornelia*, in princ. ubi Bartolus notat contra aurifices, qui faciunt aurum et argentum de minori liga, quam civitas requirat, ut puniantur de falso: et cujus legis debet esse in istis regnis, vide l. 2. tit. 7. et l. 2. tit. 8. lib. 5. *Ordin. Regal.* et pragmaticam Regum Catholicorum, fol. mihi 153. cum sequentib. ubi et ponuntur, et applicantur pœnæ contra facientibus: et in dict. l. 2. tit. 8. vide contra conflantes nummos argenteos, ut reducant ad massam, de quo etiam vide Bart. in dict. l. *lege Cornelia*, et per Angelum Aret. in tractat. *maleficior.* in parte *falsario*, col. 6. et Joan. de Plat. in l. fin. *C. de veteris numism. potest.* lib. 11.

(5) *Faze falsedad.* Nota hoc, et facit l. *sacularii*, in princ. et ibi Gloss. D. *de extraordin. crimin.* et quod habetur in pragmatica Regum Catholicorum, fol. mihi 16. de miscente paleam cum ordeo vel tritico; aliquando tamen licet miscere speciem corruptam cum incorrupta, vide in l. 1. *C. de cond. in public. horreis*, lib. 10. ubi Joann. de Plat. et per Bartol. ibi, etiam ponit de aromatariis, qui miscent ceram corruptam cum incorrupta, quòd non faciunt falsitatem: et intellige quando utraque cera est sua, et non præcessit conventio de tali cera, neque demonstravit ei, qui emebat seu emere volebat ceram, vel aliam speciem incorruptam, et postea ei miscuit corruptam, nam tunc falsitas esset, ut hic habetur.

LEX V.

Quilibet de populo potest accusare de falsitate; similiter et capere monetam falsam facientem; ducat tamen eum ad Regem, vel loci Judicem: et potest de falsitate accusatio fieri usque ad viginti annos. Hoc dicit.

(1) *Cada uno del pueblo.* Sequitur opinionem Azon. *C.* eod. in summ. ad fin. connumeratur enim hoc crimen inter alia publica crimina, l. 1. D. *de public. judic.* §. *item lex*, *Institut. de public. judic.* et limita ut suprà eod. l. 3.

(2) *Veynte años.* Concordat cum l. *querela*, *C. de fals.* et limita, nisi in accusatione partus suppositi, ut dixi suprà eod. l. 3. vide, quæ dixi in l. 4. tit. 17. ead. *Partit.* et curret istud tempus etiam ignoranti, secundum Angel. quem vide in l. fin. D. *si quis testam. liber. esse jussus fuer.* et ibi, quod neque poterit implorari beneficium restitionis.

(3) *Puede prender.* Adde l. 1. *de falsa monet.* nota etiam, quòd in flagranti crimine omnis malefactor potest capi, et duci ad judicem per illum, cujus interest, l. *capite quinto*, D. *ad leg. Jul. de adulter.* l. *interdum*, §. *qui furem*, D. *de furtis*, et etiam per quemlibet, si fugiat, secundum Bald. in l. fin. *C. de exhib. reis.* Item ubicumque est licitum aliquem occidere (veluti bannitum et robatorem stratarum), ibi fortiùs licet capere, et ad fortiam judicis ducere secundum Baldum ibidem; et ubi est licita captio, si capienti resistatur, et interveniant vulnera in illa resistentia, non debet puniri, qui ibat pro capiendo, l. *si servus*, *C. de his qui ad eccles. confug.* Baldus ubi suprà, adde ad prædicta Angelum Aretin. in tractat. *maleficior.* in parte *fama publica*, col. 12. et 14. post Bart. in l. *cum eo*, D. *ad leg. Jul. peculat.* volentes, quòd tunc licet privato capere delinquentem in flagranti crimine, quando crimen esset capitale, vel pro quo veniat pœna sanguinis imponenda: sed limita et intellige, ut suprà ex dictis Baldi; et facit l. *si quis in servitute*, in fin. D. *de furtis*, et adde ad prædicta l. 2. tit. 29. infrà ead. *Partit.*

(4) *Deuenlos aduzir.* Infra viginti horas, l. *capite quinto*, D. *ad leg. Jul. de adulteriis*, ubi Bartol.

LEX VI.

Convictus aut sponte confessus de falso, si est liber, deportabitur, et ejus bona habebunt consanguinei ascendentes vel descendentes usque ad tertium gradum; quibus non existentibus, habebit Rex, solutis debitis, et uxoris dote, et arrhis: si verò est servus, occidetur. Si tamen bullam Papæ vel Regis, aut ejus sigillum, seu privilegium, vel monetam, falset, aut falsari faciat, occidetur. Si autem notarius publicus consilii confecit litteram falsam, amputabitur ei manus, et remanet infamis. Hoc dicit.

nosciendo sin premia, que auia fecho alguna de las falsedades que diximos en las leyes ante desta; si fuere ome libre (1), deue ser desterrado para siempre en alguna Isla (2): e si parientes ouiere, de aquellos que suben, o descienden por la liña derecha, fasta el tercero grado, deuen heredar lo suyo. Mas si tales herederos non ouiesse, estonce los bienes suyos deuen ser de la Camara del Rey, sacando ende las debdas que deuia, e la dote, e las arras de su muger; e si fuere sieruo (3), deue morir por ello. Pero cualquier que falsa carta, o preuillejo, o bula, o moneda, o sello de Papa, o de Rey (4), o lo fiziere falsar a otri, deue morir por ello. E si Escriuano de algun Concejo fiziere carta falsa, cortenle la mano (5), con que la escriuio, e finque enfamado para siempre.

LEY VII.

Como fazen falsedades, los que tienen pesos, o medidas falsas; e que pena merecen porende.

Medidas, o varas, o pesos (1) falsos, teniendo (2) algun ome a sabiendas, con que vendiesse, o comprasse alguna cosa, faze falsedad. Pero non es tan grande como las otras que diximos en las leyes ante desta. E porende mandamos, que el que las assi fiziere, peche el daño doblado, que recibieron (3) por tal razon como esta, aquellos que compraron del, o que le vendieron alguna cosa; e demas, que sea desterrado por tiempo cierto en alguna Isla (4) segund aluedrio del Rey. E que aquellas medidas, o pesos, o varas, que tiene falsas, sean quebrantadas publicamente (5) ante las puertas de aquellos que vsauan

Ley 5, tit. 10, libro 9 Nouis. Recop. Leyes 1 y 2, tit. 9, lib. 9 Nouis. Recop.

(1) *Si fuere ome libre.* Non distinguit, sit nobilis, vel plebejus, et sic in utroque locum habebit ista pœna, de qua hic; Bartolus tamen in l. 1. §. *pœna falsi*, D. eod. distinguit nobilem a plebejo, ita ut plebejus puniatur pœna damnationis in metallum, per textum in l. *si quis aliquid*, §. *qui vivi*, D. *de pœnis*.

(2) *Desterrado para siempre en alguna Isla.* Concordat cum dict. l. 1. §. *pœna falsi*, D. eod. et §. *item lex Cornelia*, *de falsis*, *Institut. de public. judic.* Gandinus tamen in suo tractat. *malefic.* sub rubr. *de falsariis*, col. 1. vers. *est autem*, *pœna falsi*, dicit, quòd cùm hodie non imponatur ista pœna alicui de consuetudine, et quia non utimur deportationibus, satis potest dici, quòd pœna falsi debeat imponi arbitrarie: allegat l. *sunt quædam*, D. *de extraordin. crimin.* et idem tenet Albericus in dict. l. 1. §. *pœna falsi*, et sic quod imponatur pœna arbitraria consueta.

(3) *Siervo.* Concordat cum dictis juribus.

(4) *De papa, o de Rey.* Adde l. 8. tit. 9. *Partit.* 2. et quæ ibi dixi, et cap. *ad falsariorum*, *de crimine falsi*: perdit etiam medietatem bonorum, ut in l. 3. tit. 6. lib. 8. *Ordinam. Regal.* Si verò sit clericus, deponitur, et ei caracter imprimitur, et in exilium mittitur, cap. *ad audientiam*, *de crimine falsi*, l. 60. tit. 6. 1. *Partit.* et etiam de jure communi ubicumque falsum est valdè grave, imponitur pœna mortis, ut declarat Angel. in l. *ubi falsi*, D. eod. et idem vult in crimine partus suppositi, per l. 1. *C.* eod. quòd ultimum non procedet stante ista lege, et l. 3. suprà eod. et ad dictam l. 1. potest dici, quòd non loquitur de pœna ultimi supplicii, sed de pœna falsi, et sic de pœna capitali civili, prout et vult Glossa ibi. Quid autem de falsante litteras inferiorum judicum? Vide per Abb. in cap. *olim ex litteris*, 2. notabil. *de rescriptis*, ubi vult, quòd si est clericus, possit deponi ab ordine, et privari omnibus beneficiis, et detrudi in monasterio ad agendam pœnitentiam, ut in cap. *si Episcopus* 50. dist. dicit tamen ibi in 2. col. quòd si litteræ essent injustè, mitiùs punietur.

(5) *Cortenle la mano.* Hoc erat de jure Lombardo, ut in *lombarda*, *de eo qui falsam chartam scripsit*, quam dicunt hodie servari Jacob. de Arena, et multi alii, prout dicit Gandinus ubi suprà: et etiam de jure communi pœna amputationis manus, quando exactor pecuniæ publicæ scribit se minus accepisse, quàm accepit, ut in authent. *de mandat. Princip.* cap. *coges*, collat. 3.

LEX VII.

Utens falsis ponderibus, aut mensuris emendo, aut vendendo, in pœnam facti restituet damna duplicata, et ad tempus Regis arbitrio in insulam relegabitur; et pondera talia, et mensuræ frangentur coram damnificantium januis. Item scienter eamdem rem duobus vendens, committit falsum, et restituet secundo pretium, atque ad tempus relegabitur in insulam; res tamen remanebit apud primum. Hoc dicit.

(1) *Medidas, o varas, o pesos.* Pondera et mensuræ à natura trahere videntur originem, secundum S. Thom. lib. 2. *de regimine Princ.* cap. 14. omnia enim disposuit Deus in pondere, et mensura, Sapient. cap. 11. tunc est, quòd Moyses, primus dux Israelitici populi, ut Isidorus describit, tradendo leges divinas, quæ primæ fuerunt, simul cum illis pondera et mensuras constituit, sive pro potibus, sive pro cibis, ut Ephi, et Gomor, modius et sextarius, sive in terris, et pannis, quæ cubitales habent mensuras, sive in auro, et argento et numismatibus, quæ sunt statera, et alia pondera: unde et in Levitico scribitur, non facietis iniquum aliquid in pondere, et mensura; statera justa, et æqua sint pondera; justus modius, æquus sextarius. Lex etiam civilis jubet, quòd in civitatibus et aliis locis sint mensuræ, et pondera publica, ad quæ publicus recursus habeatur, l. *modius*, *C. de susceptor. et archar.* lib. 10. et in volum. *Pragmat.* fol. mihi 162. cum sequent. et dicit S. Thom. 2. 2. q. 67. art. 2. circa fin. necesse esse mensuras rerum venalium in diversis locis esse diversas, propter diversitatem copiæ, et inopiæ rerum, quia ubi res magis abundant, consueverunt majores esse mensuræ.

(2) *Teniendo.* Non habebis in sacculo diversa pondera, majus et minus, neque erit in domo tua modius major et minor; pondus habebis justum, et verum; et modius æqualis, et verus erit tibi; abominatur enim Deus tuus eum, qui facit hæc, et aversatur omnem injustitiam, Deuteron. cap. 25. vers. 16. hoc ponitur etiam lege humana, ut habetur in l. *annonam*, §. fin. D. *de extraordin. crimin.* et D. *de pœnis*, l. *in Dardanarios*, et lege canonica, ut in cap. 2. *de empt. et vend.* cap. *si quis Romipetas*, 24. quæst. 3. et cap. præced. et 24. quæst. 1. cap. *non afferamus*, et 45. dist. cap. *omnis*.

(3) *Doblado que recibieron.* Non ergo in duplo totius pretii condemnatur, sed ejus in quo exceditur; et adde glossam finalem in authent. *sed hodie*, *C. de Episc. et Cleric.*

(4) *En alguna Isla.* Adde dict. l. *annonam*, §. fin. D. *de extraordin. crimin.* et D. *de falsis*, l. penult. §. 1. Hodie vide quod habetur in dicta pragmatica Regum Catholicorum, fol. mihi 163. ubi aliter in hoc disponitur; et adde etiam in materia glossam magistram in l. *arbitrio*, §. *de eo*, D. *de dolo*.

(5) *Quebrantadas publicamente.* Adde l. *item quæritur*,

comprar, e vender con ellas. Otrosi dezimos que faze falsedad, el que vende a sabiendas vna cosa dos vezes (6) a dos omes, e toma precio (7) por ella de ambos a dos; e deue el vendedor tornar el precio a aquel que la compro a postre del (8), e la cosa deue fincar con aquel que primero la compro del; e ser desterrado por tiempo cierto en alguna Isla, por la fasedad que fizo.

LEY VIII.

De la falsedad que los omes fazen, quando miden, o parten los terminos, o las heredades, falsamente.

Medidores (1) han menester a las vegadas los omes, para medir las donaciones que les dan los Reyes, o para partir los montes, e los terminos, e las heredades, que han los vnos cerca de los otros, para conocer cada vno su parte. E aun en las compras, e en las vendidas, que fazen los vnos con los otros: e para saber cada vno, quanto es lo que compra, o lo que vende. E qualquier que esto ha de fazer, si non mide bien, e lealmente, dando a sabiendas (2) mas, o menos de su derecho, a alguna de las partes, faze falsedad (3): e aquel que se sintiere engañado, o perdidoso por la medida, puede demandar aquel que finca la pro (4), todo quanto lleuo de mas de su derecho por culpa del medidor. E si el que rescibio el daño non puede auer la emienda del, porque sea caydo en pobreza, o en otra razon, estonce el medidor por cuya culpa vino el yerro, es tenudo de lo pechar de lo suyo (5). E aun dezimos, que demas desto le puede poner pena porende (6) el Judgador del lugar segun su aluedrio, qual entendiere que el merece, catando el yerro que fizo, e la cosa en que fue fecho. Otrosi dezimos, que si dos omes se auiniessen, e se acordassen, de poner en fieldad dotro, que fuesse contador (7) entre ellos, alguna cuenta que ouiessen a fazer de consuno, que si el contador fiziesse a sabiendas yerro en la cuenta, que faria falsedad. E si aquel que se fallasse perdidoso por tal cuenta, non pudiesse recebir emienda del otro, de aquello que menoscabare, dezimos, que el contador es tenudo de gelo refazer de lo suyo, por la falsedad que fizo. E aun dezimos demas desto, que le deue poner pena por ello el Judgador, segun su aluedrio.

§. *si quis mensuras*, D. *locati*, et dicit Gregorius in *registr.* lib. 1. cap. 13. ante omnia te volumus solicitè attendere, ne injusta pondera in exigendis pensionibus ponantur; sed siqua talia inveneris, frange, et nova constitue: vide etiam in dicta pragmatica, de qua suprà.

(6) *Dos vezes.* Concordat cum l. *qui duobus*, D. col. ubi vide Bartolum; et est speciale in contractu venditionis, secundum eum; secùs in aliis contractibus, vide ibi per eum, et adde Bart. in l. *si quis in pignore*, §. 1. D. *de pignor. actione*, et in l. *si à debitore*, D. *de falsis*: et Bald. ubi de infeudante duobus, in cap. 2. *quo tempore miles.*

(7) *Toma precio.* Nota hoc verbum, nam non ita exprimitur in dict. l. *qui duobus*: et de creditore recipiente duplicem solutionem ejusdem crediti, quòd teneatur crimine stelionatus, vide l. *si fidejussor*, §. *in omnibus*, in fine, D. *mandati.*

(8) *A postre del.* Facit, quia de jure communi quando una res venditur diversis temporibus duobus, et neutri est tradita, si ambo concurrant in petenda traditione rei, tunc quia ambo habent solum titulum, ille præfertur, cui prius fuit vendita, per ea quæ habentur in l. *in operis*, D. *locati*, sive prima venditio fuisset jurata, sive non; quia cùm dominus habeat facultatem rei tradendæ, præcissè compellitur ad tradendum, secundum opinionem Martini magis communiter approbatam, de qua per Gloss. in §. *pretium*, *Institut. de empt. et vend.* et in l. 1. D. *de action. empt.* et quod isto casu primus emptor præferatur secundo, firmat Joan. de Imol. in cap. *cum contingat*, *de jurejur.* et Jas. in l. *quotiens*, *C. de rei vendic.* in 14. limit. et secundum hoc est hic textus expressus pro dicta communi opinione Martini, de qua et dixi in l. 7. tit. 5. *Part.* 5.

LEX VIII.

Committit falsum mensor scienter falsum modium dicens, qui arbitrio judicis punitur; et damnificatus recuperabit damnum à lucrante ex mensuratione, quo non solvendo existente, à mensore recuperabit: idem per omnia de his, qui super computo contendentes computationem alicui commiserunt, et scienter falso computavit. Hoc dicit.

(1) *Medidores.* Et an in mensura agri pars debeat esse præsens, vide per Bartol. in l. *Theopompus*, col. fin. D. *de dote prælegata*, ubi dict, quòd in commissione debet esse præsens, quia posset apponere contra personam, et debet sibi dari terminas, ut vadat tali die, et tali hora ad agrum; in relatione tamen, quam facit judici, non debet pars esse præsens.

(2) *A sabiendas.* Hæc enim actio dolum vel latam culpam exigit, dict. l. 1. §. *hæc actio*, *si mensor fals. mod. dixer.* et si mercedem receperit, ut ibi habetur: et nota, quòd mensuratori debet solvi de communi ab utraque parte, vide Bart. in l. *si postulaverit*, D. *de adulter.* et l. 7. tit. 17. 3. *Partit.* et quid si mensor alii delegaverit, qui dolo malo aliquid in ea re fecit? Vide l. 2. D. eod.

(3) *Faze falsedad.* Adde l. 1. et per totum, D. *si mensor fals. mod. dixerit.*

(4) *La pro.* Adde l. *si duobus*, §. *Pomponius*, D. *si mensor fals. mod. dixerit.*

(5) *De lo suyo.* Adde dict. §. *Pomponius*, et l. *si mensor* §. 1. D. eod.

(6) *Pena porende.* Adde l. 3. D. *de crimin. stelion.* et l. 1. §. *qui in rationibus*, D. *de falsis*, et Joan. de Plat. in l. 1. *C. de metat. et epidemet.* lib. 12. et adverte, quòd isti non dicuntur propriè testes, unde non possunt de falso ut testes falsi puniri, secundum Bald. in cap. *proposuisti*, *de probat.* et Salicet. in l. *hac edictali*, §. *his illud*, *C. de secundis nuptiis*, cap. penult. et ibi Bald. et Abb. *de probat.* Jaso in l. 1. §. fin. col. 3. D. *de verbor. oblig.*

(7) *Contador.* Adde l. fin. D. *si mens. fals. mod. dixerit*, et Joan. de Plat. in l. 1. *C. de discussor.* lib. 10. et vide in ista materia quæstionem, quam posui in l. 33. tit. 26. *Partit.* 2.

LEY IX.

Que pena meresce el que faze moneda falsa, o cercena la buena.

Moneda es cosa con que mercan, e biuen los omes en este mundo. E porende non ha poderio de la mandar fazer algun ome, si non Emperador, o Rey (1), o aquellos a quien ellos otorgan poder que la fagan por su mandado; e qualquiera otro que se trabaja de la fazer, faze muy gran falsedad, e grand atreuimiento, en querer tomar el poderio, que los Emperadores, e los Reyes tomaron para si señaladamente. E porque de tal falsedad como esta viene gran daño a todo el Pueblo, mandamos, que qualquier que fiziere falsa moneda (2) de oro, o de plata, o de otro metal qualquier, que sea quemado (3) por ello, de manera que muera. E esta mesma pena mandamos que ayan, los que a sabiendas diessen consejo, o ayuda, a los que falsassen la moneda, quando la fazen; o aquellos que a sabiendas lo encubren en su casa, o en su heredamiento. Otrosi dezimos, que aquellos que cercenaren (4) los dineros que el Rey manda correr por su tierra, que deuen auer pena porende, qual el Rey entienda que merecen. Esso mismo deue ser guardado en los que tinxeren (5) moneda, que tenga mucho cobre, porque paresciesse buena; o que fiziessen alquimia (6), engañando los omes, en fazerles creer lo que non puede ser segun natura.

LEY X.

Como la casa, o el lugar en que se faze moneda falsa, deue ser del Rey.

Casa, o lugar, en que fiziessen moneda falsa, deue ser de la Camara del Rey (1).

LEX IX.

Si alius à principe, cui soli pertinet monetæ factio, monetam faciat, vel consilium, aut auxilium præstet, flammis exuritur: circumscindens verò aliquam monetam, aut tingens eam, ut bona appareat, aut alquimiam faciens, inducens homines ad credendum, quod de natura esse non potest, Regis arbitrio puniuntur. Hoc dicit.

(1) *Emperador, o Rey.* Adde l. 2. tit. 1. *Partit.* 2. et quæ ibi dixi, et Andr. de Iser. tit. *quæ sint regal.* super parte *monetæ.*

(2) *Falsa moneda.* Et dicitur falsa moneta, quando fit ab eo, qui non habet potestatem, ut hic colligitur in ista lege, et tradit Joan. de Plat. in l. 1. *C. de murilegul.* lib. 11. Item moneta adulterina dicitur duobus modis, vel ratione materiæ, vel ratione formæ. Ratione materiæ, quando est contaminata, et non est pura, et simplex, ut debet esse, ut si est moneta aurea, et est contaminata argento; vel si est argentea, et est contaminata ære; vel etiam si totaliter est falsa in substantia, sed in colore et apparientia apparet bona, eo quod est fucata, ut habetur in l. *quicumque nummos*, D. *de falsis.* Ratione formæ, quia falsificata est forma tradita à superiore habente potentiam cudendi et faciendi monetam, de qua forma habes in Pragmaticis, fol. mihi 136. cum sequent. undè licèt sit bona materia, tamen quia infringit formam superioris absque ejus licentia, dicitur moneta adulterina, ut tradit Angel. in l. 1. *C. de fals. monet.* et in omnibus istis casibus dicetur falsa moneta respectu pœnæ falsi monetarii; vide tamen quæ inferiùs dicam, et habentur in ista lege. Qualiter autem puniantur, qui falsam monetam expendunt? Vide per Bart. in l. *lege Cornelia*, D. *de fals.* et Salicetum in dict. l. 2. et vide in vol. *Pragmat.* fol. mihi 141. vers. *otrosi porque es de creer.*

(3) *Quemado.* Concordat cum l. 2. *C. de fals. monet.* ubi Glossa in parte *flammarum*, opponit de l. 1. ejusd. tit. et videtur approbari hic opinio Azonis ibi posita, ubi Salicetus dicit, quod secundum illam opinionem multæ civitates fecerunt simile statutum: tertia tamen opinio ibi posita, scilicet quod procedat in eis, qui monetam Imperatoris fabricant non habentes potestatem, vel qui imperialem falsam effundunt, ut habetur in dict. l. 2. comiter tenetur, ut attestatur ibi Salicetus, et Bart. tenet in l. *quicumque*, D. *de fals.* Unde de jure communi, qui monetam non imperialem, sed alicujus Regis, vel Civitatis, vel Baronis falsam fabricant, non puniuntur ista pœna, sed pœna capitis, ut in dict. l. 1. et hanc pœnam interpretatur Gloss. in l. fin. *C. de veter. numism. potest.* lib. 11. non capitis naturalis, sed civilis, id est, deportationis; quod Salicetus dicit tenendum cordi in dict. l. 2. adde Joann. Andr. et ibi comiter scribentes, in cap. *quanto, de jurejur.* tene ergo menti istam legem Partitarum. Et quid si quis fabricaret falsam monetam non usualem in ea patria, in qua fabricat, an puniatur ista pœna? Vide Alexand. quòd non, consil. 104. incipit, *statutum loquens*, vol. 1. Punitur etiam fabricator falsæ monetæ amissione medietatis bonorum, ut in l. 4. tit. 7. lib. 8. *Ordinam. Regal.* Item adverte, quòd non debent fundi antiqua monetæ, neque affinari alibi, quàm in domibus publicis monetarum ad hoc assignatis sub pœna mortis, ut habetur in Pragmaticis, fol. mihi 137.

(4) *Cercenaren.* Ista lex ponit pœnam arbitrio Regis recindenti seu tondenti monetam bonam, sed l. *quicumque*, D. *de falsis*, aliam ponit, scilicet quòd liberi homines dentur bestiis, servi ultimo supplicio afficiantur; hodie verò, ut habetur in volum. *pragmat.* fol. mihi 142. qui tale fecerit, puniri debet pœna mortis, et amissionis bonorum.

(5) *Tinxeren.* Eamdem in hoc pœnam, quam in radente, seu rescindente, ponebat dicta l. *quicumque*, et vide infrà ead. *Partit.* tit. 14. l. 15. Quid autem in liquefaciente bonos nummos jam factos, an puniatur? Bart. in l. *lege Cornelia*, l. 1. D. *de falsis*, per textum ibi in verbo *conflaverint*, secundum unum intellectum dicit, quòd sic, quando faciant dolosè, ut occultent nummos: et idem dicit Joan. de Plat. in l. fin. *C. de veter. nummis. potest.* lib. 11. subdens, quòd aurifices bona fide liquefacientes non puniuntur, ut quando faciunt causa deaurandi maspilos, vel faciendi aliquod vas. De jure regni vide quod habetur in l. 2. tit. 8. lib. 5. *Ordinam. Regal.* et in Pragmaticis in capitulis monetariorum, vers. 11. fol. mihi 137.

(6) *Alquimia.* Nota contra alquimistas; aliter tamen dicebat Andr. de Isernio tit. *quæ sunt regal.* in parte *monetæ*, col. 1. vide ibi per eum: vide etiam per Oldrald. cons. 74. et Abb. cap. 2. *de sortileg.* et S. Thom. 2. 2. quæst. 67. art. 2. innuit posse fieri aurum verum per alquimiam.

LEX X.

Confiscatur locus et domus, ubi falsa moneta conficitur, nisi ejus dominus ita erat in remotis, quod nullo modo poterat scire de hujusmodi commisso, vel si statim ut scivit, Regi detexerit; excusatur tamen vidua ignorans, nec domus sua confiscatur; nec etiam minor decem annis cum dimidio non punitur, licèt confectioni monetæ interfuit; tutor ejus tamen tenetur ad æstimationem domus, nisi erat in loco remoto. Hoc dicit.

(1) *De la Camara del Rey.* Adde l. 1. vers. *domus verò*, *C. de fals. moneta.*

Fueras ende, si aquel cuya fuere, estuuiere tan lueñe della, que non pueda saber en ninguna manera, que la fazen y; o si luego que lo sabe, lo descubre al Rey. Pero si la casa fuere de muger biuda (2), maguer morasse cerca della, non la deue perder; fueras ende, si supiere ciertamente, que fazen y moneda falsa, e la encubriesse. Otrosi dezimos, que si la casa fuere de huerfano menor de catorze años, que estuuiesse en guarda de otri, que la non deue perder. E aun dezimos, que maguer se acertasse el mesmo en fazer la moneda, non deue recebir pena en el cuerpo, seyendo el menor de diez años e medio. Mas aquel que lo tuuiere en guarda, deue pechar a la Camara del Rey la estimacion de la casa. Fueras ende, si estuuiesse tan lueñe della, que non pudiesse saber en ninguna manera, que fiziesen y la moneda.

TITULO VIII.

DE LOS OMEZILLOS.

LL. del tit. 21, lib. 12. Leyes 5 y 6, nota 2, tit. 19, lib. 12 Novis. Recop.

Omezillo (1) es cosa que fazen los omes a las vegadas con tuerto, a las vegadas con derecho. E pues que en el titulo ante deste fablamos de las Falsedades, queremos mostrar en este de los Omezillos, en que caen los omes matando a otros a tuerto, o con derecho. E demostraremos, que quiere dezir Omezillo. E quantas maneras son del. E quien puede acusar a otro dello. E ante quien. E en que manera. E que pena meresce quien matare a otro a tuerto.

LEY I.

Que cosa es Omezillo, e quantas maneras son del.

LL. del tit. 21, lib. 12. Leyes 5 y 6, nota 2, tit. 19, lib. 12 Novis. Recop.

Homicidium en latin, tanto quiere dezir en romance, como matamiento de ome (1). E deste nome fue tomado Omezillo, segun lenguage de España. E son tres maneras del. La primera es, quando mata vn ome a otro tortizeramente (2). La segunda es, quando lo faze con derecho, tornando sobre si. La tercera es, quando acaesce por ocasion. E de cada vna destas maneras, diremos en las leyes de aqueste titulo.

LEY II.

Como aquel que mata a otro, deue auer pena de homicida, si lo non fiziesse tornando sobre si.

Ley 4, tit. 21, lib. 12 Novis. Recop.

Matando algun ome, o alguna muger, a otro a sabiendas, deue auer pena de omicida, quier sea libre, o sieruo (1), el que fuesse muerto. Fueras ende, si lo matasse en defendiendose (2), viniendo el otro contra el, tra-

(2) *Biuda.* Non ergo procedet in nupta, secundum Salicet. in dict. l. 1. *C. de fals. moneta.*

TITULUS VIII. DE HOMICIDIIS IN SUMMA.

(1) *Omezillo.* Istud crimen homicidii incepit à pastoribus, Gloss. in l. *si quis homicidii*, *C. de accusat.* quam allegat Bald. in §. *injuria*, colum. fin. *de pace juramento firmand.*

LEX I.

Homicidium est hominis excidium, sive occisio; et est triplex, scilicet, injustum, justum, et casuale. Hoc dicit.

(1) *De ome.* Quid si quis occidat hominem monstruosum, an dicatur homicidium? Baldus, quod sic, in l. *quod dicitur*, per illum textum, D. *de liber. et posthum.* quod ibi limitant Ang. et Joan. de Imol. quando habet plura vel pauciora membra, quàm debeat; secùs si habeat caput animalis, quia tunc non est homo, l. *non sunt liberi*, D. *de statu homin.* Angelus etiam Aret. in tract. *malefic.* in parte *et ex intercallo*, *dictus Titius ex dictis vulneribus mortuus fuit*, col. 2. ubi et vide, quid si faciat mulierem abortiri.

(2) *Tortizeramente.* Quid se privatus occidit illum, quem ducebant ad furcas, an puniatur capitaliter? Baldus, quod sic, in l. *adictos*, *C. de episcop. audient.* Quid autem si pueri inter se projicientes lapides colluctando, una pars contra aliam ex consuetudine, occidatur aliquis? Vide Petr. de Anchar. consil. 272. incipit, *jure stricto et consuetudine*, et per Hippolit. à Marsiliis in l. 1. in princ. num. 101. cum seq. D. *ad leg. Cornel. de sicar.* Quid si metu tyranni occidat aliquem, ne ipse occidatur? Vide Gloss. in l. *si familia communis*, D. *si famil. furt. fecis. dicat.* et Salicetum in l. 1. *C. unde vi*, ubi Bald. col. 7. in repetitione post Cynum, et dictam Glossam, dicit, quod excusetur propter talem metum; approbat etiam Flor. in l. *liber. homo*, la 2. et in l. *si quis fumo*, §. *quod dicitur*, D. *ad leg. Aquil.* argumento illius textus, et adde Angelum post Glossam ibi, in l. 2. *C. ad leg. Cornel. de sicar.* Bald. in cap. 1. §. *injuria*, circa fin. *de pac. juram. firm.* Barb. in cap. 1. col. 6. *de offic. deleg.* quod licèt procedat in foro contentioso, tenetur in foro conscientiæ, quia pro nullo metu debet quis peccare, ut in cap. *sacris*, *de sepult.* ubi vide Abb. facit cap. *super eo*, *de usur.* cap. *eos*, *de conser.* dist. 4. et vide per Doctor. de Palac. Rub. in cap. *significavit*, *de pænit. et remission.* et adde ea, quæ dico in l. 8. infrà, eod.

LEX II.

Occidens debet pœna homicidæ puniri, nisi occidat in sui defensionem contra se venientem ense evaginato, aut baculo, vel lapide, seu aliis armis, cum quibus posset occidere, invadentem: nec debet expectare quod alius prius eum percutiat, naturale enim est propriam salutem defendere. Hoc dicit.

(1) *Sieruo.* Adde l. 1. in princ. cum Glossa ibi, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* et quod sit majus peccatum interficere christianum bonum, vel paganum, vide Gloss. in cap. 1. 24. quæst. 3. et cap. *rebaptizare*, *de conser.* dist. 4. ubi Archid. vult majus esse peccatum occidere christianum, licèt eo respectu, quod majus damnum est in occisione pagani propter periculum corporis et animæ, major pœnitentia debet imponi, quando speraretur de ejus conversione; vide ibi per eum.

(2) *Defendiendose.* Adde l. 3. tit. 16. 2. *Partit.* et quæ ibi dixi, et plené per Doctores in l. *ut vim*, D. *de justit. et jure*, et per Bald. in l. 1. *C. unde vi*, in 1. lectur. et in repetitione, ubi col. 7. quærit, quid si offendens jam fugiebat,

yendo en la mano cuchillo sacado (3), o espada, o piedra, o palo, o otra arma qualquier con que lo pudiesse matar (4). Ca estonce si aquel, a quien acomete, mata al otro que lo quiere desta guisa matar, non cae porende en pena alguna (5). Ca natural cosa es (6), e muy guisada, que todo ome aya poder de amparar su persona de muerte, queriendolo alguno matar a el; e non ha de esperar (7) que el otro le fiera primeramente, porque podria acaescer, que por el primer golpe que le diesse, podria morir el que fuesse acometido, e despues non se podria amparar.

LEY III.

Por que razones, e en que casos, no meresce pena de homicida aquel que mata a otro ome.

Fallando vn ome a otro que traua de su fija, o de su hermana, o de su muger con que estuuiesse casado segund manda la Santa Eglesia para yazer con alguna dellas por fuerça (1), si lo matare estonce, quando le fallasse que le fazia tal deshonrra como esta, non cae en pena ninguna. Otro tal dezimos que seria, si algun ome fallasse algun ladron de noche (2)

post quem currens offensus vulneravit, vel occidit offendentem; et concludit, quòd mitius puniatur, tanquam culpabilis; et non tanquam dolosus; vide quæ tradit S. Thom. 2. 2. quæst. 67. art. 17. cui adde Alexand. consil. 76. *visa inquisitione*, vol. 1. quærit etiam ibi, col. penult. an sicut licet offendere assalientem, ita liceat offendere mandantem, et ei consulentem? Et concludit, quòd non, quia eorum offensio non inducit defensionem offendentis; si autem induceret, tunc esset licitum.

(3) *Cuchillo sacado.* Adde l. 5. et ibi Gloss. et Bart. D. *ad leg. Aquil.* et Angelus Aretin. in tract. *malefic.* in parte *et dictus Titius se defendendo*, col. 2.

(4) *Con que lo pudiesse matar.* Quid si robustus homo contra debilem utitur pugno, nunquid debilis poterit uti gladio? Glossa dicit, quòd sic, in dict. l. 1. *C. unde vi*, et idem tenet ibi Baldus in utraque lectura. Quid autem si quidam fecit insultum contra me sine ullo armorum genere, volens mihi dare unam masiliatam manu vacua, ego ne hoc accideret, et ne me percuteret, percutio eum cum gladio, an puniar? Bald. in dict. l. 1. in repetitione, col. 4. distinguit, quòd, aut constat quod poteram aliter me defendere, et punior, quia non servavit modum defensionis, sed vindictam assumpsi: aut constat, quòd non poteram aliter evadere, quin cum vituperio percuterer, et tunc licitè feci, nam si hoc licet propter res defendendas, ut in dict. l. 1. multo magis propter corpus nostrum, quod dignius est, l. *in servorum*, §. fin. D. *de pœnis*: aut dubitatur, et tunc præsumitur, quòd alia via potuit fieri defensio inter pares: si tamen insultans esset robustissimus, et alter senex, tunc præsumitur propter inæqualitatem virium, quòd aliter non potuerit se defendere, quod et voluit Glossa ibi; unde multæ circumstantiæ sunt ponderandæ; et cum istis dictis Baldi transit Aretinus in dict. *tractat. maleficior.* in parte *et dictus Titius se defendendo*, col. 3. et adde quod dicit Bart. in l. *furem*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* et Alexand. consil. 76. *visa inquisitione*, 1. vol. sufficit ergo, quòd quis sit in periculo alicujus offensæ personalis, ut tradit latè Alexand. in dict. consil. et declarat Bart. in dict. l. 1. *C. unde vi.*

(5) *En pena alguna.* Concordat cum l. *is qui aggressorem*, *C. ad leg. Cornel. de sicar.* Quid autem si ego aggressus ab inimico volente me occidere, non valens aliter mortem vitare, apprehendam Titium, quo ut clypeo usus sum, et ille sic occisus est à meo inimico, an ego tenear? Videtur, quòd non, argum. l. *si quis fumo*, D. *ad leg. Aquil.* et l. *scientiam*, *qui cum aliter*, eod. tit. et l. 3. §. 7. vers. *quemadmodum*, D. *de incend. ruin. nauf.* ubi non imputatur vicino, si proximi domum destruit timore, ne ignis perveniat ad suam domum, et facit l. *quemadmodum*, §. *item Labeo*, D. *ad leg. Aquil.* et l. *qui servandarum*, D. *de prœscrip. verb.* in contrarium tamen facit, dictus §. *qui cum aliter.*, quia illum solum, qui vim infert, ferire conceditur, non alium innocentem, et ferire intelligitur, qui tenuit hominem, quem alius interemit, l. *qua actione*, §. *proinde*, D. *ad leg. Aquil.* et eod. tit. l. *item Mella*, §. *si alius*: punietur ergo talis utens tali clypeo, non pœna ordinaria, sed arbitraria, secundum Doctorem de Palac. Rub. in cap. *significavit*, *de pœnitent. et remission.* nisi fortè, secundum eum, esset servus illius, qui tali clypeo utitur, per ea quæ habentur in l. 1. §. *hoc autem*, et ibi Gloss. D. *ad Sillan.* super quo tamen de servo relinquit cogitandum, cui tu in quæstione adde, quæ tradit B. Ambrosius, 3. lib. *de Officiis*, cap. 4. ubi dicit, quòd non videtur quòd vir christianus, et justus et sapiens aliena morte debeat sibi vitam quærere; vide ibi per eum in quæstione quam in simili ponit.

(6) *Natural cosa es.* Adde l. *ut vim*, D. *de just. et jure*, et cap. *jus naturale*, 1. dist.

(7) *Non ha de esperar.* Ortum habet à dictis Azon. in l. 1. *C. unde vi*, in summa, col. 1. et ibi etiam Gloss. et Doctores: Baldus etiam in l. 1. *C. quando liceat unicuique sine judice se vindicar.* vide etiam Aret. in dict. tract. et parte, col. 3. et 4. et nota quod articulus debet concludere, quod percussio fuit facta durante rixa; vide Bald. in dict. l. 1. col. 9. in 2. lectura, *C. unde vi.*

LEX III.

Occidens per vim apprehendentem uxorem, filiam vel sororem causa stuprandi, in illo instanti, non punitur. Idem si furem nocturnum in domo repertum, vel cum furto fugientem, cùm non potest capere, occidat, si cum armis se deffendat; diurnum autem, quem sine periculo capere potest, non debet occidere. Item non tenetur, si militem ab acie fugientem domino derelicto, cùm non potuit capere, occidat. Idem etiam de occidente, suarum domorum, prædiorum, messium, vel arborum combustorem nocturnum, in ipso actu, seu diurnum defendendo res suas, quas ei auferebat violenter raptor; et idem si publicum latronem, seu prædonem occidat. Hoc dicit.

(1) *Con alguna dellas por fuerza.* Concordat cum l. 1. §. *item Divus*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* quæ lex latiùs circa personas loquitur, quàm ista, cùm dicit, *stuprum per vim suis inferentem*: et adde l. 4. tit. 13. lib. 8. *Ordin. Regal.* et nota, cùm dicit, *por fuerza*, nam si stupraret sine violentia, non liceret patri, vel fratri illum occidere, secundum Angelum Aret. in suo tract. *malefic.* in parte *che ay adulterato*; Hippolitus etiam à Marsiliis in dict. §. *item Divus.* Quando verò stuprum est violentum, qui potest dici captus, patri, fratribus et affinibus competit vindicta; adeo quod etiam tutor possit occidere per vim stuprantem pupillam, l. 1. *C. de rapt. virg.* An autem incurrat sententiam excommunicationis ex canone *si quis suadente*, quod Clericum stuprantem percutiat, ita ut compellatur accedere ad Sedem Apostolicam pro absolutione? Vide in cap. *si vero*, el 1. *de sent. excom.*

(2) *Ladron de noche.* Concordat cum l. *furem*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* l. *itaque*, §. 1. D. *ad leg. Aquil.* et cap. *si perfodiens*, *de homicidio*, et l. *si ut allegas*, *C. ad leg. Cornel. de sicar.* Nota tamen, quod si fur nocturnus cognosceretur, veluti si Luna luceret, tunc non posset occidi, cùm possit subveniri ipsi domino per viam juris, agendo contra eum juridicè, secundum Bart. et Angelum in dict. l. *furem*, quod intelligit, et limitat ibi Hippolitus à Mar-

Ley 1, tit. 21, lib. 12 Novis. Recop.

en su casa, e lo quisiesse prender (3) para darlo a la justicia del lugar si el ladron se amparasse (4) con armas (5). Ca estonce, si lo matare, non cae por esso en pena: e si lo fallasse y de dia (6), e lo pudiesse prender sin algun peligro, non lo deue matar en alguna manera. Otrosi dezimos, que qualquier Cauallero que desamparare (7) a su Señor dentro en el campo, o en hueste, o se fuesse a los enemigos (8), si algun ome lo quisiere prender en la carrera para lleuarlo a su Señor, o a la Corte del Rey, si el Cauallero se amparasse, e non se dexasse prender, e lo matassen, non cae porende en pena el que por tal razon lo matare. Otro tal dezimos que seria, si algund ome matasse a otro, que le quemasse, o destruyesse de otra guisa, de noche (9) sus casas, o sus campos, o sus mieses,

siliis, quando dominus haberet testes, qui secum cognoscerent furem; secùs tamen, quando non adessent tales testes, cùm tunc via juris non possit domino succurri, cùm non habeat testes ad convincendum furem, si negaret: ego etiam insuper limitarem et intelligerem, quando non timeretur verisimiliter de fuga furis, nam si verisimiliter timeatur, nihil prodesset cognoscere, neque habere testes, et hoc ex mente istius legis, et dictæ l. *furem*, et de mente Doctorum ibi; et idem si timeretur de adsportatione rei furatæ, si fur etiam cognitus non esset solvendo: et ista comprobantur ex dictis Alberici in dict. l. *furem*.

(3) *Lo quisiesse prender.* Si ergo latro vel fur potest comprehendi, non potest impunè occidi, et lex ista debet limitari cum aliis suprà allegatis, ut tunc scilicet nocturnus latro posset occidi, quando non potest comprehendi sine occisione, secundum Abb. in cap. 2. *de homicidio*, in 2. notab. ubi etiam per litteram illius textus vult, quòd, et si cessante comprehensione per judicem possunt bona rehaberi, quòd tunc non posset occidi etiam de jure civili; quod benè nota ad ea, quæ dixi suprà in glos. proxim. Adde etiam ad prædicta Angelum in l. 1. *C. quando liceat unicuique sine judic. se vindic.* in princ. et Azon. *C. de leg. Aquil.* in summa, col. 2. ibi: *si tamen cum potui apprehendere, malui occidere, teneor*, ut D. *ad leg. Aquil.* l. 4. §. 1. et l. 5. et l. *si ex plagiis*, §. *tabernarius*, et adde l. 4. tit. 13. lib. 8. *Ordinam. Regal.* et adde §. *injuria*, *Institut. de leg. Aquil.*

(4) *Se amparasse.* Si ergo fur nocturnus non se defendat telo, non potest occidi, ut hic, et in cap. 2. *de homicidio*; reprobatur ergo opinio Glossæ in dict. l. *furem*, distinguentis in hoc furem nocturnum à diurno, et Glossæ in dict. l. *itaque*. Item de jure communi loquendo Jacob. de Arena, Petrus, et Cynus in l. *si ut allegas*, *C. ad leg. Cornel. de sicar.* et Bart. in dict. l. *furem*, D. eod. reprobant distinctionem furis nocturni et diurni, dicentes, quod ex identitate rationis et æquitatis debemus dicere, quod si cognitio, et potentia recuperandi postea est contra furem nocturnum, tunc non liceat eum occidere, nisi telo se defendat, sicut neque in diurno liceret: et idem si diurnus esset ignotus, tunc liceret occidere propter solum periculum rerum. Ricar. tamen de Salic. quem refert, et videtur sequi Salicetus in dict. l. *si ut allegas*, dicit, dictum istorum deviare à textu originali, cui non potest responderi in dict. l. *itaque*, attenta adversativa ibi posita. Tene ergo menti istam legem Partitarum, per quam videtur idem esse dicendum in fure nocturno, quod diurno; vel dic, quod hæc lex declaret in hoc dispositionem juris communis, et quod sit aliqua differentia inter furem nocturnum, et diurnum, videlicet quod fur nocturnus, si telo se defendat, possit occidi, quia nisi hoc fieret, verisimile est, quòd tempore noctis non haberentur, qui illum capere possent sine occisione, et sic prius fugeret cum furto, ideo nil mirum, si hoc permittatur propter evitandum periculum rerum: in diurno verò, quod non sufficiat, quod telo se defendat, ut possit occidi, si per acclamationem posset succurri damno rerum, et est verisimile, quod de die multi accurrent, ita quod possit fur capi sine aliquo periculo; et quando non accurrerent, et sine periculo rerum non posset transiri, tunc permittatur occidere furem diurnum, telo se defendentem, ne capiatur: et huic intellectui applaudet dicta l. *itaque*, §. *lex duodecim tabularum*, et etiam ista lex Partitarum, cùm inferius dicit: *lo pudiesse prender sin algun peligro.* Et videbis omnino in ista materia Joan. Fab. in §. *injuria*, *Institut. de leg. Aquil.* ubi et notabiliter tradit, quod si nulli sunt testes, quibus probetur, quod aliter non potuit consuli periculo rerum, nisi percutiendo vel occidendo latronem, tamen ego dico, quod inveni eum sic furantem, et occidi, et dicit in hoc recurrendum ad conjecturas, cujus vitæ erant ante illum qui occidit, et qui occisus est, et in dubio dicit, quod absolveret vivum, dum tamen acclamaverit, ut in dict. l. *itaque*, §. 1. et ad hoc valet clamor, ut testes superveniant, qui licèt non poterunt aliquando testificari, quia clamando occiditur, et ita testes tardè venient, testificabuntur de loco et hora, ubi repertus fuerit, ex quo præsumitur contra mortuum: et vide ibi notabiliter per eum de aliis juxta istam materiam. Adverte tamen, quod pro exportatione parvæ seu vilis rei non posset occidi fur nocturnus, neque diurnus, ut est casus notabilis in l. *si ex plagiis*, §. *tabernarius*, D. *ad leg. Aquiliam*, quem ad hoc allegat Angelus Aretin. in tractat. *malefic.* in parte *et vestem celestrem abstulit*, col. 2. et Alexand. *in additionibus ad Bartol.* in dict. l. *furem*, ubi dicit: *tunc dicerem vilem, si est à duobus aureis infra.* Angelus etiam in l. 1. *C. unde vi*, dicit, tunc pro furto licere insævire, quando esset furtum magnæ rei, non autem si parvæ, et quod relinquatur arbitrio judicis, quæ res sit parva, vel magna inspecta qualitate facti, et conditione personæ: et ibi ponit exemplum in furto codicis facto doctori, qui continuè insudavit in studio super codice, vel si furetur idiotæ; vide ibi per eum.

(5) *Con armas.* Nota hoc verbum contra id, quod dicebat Glossa in dicta l. *itaque*, et l. *furem*, superiùs allegatis.

(6) *De dia.* Vide quæ dixi suprà in gloss. 4.

(7) *Desamparare.* Concordat cum l. 2. *C. quando liceat unicuique sine jud. se vindicar.*

(8) *O se fuesse à los enemigos.* Concordat cum l. 3. §. *transfugas*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* et l. 3. §. *is qui*, D. *de re milit.* et declarantur hic illæ ll. Quid autem si transfuga sit deprehensus in via, an puniatur, ac si perfectum esset flagitium? Vide per Gloss. et Albericum in dict. §. *transfugas*, et per Baldum in l. *si quis non dicam rapere*, in fin. col. 2. et princ. 3. *C. de Episcop. et Cleric.* ubi de intellectu dicti §. *transfugas*.

(9) *De noche.* Colligitur hic differentia inter nocturnum depopulatorem agrorum, et furem nocturnum; nam fur nocturnus ita demum potest occidi, si armis se defendat, ut non possit comprehendi: nocturnus vero depopulator agrorum indistinctè potest occidi, et si comprehendi possit sine occisione: idem probatur in l. 1. *C. quando liceat unicuique sine judic. se vindicar.* secundum ultimam expositionem Glossæ, quam ibi approbat Salicetus, et approbatur hic. Angelus tamen ibi tenet primam expositionem Glossæ, secundum quam nulla in hoc inter istos esset differentia, et intellige prout Salicetus ibi vult, quòd liceat occidere, dum tamen in ipso actu aggressionis fiat. Fortè tamen posset dici, quòd ista lex intelligatur, quando aliter non potuit capi, et duci ad judicem, ut tunc licitè occidatur nocturnus depopulator agrorum, et sic, quòd idem sit in isto, quòd in fure nocturno domi reperto; et pro hoc facit verbum hic positum, *otro tal dezimos*, junctis versiculis præcedentibus; et videtur hoc verius et æquius, et quòd in practica reciperetur; et non obstabit, imò juvabit dicta secunda expositio Glossæ in dict. l. 1. quia non solum

o sus arboles; o de dia, amparando sus cosas (10), que tomaua por fuerça; o si matasse al que fuesse ladron conoscido (11), o al robador que tuuiesse caminos (12) publicamente (13). Ca, el que matasse a qualquier dellos, non caeria en pena ninguna. Otrosi dezimos, que si algund ome que fuesse loco, o desmemoriado (14), o moço que non fuesse de edad de diez años e medio (15), matasse a otro, que non cae porende en pena ninguna, porque non sabe, nin entiende el yerro que faze.

LEY IV.

Como aquel que mata a otro por ocasion, non merece auer pena porende.

Leyes 1 y 14, tit. 21, lib. 12 Novis. Recop.

Desauentura muy grande acaece a las vegadas a omes, y ha, que matan a otros por ocasion, non lo queriendo fazer. Esto podria acaescer, como si ome corriesse cauallo en lugar que fuesse acostumbrado (1) para correllos, e atrauesasse por aquella calle, o carrera, algund ome, e topasse el cauallo en el, e lo matasse; o si cortasse algund ome arboles, o labrasse alguna casa, e diziendo a los que passassen (2) por aquel lugar que se guardassen, de manera que lo pudiessen oyr, cayesse el arbol, o alguna teja, o piedra, o madera, o otra cosa qualquier, e por ocasion matasse algun ome. Ca, en qualquier destas maneras sobredichas, o en otras semejantes destas, que matasse vn ome a otro por ocasion, non lo queriendo fazer, non cae porende en pena ninguna. Pero el que matasse a otro en alguna destas maneras sobredichas, deue jurar (3), que la muerte acaescio por ocasion, o por desauentura, e non vino por su grado. E demas desto deue prouar (4) con omes buenos, que non auia enemistad contra aquel que assi mato por ocasion. E si por auentura non lo pudiere prouar, e non lo quisiere jurar, assi como es sobredicho, sospecha podria ser contra el, que lo fiziera maliciosamente. E porende el Judgador del lugar le deue dar pena, segund su aluedrio (5), qual entendiere que meresce.

LEY V.

Como aquel que mata a otro por ocasion que nasce por culpa del mismo, meresce porende pena.

Leyes 1 y 14, tit. 21, libr. 12 Novis. Recop.

Ocasiones acaescen a las vegadas, de que nascen muertes de omes, de que son en culpa, e merescen pena porende, aquellos por quien vienen; porque non pusieron y tan gran guarda (1) como deuieran, o fizieron cosas en

datur defensio, verùm et privilegium, ut nocturnus depopulator capiatur, et si resistat, licitè occidatur, et facit §. *injuria*, *Institut. de leg. Aquil.*

(10) *Amparando sus cosas.* Concordat cum l. 1. *C. unde vi*, ubi vide plenè per Glossam, et Baldum et alios Doctores.

(11) *Ladron conoscido.* Concordat cum l. 2. *C. quando liceat unicuique sine judic. se vindicar.* et intellige, prout ibi percipitur, quando non se permittat capi, sed resistat: et quis dicatur latro famosus, vide per Bart. in l. *capitalium*, §. *famosos*, D. *de pœnis*, et idem est dicere publicus latro, quòd famosus, secundum Andr. de Isern. in §. *publici latrones*, *de pace tenend.* et vide l. 18. tit. 14. infrà ead. *Partit.*

(12) *Robador que tuuiesse caminos.* In dict. l. 1. unde ista sumpta est, dicit: *itinera frequentata obsederit*, ex quo Angelus ibi dicit, quòd ille appellatur robator stratæ, qui derobat in strata frequentata, qui tamquam grassator debet furca suspendi, l. *capitalium*, §. *grassatores*, D. *de pœnis*: qui autem aggreditur, et robat in strata non consueta, sed in alia via, non punitur tamquam stratæ robator.

(13) *Publicamente.* Id est, consueverunt aggredi, vel frequenter, ut exponit Glossa in dict. l. *capitalium*, §. *famosos*.

(14) *Loco o desmemoriado.* Concordat cum l. *infans*, *C. leg. Cornel. de sicar.* et Clement. 1. *de homicidio*, et vide in cap. *aliquos*, 15. quæst. 1. Et quid in furioso per dilucida intervalla? Vide per Angelum Aretin. in tractat. *malefic.* in parte *scienter dolosè*, col. 3. et vide, quæ dixi in l. 9. tit. 1. ista *Partit.*

(15) *De diez años e medio.* Vide in dict. l. *infans*, et vide dict. l. 9. tit. 5. suprà, ead. *Partit.* et quæ ibi dixi.

LEX IV.

Casualiter sine animo occidendi occidens non tenetur, debet tamen jurare, non voluntate, sed casu occidisse, et probare, quòd inter occisum et eum non erant inimicitiæ, cum hominibus probis; et si jurare nolit, est contra eum præsumptio, et arbitrariè punietur. Hoc dicit.

(1) *Acostumbrado.* Adde l. *item si obstetrix*, §. fin. D. *ad leg. Aquil.* et §. *injuria*, *Institut.* eod. et l. *item Mella*, in princ. et l. *si ex plagiis*, §. fin. D. eod. et l. 6. tit. 15. infrà ead. *Partit.*

(2) *Diziendo a los que passassen.* Adde l. *si putator*, D. *ad leg. Aquil.* et *Institut.* eod. §. *item si putator*, et l. 4. tit. 8. *Partit.* 5. cum sequent. et l. 6. tit. 15. infrà, ead. *Partit.* et cap. *dilectus filius*, et cap. *ex litteris*, el 2. et cap. *significasti*, el 1. et cap. *Joannes*, et cap. fin. *de homicid.*

(3) *Deue jurar.* Nota hoc, et adde Gloss. et Doctor. in cap. *significasti*, el 1. *de homicid.*

(4) *Deue prouar.* Nota hoc ad ea, quæ habentur in dict. cap. *significasti*, ubi Doctores dicunt, quòd si is, qui fecit homicidium casuale, infamia non laboret, credatur sibi suo juramento, etsi non det compurgatores, et adde l. 4. tit. 13. lib. 8. *Ordin. Regal.*

(5) *Su aluedrio.* Et cùm procedat ex præsumptione, temperare debet sententiam; juxta dictum Innoc. in cap. *quia verisimile*, *de præsumpt.* Bald. in l. fin. ad fin. *C. de probat.*

LEX V.

Si culpa præcessit casum homicidii, ut quia domum tegulans prope viam publicam, aut ramum arboris scindens, non clamat, ut transeuntes caveant; vel in loco inconsueto, aut in calle equum currens non faciat homines vociferando cavere; aut ludens alium impellit; vel si consuetus dormiendo surgere cum armis ad percutiendum, de tali consuetudine alios non præmoneat, vel inebriatus quem occidit, ad quinquennium ob culpam in insulam relegatur. Hoc dicit.

(1) *La gran guarda.* Concordat cum l. 4. §. 1. D. *ad leg. Cornel. de sicar.* et vide ibi concordantias in glossa.

ante, por que viniera la ocasion. E esto seria, como si algun ome cortasse arboles (2), o labrasse en algun lugar casa, o torre, que estuuiesse sobre la carrera, o calle publica, por do passan los omes, e non apercibiesse (3) a los que passassen porende, en tiempo, nin en manera que se pudiessen guardar, e cayesse el arbol, o alguna cosa de aquella lauor que fazia, e matasse alguno. O si alguno corriesse cauallo, en lugar que non fuesse acostumbrado para correrle, e non apercibiesse los omes, que se guardassen, e topasse en algun ome, e lo matasse, o lo firiesse. O empellasse a alguno (4) como en manera de juego (5), e acaesciesse, que de aquella ferida, o empuxada, muriesse. O acaesciesse, que algund ome ouiesse acostumbrado de se leuantar durmiendo, e tomar cuchillo, o armas, para ferir, e sabiendo su costumbre mala, non apercibiesse della (6) a aquellos que durmiessen en vn lugar, que se guardassen, e matasse alguno dellos. O si alguno se embriagasse (7) de manera, que matasse a otro por la beodez. Ca por tales ocasiones como estas, e por otras semejantes destas que auiniessen por culpa de aquellos que las fiziessen, deuen ser desterrados por ello, los que las fazen, en alguna Isla por cinco años (8); porque fueron en culpa, non poniendo, ante que acaesciessen, aquella guarda que deuieran poner.

LEY VI.

Como los Fisicos, e los Zurujanos, que se meten por sabidores, e lo non son, merescen auer pena, si muriere alguno por culpa dellos.

Metense algunos omes por mas sabidores de lo que non saben, nin son, en fisica, e en çurugia. E acaesce a las vegadas, que porque non son tan sabidores (1) como fazen la demuestra, mueren algunos enfermos, o llagados, por culpa dellos. E dezimos porende, que si algun Fisico (2) diesse tan fuerte melezina, o aquella que non deue, a algun ome, o muger, que tuuiesse en guarda, si se muriesse el anfermo; o si algun çurujano (3) fendiesse algun llagado, o lo asserrasse en la cabeça,

Ley 5, tit. 10. Ley 1, tit. 13. Ley 5, tit. 11, libro 8 Novis. Recop.

(2) *Cortasse arboles.* Adde l. *in leg. Cornel.* D. eod.

(3) *Non apercibiesse.* Adde Bald. per textum ibi in l. *si putator*, D. *ad leg. Aquil.* ubi notat illum textum contra currentes equos, nam debent dicere et clamare, secundum eum, *guarda, guarda*; et debet fieri clamatio tempore congruo, sera enim monitio non prodesset, ut in dict. l. *si putator*, et vide in cap. fin. *de homicid.* et in cap. *ex litteris*, el 2. eod. tit. per Joan. de Anan. referentem dicta Domin. in cap. *si duo*, 50. dist. et vide infrà tit. 15. l. 6.

(4) *Empellasse a alguno.* Adde l. *in lege Cornelia*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.*

(5) *Como en manera de juego.* Si tamen esset in vero ludo, et de natura ludi, tunc non teneretur, ut in l. *si ex plagiis*, §. fin. D. *ad leg. Aquil.* et ibi Glossa, et Baldus qui dicit hoc menti tenendum, nam in ludo licet alium viribus superare, juxta notata in l. *in executione*, §. fin. D. *de verbor. oblig.* et dicit se vidisse istam quæstionem de facto in duobus prælliantibus, ubi unus fregit alteri crus.

(6) *Non apercibiesse della.* Ortum habet à dictis Guilliel. de Cug. et Bay. in l. *Divus*, D. *de offic. Præs.* et Bart. in l. penult. D. *ad leg. Pompejam de parric.* et à glossa in l. *servus servum*, §. *si fornicarius*, in parte *vel ignem*, D. *ad leg. Aquil.* et per Petrum Anchar. in Clement. 1. *de homicid.* et Flori. in l. *si servus servum*, §. *si fornicarius*, D. *ad leg. Aquil.* Item debet iste talis, etiam si solus dormiat, facere cameram serari, ita quòd non posset aperire; et facit dicta l. *si putator*, D. *ad leg. Aquil.* et l. *in leg.* D. *de sicar.* et tradit etiam Alexand. in l. 1. §. *adipiscimur*, D. *de acquir. posses.* in princ. An autem excusetur, si quis occidat dormientem, qui offendebat eum, vide per Bald. in repetitione l. 1. col. 10. *C. unde vi*, qui videtur velle, quòd naturali jure inspectò, potest licitè ille dormiens offendi: vide etiam per Bartol. in l. *ut vim*, D. *de justitia et jur.* per Alexand. in dict. §. *adipiscimur.*

(7) *Embriagasse.* Habes hìc ebrium mitiùs puniri propter ebrietatem; et adde l. *respiciendum*, §. *delinquunt*, D. *de pœnis*; et S. Thom. 2. 2. quæst. 150. artic. ultim. ubi et tradit quemdam Pythagoricum legem statuisse, quòd ebrii, si percuterent, plus punirentur, quàm sobrii; allegat Philosophum 2. *Politicor.* et dicit Baldus in l. 1. in repetione, col. penult. *C. unde vi*, quòd tunc est levianda pœna ratione ebrietatis, quando sit tanta, quòd induxerit mentis exilium: et vide in ista materia de ebrio delinquente, per Angelum in l. *si non convicii*, *C. de injur.* Abb. in cap. *sicut*, *de testib.* et per Bart. in dict. §. *delinquunt*, Angelus Aretin. in tract. *malefic.* in parte *scienter et dolose*; et vide in cap. *sane*, cum seq. 15. quæst. 1. et per Bald. in l. *data opera*, 13. col. *C. qui accus. non poss.* et in dicto tract. *malefic.* per Aretinum in parte *incendiario*, col. 2. et ibi quòd est lata culpa per ebrietatem delinquere.

(8) *Por cinco años.* Adde dict. l. 4. §. 1. D. eod.

LEX VI.

Si medici aut chirurgici imperitia moritur infirmus, relegatur imperitè agens ad quinquennium in insulam propter culpam; et si mortuus erat servus, solvet domino æstimationem: idem de dante alicui mulieri ad concipiendum medicinam, qua mortua est: si verò dolosè fecerit, ut moreretur, pœnam homicidæ patietur. Item apothecarius sine jussu medici dans scamoneam, vel aliam potionem, ex qua mors alicui sequatur, pœna homicidæ tenetur. Hoc dicit.

(1) *Tan sabidores.* Et qualis eruditionis debeat esse medicus, tradit Hypocrates in *Prologo prognosticor.* dicens, quòd verè eruditus ita prudentum regulis est instructus, quòd in singulis ægritudinibus præterita, præsentia, et futura cognoscit, refert Joan. And. post Tancre. Innoc. et Hostiens. in cap. *ad aures*, *de ætate et qualit.*

(2) *Fisico.* Nota istam legem statuentem, qua pœna puniatur medicus, cujus imperitia mortuus est infirmus: de jure communi Jacob. de Arena, et Martin. Silla. prout refert Albericus in l. *illicitas*, §. *sicuti*, D. *de offic. Præsid.* dicunt quòd debet puniri extra ordinem, argumento l. *perspiciendum*, §. *delinquitur*, D. *de pœnis*, quod et approbare videtur in l. 9. tit. 15. ead. *Partit.* sed si dolo faceret, tunc teneretur lege Cornelia *de sicar.* sufficit tamen quòd medicus judicet secundum regulas artis, licèt postea sequatur contrarius eventus, secundum Bald. in dict. §. *sicuti*, et vide per Innoc. et Doctor. in cap. *tua nos*: *de homicid.* et si dent medicinas contrarias infirmitati, puniri debent ut homicidæ, secundum Alexand. in cap. *adsit*, 50. dist. per textum in l. *Medicus*, D. *de variis et extraordin. cognit.* adde l. 2. D. *ad leg. Pompejam de parrid.*

(3) *Zurujano.* Adde l. *qua actione*, §. *Proculus*, cum l. sequenti D. *ad leg. Aquil.* et vide notabiliter in ista materia per Innoc. et Doctor. in cap. *tua nos*, in princip. *de homicid.*

o le quemasse neruios, o huesos, de manera que muriesse porende; o si algun ome, o muger, diesse yeruas, o melezina a otra muger, porque se empreñasse (4), e muriesse por ello; que cada vno de los que tal yerro fazen, deue ser desterrado en alguna Isla por cinco años (5); porque fue en gran culpa, trabajandose de lo que non sabia tan ciertamente como era menester, e de como fazia muestra; e demas deuele ser defendido (6) que non se trabaje deste menester. E si por auentura el que muriesse por culpa del Fisico, o del çurujano, fuesse sieruo (7), deuelo pechar a su señor, segund aluedrio de omes buenos. Pero si alguno de los Fisicos, o de los çurujanos a sabiendas (8), e maliciosamente fiziessen alguno de los yerros sobredichos, deuen morir porende. Otrosi dezimos de los Boticarios (9) que dan a los omes a comer, o a beuer, escamonea, o otra melezina fuerte, sin mandado de los Fisicos; si alguno beuiendola se muriesse por ello, deue auer el que la diesse pena de omicida.

LEY VII.

Como el Fisico, o el Especiero, que muestra, o vende yeruas a sabiendas, para matar ome, deue auer pena de omicida.

Fisico, o Especiero, o otro ome qualquier, que vendiere (1) a sabiendas (2) yeruas, o ponçoñas, a algun ome, que las compre con intencion de matar a otro con ellas, e gelas mostrare a conocer, o a destemplar, o a dar, porque mate a otro con ellas, tambien el comprador como el vendedor, o el que las mostro como el que las diesse, deuen auer pena de omicida porende, maguer el que las compro, non pueda cumplir (3) lo que cuydaua, porque se le non guiso. E si por auentura matare con ellas, estonce el matador deue morir deshonrradamente, echandolo a los leones, o a canes (4), o a otras bestias brauas, que lo maten.

LEY VIII.

Como la muger preñada, que come, o beue yeruas a sabiendas, para echar la criatura, deue auer pena de omicida.

Muger preñada, que beuiere yeruas a sabiendas, o otra cosa qualquier, con que echas-

(4) *Porque se empreñasse.* Adde l. 3. §. *adjectio*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* et ibi Bart. Si verò daret causam abortionis, vide in l. *si quis aliquid*, §. *qui abortionis*, D. *de pœnis.*

(5) *Por cinco años.* Vide in dict. l. 3. et in l. 4. §. 1. D. eod.

(6) *Defendido.* Nota hoc, et facit l. *sed et reprobari*, in princ. D. *de excusat. tutor.* l. *ut gradatim*, §. *reprobari*, D. *de muner. et honor.* l. 2. *C. de professor. et medic.* lib. 10.

(7) *Sieruo.* Adde dict. l. *qua actione*, §. *Proculus*, D. *ad leg. Aquil.*

(8) *A sabiendas* Adde l. 1. in princip. §. *præterea*, et l. 3. §. 1. D. *ad leg. Cornel. de sicar.* et l. *in lege.*

(9) *Boticarios.* Adde l. 3. §. *alio senatusconsulto*, D. eodem.

LEX VII.

Vendens alii herbas, vel alia venenosa ad occidendum hominem, vel ad cognoscendum ostendens, aut modum docens conficiendi, patietur una cum emente pœnam homicidii, licèt non sequatur effectus; et si mors sequatur, occisor bestiis tradetur lacerandus. Hoc dicit.

(1) *Vendiere.* Adde quæ habentur in l. 17. tit. 5. *Part.* 5. et concordat cum ista lege l. 3. §. *alio senatusconsulto*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.*

(2) *A sabiendas.* Quid si non constet de tali dolo, vendiderunt tamen ea discolis et incognitis? Angelus in dict. §. *alio senatusconsulto*, vult, quod et tunc teneantur pœna legis Corneliæ de sicar. quando vendunt illis, de quibus sit verisimile, quòd illa sint in usum pessimum conversuri: non ergo procederet, quando venderentur probis viris ementibus venenum, ut interficiant mures, vel alia animalia damnum dantia, ut sæpè occurrit de facto, secundum Hippol. à Marsil. in dict. §. *alio senatusconsulto.* Ego in casu hujus legis crederem requiri verisimilem probationem doli in vendendo, aliàs videtur quod vendens etiam vilibus et incognitis, non puniretur pœna mortis, sed mitius tanquam latè culpabilis, non ut dolosus, l. *in lege*, D. eod. neque videtur Angelus aliud voluisse.

(3) *Non pueda cumplir.* Nota hoc, nam cùm generaliter loquatur, videtur approbare opinionem Placen. de qua per Gloss. in §. *alia*, *Institut. de public. judic.* et sic quod non sit in hoc aliqua specialitas in crimine parricidii, ut in l. 1. in fin. D. *ad leg. Pomp. de parricid.* et hanc opinionem tenet etiam Joan. Fab. in dict. §. *alia*, et Salicetus inclinat in eam in l. 1. *C. de malefic. et mathem.* et Bartolus in dict. l. 1. cùm inducit contra Monachos, qui voluerunt venenare Abbatem Sancti Petri: et nota in ista materia veneni dati elegans consilium Alexandri, vol 3. consil. 116. incipit, *in causa inquisitionis formatæ*, ubi tradit, non sufficere confessionem ejus, qui dedit venenum, confitentis, quod ex illo venenatus mortuus est, cùm illud impossibile sit confitenti scire, vide ibi per eum, et per Hippolitum in l. 1. §. *præterea*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.*

(4) *Leones, o a canes.* Facit l. 3. §. penult. D. *ad leg. Cornel. de sicar.* et ista pœna est gravior, quàm decapitari, ut hic innuitur, et notat Bald. in l. fin. *C. ad leg. Flav. de plagiar.* cùm careat sepultura bestiis ejectus, decapitatus verò non. Sed hodie hæc pœna ejectionis ad bestias non est in usu, prout etiam attestatur Angelus in l. 3. §. *legis Corneliæ*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.*

LEX VIII.

Mulier prægnans bibens, aut comedens aliquid scienter, vel pugnis ventrem percutiens, ex quo sequatur abortus, si partus jam erat vivificatus, occidetur, aliàs ad quinquennium in insulam relegabitur: idem de marito scienter uxorem percutiente, ut abortum faciat. Si autem extraneus hoc fecerit, pro vivificato mortem, pro alio exilium quinquennale sustinebit. Hoc dicit.

se de si la criatura (1), o se firiesse con puños en el vientre, o con otra cosa, con intencion de perder la criatura, e se perdiesse porende, dezimos, que si era ya biua (2) en el vientre estonce, quando ella esto fiziere, que deue morir por ello. Fueras ende, si gelo fiziessen fazer por fuerça (3), assi como fazen los Judios a sus Moras; ca estonce, el que lo fizo fazer deue auer la pena. E si por auentura non fuesse aun biua, estonce non le deuen dar muerte por ello; mas deue ser desterrada (4) en alguna Isla por cinco años. Essa misma pena, dezimos, que deue auer el ome que fiere a su muger (5) a sabiendas, seyendo ella preñada, de manera que se perdiesse lo que tenia en el vientre, por la ferida. Mas si otro ome estraño lo fiziesse, deue auer pena de omicida (6), si era biua (7) la criatura, quando mouio por culpa del; e si non era aun biua, deue ser desterrado en alguna Isla por cinco años.

LEY IX.

Que pena merece aquel que castiga su fijo, o su discipulo cruelmente.

Castigar (1) deue el padre a su fijo mesuradamente, e el señor a su sieruo, o a su ome libre, e el maestro a su discipulo. Mas porque y a algunos dellos crueles, e tan desmesurados en fazer esto, que los fieren mal con piedra, o con palo, o con otra cosa dura, defendemos que lo non fagan assi. Ca los que

(1) *Con que echasse de si la criatura.* Concordat cum l. *si quis aliquid*, §. *qui abortionis*, D. *de pœnis*, et l. *si mulierem*, D. *ad leg: Cornel. de sicar.* et l. *Divus*, D. *de extraordin. crimin.* et l. pen. *C. ad leg. Cornel. de sicar.*

(2) *Ya biua.* Adde cap. *Moyses*, et cap. *quod verò*, 32. quæst. 2. et cap. *sicut litterarum*, *de homicidio*, l. *Cicero*, D. *de pœnis*, quæ lex loquitur, quando pecunia data mulier facit abortum, et vide Gloss. in dict. l. *Divus*, D. *de extraordin. crimin.* ubi Glossa, quod post quadraginta dies dicitur partus vivificatus in masculo, in fœmina verò post sexaginta secundum naturales, secundum Angelum ibi et Bartol.

(3) *Por fuerza.* Induci potest ad quæstionem, ut occidens aliquem jussu seu metu alicujus tyranni, quòd excusetur à pœna homicidii, et ita volunt Cynus; Alberic. Bald. et Salic. in l. 1. *C. unde vi*, et allegatur Gloss. in l. penult. D. *si famil. furt. fecis. dicat.* in verbo *quod semper*: istud tamen ex mente Doctorum videtur limitandum et intelligendum, et quando aliàs faciens jussu seu metu tali, non poterat evadere manus tyranni sibi mortem comminantis, si non occideret; et assignanter declarat Salicetus in dict. l. 1. Limita etiam istud dictum in judice occidente aliquem per sententiam iniquam ad jussum tyranni seu ejus metu, quia iste non excusabitur, si à principio quando acceptavit officium, scivisset hoc evenire posse, quia tali casu est in culpa acceptando officium, ita tenet Baldus, et Salic. in l. fin. *C. de pœna judic. qui malè judic.* argumento l. *qui bona*, §. *de illo*, D. *de damno infect.* et l. *habitatores*, §. fin. et l. *ex conducto*, §. 1. D. *locati.* Item limitat Abbas in cap. *sacris*, *de his quæ vi metusve causa fiunt*, istud dictum non procederet de jure canonico, et divino, quia potius debet quis omnia mala pati, quàm malo consentire, cap. *ita ne*, 32. quæst. 5. l. *isti quidem*, D. *quod metus causa*; et quia pro nullo metu debet quis peccatum mortale incurrere, ut notabiliter dicit textus in dict. cap. *sacris*, et licèt Albericus in dict. l. 1. col. penult. respondeat, quòd non videtur isto casu consentire malo, sed bono propter se, Abbas ubi suprà fundat contrarium; vide ibi per eum. Item limita istud dictum, quòd talis metus, licèt excusaret à pœna homicidii; non tamen ab alia pœna citra mortem, bonus textus in cap. *in primis*, 2. quæst. 1. et in dict. cap. *sacris*, ubi metus non ex toto relevat, sed attenuat culpam; cogitabis tamen latiùs super hoc, et vide Baldum et Salic. in l. *servos*, *C. ad leg. Jul. de vi public.* dicentes per illum textum, quòd occidens aliquem metu tyranni, licèt liberetur à pœna mortis, debet tamen puniri alia pœna, mitigando pœnam mortis, dixi in l. 8. tit 10. ead. *Partit.* fortè posset dici, quod si potens minatus est mortem non interficienti, vel verisimiliter sperabatur, quòd inferret mortem, si non pareret, quòd excusetur totaliter, ut vult Baldus post Petr. in cap. 1. §. *injuria*, col. fin. vers. *sed pone quidam potens*, *de pace juram. firmand.* si verò mors non verisimiliter sperabatur, tunc puniatur mitiori pœna, si paruit mandato tyranni.

(4) *Desterrada.* Adde dict. l. *Divus*, D. *de extraordin. crimin.* et dict. l. *si mulierem.* Si tamen data pecunia fecerit, ut secundi hæredes succedant, punitur pœna mortis, ut in dict. l. *Cicero*, D. *de pœnis*, etsi partus non esset vivificatus.

(5) *A su muger.* Quia non dolo, sed causa disciplinæ videtur percusisse, unde non punietur pœna mortis, licèt partus esset vivificatus, facit l. 4. §. 1. D. *ad leg. Cornel. de sicar.* secùs si dolosè percuteret volens occidere partum jam vivificatum, nam tunc etiam tenetur lege Cornelia *de sicariis*, et etiam Pompeja *de parricidiis*, l. 1. D. *ad leg. Pomp. de parric.* potest namque vir uxorem moderatè castigare, ut tradit Gloss. in cap. *nullus*, 17. quæst. 4. Joan. Andr. in addition. *ad Speculat.* tit. *de injur.* §. 1. in princ. et Alex. consil. 115. vol. 4. licet enim marito, quod non licet extraneo; et facit, quod notat Joan. Andr. in cap. *sicut litterarum*, *de homicid.* de marito ludente ludo innoxio, gracili, et agili cum uxore, ex quo evenit abortus, quod non imputatur marito; imputaretur tamen extraneo.

(6) *Pena de omicida.* Intellige, quando scienter voluit occidere partum vivificatum; aliàs si hoc non cogitabat, et evenit ultra cogitatum, vide per Angelum de Salicet. in l. *quoniam multa facinora*, *C. ad leg. Jul. de vi public.* et in dict. l. penult. *C. ad leg. Cornel. de sicar.*

(7) *Si era biua.* Quid si dubitetur? Dicendum, quod tunc non puniretur pœna mortis, sed velut si constaret partum non vivificatum, licèt quoad l. promotionis reputaretur irregularis, ut in cap. *significasti*, et ibi Abb. *de homicid.* et in dict. cap. *sicut*, per Joann. Andr. et Abb.

LEX IX.

Patri filium, domino servum vel familiarem, et magistro discipulum permittitur castigare moderatè: sed si immoderatè castigat, ut cum baculo, lapide, aut alia re dura, et mors inde sequatur, in insulam relegabitur quinquennio; sed si animum habuit occidendi, occidetur. Hoc dicit.

(1) *Castigar.* Nota hic personas, quibus liceat castigare alios, et adde Glos. in cap. *sicut alterius*, 7. quæst. 1. et cap. *duo ista nomina*, 23. quæst. 4. l. *perspiciendum*, §. *furta domestica*, D. *de pœnis*, l. unic. *C. de emendat. servor.* et l. unic. *C. de emendat. propinquor.* l. 3. *C. de patria potest.* et vide per Abb. in cap. *cum contingat*, col. 5. *de foro compet.* et Glossa in cap. *nullus* 17. quæst. 4. cap. *presbyterum*, *de homicid.* et de castigatione domini erga familiares, vide Alex. consil. 75. incipit, *viso themate*, vol. 3. et ibi vide per eum, quod potest fieri castigatio famuli per filium præsente patre, vel matre: de marito erga uxorem, vide etiam per Abb. ubi suprà, et dixi suprà, l. proxima: et quilibet habens potestatem corrigendi et castigan-

contra esto fizieren, e muriesse alguno por aquellas feridas, maguer non lo fiziesse con intencion de lo matar, deue el matador ser desterrado (2) por cinco años en alguna Isla. E si el que castiga le fizo a sabiendas aquellas feridas, con intencion de lo matar (3), deue auer pena de omicida.

LEY X.

Como, aquel que da armas a otro, sabiendo que quiere ferir, o matar alguno con ellas, deue auer pena de omicida.

Sañudo estando algund ome, o embriagado, o enfermo de grand enfermedad, o estando sandio, o desmemoriado, de manera que quisiesse matar a si mesmo, o a otro, e non touiesse arma, nin otra cosa con que pudiesse complir su voluntad, e demandasse a alguno otro que le diesse con que la cumpliesse; si el otro le diesse armas (1) a sabiendas, o otra cosa con que se matasse a si mismo, o a otro, aquel que gelo da, deue auer pena por ello, tan bien como si el mesmo lo matasse.

LEY XI.

Que pena meresce el Judgador, que da falsa sentencia en pleyto de justicia.

Pena de omicida meresce el Judgador, que a sabiendas da falsa sentencia, en pleyto que viene ante el de justicia, judgando a muerte (1) a alguno, o a desterramiento (2), o a perdimiento de miembro, non lo mereciendo el. Essa mesma pena deue auer aquel que dixere falso testimonio (3) en tal pleyto.

LEY XII.

Que pena meresce el padre que matare al fijo, o el fijo que matare a su padre, o alguno de los otros parientes.

Si el padre (1) matare al fijo (2), o el fijo

di, si circa id est negligens, peccat mortaliter, secundum Joan. Calder. et Cardinal. Florent. in cap. *cum ex injuncto, de hæretic.* por id, quod habetur in cap. *qui palam*, 23. quæst. 4. et in cap. *Ephesi*, 43. dist. vide etiam ibi Joan. de Anan. col. penult.

(2) *Desterrado.* Facit l. 4. §. 1. D. *ad leg. Cornel. de sicar.* punitur enim tunc, non ut dolosus, sed ut culpabilis, l. *sed et si quemcumque*, §. *si magister*, D. *ad leg. Aquil.* et ibi notat Baldus.

(3) *Con intencion de lo matar.* In dubio tamen quando percusit cum ferro, vel aliàs, ex genere instrumenti præsumitur dolus, et animus, et atrocitas maleficii, ut in cap. *significasti*, el 2. in fine *de homicid.* Bald. in l. *sed et si*, §. *si magister*, D. *ad leg. Aquil.* l. 1. §. *sed si clava*, D. *de sicar.* l. 1. *C. de emendat. servor.*

LEX X.

Si quis irato, infirmo, ebrio, aut furioso, se aut alium occidere volenti, porrigat arma, cum quibus hoc faciat, perinde punitur sequuta morte, ac si ipse porrigens occidisset. Hoc dicit.

(1) *Le diesse armas.* Concordat cum l. *nihil interest* et ibi notatis per Gloss. D. *ad leg. Cornel. de sicar.* et ibi vide per Albericum, de permittente homicidam accipere arma de domo sua, ut occideret, quod tenetur lege Cornelia *de sicar.* et ibi per Angelum de præbente domum, ut ibi fiant colloquia, et tractatus homicidii, et adde l. *qua actione*, §. *Celsus*, D. *ad leg. Aquil.*

LEX XI.

Judex falsam sententiam ad mortem, vel membri mutilationem, seu perpetuum exilium proferens; et testis in tali causa falsum deponens, patietur pœnam homicidii. Hoc dicit.

(1) *Judgando a muerte.* Concordat cum l. 1. §. *præterea* et l. *lege Cornelia*, D. eod. et vide l. 25. tit. 22. *Partit.* 3. et ibi dicta.

(2) *A desterramiento.* Et tunc judex punitur simili pœna, vide in dict. l. 25.

(3) *Falso testimonio.* Concordat cum dict. l. 1. §. *præterea*, et vide in l. 83. *in Ordinam. Tauri*, et in l. 26. tit. 11. *Partit.* 3. et suprà ead. *Partit.* tit. proxim. in l. 1. ibi: *si dixere falso testimonio*, et ibi dicta. Et quid si testis dixit falsum in causa criminali in summario judicio, an puniatur, ac si dixisset in plenario judicio? Vide, quæ notat Salicetus in l. 1. col. fin. *C. de sepulc. violat.* ubi vult, quòd, et si testis deposuit parte non citata, puniatur de falso, quia per eum non remansit, quominus pars læderetur, et idem vult Bald. in l. fin. ad fin. *C. si ex fals. instrum.*

LEX XII.

Ascendens descendentem usque ad pronepotem inclusivè, et è contra, aut frater fratrem, vel avunculus nepotem, vel è contra; vel conjux conjugem; aut socer generum vel nurum, vel è contra; seu vitricus privignum, et è contra; et libertus patronum injustè occidens armis aut veneno, publicè flagellatus sacco corii cum cane, gallo, colubro et simia, est includendus, et consitus in eo projiciatur in mare, vel flumen propinquius: idem de dante ad hoc adjutorium vel consilium, licèt non sit mortuus consanguineus. Item ad occidendum patrem venenum emens, licèt ad effectum pervenire nequeat, perinde ac si occidisset, est puniendus: et filius alius hoc sciens, nec patri revelans, cùm posset, ad quinquennium relegatur. Hoc dicit.

(1) *Padre.* Lex ista loquitur de crimine parricidii, et negat Tullius Solonem apud Athenienses scripsisse de parricidarum suppliciis, ne non tam prohibere, quàm admonere videretur, tradit Lucas de Penna in l. *quoniam augurio*, *C. de convenientd. fisc. debitor.* lib. 10.

(2) *Al fijo.* Sive sit legitimus, vel spurius, quia ll. istæ loquuntur per nomina naturalia, et non civilia, juxta notata per Bart. in l. *tutelas*, D. *de capitis diminut.* et per Doctor. in l. *quisquis*, *C. ad leg. Jul. majest.* et voluit Joan. de Anan. in specie in cap. 1. col. fin. *de his qui filios occid.* adde l. *hos accusare*, §. fin. D. *de accusat.* et Bart. in l. *quia semper*, D. *de in jus vocand.* Bald. in l. *cum acutissimi*, *C. de fideicommis.* et Joan. Fab. in §. *alia*, *Instit. de public. judic.* ubi et idem secundum eum videtur in legitimo tantùm, et patrino, et filiolo, et vasallo, et domino. et in episcopo, et subdito capitulo, et parochiano; quod fortè in practica non reciperetur, cùm sit extendere materiam graviter pœnalem: de filio tamen spurio adde Bald. in §. *naturales*, *si de feudo fuer. controv. inter domin. et agnat.* Et an dicatur parricida, qui procurat incarcerationem patris vel fratris? Vide per Bald. in §. *denique*, *quæ fuit*

al padre, o el abuelo al nieto, o el nieto al auuelo o a su visauuelo, o alguno dellos a el (3): o el hermano al hermano, o el tio a su sobrino, o el sobrino al tio, o el marido a su muger, o la muger a su marido; o el suegro, o la suegra, a su yerno, o a su nuera, o el yerno, o la nuera a su suegro, o a su suegra; o el padrastro, o la madrastra a su entenado, o el entenado al padrastro, o a la madrastra, o el aforrado al que lo aforro. Qualquier dellos (4) que mate a otro a tuerto, con armas, o con yeruas, paladinamente, o encubierto, mandaron los Emperadores, e los Sabios antiguos (5) que este atal que fizo esta enemiga, que sea açotado publicamente ante todos; e de si, que lo metan en vn saco de cuero, e que encierren con el vn can, e vn gallo (6), e vna culebra, e vn ximio; e despues que fuere en el saco con estas quatro bestias, cosan la boca del saco, e lancenlos en la mar (7), o en el rio que fuere mas cerca de aquel lugar do acaesciere. Otrosi dezimos, que todos aquellos que diessen ayuda, o consejo (8), porque alguno muriesse en alguna de las maneras que de suso diximos, quier sea pariente del que assi muere, quier estraño, que deue auer aquella mesma pena que el matador. E aun dezimos, que si alguno comprare yeruas, o ponçoña para matar a su padre, e desque las ouiere compradas, se trabajasse de gelas dar, maguer non gelas pueda dar, nin cumplir su voluntad, nin se le aguisasse (9), mandamos que muera por ello, tambien como si gelas ouiesse dado, pues que non finco por el. Otrosi dezimos, que si alguno de los otros hermanos entendiere o supiere, que su hermano se trabaja de dar yeruas a su padre, o de matarlo en otra manera, e non lo apercibiere dello, pudiendolo fazer, que sea desterrado por cinco años.

LEY XIII.

Como meresce pena de omicida, aquel que castra a otro a tuerto.

Antiguamente los Gentiles castrauan los moços, porque les guardassen sus mugeres (1) e sus casas: e porque valian mucho a vendida estos atales, los mercadores comprauan los sieruos, e castrauanlos, e trayanlos a vender, bien assi como las otras mercadurias. E los Emperadores, e los otros Sabios, tuuieron esto por mal, e por cosa sin razon, del ome ser lisiado por tal razon como esta, e defendieron que lo non fiziessen; e maguer fue defendido, con todo esso vsauanlo algunos a fazer. E porende defendemos, que de aqui adelante ninguno non sea osado de castrar a ome libre, nin sieruo. E si alguno contra esto fiziere, que castrare, o mandare castrar ome libre, mandamos que aya pena por ello, tambien el que lo fiziere como el que lo manda fazer, bien como si lo matassen (2). E si fuere sieruo el castra-

prima caus. benefic. amit. et ibi vide, quod omnis parricida privatur feudo.

(3) *A el.* Locum habet enim ista lex in ascendentibus et descendentibus in infinitum, secundum Azon. *C. de his qui parent. vel liber. occid.* in summa, Gloss. in l. 1. D. *ad leg. Pomp. de parric.* Hostiens. in summa, *de his qui filios occider.*

(4) *Qualquier dellos.* Adde l. 1. et l. *sed et sciendum*, D. *ad leg. Pomp. de parric.* et §. *alia deinde lex*, *Institut. de public. judic.* et approbatur hic opinio illa, quod omnes isti puniuntur ista speciali pœna; quod nota propter dubium, quod oriebatur ex l. penult. §. *qui alias*, D. eod.

(5) *E los sabios antiguos.* Vide in l. penult. D. *ad leg. Pomp. de parric.* l. unic. *C. de his quæ parent. vel liber. occid.* et dict. §. *alia*, *Institut. de public. judic.*

(6) *Gallo.* Non dicit hic de gallo gallinaceo, prout dicta l. penult. et dict. §. *alia*, et dict. l. unic. quem Glossa in dict. l. penult. dicit gallum castratum, seu caponem, qui fortius pugnat cum serpente. Angelus verò ibi dicit, intellige de quodam animali, qui est in terris fori Julii, et est secundum eum, animal multum grande formatum ut gallus, et habet rostrum multum longum et grossum.

(7) *En la mar.* Hoc ita, si mare vel flumen proximum sit, alioquin bestiis subjiciebatur, ut in dict. l. penult. ista tamen pœna non est in usu, secundum Bald. et Salic. in l. 1. *C. de his qui parent. vel liber. occid.* dicit tamen ibi Baldus, quod debent carere sepultura, et licet decapitentur, non debent sepeliri, sed eorum carnes debent dari canibus. In his regnis cogito, quod practicetur in usu pœna ista, de qua hic, non tamen, quod vivi mittantur, sed jam suffocati, sicut et cautum est circa judices fraternitatis, ne balistent quem vivum, ut habetur in Curiis de Segovia et de Madrid.

(8) *O consejo.* Nota benè, quia non loquitur de his, qui tantùm conscii essent; ut ergo conscius puniatur pœna parricidii, requiritur etiam, quod sit particeps criminis, prout voluit Gloss. in l. *utrum*, D. *ad leg. Pomp. de parric.* et nota hoc bonum ad §. *alia deinde lex*, *Institut. de pub. judic.* qui alternativè loquitur etiam de consciis tantùm, prout perpendit Bart. in dict. l. utrum, licèt Angelus ibi dicat, quod ipse legit illum §. et non reperit, quod dicat id, quod Bartolus asserit ibi dici: mitiori tamen pœna benè teneretur conscius tantùm, si esset de filiis, ut in l. *frater*, D. eod. Bart. in dict. l. *utrum*, et infrà ista l. in fin.

(9) *Nin se le aguisasse.* Concordat cum l. 1. D. *ad leg. Pomp. de parric.* et adde l. 7. suprà eod. non ergo sufficeret sola emptio veneni ad interficiendum patrem, ut puniatur ista pœna, sed requiritur, quod processit ad dandum, et non potuit; et idem videtur velle dicta l. 1. de qua ista sumpta est: et tene menti, quia Hostiens. voluit contrarium in summa, *de his qui filios occid.* §. 1. et Bart. in dict. l. 1. in fin. et dubitavit de hoc Joann. de Anan. in rubric. *de his qui filios occid.*

LEX XIII.

Castrans et castrari faciens liberum vel servum, quemadmodum si occidisset eum, debet puniri, nisi causa infirmitatis medicinaliter castretur: sed dominus mandans servum castrari, perdit eum, Regis cameræ applicandum, et non patietur aliam pœnam. Hoc dicit.

(1) *Guardassen sus mugeres.* Sic Bofredus, *de directa actione*, l. *Aquil.* vers. *sed quære*, *quomodo servus*, dicit, servos eunuchos utiliores esse pro dominabus pulchris custodiendis.

(2) *Como si lo matassen.* Concordat cum l. 1. §. *et qui hominem*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* ubi qui hominem li-

do, que lo pierda el señor que lo fizo castrar, e non aya otra pena (3), e sea de la Camara del Rey. Pero el Fisico, o el çurujano, que lo castrare, deue auer pena de omicida. Fueras ende, si castrare alguno para guarescer (4) de enfermedad que ouiesse, o que temiesse auer.

LEY XIV.

Quien puede acusar a otro de omicidio, e ante quien, e en que manera.

Fazer puede la muger acusacion de muerte de su marido (1), e el marido de la muerte de su muger, e el padre del fijo, e el fijo del padre, e el hermano por el hermano; e de si, qualquier de los otros parientes, de manera, que todavia deue ser cabida la acusacion del mas cercano pariente (2). Pero si los mas cercanos parientes fueren negligentes, que non quieran acusar al matador, estonce bien lo pueden fazer los otros: e si pariente non y ouiere ninguno, que pueda, nin quiera acusar, nin demandar la muerte del ome que ouiessen muerto; estonce bien puede fazer cada vno del Pueblo (3) acusacion, en aquella manera, e ante aquellos Juezes, que diximos (4) en el titulo de las acusaciones.

LEY XV.

Que pena meresce aquel que mata a otro a tuerto.

A tuerto matando vn ome a otro, si el matador fuere Cauallero, o otro fidalgo (1), deue ser desterrado para siempre en alguna Isla; e si non ouiere de los parientes que descienden, o suben por liña derecha, fasta el tercero grado, deuen ser sus bienes de la Camara del Rey. E si tales parientes ouiere, deuenlos heredar luego los mas propincos dellos, bien assi como si el fuesse muerto. Mas si el matador fuesse de vil lugar, deue morir (2) porende, e sus bienes deuen auer sus parientes, aquellos que han derecho de los heredar. Atal pena como esta merescen todos aquellos, de quien fablamos en las leyes deste titulo, que deuen auer pena de omicida. E esto es segund el departimiento de las leyes antiguas de los Emperadores. Mas segun el Fuero de España, todo ome que matasse a otro a traycion, o aleue, quier sea Cauallero, o otro, deue morir por ende, segund diximos de suso en el titulo de las Trayciones.

Leyes 2 y 4, tit. 21, lib. 12 Novis. Recop.

bidinis, vel commercii causa castraverit ex senatusconsulto pœna legis Corneliæ punitur: et adde l. *lege Cornelia*, §. 1. vers. *constitutum*, cod. tit. ubi vide etiam de pœna confiscationis bonorum, et quod habet locum, sive volens sive invitus quis castretur, imò et ipse qui patitur se castrari, punitur; et castrans hominem dicitur inimicus naturæ, secundum Bald. in l. *reos*, col. 2. *C. de accusat.*

(3) *Non aya otra pena.* Nota benè, quia contrarium habetur in l. *is qui servum castrandum*, D. eod. et l. 1. *C. de eunuchis.*

(4) *Para guarescer.* Intellige, secundum Angelum in dict. §. *constitutum*, quando mors ex ægritudine debet sequi, et non potest aliter, quàm per incisionem curari, secùs quando ægritudo non esset mortalis; unde licet illi patiantur ægritudinem in pudendis, ex quo ægritudo non est mortalis, non potest ad testium incisionem veniri.

LEX XIV.

Conjux, aut parentes, aut filii, vel frater, seu cæteri consanguinei possunt accusare de homicidio, ita ut proximior præferatur, quo negligente, admittitur sequens: et si non sit consanguineus, qui possit, neque velit accusare, admittitur quilibet de populo. Hoc dicit.

(1) *De muerte de su marido.* Nota hanc legem, et adde quæ dixi suprà ead. *Partit.* tit. 1. in l. 2. et gloss. 2. et super hoc fuerunt opiniones inter antiquos, ut tradit Alberic. in l. *quod si viro*, D. *de injur.* approbatur ergo hic opinio Odofredi ibi relata per eum.

(2) *Del mas cercano pariente.* Nota benè ad dictum Baldi in l. 1. col. 12. *C. qui accus. non poss.* quod inter conjunctos est ordo prælationis in accusando ex gradu, charitate, dignitate, et sexu: et limita, ut dixi in l. 13. tit. 1. suprà, ead. *Partit.* in glossa super parte *con mejor entencion.*

(3) *Cada vno del Pueblo.* Adde in §. 1. *Instit. de public. judic.* et Glossa. in rubric. D. *de public. judic.* ubi Angelus, quod non competit ei, qui est de populo alieno, quoniam jus populi tueri sua non interest, et vide Gloss. in rubrica D. *de popul. action.*

(4) *Diximos.* Suprà tit. 1. l. 15. ead. *Partit.*

LEX XV.

Injustus homicida, si est miles aut generosus, in insulam perpetuò deportabitur, et statim ejus ascendentes vel descendentes usque ad tertium gradum succedunt in bonis, ac si mortuus fuisset; quibus non existentibus, efficiuntur Regis cameræ. Si verò est plebejus, occidetur, et ejus bona sunt consanguineorum jus habentium succedendi: et prædicta secundum Imperatorum leges sunt vera, sed secundum Hispaniæ forum quilibet alevosè vel proditionaliter occidens, occidetur. Hoc dicit.

(1) *Cauallero, o otro fidalgo.* Concordat cum l. 3. §. *legis*, et cum l. penult. D. *ad leg. Cornel. de sicar.* et Gloss. in dict. §. *legis*, tantùm facit duos gradus, ut hi scilicet, qui sunt in dignitate, puniantur deportatione, cæteri verò bestiis subjiciantur. Jacobus tamen de Arena, secundum Albericum ibi, facit tres, ut in dignitate scilicet positi deportentur, humiliores bestiis subjiciantur, mediocres ad litteram decapitentur. Angelus tamen ibi dicit, quod cùm hodie ista pœna deportationis recessit ab usu, nisi apud ecclesiasticos, quod credit ipse, quod etiam in dignitate positi homicidæ debent mori, et quod sit pœna mortis pro homicidio; casus est in l. *nemo*, *C. de episcop. audient.* ubi homicida, quod fecerit, expectet: et idem crederem hodie de jure et consuetudine hujus regni, ut etiam nobilis pro homicidio damnetur pœna mortis, etsi non fiat proditoriè seu alevosè, per l. 1. et 2. tit. 17. lib. 4. *For. LL.* quæ et habetur in l. 4. tit. 13. lib. 8. *Ordinam.* et quia ut dicit Angelus, illa pœna deportationis non est in usu.

(2) *Morir.* Vide quæ dixi in gloss. præcedenti. Et quid si antequam percussus moriatur, actum est de vulnere, et imposita pœna abscisionis manus, vel alia, demum mortuo percusso agitur de occiso, an tunc punietur pœna mortis? Vide Lucam de Penna in l. *si quis decurio*, col. fin. *C. de*

LEY XVI.

Que pena merescen los sieruos, e los siruientes, que veen matar a sus señores, o los fijos dellos, e non los acorren.

Acorrer deuen los siruientes, e los sieruos (1) de casa del señor, al señor, o a la señora, o a los fijos dellos, luego que vieren que algunos los quieren ferir, o matar. E este acorrimiento les deuen fazer (2), amparandolos con las manos, o con armas, o poniendose en medio (3) de aquellos que los quieren matar; o dando bozes, o demandando acorro, quando otra ayuda (4) non les pueden fazer. Otrosi dezimos, que si el señor, por alguud despecho que ouiesse, el mesmo se quisiesse matar (5), o quisiesse matar a su muger, o a sus fijos tortizeramente; que luego que esto vieren, deuen acorrer e embargarle, que non faga tal maldad. E si por auentura, alguno de los sieruos fuesse tan vil, e tan malo, que viendo a su señor, o a sus fijos, o a su muger (6) en alguno de los peligros sobredichos, non los ayudasse pudiendolo fazer, deue morir porende. Essa misma pena deue auer aquel que puede ayudar a su señor con sus manos, e va dando bozes, que acorran. Pero los siruientes que fuessen muy viejos, o flacos, o sordos, o mudos, o que estauan presos, o encerrados, a la sazon que los otros matauan a su señor, o que eran menores de catorze años, non deuen caer (7) en la pena sobredicha, maguer non les acorran; porque non lo facen con maldad, mas por embargo que han de su cuerpo, o por mengua de entendimiento.

TITULO IX.

DA LAS DESHONRRAS, QUIER SEAN FECHAS, O DICHAS, A LOS BIUOS, O CONTRA LOS MUERTOS, E DE LOS FAMOSOS LIBELLOS.

Deshonrras, e tuertos, fazen los omes vnos con otros, a las vegadas de fecho, a las vegadas de palabra. Onde, pues que en el titulo ante deste fablamos de los Omezillos, queremos aqui dezir en este de las Deshonrras. E demostraremos primero, que cosa es Deshonrra. E quantas maneras son della. E quien la puede fazer. E contra quien puede ser fecha. E quien puede demandar emienda della. E ante quien. E que emienda deuen della rescebir. E fasta quanto tiempo. *LL. del tit. 25, libr. 12 Nov. Recop.*

LEY I.

Que cosa es Deshonrra, e quantas maneras son della.

Injuria en latin tanto quiere dezir (1) en romance, como deshonrra, que es fecha, o dicha a otro, a tuerto, o a despreciamiento del: e como quier que muchas maneras son de deshonrra, pero todas descienden de dos rayzes (2). La primera es de palabra. La segunda es de fecho. E de palabra es, como si vn ome denostasse a otro, o le diesse bozes ante muchos, faziendo escarnio del, o poniendole algun nome malo, o diziendo empos del muchas palabras atales, onde se touiesse el otro por deshonrrado. Esso mismo dezimos que seria, si fiziesse esto fazer a otro, assi como a los rapazes (3), o a otros qualesquier. La

Decurion. lib. 10. qui sub verbo *fortè* dicit, quod tunc mitiùs debeat puniri.

LEX XVI.

Servus tenetur adjuvare dominum, aut ejus uxorem, vel filios, cùm alius vult percutere; aut occidere quem eorum, si potest, manibus, et si hoc non potest, saltem vociferationibus, ut succurrantur, aliàs legitima excusatione cessante occidetur; sed si servus est pupillus, non punietur. Hoc dicit.

(1) *Sieruos.* Quid de famulis conductis liberis hominibus, an isti teneantur ad defensionem dominorum? Dic, quod debent dominis obsequium et operas: et quasi quadam servitute adstringuntur, et debent juvare dominum clamore et armis, et quomodo possunt, sine periculo tamen sui corporis, licèt servi tenentur mori pro dominis, l. *cum dominus*, D. *ad Sillan.* sed liberi possunt se exponere morti pro dominis, non tamen coguntur, Bald. in l. 1. col. 6. in 2. lectura, *C. unde vi*, et habetur in l. 1. §. *hoc autem*, D. *ad Sillan.* per Doctores.

(2) *Deuen fazer.* Concordat cum l. 1. et l. 3. et quasi per totum, D. *ad Sillan.* et vide per Azon. *C. de his quibus, ut indign.* in summa, col. 3. vers. *modo videamus.*

(3) *O poniendose en medio.* Concordat cum l. *cum dominus*, et l. 1. §. *hoc autem*, ad fin. D. *ad Sillan.*

(4) *Quando otra ayuda.* Adde dict. l. 1. §. *excusantur*, et infrà ista l. ibi: *essa misma pena.*

(5) *Se quisiesse matar.* Adde dict. l. 1. §. *si sibi.*

(6) *O a su muger.* Adde l. 1. §. *si vir*, D. *ad Sillan.*

(7) *Non deuen caer.* Adde l. 1. §. *excusantur*, D. *ad Sillan.* et l. 3. §. *subvenitur*, eod. tit.

TITULUS IX. DE INJURIIS.

LEX I.

Injuria est dedecus dictum aut inflictum alicui injustè in ejus vilipendium. Et est duplex injuria; una verbi, alia facti. Verbi est, cùm quis alium trufat, vel ei malum nomen imponit, seu alii hoc facere mandat, seu cùm ei verba injuriosa, vel diffamatoria dicit; aut ejus domino de eo, ut ei malum faciat, vel mercedem perdat ejus; et de isto potest petere emendam, etiamsi fiat in ejus absentia: sed si injuriam velit probare, et probet verum fore quod dixit, cessat actio injuriarum, quia veritatem dixit, et malefactores formidabunt maliguari, ne eis retrahantur maleficia. Hoc dicit.

(1) *Tanto quiere dezir.* Ortum habet à l. 1. D. eod. et *Instit.* eod. in princ.

(2) *De dos rayzes.* Adde dict. l. 1. §. 1. D. eod.

(3) *A los rapazes.* Adde l. *item apud Labeonem*, §. *fe-*

otra manera es, quando dixesse mal del ante muchos, por palabras, razonandolo mal, o infamandolo (4) de algun yerro, o denostandolo. Esso mesmo dezimos que seria, si dixesse mal del a su señor (5), con intencion de le fazer tuerto, o deshonrra, o por le fazer perder su merced. E de tal deshonrra como esta puede demandar emienda aquel a quien la fizieren, tambien si non estuuiere delante (6), quando le fizieren la deshonrra, como si estuuiesse presente. Pero si aquel que deshonrrasse a otro por tales palabras, o por otras semejantes dellas, las otorgasse, e quisiese demostrar que es verdad (7) aquel mal que le dixo del, non cae en pena ninguna, si lo prouasse. Esto es por dos razones. La primera

cisse, ubi expressè Angelus notat contra incitantes pueros ad vociferationem injuriosam.

(4) *Infamandolo.* Adde l. fin. tit. 6. et quæ ibi dixi, suprà, ead. *Part.*

(5) *Mal del a su señor.* Adde l. 3. tit. 13. 2. *Partit.* et quæ ibi dixi.

(6) *Non estuuiere delante.* Adde l. *apud Labeonem*, §. *convicium*, D. *de injuriis.*

(7) *Que es verdad.* Concordat cum l. *eum qui nocentem*, in princ. et ibi Gloss. D. eod. et cum Gloss. *Instit.* eod. §. 1. et limita et intellige, quando id, quod dicit, expedit reipublicæ detegi, neque curandum est an sit tale de quo possit accusari, ut quia vocatus est homicida, vel non possit, ut quia vocavit quem leprosum vel spurium; interest enim reipublicæ, ut homicidæ puniantur, et ne leprosi conversentur cum aliis, et ut spurii cognoscantur, ne ad dignitates promoveantur: si verò reipublicæ non interesset, tenetur, quia inhumanum, et injuriosum est alienos detegere defectus, hoc probatur ex dict. l. *cum qui nocentem*, et l. *qui reipublicæ*, D. *de injuriis*, tenet Bartolus in dict. l. *eum qui*, et Salicetus in l. 3. *C.* eod. Si tamen aliquem jam de crimine accusatum, et condemnatum, quis infamaverit, injuriarum tenebitur, licèt verum dicat, cùm per talem diffamationem, peccatum non detegitur, cùm jam per sententiam sit detectum, et in jure notorium deductum, ut in l. *emptorem*, D. *de action. empt.* et notat Angelus in dict. l. *eum qui nocentem*, in princ. Limita etiam si de illo delicto jam per Principem erat facta remissio, habetur enim tunc ac si non commisisset, et macula omnino esset abolita, l. *Imperialis*, circa princ. et §. 2. *C. de nupt.* et D. *de ædilit. edicto*, l. *quod in senatum*, et tenet in terminis Andr. de Iser. in cap. 1. §. *præterea*, col. 5. *quæ sit prima causa benef. amit.* dicit tamen ibi, quod si non vocaret proditorem eum, cui facta fuit remissio, sed diceret, tu fuisti proditor, tunc cùm dicit verum, non teneretur injuriarum: si tamen Princeps indulsisset, et voluisset, quod neque debeat dici, quod fuerit proditor, licèt tunc neque teneatur actione injuriarum, secundum eum, quia factæ res pro infectis nulla ratione fieri possunt, l. *in bello*, §. *factæ*, *de captiv.* tenebitur tamen si est contemptor mandati Regis, vel ad pœnam in tali rescripto contentam, vel extra ordinem crimine sacrilegii, quia mandatum Principis lex est, ut in l. 1. *C. ut dig. ordo servet.* lib. 12.

(2) *Deshonrrasse.* Injuria facti intellige, ut in dict. l. *lege Julia*, in princ. ut patet in exemplis ibi positis, ut puniri possit de vi publica; neque obstat quod superius habetur in littera, *diziendole mal*, quia et addit *prendiendolos*, et sic injuriat de facto. Quid autem si verbo injurietur, vide l. 26. tit. 23. 3. *Partit.* et l. 12. tit. 15. lib. 3. *Ordin. Regal.* per Bartol. in l. *illud*, D. *de appellat.*

LEX V.

Collectores jurium regalium plus debito extorquentes

a recabdar las rentas, e los derechos del Rey, toman muchas vegadas de los omes tortizeramente, algunas cosas que non deuen tomar. E porque lo fazen en boz del Rey, dezimos, que si ellos, o otro alguno por su mandado tomasse alguna cosa de mas a los omes, de lo que es acostumbrado de tomar; o si de nueuo començase a demandar otros derechos, o rentas, sin mandado del Rey, demas de las que solian tomar; que faze muy grand yerro, por quanto quier que de mas toma; e es assi, como si lo tomasse por fuerza (1), e con armas, e deue auer pena de forçador. Otro tal yerro faria todo ome que de nueuo (2) començasse a demandar portadgo en algun lugar sin mandado del Rey.

LEY VI.

Como los que vienen a Juyzio con omes armados, por espantar los Juezes, o los testigos que aduzen contra ellos, deuen auer pena de forzadores.

Omes poderosos han pleytos, e demandas, a las vegadas, contra otros que son pobres, e flacos, e los flacos otrosi contra los poderosos; e acaesce, que aquellos que pueden mas, para fazer perder a los otros su derecho, vienen ante los Judgadores que los han de judgar, con omes armados, e amenazan encubiertamente, diziendo que ellos veran, quales son los que les fazen perder lo suyo, o dizen otras palabras soberuias semejantes destas, e fazen en esta manera perder a los otros su derecho, porque los testigos non osan dezir su testimonio contra ellos, por miedo que han, o porque los Bozeros non se atreuen a razonar los pleytos tan afincadamente como deuen; o porque los Judgadores se recelen de dar la sentencia contra ellos. Onde dezimos (1), que los que esto fazen, caen en tal pena, como si de otra guisa les tomassen con armas, o por fuerça, aquello que assi les fazen perder.

LEY VII.

Como aquel que toma arma para ampararse, non le es contado por fuerça.

Amparança es cosa que es otorgada (1) a todo ome comunalmente, para defenderse del mal, o de la fuerça quel quieren fazer. E porende dezimos, que si alguno se arma, o se ayunta con omes armados, en su casa, o en otro lugar para ampararse (2) del mal, o de la fuerça, quel quieren fazer a el, o a sus cosas, que non deue auer pena porende, el, nin aquellos que vienen (3) a su ayuda; mas los otros que lo començassen assi, deuen auer pena de forçadores, asi como adelante se muestra.

de vi armata teneantur, et idem de exigente nova vectigalia sine Regis mandato. Hoc dicit.

(1) *Por fuerza.* Concordat cum l. fin. D. *ad leg. Jul. de vi public.* et adde l. penult. et fin. tit. 7. 5. *Partit.* et quæ ibi dixi; et ex illis legibus et ista colliges pluribus legibus istos reos fieri, et accusari posse; de quo dic, ut in l. *senatus*, D. *de accusat.* per Gloss. et Doctor.

(2) *Que de nueuo.* Vide etiam in dictis juribus.

LEX VI.

Litigator coram Judice cum armis veniens, et secretè generaliter minas proferens, tenetur adversario ad petita, quæ ei sibi facit perdere, tamquam si cum armis abstulisset.

(1) *Onde dezimos.* Concordat cum l. *qui dolo*, in princ. D. *ad leg. Jul. de vi public.* ubi Bart. illam legem notat contra possessores civitatis, qui minantur rectoribus, ne judicent sicut debent.

LEX VII.

Si quis causa sui vel suarum rerum defensionis homines armatos congregat, non punitur, nec in eorum adjutorium venientes. Hoc dicit.

(1) *Otorgada.* Concordat cum l. *ut vim*, D. *de just. et jur.* et l. 1. *C. unde vi*, l. penult. tit. 16. 2. *Partit.* et l. 2. tit. 8. suprà ead. *Partit.*

(2) *Para ampararse.* Prosequitur dicta Azon. *C. ad leg. Jul. de vi public.* in summa, ibi; item quandoque, si fiat violentia, non punitur: et adde l. *quoniam multa facinora*, *C.* eod. et licitum est quærere, et convocare amicos pro defensione ad vim repellendam, l. 3. §. *cum igitur*, ubi Glossa, D. *de vi, et vi armata*, et omnibus tàm clericis, quàm laicis, licet bellum movere pro defensione sua, et rerum suarum, neque dicitur propriè bellum, sed defensio, ut tradit Innoc. in cap. *olim causam*, *de rest. spoliator.*

(3) *Que vienen.* Quid tamen de illis, qui non ad defensionem, sed in offensionem veniunt in auxilium alterius, an teneantur de omnibus damnis etiam datis per alium, in quorum auxilium venerunt? Vide textum notabilem in l. *Prætor*, §. *si quis non homines*, D. *vi bon. rapt.* et ibi Angelus, ubi habetur, quòd ille, qui est de numero coactorum, tenetur de rapina, vel damno per eum illatis, et qui coegit, tenetur de omnibus; ex quo infert Angelus ibi, quòd Comes Albertus, qui fuit rogatus à bannitis Bononiensibus, ut eos juvaret in guerra contra commune Bononiæ, quòd cùm ipse non fecerit coadunationem bannitorum, tenetur solùm de damno dato per eum, non autem de damnis illatis per ipsos bannitos ipsum rogantes; quòd multùm dicit esse notandum pro dominis juvantibus partialitatem aliquam extrinsecam contra intrinsecam, ut teneantur solùm de damnis illatis per eos, et gentes suas: non autem de illatis per illos de partialitate rogante; tu vide circa istam materiam Sylvest. in summa, in parte *restitutio*, 3. vers. *sextò quæritur.*

LEY VIII.

Que pena merescen los que fazen fuerça con armas, o sin ellas.

Leyes 1, 3, 4, 5 y 8, tit. 15, lib. 12 Novis. Recop.

La pena que deue auer todo ome (1) que fiziesse fuerça con armas, o alguno de los otros yerros que son contados por tal fuerça (segun diximos en las leyes ante desta) es, que deue ser desterrado (2) para siempre en alguna Isla. E si non ouiere parientes de los que suben, o decienden por la liña derecha fasta en el tercero grado (3), todos los bienes (4) que ouiere, deuen ser de la Camara del Rey, sacadas ende las arras de su muger, e los debdos que el auia a dar, fasta el dia que fue dada la sentencia del desterramiento contra el. Pero si tales parientes ouiere, los mas propincos deuen heredar lo suyo. E esta pena ha lugar tambien en aquellos que allegan los omes para fazer la fuerça, como en los otros que vienen con ellos (5) para fazerla a sabiendas. Mas si en la fuerça que alguno fiziesse tortizeramente con armas, fuesse muerto algund ome, quier sea de su parte del forçador, quier de la otra, estonce non deue ser desterrado el que fuere Mayoral del ayuntamiento, mas deue morir porende (6); porque de qual parte quier que alguno y muera, el fue en culpa de su muerte. Mas si la fuerça non fuesse fecha en ninguna manera de armas, mas de otra guisa sin ellas, estonce el forçador (7) deue perder la tierra (8), e la tercera parte de sus bienes deue ser de la Camara del Rey. E si fuere algun ome que tenga algun oficio, deuelo perder porende. E demas desto deue valer menos, en tal manera, que de alli adelante non meresce ser puesto en otro lugar de oficio; fueras ende, si el Rey le quisiesse fazer merced, que le perdone el yerro que le fizo, e le tornare despues en el primero estado. E si fuere sieruo el que fizo la fuerça con armas (9), o otro yerro que sea contado por tal fuerça, e la fiziere sin mandado, e sin sabiduria de su señor, o con su sabiduria non gelo pudiendo vedar, deue el

LEX VIII.

Pœna vis armatæ est insulam deportatio: et in istius deportati bonis succedunt ascendentes vel descendentes usque ad tertium gradum; qui si non existant, applicantur Regis cameræ, salva uxoris dote, et arris, debitis usque ad sententiam deportationis contractis. Et hac pœna afficiuntur congregantes gentes, et cum eis scienter ad vim inferendam venientes. Et si ex hoc aliquis ex quacumque parte moriatur, dux congregationis morietur. Et si servus de vi armata convincitur siquidem sine domini mandato vel scientia, occidetur; si cum mandato vel scientia, in opus Regis damnatur, et dominus perdit officium, et diffamabitur, nisi Rex ei indulserit, famam restituendo: sed si dominus est vilis, et similia mandare consuetus, perinde deportabitur, ac si vim fecisset. Hoc dicit.

(1) *Todo ome.* An mulier dicatur vim inferre cum armis? Vide Angelum Aretin. in tract. *malefic.* in parte *dictus Andreas armatus*, qui allegat Bald. Angel. et Imol. in l. *si constante*, §. fin. per illum textum cum glossa, D. *solut. matrim.* quòd sic.

(2) *Ser desterrado.* Hæc est deportatio, de qua in §. *item lex Julia, de vi publ. Institut. de pub. jud.* et per Gloss. in l. *qui dolo*, §. fin. D. eod. et in l. 3. D. *ad leg. Jul. peculat.* et cùm ista pœna deportationis non sit in usu, prout dixi in l. 6. tit. 7. supra ead. *Partit.* et dicit etiam Angelus in l. 3. §. *legis Corneliæ*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* erit hodie ista pœna arbitraria.

(3) *Tercero grado.* In authent. *bona damnatorum*, est littera, *et ex latere usque ad tertium gradum*, et Baldus in l. 2. *C. qui testam. fac. poss.* vers. *item scias*, dicit, quòd illa est vera littera, licèt Jacob. de Belloviso dicat in corpore unde sumitur, quòd illa littera cum dicit, *ex latere*, est falsa: tu nota, quòd dictum Jacob. de Belloviso videtur approbare ista lex, et l. 5. tit. 31. ad finem legis, ead. *Part.* ubi Angelus similiter dicit, quod Baldus post Jacob. Butr. et Cynum; et dicit ita fuisse consultum Veronæ: tene ergo menti istas ll. Partitarum.

(4) *Todos los bienes.* Publicatio ista bonorum veniebat in consequentiam deportationis, l. 1. et 2. *C. de bon. proscript.* et dicit Joan. Fab. in dict. §. *item lex Julia de vi*, et Salic. in l. fin. *C.* eod. undè cùm hodie non imponatur pœna deportationis, ut dixi in gloss. 1. cessabit ista publicatio bonorum.

(5) *Que vienen con ellos.* Pleniùs hoc declaratur hic, sed satis comprehensum est in dict. §. *item lex Julia*, et in l. 3. D. eod.

(6) *Morir porende.* Concordat cum l. *quoniam multa facinora*, *C. ad leg. Jul. de vi publica.*

(7) *Estonce el forçador.* Concordat cum lege 1. in princ. D. *ad leg. Jul. de vi privata*, et dict. §. *item lex Julia, de vi*, *Institut. de pub. judic.* et videtur velle ista lex, tunc quem puniri ista pœna, de qua hic, quando incidit in aliquem de casibus, de quibus suprà dixit, in quibus committitur vis publica cum armis, vel ubi est expressum, quòd teneatur pœna legis Juliæ *de vi privata*, ut D. et *C. ad leg. Jul. de vi privata.* Pro aliis autem casibus in quibus committitur vis in rebus erit pœna arbitraria, ut probari videtur in l. 5. tit. 8. *Partit.* 3. et infrà eod. l. 11. in fin.

(8) *Deue perder la tierra.* De jure communi pro vi privata etiam imponitur pœna relegationis ad tempus, ut probatur in l. 2. D. *de termin. moto*, et in l. *quoniam*, ubi Glossa super parte *relegatione*, *C. ad leg. Jul. de vi public.* et tenet Azon. *C.* eodem in summa.

(9) *Sieruo el que fizo la fuerza con armas.* Pondera istam legem cùm dicit, *con armas*, nam videtur sequi dicta Azon. *C.* eod. in summa, cùm dicit, ponens pœnam legis Juliæ *de vi publica*, est hujus pœna, in liberos deportatio, servi verò occiduntur, si inscio domino vim commiserint; si autem eo jubente, damnantur in metallum, ut infrà eod. l. *servos*, et cùm Azon. declarat pœnam servi in hoc delinquentis, de qua in dict. l. *servos*, intelligit, quando fecit violentiam cum armis; et ita disponit ista lex Partitarum. Albericus tamen in dict. l. *servos*, intelligit illam legem in servo committente vim sine armis, ex eo, quia aliàs non imponeret illa lex ita modicam pœnam in domino mandante; de mente etiam Saliceti in 3. notab. est, quod illa lex intelligatur in vi publica et privata, et lex illa loquitur indistinctè, et est sub tit. *ad leg. Jul. de vi public. vel privat.* simul neque obstat motivum Alberici, cùm ex eo vult, quòd illa lex intelligatur de vi privata tantùm, quia modicam pœnam domino imponit, quia non ex hoc vult illa lex, quòd major pœna domino non possit imponi, imò bene poterit major imponi, ut vult Salicetus ibi 4. notab. vel dic, quòd non repugnet, quòd tali casu minor pœna imponatur honesto viro, cùm careat servo et infametur; tu ergo tene menti istam legem Partitarum intelligentem dictam l. *servos* in vi publica, seu cum armis commissa

sieruo morir porende. Mas si lo fiziesse por mandado, o con sabiduria de su señor, estonce non deue ser muerto, mas deue ser dado a las lauores del Rey (10). E demas desto, si el señor touiere oficio, o lugar honrrado, deuelo perder, e fincar enfamado porende por siempre. Fueras ende, si el Rey gelo quisiere perdonar despues, dandole por de buena fama. Pero si el señor fuesse vil persona (11), o ome malfechor, que ouiesse vsado (12) de mandar a sus omes fazer tal yerro como este, o otro semejante, deue ser desterrado porende, tambien como si el mesmo (13) ouiesse fecho la fuerça o el yerro.

LEY IX.

Que pena merescen los que con armas, e con ayuntamiento de omes armados, ponen fuego en casas, o en miesses agenas, tambien ellos, como los que vienen en su ayuda; e los otros que lo acendiessen por ocasion, o de otra manera.

Ayuntados seyendo algunos omes para fazer fuerça con armas (1), si pusiessen fuego, o lo mandassen poner, para quemar casas, o otro edificio, o miesses (2) de otro; si el que *LL. del tit. 35, lib. 12. Novis. Recop.*

per servum, prout Azon. intelligit. Si ergo vis privata committatur à servo, mitiùs punietur.

(10) *A las lauores del Rey.* Adde dict. l. *servos*, et nota hoc ad occidentem aliquem metu tyranni, quòd licèt non excusetur, tamen pœna mitigetur, ut morti non tradatur, secundum Bald. et Salic. in dict. l. *servos*.

(11) *Si el señor fuesse vil persona.* Sequitur intellectum Glossæ in parte *infames*, in dict. l. *servos*, ut ille versiculus referatur ad personas dominorum mandantium servis.

(12) *Que ouiesse vsado.* Nota delictum iteratum plus puniri; vide Gloss. Bald. et Salicet. in dict. l. *servos*.

(13) *Tambien como si el mesmo.* Nota ergo hìc casum, in quo mitius punitur mandator, quam faciens, scilicet in domino honestiori mandante servis vim committere; tunc enim punitur eadem pœna, quando esset vilis, vel consuetus talia mandare; non aliàs: regulariter tamen est contrarium, imò eadem pœna punitur, ut in l. *non solùm*, §. *si mandato*, D. *de injur.* et infrà eod. l. 9. ibi: *o los que dieren ayuda e consejo*, et per Salic. in l. *non ideo minus*, *C. de accasat.* quæ autem sit ratio specialitatis in isto casu, tu cogita, quia ad præsens tantùm illam sentio, quàm suprà tetigi, videlicet, quia dominus hìc caret servo, damnatur enim in metallum, et quia ipse servus faciens jussu domini, punitur, non pœna ordinaria sed mitiùs, ut et tradit Glossa in l. *servus*, D. *de action. et obligat.* et fortè ex bona ratione, et æquitate limitanda esset ista lex, quando vis esset adhibita circa non graviora, nam secùs si circa atrociora, vel in magnis rebus, argumento dict. l. *quoniam multa facinora*, *C.* eod. et quæ tradit Bart. in dict. §. *si mandato*, et argumento l. fin. §. *qui data*, D. *de incend. ruin. nauf.* et l. *Pedius*, §. *Divus*, D. eod. l. *capitalium*, §. *incendiarii*, D. *de pœnis*.

LEX IX.

Apponens, aut apponi faciens cum armis ædificio, vel messibus ignem, si est generosus, vel alius honoratus, exulavit perpetuò; si autem est conditione minor, et ibi repertus, projiciatur in incendium; alibi verò captus comburatur: si tamen casu, et non culpa accidat incendium, non tenetur ad damni æstimationem. Item si non malitiosè apponatur ignis, sed culpa, tantùm tenetur ad damnum. Item ignem malitiosè apponentes, non solùm tenentur ad pœnam suprà positam, sed probata violentia super rebus perditis admittitur actor ad jurandum. Hoc dicit.

(1) *Para fazer fuerça con armas.* Maximè intelligerem, nam incendiarius etiam sine tali coadunatione hominum armatorum ista pœna puniretur, si dolosè faciat incendium, vel dic, ut in sequenti glossa.

(2) *Para quemar casas, o otro edificio, o miesses.* Non distinguit ista lex, an incendium fiat in civitate, vel castro, vel extra mœnia civitatum, vel castrorum in aliis locis, prout Doctores communiter distinguunt in l. *data opera*, *C. qui accusare non possunt*, per textum in l. fin. D. *de incend. ruin. nauf.* et in l. *capitalium*, §. *incendiarii*, D. *de pœnis*, unde fortè potest dici, quòd hoc sit ex eo, quòd tale incendium sit cum violentia, et cum armis, ut tunc in hoc non fiat aliqua distinctio circa hoc; si tamen incendium fiat sine vi armata, tunc adhibetur dicta distinctio, videlicet, quòd si incendium fiat dolo, et in civitate vel oppido, et delinquens sit vilis persona, et domus fuit incensa, vel aliquod ædificium, vel aliquis porticus positus juxta ædificium, et quòd incendium sit magnum, tunc incendiarius debet comburi, l. *qui ædes*, D. *de incendio, ruin. naufrag.* et est ratio secundum Baldum in dict. l. *data opera*, in princip. quia incendium ignis in civitate mortem multis præparat, et hoc nisi delinquens sit in aliquo gradu constitutus, quia tunc decapitabitur: unde viles personæ, vel infames comburuntur, vel furca suspenduntur, nobiles verò et Barones decapitantur, secundum Bald. in dict. l. *data opera*, et Angelus Aretin. in trac. *malefic.* in parte *incendiario*, et dicit Baldus hoc notandum, quia nobiles sæpè habent guerras ad invicem, et faciunt incendia in castris et domibus, et hinc inde damna magna, et enormia; nam pœna capitis est eis, sed ribaldi debent igni cremari, et suspendi. Si tamen incendium fiat extra mœnia civitatum, vel castrorum aliis locis, et sit incendium magnum et dolo malo factum, punitur incendiarius pœna mortis, nisi persona delinquens sit in tali gradu dignitatis, vel status, quod vita debeat ei concedi ex benignitate dispensationis; et tunc debet deportari, l. fin. D. *de incend. ruin. naufrag.* et satis probatur in ista lege Partitarum, ubi etiam quando intervenit vis cum armis ad incendium, generosus, seu in gradu constitutus deportatur: et fortè potest dici, quod ista lex Partitarum limitetur, et restringatur, quando incendium fuit extra mœnia civitatum, vel castrorum, prout dicit Baldus: et quod si fiat in civitate, vel oppido, tunc etiam generosus decapitetur, quando incendium fuit magnum, quia alias esset absurdum tali casu maximè interveniente vi publica, quod solum deportaretur, et non esset pœna delicto conveniens: vide ad hoc l. 1. in princip. et l. *qui dolo*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* Cogita tamen, si verò incendium sit parvum, et factum in civitate, vel oppido, tunc persona vilis debet decapitari, ut in dict. §. *incendiarii*; suspendetur ergo talis furca: si verò sit generosus, seu magna persona, seu in dignitate posita, et parvum incendium, deportatur, ut in dict. l. fin. in fin. si verò sit incendium parvum et factum extra mœnia civitatis, vel castrorum, ubi est minus periculum, tunc si sit persona vilis, debet in metallum damnari, vel deportari, ut in dict. §. *incendiarii*, cùm dicit, *aliquo levius*: si verò sit in dignitate positus, et incendium parvum, relegatur, ut in dict. l. *capitalium*, conjuncta dicta l. fin. et tradit Bart. in l. 1. D. *de offic. præfecti vigil.* et Salicetus in dict. l. *data opera*, ubi et Albericus, et omnibus istis casibus emendat damnum, ut tradit Bartolus ubi suprà, et Albericus in dicta l. *data opera*: de jure autem canonico, qua pœna incendiarius teneatur, vide in cap. *cum devotissimam*, 12. quæst. 2. et in cap. *pessimam*, 23. quæst. 8. ubi et habetur de pœnitentia ei imponenda Hyerosolymis, aut in Hispania in servitio Dei per annum integrum permaneat; et fortè de Hispania dicit, quia tunc temporis capta erat à

Ley 5, tit. 15, lib. 12 Novis. Recop. esto fiziere fuere fijodalgo (3), o ome honrrado, deue ser desterrado para siempre porende; e si fuere ome de menor guisa, o vil, e fuere y fallado en aquel lugar; de mientra que anduuiere encendido el fuego quel puso, deue luego ser echado en el, e quemado. E si por auentura non fuesse y luego preso, quando quier que lo fallaren despues, mandamos que lo quemen (4). Pero si el fuego se encendiesse por ocasion (5), e non por culpa de otri, nin de los fazedores, estonce non serian tenudos de pechar el daño que el fuego fiziesse. E si por auentura el fuego non fuesse puesto maliciosamente, mas fiziesse daño por culpa de alguno, como si fiziesse viento (6), e lo acendiesse en tal lugar, que por la fuerça del viento se acendiesse alguna casa, o miesses, o otra cosa, en que fiziesse daño; aquel que lo encendio en aquel lugar, o lo mando encender, es tenudo de pechar todo el daño (7) que fizo el fuego, que vino por su culpa, non poniendo y la guarda que deuiera poner, o acendiendolo en tiempo ventoso. E tan solamente deuen recebir los fazedores de la fuerça, o los que dieren ayuda, o consejo, la pena que es sobredicha en la ley ante desta; mas aun demas desso, deuen pechar todos los daños, e menoscabos (8) que viuieron por su culpa en los bienes que se perdieron, de aquellos a quien fizieron la fuerça. E maguer aquellos que assi fueron forçados, non puedan prouar todas las cosas que perdieron, solamente que la fuerça sea manifiesta, o que la prueuen, abondales para averiguar todo quanto juraren (9) que perdieron por razon della. Todavia auriguandolo, e estimandolo primeramente, el Judgador segun su aluedrio, catando que omes eran, e que riquezas auian aquellos que recibieron la fuerça. E despues que el Judgador lo ouiere estimado derechamente segun su aluedrio, e ellos ouieren jurado quanto fue lo que perdieron, deuengelo fazer cobrar de los bienes de los fazedores.

LEY X.

Que pena meresce aquel que el por si mismo, sin mandado del Judgador, entra, o toma por fuerza, heredamiento, o cosa agena.

Entrando, o tomando alguno por fuerça, por si mismo sin mandado del Judgador, cosa agena, quier sea mueble, quier rayz, dezimos, que si derecho o señorio auia en aquella cosa que assi tomo, que lo deue perder (1); e si derecho o señorio no auia en aquella co- *Ley 2, tit. 15, lib. 12 Novis. Recop.*

Mauris. Vide etiam per Hostiens. in tit. *de raptor. et incend.* vers. *et qua pœna incendiarius teneatur.*

(3) *Fijodalgo.* Vide quæ dixi in glossa suprà proxima.

(4) *Que lo quemen.* Vide quæ dixi in glossa 2.

(5) *Por ocasion.* Concordat cum l. *si fortuito*, D. *de incend. ruin. naufrag.*

(6) *Fiziesse viento.* Adde l. *qui occidit*, §. *in hac*, D. *ad leg. Aquil.* et ista est culpa levis, secundum Bald. in l. *quæ fortuitis*, in exemplis quæ ponit levis culpæ, *C. de pign. action.*

(7) *El daño.* Et si non sit solvendo, luet in corpore, ut in l. *qui ædes*, D. *de incend. ruin. naufrag.* Cynus, et Salicet. in l. *data opera*, *C. qui accus. non poss.* et adde dict. l. *capitalium*, §. *incendiarii*, in fin. cum Glossa ibi; si tamen incendium veniat culpa lata, tunc damnum emendat, et ultra punitur judicantis arbitrio, sed minus quàm si fuisset in dolo, l. *in leg.* D. *ad leg. Cornel. de sicar.* et dict. l. *si fortuito*; poterit ergo tunc puniri aliqua pœna corporali extra mortem, vel mutilationem membri, vel pœna pecuniaria gravissima, secundum Bald. in dict. l. *data opera*, col. 2. et si fuit culpa levissima, tunc tenetur lege Aquilia, l. *in lege*, la 2. D. *ad leg. Aquil.* Salicetus in dict. l. *data opera.*

(8) *Todos los daños, e menoscabos.* Adde l. 1. §. *ex die*, D. *de vi*, et l. *si de possessione*, *C.* eod. et l. *si quando*, et cap. *gravis*, *de restitut. spoliator.*

(9) *Juraren.* Concordat cum l. *si quando*, *C. unde vi*, et cum cap. fin. *de his quæ vi, metusve causa fiunt*: et an ista facultas jurandi transeat ad hæredem, vide per Glos. Bald. et Paul. de Cast. in l. penult. §. fin. D. *nequis eum qui in jus vocat. vi exim.* et per Jason. in dict. l. *si quando*, col. penult. et concluditur, quod sic, cum limitatione de qua ibi per eum, ubi et videbis per eum et alios alia in materia hujus legis, et per Doctor. in dict. cap. final.

LEX X.

Violenter sine judice rem alienam mobilem, vel immobilem capiens perdit jus, quod in ea habebat; et si nullum jus habebat, solvit eam cum fructibus perceptis, et ejus æstimationem vim passo; et tenetur de deterioratione et interitu rei, nisi sit pupillus, vel fatuus, qui non ipse, sed ejus tutores, aut curatores eorum nomine vim inferentes tenentur ad prædicta; vel nisi sit pater, patronus servi, qui non ad dictam pœnam, sed ad rei æstimationem tenentur. Hoc dicit.

(1) *Que lo deue perder.* Concordat cum l. *si quis in tantam*, *C. unde vi*, et §. 1. vers. *sed ne dum talia Instit. de vi bonor. raptor.*

An autem qui vigore hujus legis et dictæ l. *si quis in tantam*, habet rem, in pœnam violentiæ tutus sit in foro conscientiæ, vel an in tali foro teneatur eam restituere? Bart. in l. *si pœnæ*, in princ. D. *de condictione indeb.* dicit, quod sic, quia remanet naturalis obligatio, ut Glossa ibi voluit in uno ex exemplis ad illam legem; et Bartolum ibi sequitur simpliciter Angelus. Paulus tamen de Castro vult contrarium, ex quo lex civilis eum liberat; subdit tamen, quod tutior est opinio Bartoli propter periculum animæ, cap. *juvenis*, *de sponsalibus*; contra Bartolum etiam tenet Abbas in cap. *novit*, *de judic.* col. 11. ubi facit mentionem de illo dicto Bartoli; Jason. in dict. l. *si pœnæ*, non se firmat, sed allegat pro utraque parte. Excusabitur tamen miles à pœna hujus legis, si rem propriam per alium possessam propria auctoritate invadat, si ex præsumptionibus apparet, quod errore ductus hoc fecerit, quia non est illud contra jus naturale, ut patet in §. penult. *Institut. vi bonor. raptor.* Glossa in l. *regula*, in princip. D. *de jur. et facti ignor.* secundum Angelum in l. *plagii*, *C. ad leg. Flav. de plag.* et tradit Alexand. consil. 103. volum. 1. incipit, *videtur prima consideratione*, colum. 1. et 4. requiritur namque dolus, vel lata culpa, ut incurratur pœna istius et illius legis, ut firmat Salicetus in dict. l. *si quis in tantam*, quæst. 11. ubi Bart. in quæstione de rustico, et milite dixit, non ligari pœna illa probatis præsumptionibus, ex quibus appareat de ignorantia. Adde Angelum in l. 2. §. *hac actione*, D. *vi bonor. raptor.* de auferentibus ronzinum

sa, deue pechar aquel que la tomo, o la entro, quanto valia la cosa forçada; e demas deuelo entregar della, con todos los frutos (2), e esquilmos que dende lleuo. E si por auentura aquella cosa que assi forço, se perdiesse, o se empeorase, o muriesse despues, el peligro del empeoramiento, o de la perdida, pertenesce al forçador (3), en manera, que es tenudo de pechar la estimacion della, a aquel a quien la tomo, o la forço; e esta pena ha logar contra todos los omes (4) que tomaren, o furtaren lo ageno, assi como sobredicho es; fueras ende, si el que lo fiziesse fuesse menor de catorze años (5), o loco, o desmemoriado; o si fuesse padre el que entrasse la heredad de su fijo, o señor que entrasse la heredad del que ouiesse aforrado. Pero qualquier destos sobredichos, maguer non caya en esta pe-

suum de manu deducentis illum, putans sibi licere eo quod ducebatur forsitan per exterum, vel incognitum, quod criminalitèr non tenetur. Nota etiam quòd ad hoc, ut quis privetur jure suo, invadendo rem propria auctoritate, requiritur quod adversarius possideat, unde commodatarius, depositarius, et colonus, non habent condictionem ex lege ista, vel ex illa lege, secundum Gloss. et Doctor. in dict. l. *si quis in tantam*, et infrà in l. sequenti, et adde quod notat Glossa, et ibi Salicetus in l. *si servus*, *C. quod cum eo*, unde neque competit ejecto à possessione, in qua erat ex primo decreto, ut in l. infrà proxima, et tradit Abb. in cap. 1. colum. 3. *de sequest. posses. et fruct.*

Et an sufficiat ad pœnam hujus legis occupatio possessionis naturalis tantùm, remanente civili apud possessorem? Videtur quòd non, quia cùm ista lex sit pœnalis, debet intelligi de possessione propriè, prout est civilis possessio, ut declarat Joan. de Imol. et moderni in l. 3. D. *è contrario*, D. *de acquirend. posses.* et tenent Cynus, et Salicetus in dict. l. *si quis in tantam*, dum volunt, quòd ita demum habet locum illa lex in clandestino invasore, si possessor fuerit privatus possessione, quia dominum non admisit, et hoc etiam per ista tenet Socinus consil. 122. col. fin. in 4. vol. incipit, *in casu domini Jacobi*. In contrarium tamen facit fortiter, quod notat Baldus in l. *si quis ad se fundum*, col. 3. vers. 3. *quæro*, *C. ad leg. Jul. de vi publica*, ubi post Ray. tenet quòd primus expulsor, qui fuit incontinenti dejectus, tenetur pœna l. *si quis in tantam*, licèt enim ille, quem primus ejector expulit, non fuerit possessione civili privatus, non potest tamen negari secundum eum, quin fuerit expulsus de naturali; unde expulsus incontinenti recuperans, non perdit beneficium hujus legis, ut et tradit Baldus in l. *licèt*, *C. de exception.* Bart. tamen tenet contrarium in dict. l. *si quis ad se fundum*, col. 3. et in dict. l. *licèt*, ex quo civilis non fuit amissa: et istud videtur communis, et fortè verius.

Sed an dejiciens incontinenti suum invasorem, puniatur ista pœna, vel alia? Dic quòd non, quia facit jure permittente, l. *ut vim*, D. *de justit. et jure*, l. *quoniam multa*, *C. ad leg. Jul. de vi publica*, tenet Baldus in dict. l. *si quis ad se fundum*, col. 3. si tamen dejecit ex intervallo, an et perdat jus quod habebat pro damnis sibi illatis extra ipsam possessionem, vide Baldum ibidem, qui vult quod si vellet agere furti, vel vi bonorum raptorum, quòd possit, quia non dixit sibi jus super damnis, sed super possessione: vide ibi per eum, et dicit Baldus pulchrè in rub. D. *de rerum division.* col. 7. quòd ille dicitur occupare, qui sic incipit occupare, quòd potest conservare, et possidere, aliàs non dicitur occupare, l. *in laqueum*, D. *de acquir. rerum domin.* et si plures simul occupando debellant, victor qui stetit in possessione per tres dies, dicitur occupasse, argumento notatorum in l. 3. §. *cum igitur*, D. *de vi et vi armat.* ille autem, qui non potest tenere, nisi capiat aliquem locum principalem, non dicitur occupasse, argumento dictæ l. *in laqueum*, et est argumentum secundum eum, quod si unus tenet ecclesiam, alter tenet campanile, quod est fortalitium, quòd ille, qui ingressus est ecclesiam, cùm de facili potest expelli, non dicitur adhuc habere corporalem possessionem beneficii; si tamen ille alter est ita incastellatus, quòd evadere non potest, tunc cùm ipse non dicatur tenere, sed teneri, ut apparet ex notatis in l. 1. §. penult. D. *de vi et vi armat.* dicendum est, illum possessione privatum; quod dicit esse notandum. Item de vassallo occupante rem feudalem possessam à domino, vel à tertio possessore; vide per Bald. in §. *si dao*, *de pace tenend.*

Et an ille qui succubuit in petitorio, eo quòd adversarius docuit de jure suo, possit agere condictione ex ista lege, vide Abbat. quòd sic, in cap. *pastoralis*, col. 9. *de caus. posses. et propriet.* et nota, quòd non solùm potest agi condictione ex ista lege, sed etiam excipi, glossa penultima in dict. cap. *pastoralis*: vide tamen ibi Abb. col. 10.

Et an ista lex procedat in rebus Clericorum, vide Abb. in cap. 1. col. 7. *de dolo*, *et contum.* Nota etiam illud quod multum notabiliter dicit Innoc. in cap. *cum in officiis*, *de test.* quòd ille cui prælatus relinquit aliquam possessionem, etiam jure institutionis, si illam occupat propria auctoritate, quòd incidit in pœnam l. *si quis in tantam*, neque excusatur obtentu testamenti, et est ratio, quia cùm penes ecclesiam sit civilis possessio, neque hæres, neque testator potest eam intervertere; è contra verò dicit, quòd si ecclesia occupat possessionem, quæ revera pertinet ad hæredem Prælati, quòd ecclesia non incidit in aliquam pœnam, et ista dicta Innoc. refert, et sequitur simpliciter Baldus in authent. *licentiam*, col. fin. *C. de episcop. et cleric.*

Quid autem in occupante hæreditatem jacentem, vide in l. 1. tit. 14. lib. 3. *Ordinam. Regal.* et de occupantibus castella, vel fortalitia, vide l. 10. tit. 2. lib. 4. ejusd. *Ordinamenti*, et quando tempore præscribatur remedio hujus legis, et dictæ l. *si quis in tantam*, vide per Francisc. Balb. in suo tractat. *præscript.* fol. 37. col. 2. ubi dicit quòd triginta annis, et allegat Glos. in l. 1. in princip. in verbo *annum*, D. *de vi et vi armat.* cætera in hujus legis materia, vide per gloss. magnam et solemnem in dict. l. *si quis in tantam*, et per Doctores ibi. Ista quæ sparsim longo studio collegi, hic inserui ad levamen studiosi.

(2) *Con todos los frutos.* Adde cap. *gravis*, *de restitut. spoliat.* ubi et habetur quòd violentus tenetur de percipiendis; vide etiam l. 1. §. *ex die*, D. *de vi et vi armata.*

(3) *Pertenesce el forçador.* Concordat l. 1. §. *rectissimè*, et l. *meritò*, D. *de vi et vi armat.* Quid tamen si æquè petitura esset apud possessorem? Vide l. *si alius*, §. *est et alia*, vers. *idem ait*, D. *quod vi aut clam*, et vide Bart. et Doctores, signanter Decium in l. *quod te*, D. *si certum petat.* et vide quæ dixi in l. fin. tit. 2. *Part.* 5.

(4) *Contra todos los omes.* Ergo contra militem et rusticum, cùm invadere sit contra jus naturale, ut dixit Gloss. in dict. l. *si quis in tantam*, vide quæ dixi suprà in glos. 1. et contra prodigum, licèt Glossa in dict. l. *si quis in tantam*, dixit contrarium de prælato, capitulo, et universitate; vide l. penult. infrà eod.

(5) *Menor de catorze años.* Nota ad id, quod dixit Glossa in dict. l. *si quis in tantam*, quæ voluit idem esse in proximo pubertati; ista tamen lex videtur velle contrarium. Advertè tamen, quod si minor viginti quinque annis invasit sine dolo rem per alium possessam, putans hoc sibi licere, dato quod incidit in pœnam istius legis, et l. *si quis in tantam*, poterit tamen petere restitutionem in integrum, Gloss. in cap. 1. in verbo *rigor*, *de dolo et contum.* et tenet Bart. et alii in dict. l. *si quis in tantam*, ubi Baldus post Jacob. de Arena dicit, quod ex quacumque causa etiam levi putaverat minor se posse de jure invadere rem per alium possessam, restituetur in integrum, quasi non intelligatur esse in vero dolo, et tradit etiam Alexand. consil. 103. vol. 1. *videtur prima consideratione*, col. 1. quem vide in 5. col.

na, tenudo es de desamparar, o de tornar simplemente, aquello que tomo, o entro, como non deuia, a aquellos cuyo era. E como quier quel menor de catorze años, nin el loco, nin el desmemoriado, non caerian en la pena sobredicha, si aquellos que los tuuiessen en guarda, entrassen, en la manera que de suso diximos, o tomassen cosa agena, en nome de aquellos que tuuiessen en guarda, estonce los guardadores (6) caerian en la pena, tambien como si lo fiziessen de otra guisa por si mismos, pechandolo de lo suyo, e non de los bienes de los huerfanos.

LEY XI.

Por quales razones, aquel que desapoderasse a otri de alguna cosa en que estuuiesse apoderado, non caeria en la pena susodicha.

Ley 1, tit. 8, lib. 11 Novis. Recop. Alogando, o emprestando, o encomendando un ome a otro, alguna cosa señalada, como quier quel que la tuuiere en alguna destas maneras, se puede seruir, e aprouechar della, fasta el tiempo que señalaron que la tuuiesse; con todo esso, el señorio, e la possession de la cosa, siempre finca (1) en saluo al señor della, porque aquel que la tiene por alguna destas razones, non la tiene por si, mas en nome de aquel que gela dio en guarda, o a loguero. E porende dezimos (2), que maguer el que la auia assi dada, tomasse aquella cosa por si mismo, o otro alguno por el, sin mandamiento del Judgador, a aquel que la tuuiesse del en alguna de las maneras sobredichas, que non caeria en la pena que diximos en la ley ante desta; como quier que es tenudo de gela tornar, que se sirua della, fasta aquel plazo (3) que le señalo que la touiesse, quando gela dio. Otrosi dezimos, que si alguno fuesse metido en tenencia de alguna cosa por mandado del Judgador, por mengua de respuesta (4); o si alguna muger que fincasse preñada (5) de su marido que se muriesse fuesse entregada en la possession de los bienes que fincaron de su marido, porque los tuuiesse en guarda, e en nome del fijo, o de la fija, que tuuiesse en el vientre, o en otra manera semejante desta; si despues que touiesse la tenencia, gela tomassen algunos por fuerça, non caerian porende en la pena que diximos en la ley ante desta. Porque ninguno destos, que son assi apoderados en los bienes de otro, non han verdadera possession (6) en las cosas de que son entregados, como quier que ayan la tenencia dellas. Pero el que gela tomasse asi, deuele tornar (7) lo quel tomo, con los daños, e con los menoscabos que vinieren por esta razon. Otrosi, el Judgador le puede poner alguna pena (8) de su oficio, si entendiere que la merece por el atreuimiento que fizo.

LEY XII.

Que pena merece aquel que niega que tiene la cosa arrendada, o alogada, non la queriendo boluer a su señor.

Teniendo vn ome de otro alguna cosa arrendada, o en guarda, o de otra guisa qualquier, que la tuuiesse en su nome (1), o por

(6) *Los guardadores.* Adde l. *meminerint*, *C. unde vi*, et l. 2. *C. qui accusare non poss.* et l. *non est ignotum*, *C. de administr. tutor.* et Gloss. in cap. 1. *de dolo et contum.* in parte *rigor*, in fine.

LEX XI.

Conductor re locata, aut depositarius re deposita, seu commodatarius re commodata, si spoliatus, non agit ad pœnam legis proximæ, quia non ipse, sed ei locans, deponens, aut commodans, possidet; sed restituitur ei res cum damnis, et interesse, et potest judex nihilominus spoliantem arbitrariè pro commisso punire. Item prægnans nomine ventris in possessionem missa vel ex primo decreto missus, si spolientur, non agunt ad pœnam memoratam, sed fit eis restitutio cum damnis, et interesse; et insuper vim facientes arbitrio judicis puniuntur. Hoc dicit.

(1) *Finca.* Adde l. *malè agitur*, *C. de præscr. 30. vel 40. annorum*, et l. 22. tit. 29. *Partit.* 3. Alexandr. in l. *quod meo*, in princ. col. 4. D. *de acquir. posses.* per quem videbis notabilem extensionem in hoc.

(2) *Dezimos.* Sequitur Gloss. in l. *si quis in tantam*, *C. unde vi*, vers. *tertio si incado rem quam commodavi, etc.*

(3) *Aquel plazo.* Vide in l. fin. tit. 3. *Partit.* 5. et quæ ibi dixi.

(4) *Respuesta.* Habet namque detentationem, non veram possessionem, ut hic, et in l. 1. tit. 8. et in l. 10. tit. 30. *Partit.* 3. et tradit Abb. in cap. 1. col. 3. *de sequest. poss. et fruct.*

(5) *Preñada.* Habet enim detentationem nudam, argumento l. 1. in fin. D. *quib. ex caus. in posses. eatur*, Glos. in l. *si finita*, §. *Julianus*, in gloss. magna, D. *de damn. infecto*, Bart. in rub. *de ventre in possession. mittendo.*

(6) *Possession.* Nota ad ea quæ dixi suprà l. proxima, in gloss. magna.

(7) *Tornar.* Adde l. *Aquilius*, et ibi gloss. fin. D. *de donat.* et l. 1. §. *ex die*, et §. *ex interdicto*, D. *de vi et vi armat.* et subvenitur istis officio judicis, vel ex canone cap. *reintegranda*, ut tradit Bald. in l. *ædem*, col. 1. vers. *sed quid si dominus*, *C. locati*, et vide omnino per Alexand. in l. 1. in princ. col. 18. *de acquir. posses.* et Socinum cons. 17. vol. 3. col. 3. et 4.

(8) *Alguna pena.* Adde l. 5. tit. 8. *Partit.* 3.

LEX XII.

Qui rem alterius nomine tenet, et sine justa causa petenti domino non restituit, sed sententiam expectat, non solùm tenetur ad restitutionem rei, sed etiam ad æstimationem arbitrio judicis, tamquam vim faciens. Hoc dicit.

(1) *En su nome.* Habebit ergo locum ista lex in tutore, qui finita tutela non restituit, secundum Alberic. post Odofred. in dict. l. *non ab re*, cùm hæc et illa lex indistinctè in omnibus habentibus causam ab agente loquantur. Item et procedet, secundum Baldum ibi, in habente temporalem usumfructum, qui finito tempore non vult restituere. Ego tamen in hoc exemplo fructuarii dubito, quia fructuarius non possidet pro proprietario, seu ejus nomine, sed suo,

el; si despues desso gela negasse, o non gela quisiesse dar (2) quando gela demandasse, non poniendo ante si alguna razon derecha (3), mas seyendo rebelde, non gela queriendo dar fasta que gela ouiesse a demandar (4) el otro por juyzio, e fuesse dada sentencia contra aquel que la tuuiesse assi, dezimos, que le deue tornar aquella cosa misma; e porque fue rebelde fasta que dieron la sentencia contra el, deue pechar, demas desto, la estimacion de aquella cosa a bien vista del Judgador, porque erro, quanto en su entendimiento, bien assi como si la forçasse.

LEY XIII.

Como, aquel que fuerza la cosa que auia dado en peños a otri, pierde porende el señorio que auia en ella.

Ley 1, tit. 34, lib. 11 Novis. Recop.

Empeñando vn ome a otro alguna cosa, entregandolo de la possession della en razon de empeño, si despues desso gela tomasse por fuerça el por si mesmo, pierde (1) porende el derecho, e el señorio que auia en ella. Ca, aquel que tiene la cosa que assi es empeñada, como quier que non ha el señorio della, con todo esso, ha verdadera tenencia (2); e porende non gela deuen tomar, fasta que sea pagada la deuda que auia sobre ella.

LEY XIV.

Que pena merescen aquellos que por fuerza, sin mandamiento del Judgador, fazen a sus deudores que les paguen lo que les deuen.

Leyes 1 y 2, tit. 13, lib. 11 Novis. Recop.

Atreuidos son a las vegadas omes y ha, de tomar por fuerça, como en razon de prenda, o de paga, algunas cosas de aquellos que les deuen, algo; e como quier que aquellos sean sus deudores, tenemos que fazen desaguisado. Ca por aquesto son puestos los Judgadores en los lugares, porque los omes alcancen derecho por mandamiento dellos, e non lo pueden por ellos mesmos fazer. E porende dezimos, que si alguno contra esto fiziere, tomando alguna cosa de casa, o de poder de su deudor, que si algun derecho auia en aquella cosa que tomo, que lo deue perder (1) porende; e si derecho non auia, deue tornar lo que tomo; e por la osadia que fizo, deue perder el deudo que auia de auer de aquel a quien lo forço; e de alli adelante, non es tenudo el deudor

et dicitur habere quasi possessionem civilem, et naturalem ipsius juris ususfructus, et res ususfructus possidet naturaliter, Glossa, et Bart. in l. 1. §. *interdictum*, D. *de vi, et vi armat.* Alex. in l. 3. §. *ex contrario*, column. 11. D. *de acquir. poss.* unde neque ista lex habebit locum in creditore, qui soluto debito non vult pignus restituere, secundum Salicet. in dict. l. *non ab re*, in fine, quia est lex pœnalis.

(2) *Non gela quisiesse dar*. Concordat cum l. *non ab re*, *C. unde vi*, et cum l. *conductores*, *C. locati*, et cum l. 18. tit. 8. ubi vide, quæ dixi *Partit.* 5.

(3) *Alguna razon derecha.* Qualis erit ista, vide per Glos. et Doct. in dict. l. *non ab re*, non enim esset justa exceptio, si diceret rem esse suam, sicut neque possent invasores, cùm isti talibus æquiparantur, ut hic in fine, et notat Salicetus in dict. l. *non ab re*. Quid autem si non ageret condictione ex lege ista, seu dictæ l. *non ab re*, vel l. *si quis conductionis*, *C. locati*, sed ageret actione locati, tunc conductor posset excipere de suo dominio etiam ad non solvendum pensionem; de dominio tamen alieno non posset excipere, quia etiam prædoni locanti debet respondere de mercede, et res restitui, l. *si urbana*, D. *de cond. indeb.* et tenet Angel. in dict. l. *non ab re*.

(4) *A demandar.* Et qualiter concipiet libellum ponit Gloss. in dict. l. *non ab re*.

LEX XIII.

Creditori pignus traditum à debitore, si ipse debitor vi auferat, perdit ejus dominium, licèt creditor veram possessionem pignoris non habeat, habet tamen veram tenutam. Hoc dicit.

(1) *Pierde.* Sequitur opinionem Gloss. in l. *si quis in tantam*, *C. unde vi*, vers. 8. *quid si debitor*, quam ibi approbant Dinus, Alber. Bart. et Baldus. Salicetus ibi distinguit, quod aut debitor facit causa juris sui conservandi, et tunc procedat opinio Pilei contraria, de qua ibi in Glossa: si tamen hoc cesset, tunc procedet opinio Accursii; movetur Salicetus quia necdum creditor, sed etiam debitor dicitur pignus possidere, ut notatur in l. *sciendum*, §. *creditor*, D. *qui sat. cog.* ubi glossa notabilis: non tamen ego percipio, quomodo posset intrare causa juris sui conservandi, creditore pignus sibi traditum possidente, unde simpliciter intelligerem istam legem, si debitor creditorem à possessione pignoris vi expellat.

(2) *Tenencia.* Nota benè, nam approbatur hic illa opinio communis, quod creditor verè possidet pignus civiliter et naturaliter, et probatur in l. *si de eo*, in princ. et ibi Bart. D. *de aquir poss.* et in l. *per servum*, in princ. D. *de acquir. rerum dominio*.

LEX XIV.

Creditor rem à suo debitore loco pignoris auferens sua auctoritate, si jus habebat in ea, perdit illud, si non habebat, restituit rem, et perdit jus debiti. Hoc dicit.

(1) *Que lo deue perder.* Sequitur opinionem Gloss. in dict. l. *si quis in tantam*, *C. unde vi*, vers. 7. *quid si erat invasori debita*, *vel sibi obligata*, et ibi declarat Salicetus, col. 4. vers. *quæro* 10. et vers. 11. *quæro*; si ergo res erat invasori debita, perdit invasor jus quod habebat in re, seu ad illam rem, et si ammodo agat exceptione, repelletur: si verò tantùm habebat jus pignoris, glossa prædicta voluit, quòd perdat jus pignoris, et hypothecæ: Salicetus tamen ibi dicit, quòd si non privaretur nisi jure pignoris, et non debiti, pœna esset nimis levis, neque esset satisfactum illi l. *si quis in tantam*, unde saltem, secundum eum tunc debet privari jure debiti, ad hoc l. penult. D. *ad leg. Jul. de vi privat.* et l. *extat*, D. *quod metus causa*, et istud approbat ista lex Partitarum: limita tamen et intellige, quando intravit rem causa juris sui conservandi, ut tunc tantùm illud jus perdat; si verò intravit, et invasit, ut possessorem possessione privaret, et ipse possessor efficeretur, tunc punietur ac si rem alienam invasisset, et sic in æstimatione rei, secundum Angel. in dict. l. *si quis in tantam*, et idem vult ista lex cùm in principio dixit, *en razon de prenda*, *o de paga*, ut procedat quando rem invasi, ut illam teneam pro pignore quantitatis mihi debitæ, vel ut in so-

de responder porende. E ha lugar esta pena, quando aquel que prendo a su deudor, lo fizo por fuerça, o de otra manera sin derecho, e sin plazer del (2).

LEY XV.

Que pena merecen aquellos que prendan a los omes del lugar en que mora algun su deudor.

Malas, e dañosas costumbres (1) vsan los omes a las vegadas, en razon de prendar, quando han deudo contra otros que son moradores en otros lugares (2), de manera, que si non pueden auer sus deudas de aquellos que se las deuen, prendan, e fuerçan las cosas de los otros que les non deuen nada, que moran en aquellos logares donde son sus deudores; e esto tenemos que es contra derecho (3) *Ley 7, tit. 31, libr. 11 Novis. Recop.*

lutum habeam, ut perdam jus debiti, quando aliud jus non habebam in re; nam si aliud haberem, illud perderem.

(2) *Sin plazer del.* Hoc dicit ob id quod notat Glossa de qua supra in gloss. proxima, allegans l. 3. *C. de pignor.* si ex pacto licuit rem ingredi, de quo latius per Doctores in dict. l. 3. et adverte quòd ista lex procedit, quando agere vult actor civiliter, nam et posset agere criminaliter lege Julia *de vi privata*, quando creditor res debitoris sine auctoritate judicis occupet, ut in l. fin. et ibi Bartol. et Angelus declarat, D. *ad leg. Jul. de vi privat.* Vide etiam in ista materia l. 11. tit. 13. *Partit.* 5. et l. 14. tit. 14. ead. *Partit.* 5. et vide quæ ibi dixi; et adverte, quod ista lex tollit dubium, circa quod ego ibi dubitavi perpendens aliquam contrarietatem inter illam l. 14. et illam l. 11. et tenendum est, quod etiam restituta re, quam creditor accepit pro pignore, perdit jus debiti, et sic illud argumentum à contrario sensu de dict. l. 14. in fine, non potest sumi per istam legem, vide etiam in ista materia l. 5. et 6. tit. 14. lib. 3. *Ordinam. Regal.* et l. 1. et 6. tit. 11. lib. 5. ejusd. *Ordin.*

LEX XV.

Pro alterius debito res tertii sua auctoritate capiens, aut pignorans, perdit jus debiti, et quod cepit, cum triplo restituet, et si ob hoc cepit hominem, perdit jus debiti, et tantumdem capto solvet: pœna nihilominus corporali puniendus arbitrariè. Hoc dicit.

(1) *Costumbres.* Est ergo iniqua consuetudo, quod unus pro debito alterius capiatur, vel pignoretur, ut hic, et in cap. 1. *de injur. et damno dato*, lib. 6. et authentic. *habita*, *C. ne filius pro patr.* et ibi notat Angelus.

(2) *En otros lugares.* De locis regni planum est, nam ista prohibitio ampla est intra loca unius, ejusdemque jurisdictionis, et regni, et dicit Bart. per textum ibi in l. 1. §. *hoc itaque*, D. *si quis test. lib. esse jus. fuer.* quod non possunt etiam per judicem concedi repræsaliæ propter factum subditi, qui jure ordinario potest coerceri, neque contra Universitatem sibi subditam, et idem tenet Jacob. de Bello Visu in authent. *ut non fiant pignora*, collat. 5. item Lucas de Penna in l. 1. *C. ut nullus ex vican. pro alien. vican. deb. ten.* lib. 11. dicit: Audite, et diligenter attendite, justiciarii, et judicantes, qui sub prætextu collectæ Regis Curiæ debitæ, repræsalias facitis omnium de loco, prædasque interdum agitis velut hostes; nam et quod universitas alicujus municipii debet, singuli de ipsa universitate non debent, l. *sicut*, §. 1. D. *quod cujus univers.* quod dictum tu diligenter nota, et tene menti; nam et aliquando in regno isto visa est absurditas ista, et tu fortè videbis, ut scias in individuo dictam auctoritatem Lucæ de Penna; pro quo etiam facit, quod tradit Baldus in l. *ex hoc jure*, col. 3. vers. 13. *quæritur*, D. *de just. et jur.* cùm dicit, quod non servatur debita proportio exigendi, cùm capitur unus pro alio, qui non debet capi, nisi pro rata, quæ tangit sibi per æs, et libram, ut notat in l. 1. §. *quibus*, D. *quod cujusq. univers.* et adde l. 13. tit. 2. *Part.* 3. et quæ ibi dixi.

(2) *La estimacion doblada.* Concordat cum dict. l. 1. D. *de tigno injuncto*, et vide l. 16. tit. 2. 3. *Partit.* et quæ ibi dixi; sed si nollet agere ista actione pro furto tigni injuncti, an poterit agere actione furti ad pœnam? Vide per Gloss. in l. *in rem*, §. *tignum*, D. *de rei vendicat.* et per Bartol. in dict. l. 1. quòd sic, et tunc per actionem furti tolletur actio tigni injuncti, in quantum est pœnalis, non in quantum est rei persecutoria, neque tolluntur aliæ actiones rei persecutoriæ, etsi agat furti: et similiter si ageret actione speciali de furto tigni injuncti, adhuc poterit agere actione furti ad alium simplum, quod est pœna; vide ibi per eum. Neque ista lex videtur aliud dicere, sed tantum ponit specialem actionem pro isto furto de tigno injuncto, prout posuit Consultus in dict. l. 1. quia absurdum esset, aliud dicere, cùm ista actio potius fuit addita ad favorem, quàm ad damnum; et quia si aliud diceret, minus puniretur fur, qui et ultra furtum tignum ædificio injunxit, quàm qui furatus est tantum et non injunxit, qui tenetur actione furti ad pœnam, et rei persecutoria ad rem, ut statim subdit ista lex.

LEX XVII.

Minor decennio cum dimidio, aut fatuus, vel familiaris, et pensionarius ad diurnas operas, furans aliquam rem domino, non tenetur ad pœnam furti, sed ad rei restitutionem tantùm; si tamen talis familiaris furtum magnum domino facit, tenetur pœna furti; et quod sit parvum, vel magnum arbitrio judicis relinquitur, personis furis, et domini consideratis. Hoc dicit.

(1) *Menor de diez años e medio.* Adde l. *impuberem*, D. eod. et suprà ead. *Partit.* tit. 1. l. 9.

(2) *Esso mesmo dezimos del loco.* Vide quæ dixi in dict. l. 9. tit. 1. ead. *Part.*

(3) *Por jornal cierto.* Nota hoc, quod furtum factum à mercenario dicitur domesticum furtum, quod et habetur in l. *perspiciendum*, §. *furta*, D. *de pœnis*, ubi et de aliis domesticis; videtur tamen, quod hic et ibi dicitur de mercenario, intelligendum de mercenario, qui stat in domo, non de eo, qui stat per se seorsum, licèt laboret ad mercedem cum illo, cujus rem furatur; et ita videtur probari in dict. §. *furta*, et in specie tenet Cepola in repetitione authentic. *sed novo jure*, *C. de serv. fugit.* ubi et vide de filio et uxore, et multis aliis, qui dicuntur domestici.

(4) *Pena de furto.* Concordat cum dict. l. *perspiciendum*, §. *furta domestica*, D. *de pœnis*, ex quo dicit Bald. in l. *congruentius*, *C. de patria potestate*, quod valet statutum, quod quædam delicta inter domesticos non puniantur; et limita istam legem, nisi multis vicibus domesticus furetur etiam res viles, nam tunc poterit conveniri furti, secundum Bald. in l. *apud antiquos*, in fin. *C. de furtis*, et in §. *injuria*, col. 3. *de pace jurament. firmand.*

(5) *Segund su aluedrio.* Adde l. 4. suprà eod. et ibi dixi.

(6) *Fuesse grande.* Idem habetur in dict. §. *furta domestica*, sed an quando furtum est magnum, si factum sit per uxorem, servum, vel filium, procedat quod hic dicitur et in dict. §. *furta*, ut tunc conveniantur furti, et puniantur, dubium facit l. 4. suprà eod. et quæ ibi dixi, ubi generaliter disponitur, quod isti furti non conveniantur. Bartolus tamen in l. *si quis uxori*, in princ. D. eod. dicit, quod quando pro furto imponitur pœna corporalis, puniatur filius subtrahens patri, quoniam habet unde solvat, scilicèt, corpus suum, sicut cùm habet castrense peculium: et quando furtum est magnum, vult idem esse Bartolus in uxore et filiis, sicut in aliis domesticis, de quibus in dict. §. *furtá*, et idem voluit in uxore in dict. §. *furta.* Idem voluit Angel. Aretin. in tractat. *malefic.* in parte *et vestem cœlestrem*, col. 7. loquens in uxore et filio et servo, et in parte *comparent dicti inquisiti in termino defensionis*, col. 4. Adde Joan. Fab. in §. *hi autem*, *Institut. de obligat. quæ ex delicto nascunt.*

(7) *En aluedrio del Judgador.* Adde Glos. in l. *ad ea*,

LEY XVIII.

Que pena merescen los Furtadores, e los Robadores.

Leyes 1, 2, 3, 4 y 5, tit. 31; 1 y 2, tit. 27; 1 y 2, tit. 14, 2, t. 4; 1, 2, 3, 4 y 5, con la nota 1, tit. 16, libr. 12 Noviss. Recop. Los furtadores pueden ser escarmentados en dos maneras. La vna es, con pena de pecho. E la otra es, con escarmiento que les fazen en los cuerpos, por el furto, o por el mal que fazen. E porende dezimos (1), que si el furto es manifiesto, que deue tornar el ladron la cosa furtada (2), o la estimacion della, a aquel a quien la furto, maguer sea muerta, o perdida. E demas, deue pechar quatro tanto, como aquello que valia. E si el furto fuere fecho encubiertamente, estonce le deue el ladron dar la cosa furtada, o la estimacion della, e pechar de mas dos tanto que valia la cosa. Essa mesma pena deue pechar aquel que le dio consejo, o esfuerço, al ladron, que fiziesse el furto; mas aquel que diesse ayuda, o consejo tan solamente, para fazerlo, deue pechar doblado (3) lo que se furto por su ayuda, e non mas. Otrosi deuen los Judgadores, quando les fuere demandado en juyzio, escarmentar los furtadores publicamente con feridas de açotes (4), o de otra guisa, de manera que sufran pena, e verguença. Mas por razon de furto non deuen matar, nin cortar miembro (5) ninguno. Fueras ende, si fuesse *Auto 2, tit. 10, libro 7 Recop. n. 5, 6 y sig.*

D. *de regulis juris*, et in dict. §. *furta*, et ibi Bart.

LEX XVIII.

Pœna furti pecuniaria est quadruplum, si furtum est manifestum; et si furtum non est manifestum, est duplum, in quo simplum non computatur: et eadem pœna est animantis et consulentis furem ad furtum; sed si solùm consilium dat, non tenetur nisi de duplo. Si vero ad pœnam corporalem agitur contra furem, flagellabitur, sed non occidetur, nec mutilabitur, nisi publicus latro sit vel pirata, aut per vim cum armis deprædetur in aliena domo vel loco, vel nisi in ecclesia, seu loco religioso furetur sanctam aut sacram rem; aut si officiales Regis furentur de pecuniis, aut juribus eis commissis; vel judex de pecuniis Regis, aut communis durante officio: isti enim occidentur, et eis dantes consilium, vel auxilium; vel eos celantes. Si tamen Rex aut communitas tale furtum officialis non petat infra quinquennium, non punietur postea corporaliter, sed solum quadrupli pœna. Hoc dicit.

(1) *Dezimos.* Concordat cum §. *pœna*, *Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc.* et l. *in furti actione*, D. eod. ubi vide, quid dupletur vel quadrupletur, et in l. *si quis*, in §. penult. D. eod. et per Glos. in l. *jumenta*, eod. tit. et limita, ut in l. unic. et ibi Joan. de Platea, *C. de grege domin.* lib. 11.

(2) *La cosa furtada.* Videtur velle ista lex, quòd eodem libello possit agi contra furem ad restitutionem rei, et ad pœnam dupli vel quadrupli: et sic possit agi rei persecutoria, et actione furti eodem libello, et vide in §. fin. *Institut. de oblig. quæ ex delict. nasc.* et quæ dixi in l. 9. supra eod.

(3) *Doblado.* Concordat cum l. *is qui opem*, D. eod.

(4) *Con feridas de açotes.* Nota hic pœnam furti, cùm agitur criminaliter contra furem, et adde l. fin. et l. *interdum fuit*, §. *qui furem*, D. *de furtis*, et in authent. *sed novo jure*, cum glos. ibi, *C. de serv. fug.* et Glos. in l. *capitalium*, §. *famosos*, D. *de pœnis*.

(5) *Matar, nin cortar miembro.* Concordat cum dict. authent. *sed novo jure*; non ergo procedet textus in §. *si quis quinque solidos*, *de pace tenend.* et quia per §. *injuria*, *de pac. juram. firman.* cùm dicit, quòd furtum legitimè puniatur, correctus est ille §. et reditum est ad antiquas ll. ut Gloss. ibi dicit, et Bart. in l. *capitalium*, §. *famosos*, D. *de pœnis*, et ideo de dispositione dicti §. *si quis quinque solidos*, non est curandum, neque de generali consuetudine curatur, ut dicit Bald. et Angel. in dict. authent. *sed novo jure.*

Et qua pœna puniebantur fures et latrones de jure D. si volueris videre recollectum, vide per Alberic. in dict. §. *famosos*, ubi refert scripta Dini et Jacobi de Arena; de jure vero Authenticarum, cum quo concordat lex ista Partitarum, aliter fuit provisum, ut in dict. authent. *sed novo jure*, et in corpore unde sumitur: quando enim furtum non cadit in aliud speciale nomen delicti, fur; qui clam subripit, et non est famosus, solùm fustigatur vel pœna simili punitur, ut hic habes, et notatur de jure communi per Gloss. ubi suprà, si verò clam subripit, et est famosus fur, quia sæpius fecit, et tunc punitur furca, ut in dict. §. *famosos*, et in dict. l. *capitalium*, §. *grassatores.* Si verò palam subripit, tunc propriè dicitur latro, et de jure communi, quando iste non erat famosus, punitur pœna legis Juliæ *de vi publ.* vel privata, non autem pœna mortis, ut habetur in dict. §. *grassatores*, quia pro prima vice veniam habebat à furca: quidam autem aliter dicebant in hoc, sed Alberic. in dict. §. *famosos*, in hoc se resolvit, quòd fur non famosus, id est, qui semel furtum fecit, fustigatur; fur famosus, id est, qui ultra quam semel furtum fecit, furca suspenditur: latro vero, qui secundum eum est qui palàm furatur; si non est famosus, deportatur vel in metallum damnatur; si est famosus, furca suspenditur: ita se resolvit Alberic. post Oldral. Angelus etiam in dict. authent. *sed novo jure*, dicit, quòd de jure antiquo D. pro furto, uno vel pluribus, neque pœna membri, quia tunc non erat cognita, neque etiam mortis inferebatur, sed erat arbitraria, et de jure novo Authenticarum sit idem, ut habetur in dict. authent. *sed novo jure*; dicit ergo, quod fur simplex etiam pro diversis et pluribus furtis de jure antiquo et novo non debebat mori, etiamsi cum apertura parietis pecuniam subripuerit, l. 1. §. *expilatores*, D. *de effractor.* si verò essent fures qui de jure communi vocabantur grassatores, qui prædæ causa tantum in itineribus stant, et isti sunt proximi latronibus; et ideo lex hoc dicit, quòd sunt proximi, quia non figuntur furca, sed capite puniuntur, si modo sæpius et in itineribus, aliàs non; imò aut damnanthr in metallum, aut in insulam releganter, l. *capitalium*, §. *grassatores*, D. *de pœnis*, et eadem pœna dicit puniendos latrones, qui societatem faciunt ad furandum, textus cum gloss. in verbo *faciendum*, in l. *respiciendum*, §. *delinquunt*, D. *de pœnis*, et isti secundum eum debent eadem simili pœna puniri: latrones verò famosi, qui secundum eum sunt aggressores stratarum, qui non satiantur spoliis nisi interficiant, et isti soli secundum eum debent furca figi, et quòd de his intelligatur dictus §. *famosos.* Finaliter tamen dicit, quòd practica, quæ hodie inolevit in puniendis furibus ex consuetudine furandi, potest etiam per LL. probari, nam dicta authent. *sed novo jure*, non decidit casum in committente plura furta, sed tantum dicit, quòd pro furto debet quis fustigari; unde pro pluribus furtis poterit judex ex officio condemnare ad furcas ex arbitrio ei concesso per dict. l. fin. D. *de furtis*, unde dicit esse notandum ex prædictis, quòd aggressor itinerum pro una vice non potest capitaliter condemnari, si non occidit vel occidere curavit. Paulus etiam de Castr. in dict. authent. *sed novo jure*, distinguit quatuor species furum, nam quidam sunt improbi, qui clam, et sine armis et sine fractura furantur, et isti, si sunt domestici et furantur rem modici valoris, nullo modo puniuntur; si sunt extranei, pro unò furto non debent mori; pro pluribus verò aggravatur pœna, unde ex consuetudine et forma statutorum pro tertio furto

suspenditur. Quidam vero fures sunt improbiores, ut qui cum fractura furantur, qui vocantur expilatores, et isti puniuntur acrius etiam pro uno furto, arbitrio tamen judicis. Quidam sunt improbissimi, ut qui in strata publica furantur, sine tamen interfectione, et vocantur grassatores, et de his loquitur dicta l. *capitalium*, §. *grassatores*. Quidam verò plusquam improbissimi, qui in strata publica et cum interfectione, et isti vocantur publici latrones, qui etiam de jure D. debent suspendi, ut in dict. §. *famosos*. Glossa tamen secundum eum in dict. authent. *sed novo jure*, videtur velle, quod publicus latro dicatur ille, qui consuevit furari, et sic etiamsi clam, si tamen pluries diceretur latro; quod intelligit Bart. in dict. §. *famoso*, quando contrarium ipsum laboraret infamia, aliàs non diceretur latro, neque famosus. Paulus vero de Castr. dicit quod latro non dicitur nisi quando palam et in strata publica; et neque hic dicitur famosus, nisi pluries facere assueverit, et istam dicit fuisse intentionem dictæ Glossæ: et quod ista fuerit intentio illius Glossæ, tenet etiam ibi Salicetus per motiva, de quibus ibi per eum, et tangam inferiùs. Volui ista dicta Doctorum recensere, ut cognoscas difficultatem istius materiæ propter LL. et Doctorum varietatem in ea loquentium, et ut ex his videas, quæ approbet, vel reprobet lex ista Partitarum: in primis enim lex ista vult, quod pro furto sine aggressura commisso quis non debeat mori, vel membro aliquo mutilari; et ex regula, et exceptionibus constat velle, etsi detur assiduitas in furando, neque potest dici, ut Angelus dicebat, quod ex consuetudine furandi ex arbitrio dato per dict. l. fin. possit judex condemnare ad pœnam mortis, nam ista lex Partitarum hoc arbitrium abstulit judici, et tantùm voluit fustigari furem, vel alia pœna extra mortem, vel membri abscisionem castigari: fortè tamen potest dici, quod lex ista noluit tollere judici potestatem aggravandi pœnam in solito furari, ut in l. *capitalium*, §. *solent*, D. *de pœnis*, l. *servos*, C. *ad leg. Jul. de vi publica*, l. *nemo*, C. *de Episcop. audient.* hodie tamen aliter hoc est provisum per l. *Fori* lib. 4. tit. 5. l. 6. quæ in hoc est in usu, ut fur pro primo furto condemnetur in novenis, et si non potest solvere, corporaliter ut ibi punitur, nisi furtum sit cum fractura, quia tunc debet mori, ut ibi habetur; pro secundo vero furto dicit illa lex quod damnatur ad mortem, quam in hoc, ut pro secundo furto fur mori debeat, non vidi neque credo de consuetudine servari, quia videtur dura dispositio; unde saltem exigerem ad pœnam mortis tertium furtum, quia pro primo et secundo furto quis ad furcas non suspenditur, sed pro tertio, quia qui delictum hoc in consuetudinem deducit, ad furcas suspenditur de generali consuetudine, quæ eo ipso reputat famosum et publicum furem, quòd facit tot et tanta furta, vel saltim reputat eum grassatorem, secundum Bald. in dict. authent. *sed novo jure*, et in dict. l. *nemo*, C. *de Episc. audient.* et idem vult Salic. in dict. authent. *sed novo jure*, quòd consuetus furari, dicatur de tribus vicibus, per LL. de quibus ibi per eum. Lex tamen istarum Partitarum, tit. 28. l. 6. in 2. *Partit.* in casu speciali, in furto scilicet facto tempore belli, pro secundo furto imponit pœnam mortis, et ibi habetur unum verbum, cùm dicit: *que lo tomarian como por uso*, ex quo posset quis dicere, quòd ex bino furto per illam legem dicatur quis consuetus furari: adhuc tamen extra illum specialem casum, non recederem à prædictis, ut scilicet exigatur tertium furtum, et ad illam legem potest dici, quòd imò ex ea probetur ex bino actu non induci talem consuetudinem; sed dicit dicta lex, quòd pro secundo furto in casu de quo ibi, expellantur à patria ad voluntatem Regis, quia præsumitur, quod iterum furabuntur, et furtùm deducent in consuetudinem; et probatur cùm dicit: *porque lo tomarian como por uso, etc.* quasi dicat relegentur à patria, quia aliàs, si non expellantur, in usu furta tenerent, et sic non ex hoc jam dicitur consuetus, sed præsumitur, quod veniet in talem consuetudinem: restat ergo quod saltem exigantur tria furta; sed an sufficiant tria furta interpollatim facta de rebus vilibus et minutis? Videbatur quod sic, quia non tam quantitas, quàm affectus furandi consideratur, ut in cap. fin. 9. quæst. 6. et notat Gloss. in cap. *de appellationibus*, qui enim artem et consuetudinem tenent furandi quantumcumque furetur vice qualibet rem parvam, punitur ac si res magnas furaretur, l. 1. et l. *oves*, §. *qui sæpius*, D. *de abigæis*, l. 1. et ibi Joan. de Plat. *C. de delator.* lib. 10. et tradit idem Joan. de Plat. in l. unic. *C. de grege domin.* lib. 11. et facit quod notat Bald. in cap. 1. §. *injuria*, col. 3. *de pace juram. firm.* cùm dicit, de furtulis famulorum scholarium: sed Cataldinus de Viso in suo *tractat. syndicatus*, quæst. 149. tenet contrarium, imo quod pro tribus furtis parvis non dicatur quis fur famosus, nisi fiant cum armis, et videtur æqua opinio, quando furta essent vilium rerum, et facit quod notat Bald. in l. *quicumque*, col. 2. in princ. *C. de serv. fugit.* vide etiam per Alexand. consil. 110. vol. 4. ubi quod pro tribus furtis parvis, quis non dicatur fur famosus, allegat Bald. in dict. §. *injuria*, col. 3. et quod pro tribus furtis rerum vilium, quis non debeat furca suspendi, tenet etiam Cæpola in repet. authent. *sed novo jure*, *C. de servis fugit.* in hæc verba. Si tamen ista tria furta essent parva, et de rebus magnativis, seu minutis, puta de gallinis, de consuetudine non servatur Veronæ, quod fur pro tribus furtis de gallinis suspendatur vel moriatur; sed vidi condemnare in pecunia, vel ad standum per aliquod tempus, puta duorum, vel trium mensium, in carceribus. Et adverte, quod pro tertio furto, ut dixi de generali consuetudine fur suspenditur, etiamsi de duobus primis fuerit punitus, secundum Gandin. in suo tractat. *maleficior.* sub tit. *de pœna furum*, vers. *sed pone pœnam impositam*, et Paul. de Castr. et Cæpol. in dict. authent. *sed novo jure*. Vide tamen inter consilia Bald. in vol. 5. consil. 348. incipit, *viso themate prædicto*, ubi hoc videtur limitari, ut procedat quando tertium furtum, pro quo suspenditur, est post alia duo, de quibus fuit punitus; sed secùs esset, si esset primum, de quo non fuit punitus, sed de aliis sic, quia si tractaretur tunc de puniendo primo pœna mortis, non imponeretur pœna secundum tempus delicti contra casum l. 1. D. *de pœnis*, et ex aliis fundamentis et motivis, quæ ibi poteris videre, quibus adde Bald. in l. *si crimen*, in fin. *C. de ord. cognit.* cùm dicit, et unum scias, quod priora flagitia aggravant posteriora, sed non è contra, nisi judex habeat arbitrium puniendi, quia tunc in arbitriis inspicitur tempus sententiæ, quod est notatu dignum secundum eum. Item si benè advertis, lex ista Partitarum vult pro furto etiam cum effractione ostii, vel parietis, non imponi pœnam mortis, cùm generaliter loquatur et ex causis exceptis formet regulam in contrarium, et idem erat de jure communi, ut superius dixi, et habetur in l. 1. §. 2. vers. *item effractores*, et l. fin. D. *de effractor.* Hodie tamen per dictam legem Fori, quam etiam in hoc arbitror usitari, quando furtum fit cum perforatione domus, punitur pœna mortis: cui legi Fori adde legem Styli, num. 74. quæ declarando dictam legem extendit ad ascendentem per parietem, vel intrantem per fenestram, vel tectum domus, vel si apperuit ostium clave, vel seram arcæ effregit, vide ibi; non tamen affirmo usum illius legis Styli, unde in hoc interroga practicos maleficiorum; reperio tamen de jure communi Baldum dicentem in l. fin. D. *de rerum divis.* quod si quis apponat scalas ad muros, vel ad fenestras alicujus, causa violandæ castitatis, incurrit in pœnam mortis, allegat l. *si quis non dicam rapere*, *C. de Episc. et Cleric.* Si tamen fiat causa furandi, non reperio de jure communi, quod ob hoc possit pœna mortis puniri, imo contrarium, ut dixi superius: similiter ex ista lege et ex prædictis apparet, quod pro uno furto quantumcumque sit magnum, non debet quis mori vel mutilari membro, quicquid in contrarium dixerit Baldus in dict. authent. *sed novo jure*, et in §. *injuria*, col. 2. *de pac. juram. firm.* quem sequitur Angel. in tract. *malefic.* in parte *et vestem celestrem*, col. 2. dicens, se ita semel practicasse Perusii: et facit l. 1. tit. 17. *Partit.* 2. ubi vide quæ dixi: facit etiam l. 1. D. *de abigæis*, et ibi notat Albericus, quod magis debet puniri, qui facit magnum furtum, quam qui parvum: facit etiam l. fin. tit. 15. infra ead. *Partit.* nam dictum Baldi non potest sustineri de jure, et contra eum tenent magis communiter Doctores, signanter Fulgos. Salic. et Paul. de Cast. Cæpol. in dict. authent. *sed novo jure*, et dicta lex Fori etiam in furto magno, si primum est, tamen imponit pœnam septupli, seu novenaram: hoc etiam vult

ladron conoscido, que manifiestamente tuuiesse caminos (6), o que robasse otros en la mar (7) con nauios armados, a quien dizen Cursarios, o si fuessen ladrones que ouiessen entrado por fuerça en las casas (8), o en los lugares de otro, para robar con armas, o sin armas; o ladron que furtasse de la Eglesia, o de otro lugar religioso, alguna cosa santa, o sagrada (9); o Oficial del Rey que tuuiesse del algun tesoro en guarda, o que ouiesse de recabdar sus pechos, o sus derechos, e le furtare, o le encubriere (10) dello a sabiendas; o el Judgador que furtasse los marauedis del Rey, o de algun Concejo, mientra estuuiere en el oficio (11). Qualquier destos sobredichos, a quien fuere prouado que fizo furto

lex ista Partitarum: adde quæ dixi in l. 1. tit. 17. *Partit.* 2. in gloss. super verbo *tanto podria ser el furto.* Item et si fur non posset solvere septuplum, de quo in dict. l. *Fori*, et Proverb. cap. 6. vers. 31. ibi: *deprehensus quoque reddet septuplum*; tamen adhuc pro primo furto non punietur pœna abscisionis membri, sed fustigabitur, ut hic habetur, et ita est in practica, et non servatur in usu dicta lex Fori, quatenus disponit, quod in defectum pecuniæ ad septuplum abscindantur furi auriculæ; esset enim tunc abscindere membrum contra istam legem; dicitur enim illud esse membrum, quod in corpore nostro habet operationem distinctam, secundum Philosophum *4. Metaph.* ad fin. et ideo manus ad palpandum, pes ad ambulandum, oculus ad videndum, aures ad audiendum, nasus ad odorandum, os ad gustandum, sunt membra, et tradit Angel. in dict. authent. *sed novo jure*: similiter et ex ista lege et ex prædictis patet, quod neque pro secundo furto possit de jure communi, neque ex ista lege Partitarum, furi imponi pœna mortis, vel mutilationis membri, sed deberet iterum fustigari, prout dicit Jacob. Butri. et sequitur Gandin. in dict. suo tractat. *malefic.* sub rubr. *de furibus et latronibus*, col. 2. Hodie tamen in regno est in practica, ut pro secundo furto abscindantur aures, sicut et aliàs de jure Lombardo cavetur, ut pro primo furto amittat fur oculum, pro secundo nasum pro tertio vero suspendatur, refert Gandin. ubi suprà: propterea constat, quod et si primum furtum fiat in strata publica, non punitur pœna mortis, ut dicam in gloss. seq.

(6) *Tuuiesse caminos.* Isti, ut dixi in glossa præcedenti, propriè dicuntur latrones, et de istis loquitur textus in dict. l. *capitalium*, §. *famosos*, D. *de pœnis*, et testus in authent. *ut nulli judicum*, §. fin. collat. 9. ibi cùm dicit, fures autem vocamus, qui occultè sine armis hujusmodi delinquunt; eos verò qui violenter aggrediuntur, aut cum armis, aut sine armis in domos, aut in itineribus, aut in mari, pœnis eos legalibus subdi jubemus. Adverte etiam quòd isti qui in stratis furantur sine interfectione alicujus, magis propriè dicuntur grassatores, quàm latrones publici; habentur tamen proximi latronibus, ut dicit textus in dict. l. *capitalium*, §. *grassatores*: quando verò furantur in itineribus cum interemptione hominum, isti propriè dicuntur latrones, ut habetur in dict. §. *famosos*, et dicit Angelus in l. *Prætor ait*, §. *adversus*, D. *de sepulc. viol.* per illum textum, quòd non intelligitur latro famosus, qui non consuevit furari clam, sed ille qui armatus rapit, vel subtrahit; unde dicit falsam esse opinionem dicentium, eum, qui tria furta fecit, esse famosum latronem. Collige ergo ex ista lege Partitarum, tunc demum aggredientem in stratis causa furandi puniri pœna mortis, quando pluries hoc fecit, ita quòd posset dici, quòd manifestè ad hoc est in itineribus: si tamen semel ita furtum fecerunt, vel facere aggressi sunt ad aliquem actum perveniendo, non puniuntur pœna mortis; debent ergo in metallum damnari, vel in insulam relegari, ut in dict. §. *grassatores*, et ut suprà dixi, pro prima vice veniam merentur à furca; et hoc voluit Glossa in dict. §. *famosos*, et Gloss. in cap. *si quis fortitudinem*, 23. quæst. 3. quod est singulare, secundum Cæpol. in dict. authent. *sed novo jure*, ult. charta, pro latronibus et piratis, qui semel tantum aggrediendo, aliquem vel aliques spoliaverunt, ut per hoc non debeant furca suspendi, vel aliter mori; quod intellige, quando in aggressione vel furto non intervenit peremptio hominis, tunc enim et pœna mortis punitur, ut in dict. §. *famosos*, et quia pro solo homicidio debet mori.

(7) *En la mar.* Isti dicuntur piratæ, seu cursarii, ut hic dicit, et dixi suprà in gloss. proxima, et pro prima vice isti non debent mori, non sequuta hominis peremptione, sed in metallum damnari: quæ pœna cum hodie non sit in usu, ut dicit Glossa in §. *relegati*, *Institut. quibus mod. jus patr. potest solv.* aliàs arbitrio judicis pro tali prima vice punientur; et dicit Cæpola ubi suprà, æquissimum se putare, si manus tali abscinderetur et banniatur propter admissi criminis atrocitatem, et ista lex Partitarum satis innuit, quòd pro prima vice non puniatur pirata pœna mortis, ex præcedenti dicto *o que manifiestamente tuuiessen caminos*, cùm statim subdit: *o que robassen, etc.* Unde videtur repetere verbum *manifiestamente*, et cùm postea dicit, *a quien dizen cursarios.*

(8) *En las casas.* Concordat cum dict. authent. *ut nulli judic.* §. fin. collat. 9. adverte tamen, quòd non repetit hic *aut in itineribus*, *aut in mari*, prout habetur in dicto §. fin. et ideo fortè, quia suprà dixerat de hoc: sed ut dixi suprà, pro prima vice iste non debebat mori, per textum in dict. l. *capitalium*, §. *grassatores*, D. *de pœnis*, cujus contrarium statuitur hic. Item si, ut dixi in itineribus vel mari, ubi est major ratio propter majus periculum, et ubi minor potest haberi defensio pro prima vice non puniuntur pœna mortis, quanto magis in aggressura, quæ fit in domibus, seu oppidis, ubi major potest haberi defensio. Præterea in dict. authent. hæc æquiparantur, sive fiat in mari vel in itineribus, sive in domibus; ergo in omnibus idem deberet statui, et quòd durius puniatur, seu debeat puniri aggressio in itineribus, quam alibi, probatur in dict. §. *grassatores*: unde fortè et in hoc enim ista lex debet intelligi de latronibus, qui non tantùm semel, sed sæpius causa prædæ in domos alienas irruerunt per vim cum armis, vel sine.

(9) *Alguna cosa santa, o sagrada.* Concordat cum l. *sacrilegii*, in princ. et ibi Glos. D. *ad leg. Jul. peculat.* et vide Paridem de Puteo in suo tractat. *syndicatus*, fol. 86. col. 4. ubi dicit, quòd suspendi fecit quemdam armigerum ex nobili progenie, qui furto subtraxerat crucem argenteam et calices sacros ecclesiæ, qui non erat secundum eum dignus pœna nobilium justitiari; non enim ignoscendum est militi, cui obviare telo oportet, ut latroni, l. 1. et 2. *C. quando liceat unicuique sine judice se vendicare*: et limita nisi de die modicum quid aliquis ex templo ferat, ubi pœna metalli fur coercendus est, vel si honestiori loco natus in insulam deportandus: potest tamen dici, quòd illa lex loquitur, quando id, quod aufertur non erat sacrum, ut dicit Glossa in dict. l. *sacrilegii*, licèt enim res sit modica, delictum non est modicum, sed grave, inspecta rei et loci dignitate, l. *Pædius*, §. 1. D. *de incend. ruin. nauf.* l. 2. *C. de hæretic.* sed adhuc videtur, quòd si modicum esset et sine effractione fieret furtum, quod mitiganda esset pœna juxta dict. l. *sacrilegii*, et videtur hoc velle Joan. Fabr. in §. *item lex Julia peculatus*, *Institut. de publ. judic.*

(10) *Le furtare, o le encubriere.* Concordat cum §. *item lex Julia peculatus*, *Instit. de pub. jud.* et vide quod habetur in l. 1. tit. 17. *Partit.* 2. et quæ ibi dixi.

(11) *Mientra estuuiere en el oficio.* Concordat cum dict. §. *lex Julia*, et cum l. 1. *C. de crimin. peculat.* Et adverte, quia reprobatur hic dictum Glossæ in dict. l. 1. cùm dicit istam puniri pœna deportationis; quam glossam tenet ibi Salic. et idem tenet Joann. Fabr. in dict. §. *lege Julia*; et contra hoc videtur textus in illo §. prout etiam perpendit Angel. Aretin. ibi, et Bald. in l. *data opera*, col. 4. *C. qui accusar. non poss.* punitur ergo iste pœna

en alguna destas maneras (12), deue morir porende el e quantos dieren ayuda, e consejo (13) a tales ladrones, para fazer el furto, o los encubrieren (14) en sus casas, o en otros

mortis, ut hic et in dict. §. et vult Azo. *C. de crimin. peculat.* in summa, et intellige istam legem, quando judex, vel administrator facit animo sibi appropriandi; si tamen accipiat animo exinde negotiandi, et tunc si ad utilitatem Regis, punitur in quadruplum; si ad sui, majori pœna, ut in l. 1. et 2. *C. de his qui ex publ. ration.* et tenet Joan. Fabr. ubi suprà, ubi et limitat pœnam illius §. et hujus l. nisi pecunia esset periculo intercipientis, l. *sacrilegii*, §. 1. et §. *si autem*, D. *ad leg. Jul. peculat.* ubi et quærit Joan. Fab. de receptoribus Regis, nunquid committant peculatum, si utantur pecunia ejus, et concludit quod sic, nisi quando pecunia esset eorum periculo, ita quod expressè tradita eis sit eorum periculo, et ipsi in se receperint periculum expressè; credit tamen quod si talis receptor reddito computo remanet debitor, quod ex hoc non debet puniri, dum tamen confiteatur debitum, et solvatur infra annum, l. *cum eo*, D. *ad leg. Jul. peculat.* non enim ex hoc est convictus intercepisse, quia fortè adhuc sibi deberetur; si tamen appareat recepisse, et in usus suos convertisse, dicit quod haberent locum pœnæ, de quibus suprà.

(12) *Maneras.* Adde alium casum in lege sequenti; et alium quando quis emit, seu lucrifacit frumentum exercitui missum, vide l. 3. *C. quæ res vend. non poss.* Bald. in l. *data opera*, col. 4. *C. qui accus. non poss.* et alium in furante pueros alienos, vide in l. fin. *C. ad L. Fav. de plagiis.* Bald. ubi suprà. Vide alium de furto facto in curia Regis, si deprehensus fuerit in furto, in l. 1. tit. 13. lib. 8. *Ordin. Regal.* et vide l. 3. tit. 16. *Part.* 2. et quæ ibi dixi: adde alium infra ead. *Part.* tit. 15. l. fin.

(13) *Ayuda o consejo.* Concordat cum l. 1. *C. de crimin. peculat.* l. *is qui opem*, D. *de furtis*, et quòd hic dicitur de consilio, intellige ut in l. 4. suprà eod. ubi dixi: ubi et vide qualiter quis dicatur præstare auxilium furto, et vide ibi quæ in ista materia dixi. An autem mutuans pecuniam dicatur præstare opem, vide Bartol. in l. *cujusque*, D. *ad leg. Jul. Majest.* per textum ibi, quòd sic, et idem Bartol. per textum ibi in l. fin. D. *ad leg. Pomp. de parric.* et vide Abb. in cap. 1. *de offic. delegat.* et qui dat domum ad colloquendum, videtur præstare opem maleficio, l. *et si amicis*, et ibi Bart. D. *de adulter.* et de nuntiis portantibus litteras ad maleficium committendum, vide Angel. Aretin. in tract. *malefic.* in parte *Sempronium mandatorem*, col. 3. et Bald. in l. unic. §. *ne autem*, circa fin. vers. *extra quæro, mandavi Titio*, *C. de caduc. tollend.* quòd puniuntur, ut principales; et de assistentè maleficio, vide per Bartol. in l. *in furti*, §. *ope*, et in l. *is qui opem*, D. *de furtis*, et Angel. Aretin. in tractat. *malefic.* in parte *dicto maleficio semper astitit*, et Bald. in repet. l. 1. col. pen. *C. unde vi*, et ibi de consulente maleficium, et ibidem scilicet per Angel. Aret. vide an possit fieri processus specialiter contra Titium, et generaliter contra ejus auxiliatores; et quòd eodem libello possunt accusari mandator et interfector, vide l. *minoribus*, et ibi notat Bald. *C. de his quibus, ut indig.* et Bald. in l. *cum rationibus*, *C. qui accus. non poss.* et qui simul stant, unus alteri videtur dare auxilium, vide Bald. in cap. 1. *de benefic. frat.* et in l. *non ideo minus*, ad fin. *C. de accus.* Et an percussor possit accusari coram uno judice, et auxiliator coram alio, vide per Bald. *de controv. feud. apud pares termin.* quòd remitti debeat ad judicem, qui prius incipit cognoscere. Et an præstans opem furto possit conveniri condictione furtiva? Vide per Bart. in l. *sæpe ita*, D. *de verbor. sign.* ubi dicit, quòd non, nisi in subsidium: et de dante opem pluribus, qualiter puniatur si illi plures fecerunt diversa maleficia, vide per Bald. in l. *cum rationibus*, *C. qui accus. non pos.* vide Bart. in l. fin. *C. ad leg. Corn. de sicar.* et eadem pœna imponitur principali, et sequaci associanti ad actum, l. 1. et ibi Bald. *C. de rap. virgin.* et de sequacibus, qui vadunt cum sociis, vide ibi per eum: socius etiam criminosi, et non criminis non punitur, l. *sancimus*, ubi Bald. *C. de pœnis.* Et an teneatur præstans opem ea pœna, et cum eisdem qualitatibus, sicut principalis? Vide Bart. in dict. l. *is qui opem*, et in l. *sanctio legum*, col. 5. D. *de pœnis*, et in l. *libertis*, la 2. §. pen. D. *de alim. et cibar. leg.* et Angel. Aret. dict. parte *dicto maleficio semper astitit*, et quando proceditur contra aliquem, qui præstitit opem, vel auxilium ad aliquod maleficium, oportet quòd prius constet de maleficio principali, et in processu qui fit contra auxiliantem, licèt enim principalis sit contumax, vel alio modo contra ipsum de maleficio constet, tamen hoc non nocet auxilianti, l. *denuntiasse*, §. fin. D. *de adulter.* et ibi vide Bart. et eumdem in l. *si is qui rem*, §. *si tu Titium*, D. *de furtis*, quod tu valdè nota, et adde Ang. in tract. *malefic.* in dict. parte *dicto maleficio semper astitit*, col. pen. vers. *quæro ad hoc*, et Alex. consil. 99. vol. 1. vers. *præterea*, ubi dicit, quod dictum Bartoli in §. *si tu Titium*, communiter sequuntur Doctores; vide eum et Aretin. ubi suprà col. pen. ad intellectum dictorum Bart. et dicit Ang. in dict. §. *si tu Titium*, quod errant assessores moti ex dicto Bartoli dicentes, quod absoluto principali non poterit fautor, seu auxiliator damnari, quia secundum eum, licèt de maleficio principali debeat constare in processu auxilii et favoris, tamen istud potest constare tripliciter. Primo per testes. Secundo per confessionem veram inquisiti de favore. Tertio per confessionem fictam ejusdem, puta, quia contumax est, et patitur se banniri, ita quod secundum formam statutorum habetur pro confesso et convicto, et propterea dicit Angelus, quod si accusatur principalis et fautor, et principalis comparet et absolvitur, quia maleficium non probatur, fautor est contumax et bannitur, quod satis probatum est maleficium contra eum, unde ipse condemnabitur, sicut dicimus, quod auctore criminis defuncto, contra quem maleficiam non potest probari propter mortem, cùm non posset cum eo esse judicium, nam poterunt fautores nihilominus accusari et condemnari, et sic cum eis maleficium probari, l. 2. D. *ad Carbon.* si autem principalis esset absolutus, eo quod esset probatum maleficium non fuisse commissum, tunc non posset fautor condemnari propter suam contumaciam, quia non plus operatur illa ficta confessio, quàm vera; unde dicto quod maleficium non sit commissum, cùm utriusque sit eadem causa defensionis, probationes tendentes ad absolutionem rei prosunt etiam fautori, l. *denuntiasse*, §. *quid tamen*, D. *ad leg. Jul. de adulter.* et ideo non est standum illi fictæ confessioni tamquam falsæ, sicut non staretur veræ, l. *confessionibus*, D. *de interrog. action.* et dicit Angel. hæc menti tenenda, quia quotidiana sunt. Nota enim, quod tunc persuadens, vel mandans maleficium committi, obligatur, quando maleficium est secutum, vide Bart. in l. *qui servo*, D. eod. et in l. *si ut proponitur*, D. *de fidejussor.* adde etiam in ista materia, quæ notat Bartolus in dict. l. *qui servo*, §. *item placuit*, et §. *si duo*; ad id autem, quod hic dicitur de consilio, adde Bart. in dict. l. *is qui opem*, in fin. et Aretin. in dict. parte *dicto maleficio semper astitit*, et Bald. in l. 1. *C. de serv. fugit.* et quod notat Bald. in cap. 1. in princ. colum. 4. *quibus mod. feud. amit.* vide etiam quæ dixi suprà eod. l. 4. ultimo notab. quod tunc auxilians punitur pari pœna, quando auxilium dedit causam delicto, alias si delictum aliter committebatur, punitur mitiùs, secundum Salic. in l. 1. *C. de raptu virgin.* per textum in cap. *sicut dignum*, *de homicid.* vers. *illi etiam*, et ibi Joan. de Anan. Felin. in cap. 1. *de offic. delegat.* col. 7. vers. *limita primo*, et vide latius per Felin. in dict. cap. *sicut dignum*, et per Hippolit. à Marsiliis in l. fin. D. *ad leg. Cornel. de sicar.* col. 5. et 6. ubi vide alias limitationes, et tenebis menti ista, quia variis locis sparsa collegi.

(14) *O los encubrieren.* Adde l. 1. et 2. *C. de his qui latron. occul.* et l. *Metrodorum*, D. *de pœnis*, et l. 1. et 2. tit. 16. lib. 8. *Ordin. Regal.* et quod habetur in l. unic. cap. 37. tit. fin. eod. lib. *Ordin.* et l. 1. D. *de receptator.* cum gloss. et quis dicatur receptator, vide l. 1. §. *quod autem Prætor*, D. *de servo corrupt.* et l. 1. §. 1. et ibi Bartol. D. *de receptator.* et Angel. Aretin. in tractat. *ma-*

lugares, deuen auer aquella mesma pena (15). Pero si el Rey, o el Concejo, non demandasse el furto que auia fecho el su Oficial, despues que lo supiere por cierto, fasta cinco años (16), non le podria despues dar muerte por ello, como quier que le podria demandar pena de pecho de quatro doblo (17).

LEY XIX.

Que pena merescen los que furtan los ganados, e los encubridores dellos.

Abigæi son llamados en latin, vna manera de ladrones, que se trabajan mas de furtar bestias, o ganados, que otras cosas. E porende dezimos, que si contra alguno fuesse prouado tal yerro como este, si fuere ome que lo aya vsado de fazer (1) deue morir porende.

lefic. in dict. parte *dicto maleficio semper astitit*, col. penult. ubi tradit de recipiente furem cum re furata, quando omnino delictum nondum erat perfectum, vel habitum pro perfecto, quòd tenetur furti, et committit furtum; secùs si post delictum habitum pro perfecto recipiat rem furatam, vel aliquod auxilium præstiterit furi, secundum Bartol. singulariter in l. *furtum*, D. *de furtis*, quod est notandum ad intellectum l. *eos*, *C. de furtis*, et nota, quòd receptator debet esse sciens, ut habetur in dict. l. 1. et 3. §. 3. versic. *sed enim*, D. *de incend. ruin. naufrag.* et in dict. l. *Metrodorum*, cum sequent. et quantum ad imponendum pœnam corporalem, requiritur plena scientia; sed quantum ad imponendum mitiorem pœnam, quæ ex culpa consuevit imponi, sufficit scientia per famam, vel suspicionem, ut quia malefactor fugiebat, et rumor erat post eum, secundum Bald. in dict. l. 1. *C. de his qui latron. occul.* et si receptatus sit consanguineus, vel affinis, mitius punitur receptator, l. fin. D. *de receptat.* et vide ad istam materiam quæ dixi in l. 4. suprà eod. de præstante auxilium ad evadendum post delictum commissum; et dicam in gloss. sequenti, et vide dict. l. 2. *C. de his, qui latron. occul.* quæ et vult, quòd latrones non solùm non sunt occultandi, imò sunt ultro offerendi, et indicandi; vide l. 1. et ibi Joan. de Plat. *C. de desertor.* lib. 12. et de occultante vocatum ad munera, vide textum in l. *ex omnibus*, *C. de decurion.* lib. 10. et Joann. de Plat. ibi et de pœna occultantium alligatos publicis muneribus, vide l. *stigmata*, *C. de fabricen.* lib. 11. et in l. fin. eod. tit. ubi Joann. de Plat. Et adverte, quòd retinere homicidas et fures gratia misericordiæ, et eo respectu eos celare, videtur licitum secundum Angel. per textum ibi in l. *qui vas*, §. *qui ex voluntate*, D. *de furtis*, dum tamen non fiat contra jussum judicis secundum eum, quod tu nota in practica, et ibi tradit de Beato Francisco, quòd non peccavit, qui Perusii interrogatus si homicida inde transiverat, usus verbis amphibologicis, seu æquivocis, non transivit hinc, et manum immisit in maniconem cappæ, et adde in hoc quæ latè tradit Lucas de Penna in l. 1. col. 2. et 3. *C. de desertor.* lib. 12. et quod dicit in l. unic. *C. de colon. thracens.* lib. 11.

(15) *Aquella mesma pena.* Bartol. in l. *in furti*, §. *ope*, D. eod. et in l. *si quis in gravi*, §. *si quis quem*, D. *ad Sillan.* dicit, quòd præstans auxilium post delictum commissum ad evadendum delinquentem, punitur mitiùs, quàm principalis, allegat l. unic. ubi bonus textus, *C. de rapt. virgin.* cujus contrarium habes hic, cùm dicit de receptantibus et occultantibus latrones; et hic dicit eadem pœna, qua latrones, debere puniri; et idem videtur probari in l. 1. *C. de his qui latron. occul.* Angel. tangit istam difficultatem in l. 1. *C. de Nili agger. non rump.* col. fin. ubi refert dictum Bart. in dict. §. *ope*, et in l. *his qui opem*, D. eod. et dicit, quòd isti qui favent ad defensionem, etiam de jure canonico plus peccant, quàm ipsi facientes, peccant enim in duobus. Primo, quia videntur conscii et participes. Secundo, quia impediunt justitiam ministrari, et sic offendunt rem publicam, et privatam, et ideo isti videntur eadem pœna puniri, et acrius, allegat cap. *qui aliorum*, 24. quæst. 3. et ad hoc allegat pro casu expresso dict. l. 1. et l. unic. *C. de crimin. peculat.* et ideo, secundum eum non debuit Bartolus damnare assessores, qui ob hoc dantes auxilium ad evadendum pari pœna puniebant, et non obstare dictam l. 1. *C. de rapt. virgin.* in qua Bartolus se fundat, quia ibi est specialis pœna determinata, quo casu dat Angelus doctrinam, quod nunquam est recedendum à tali pœna, aliàs autem secùs; et subdit hoc esse notandum; et quòd non invenies hoc modo examinatum per aliquem; allegat etiam pro ista decisione Innoc. in cap. 1. *de offic. deleg.* ejusdem sententiæ, quòd regulariter eadem pœna receptator seu præstans opem ad evadendum puniatur, et Salicetus in dict. l. 1. *C. de his qui latron. occult.* ubi adducit alium casum specialem in receptatore abigæi. Item tamen Salicetus in l. 1. *C. de rapt. virgin.* col. 6. versic. *pro cujus declaratione*, aliter dicit, quòd quando quis præstat opem ut criminosus evadat, si talis præstatio opis cadit in speciale nomen maleficii, tunc pœna illius puniatur, ut patet in impediente quem capi à familia, vel in eo qui damnatum ad mortem arripuit; si verò non cadit in speciale nomen maleficii, tunc punitur pœna generali illius tituli, *C. de his qui latron. occult.* ubi qualitas opis præstitæ et intentio præstantis inspicitur: et sic videtur quòd regulariter eadem pœna teneatur, nisi ex qualitate opis et intentione præstantis, judici aliud videatur; et istud videtur æquum dictum, et in arbitrio consideravit judex, an statim vel ex intervallo receptaverit, vel associaverit, secundum Bald. in l. *non ideo minus*, col. pen. *C. de accusat.* et dixi suprà eod. in l. 4. et an receptaverit, et ultra sociavit, et ocultavit, ut dicit Alberic. in l. 1. D. *de receptator.* ad declarationem dictæ l. 1. *C. de his qui latron.* quod tamen improbare videtur lex ista, cùm tantùm dicit, *encubriere*; et fortè in practica servaretur dictum Bartoli. Tu latius cogita, quia passus est difficilis, et quotidianus, et in receptatore, vel occultatore assassini, vide l. fin. tit. 27. infra ead. *Partit.*

(16) *Fasta cinco años.* Concordat l. *peculatus crimen*, D. *ad leg. Jul. pecul.*

(17) *Quatro doblo.* Ut in l. *sacrilegii pœnam*, §. fin. et l. pen. D. *ad leg. Jul. pecul.*

LEX XIX.

Abigæus dicitur, qui pecus furatur, et si hoc facere consuevit, capite punitur, si non consuevit, non occidetur: sed si quis aliquod pecus furetur, ad opus Regis damnabitur ad tempus; si autem tantus sit numerus furatarum pecudum, qui faciat gregem, ut decem oves, quinque porci, aut quatuor equi, vel tot earum fœtus, capite punitur: et pro minori numero, ut fur punietur, et talia furta celantes per decennium à Regis dominio relegantur. Hoc dicit.

(1) *De fazer.* Adde l. 1. 1. resp. D. *de abigæis*, et an sufficiat binus actus? Videtur, quòd non, et quòd saltem requiratur trinus, ut probari videtur in ista lege, cùm inferius dicit: *maguer que non ouiesse usado a fazerlo otras vegadas*, et dixi suprà in l. proxim. et nota hic, quòd ista lex non repetit hic illud verbum, de quo in dict. l. 1. ibi: *et abigendi studium quasi artem exercent*, unde non videtur exigi, quòd ultra frequentiam concurrat, quòd quasi artem abigæus exercet hoc crimen; quod Angelus ibi declarat in rubric. quod abigæus est omnis ille qui consuetudinem habet insidiandi animalibus alienis abducendis, unde propriè secundum eum istud delictum incurrunt sodales, qui insidiantur ex consuetudine, ut prædam et captivos capiant; vel dic, quòd in hoc verbo, *lo aya vsado de fazer*, includitur et illud, quòd quasi artem exerceant: isti enim dicuntur abigæi, quibus cura est alienis insidiare animalibus, et

Mas si non lo auia vsado de fazer, maguer lo fallassen que ouiesse furtado alguna bestia (2), non lo deuen matar; mas puedenlo poner por algun tiempo (3) a labrar en las lauores del Rey. E si acaesciesse, que alguno furtasse diez ouejas (4), o dende arriba, o cinco puercos (5), o quatro yeguas (6), o otras tantas bestias, o ganados, de los que nascen destas (7); porque de tanto cuento, como sobredicho es, cada vna destas cosas fazen grey, qualquier que tal furto faga, deue morir porende, maguer non ouiesse vsado a fazerla otras vegadas. Mas los otros que furtassen menos del cuento sobredicho, deuen rescebir pena porende en otra manera, segun diximos de los otros furtadores (8). E demas dezimos, que el que encubriesse, o recibiesse a sabiendas (9) tales furtos como estos, que deue ser desterrado de todo el señorio del Rey por diez años.

LEY XX.

Como la cosa que furtan muchos, puede ser demandada a cada vno dellos.

La cosa furtada (1), o la estimacion della, pueden demandar aquellos a quien fue fecho el furto, e sus herederos, a los ladrones, e a los herederos dellos; mas la pena (2) que deuen pechar por razon del furto, non deue ser demandada a los herederos de los furtadores, fueras ende, si en vida de aquellos que furtaron la cosa, fuesse començado el pleyto (3) sobre ella, por demanda, e por respuesta. Ca estonce, bien serian tenudos de la pechar. Otrosi dezimos, que los ladrones, e los herederos dellos, deuen tornar la cosa furtada, con los esquilmos (4) que pudiera lleuar su señor; e aun con todos los daños, e los menoscabos (5) que le vinieron por razon de aquella cosa que le furtaron. E porende dezimos, que si aquel cuya era la cosa, fuesse obligado de la dar a alguno, o el fruto della, so pena cierta, e a dia señalado, si cayo en la pena (6) porque non la pudo dar por razon que le era furtada, que estonce el daño, e el menoscabo, que le auiniesse por tal razon como esta, o en otra semejante, tenudos serian los ladrones, o sus herederos, de lo pechar. E si por auentura la cosa furtada se muriesse, o se perdiesse, siempre son tenudos los ladrones, o sus herederos, de pechar por ella tanta quantia, quanta mas pudiera valer (7) desde el dia que la furtaron, fasta el dia que la començaron a demandar. Pero los ladrones, o sus herederos, si quisieren tornar la cosa furtada a aquel cuya era, o a sus herederos, si la non quisiessen rescebir (8), e despues desso si muriesse, o se perdiesse sin culpa dellos, non serian tenudos de pechar la estimacion della; como quier que la pena pueden demandar al ladron en su vida. E aun

jumentis, et alibi ea transponere, ut authent. *de nuptiis*, cap. *cæteræ verò*, collat. 4.

(2) *Alguna bestia.* Semel vel bis faciendo, nam qui sæpius abigerunt, licèt unum, aut alterum pecus subripuerint, tamen abigæi sunt, l. fin. §. *qui sæpius*, D. *de abigæis*, et nota verbum *sæpius* ad id quod dixi in gloss. præcedenti; vult enim non sufficere semel, neque bis, quod est sæpè, verum dicit et *sæpius*: facit etiam quod hic dicitur *mas si non lo auia vsado de fazer*, et sic requirit plures vices, saltem duas ante tertiam: et adde quod notat Angelus in l. *si abducta*, in princ. *C. de furtis*, quod binus actus non inducit consuetudinem delinquendi.

(3) *Por algun tiempo.* Concordat cum l. 1. in princip. D. *de abigæis.*

(4) *Diez ouejas.* Adde l. *oves*, D. *de abigæis.*

(5) *Cinco puercos.* Non ergo sufficit, si essent quatuor, licèt dicta l. *oves* aliud velit.

(6) *Quatro yeguas.* Approbatur glossa in dict. l. *oves.*

(7) *Nascen destas.* Veluti si decem agnos, vel arietes, vel quatuor equos, seu equarum fœtus; de bobus nihil hic dicit, sed videtur idem quod in equis, vel equabus, ut quatuor faciant gregem, ut pro primo furto gregis abigæus moriatur.

(8) *Furtadores.* In furante ovem vel porcum, planum est, quia iste fur non abigæus dicitur; sed in furante equum, vel bobem, vel mulum, qui sunt bestiæ grossæ, etiam pro uno subtracto dicitur abigæus, non ut moriatur, sed ut in opus temporarium damnetur, quando non sæpius facit, ut suprà ead. l.

(9) *Recibiesse a sabiendas.* Nota hic ubi receptor non punitur eadem pœna qua principalis, dixi in l. præced. et adde l. fin. in fine, D. *de abigæis.*

LEX XX.

Condictio furtiva datur ad rem furatam, et damna ob furtum obvenientia, et fructus quos dominus percipere poterat, et ista etiam datur hæredibus et contra hæredes, et æstimatur res quanti plurimi usque ad tempus petitionis valuit, non autem ad pœnam nisi lis fuit contestata; et interitio rei aut perditio non liberat eos, sed si fuit agens in mora recipiendi rem à fure vel hærede, non tenetur postea de ea, si sine ejus culpa perierit. Et si plures sunt fures, omnes tenentur in solidum; sed unius solutum liberat alios: actio autem furti pœnalis non datur contra hæredem, nisi lite contestata contra principalem. Hoc dicit.

(1) *La cosa furtada.* Concordat cum §. fin. *Institut. de oblig. quæ ex delict. nascuntur*, et cum l. 1. D. *de privat. delict.* et l. *si pro fure*, §. fin. D. *de cond. furtiv.*

(2) *La pena.* Concordat cum §. *non autem omnes*, vers. *est enim certissima*, *Instit. de perpet. et tempor. action.* et dict. l. 1. D. *de privat. delictis.*

(3) *El pleyto.* Concordat cum §. *pœnales*, *Instit. de perpet. et tempor. action.* l. 1. *C. ex delict. defunctor.*

(4) *Con los esquilmos.* Concordat cum l. *in re furtiva*, §. fin. D. *de condict. furtiv.* l. *ancilla*, *C. de furtis.*

(5) *Menoscabos.* Ut hæreditates et legata, quæ per servum acquisivissem, si mihi non esset subtractus, l. *si quis uxori*, §. *si servus*, D. eod. et adde l. *in re furtiva*, §. 1. D. *de cond. furtiv.* non tamen habetur respectus ad damnum, quòd impeditus furto usucapionem non implevi, l. *si is cui*, §. 1. D. eod.

(6) *En la pena.* Concordat cum l. *inficiando*, §. *si tibi subreptum*, D. eod.

(7) *Pudiera valer.* Concordat cum l. *in re furtiva*, §. 1. D. *de cond. furtiv.* et vide l. fin. *C. de condict. furtiv.*

(8) *Rescebir.* Concordat cum l. *in re furtiva*, in princ. D. *de cond. furtiv.* et *C.* eod. tit. l. fin.

dezimos, que acertandose muchos omes en furtar vna cosa, cada vno dellos (9) es tenudo de la pechar a su dueño. Mas si el vno dellos la entregasse, o pechasse a su dueño la estimacion della, non la podria despues demandar a los otros (10); como quier que la pena puede ser demandada a cada vno dellos enteramente, e non se pueden escusar (11) los vnos por los otros.

LEY XXI.

Como, aquel que furta alguna cosa de los bienes del finado que fincan desamparados, lo deue pechar.

Fincan como desamparados los bienes de alguno despues de su muerte, porque los que han derecho de los heredar non son presentes (1), o non saben que sean establecidos por herederos, o por alguna otra razon (2) semejante destas: e acaesce, que algunos toman, o esconden maliciosamente, los bienes muebles que fallan y; e como quier que les non pueden demandar por razon de furto, porque los bienes en aquella sazon estauan desamparados e non auian señor, con todo eso faria maldad quien quier que maliciosamente tomasse algo dellos, pues que sabe ciertamente, que el non ha derecho ninguno de los tomar; e a tal yerro como este dizen en latin, crimen expilatæ hæreditatis, que quiere tanto dezir, como pecado que faze ome en messar la heredad agena. E porende, el que los assi tomasse, como quier que le non pueden demandar que torne la cosa con la pena del furto, pero puedenle demandar que la torne senciila con los frutos (3) que de ella esquilmo. E demas, el Judgador del lugar deuelo desterrar por algun tiempo cierto en alguna Isla, si fuere fijodalgo aquel que fizo tal yerro como este; o darle otra pena segun su aluedrio, en la manera que lo deue fazer, asmando qual es la cosa que assi tomo. E si fuere otro ome que non sea fijodalgo (4), deuele judgar que vaya a labrar a las lauores del Rey por tiempo cierto (5), segun entendiere que meresce.

LEY XXII.

Que pena merescen aquellos que furtan, o sosacan los fijos, o los sieruos agenos.

Sosacan o furtan algunos ladrones los fijos de los omes, o los sieruos agenos (1), con intencion de los lleuar a vender á tierra de los enemigos, o por seruirse dellos como de

(9) *Cada vno dellos.* Adde l. *vulgaris*, §. fin. D. eod. et l. 1. *C. de cond. furtio.*

(10) *A los otros.* Nam liberantur cæteri, quando ab uno satisfactum fuit, dict. l. 1. *C. de condic. furtio.* habes ergo hic, quód quando competit rei persecutoria contra plures ad rei persecutionem, re vel æstimatione ab uno ex eis habita, cæteri liberantur, et hoc quando plures rei persecutoriæ actiones oriuntur ex eodem facto; verum est tamen secundum Jac. de Rave. quód si is qui consequutus est æstimationem, vellet eam reddere, et petere rem etiam ab eodem, poterit rem petere, si ignorabat penes quem res esset, l. *ei qui*, D. *de furtis*: si veró competant ex diversis factis, tunc distinguitur; nam si primo consequutus sum rem, non possum amplius ab alio consequi æstimationem: secùs si æstimationem, quando unus non habet causam ab alio, l. *neque ullam*, §. fin. D. *de petit. hæred.* Cynus in dict. l. 1. Alberic. in l. *qui re*, §. 1. ubi Glos. et Bart. D. *de furtis.*

(11) *Non se pueden escusar.* Concordat cum dict. l. 1. *C. de cond. furtiv.* et ibi Gloss. et hoc quando plures, ut plures furtum fecerunt; si vero ut unum corpus, tunc uno solvente pœnam, cæteri liberantur, l. *si familia*, D. *de jurisd. omn. judic.* et hoc quando publica vindicta non tractatur, ut ibi habetur, et notant ibi Doctores.

LEX XXI.

Bona hæreditariam jacentem asportans tenetur ad eam cum fructibus receptis restituendam, et si est generosus ad tempus relegabitur in insulam judicis arbitrio; plebejus autem ad tempus ad Regis opera damnabitur.

(1) *Non son presentes.* Et sic non acceperunt possessionem rerum hæreditariarum, licèt adierunt, l. 2. D. *de crimin. expilat. hæredit.* in §. *apparet*, et l. 1. *C.* eod.

(2) *Otra razon.* Quia licèt sciverint hæreditatem delatam, non adhuc adierunt, ut in dict. l. 2.

(3) *Con los frutos.* Adde l. pen. *C. de condict. ex leg.*

(4) *Non sea fijodalgo.* Adde l. 1. §. *expilatores*, D. *de effractor. et expilator.*

(5) *Por tiempo cierto.* Dicta l. 1. §. *expilatores*, et l. 1. D. *de furt.* Bald. l. 1. D. *de crimin. expilat. hæred.*

LEX XXII.

Fur hominis liberi, aut servi, causa eum distrahendi, vel servum habendi, si est generosus, cum compedibus ad Regis operas damnatur perpetuò; alius autem capite punitur: si autem est servus, bestiis traditur lacerandus: eadem pœna afficitur scienter emens, aut vendens causa servitii liberum, aut servum. Hoc dicit.

(1) *O los sieruos agenos.* Plagium committit, qui sciens hominem liberum, vel servum alienum vendidit, vel emit, vel aliàs celat, ut dominum servo suo privet, dicit Gloss. in l. *si abducta*, *C. de furtis*, neque lex ista exigit, quod hoc habeat in consuetudine, qui in hoc delinquit, licèt contrarium voluit Gloss. in dict. l. *si abducta*, quæ communiter reprobatur, quia nulla lege hoc cavetur; et plagium differt à furto, quia se habent, ut excedentia et excessa, nam plagium committitur non solùm in servis, sed etiam in liberis hominibus alienæ potestati subjectis, ut filiusfamilias, et in aliis rebus non committitur; furtum veró in liberis hominibus non committitur, sed in servis et aliis rebus benè committitur. Item furtum committitur principaliter pro lucro ipsius furantis, sed plagium in necem et plagam illius cui subtrahitur; et sic potius ut illi noceatur, et plagium illi inferatur, quàm ut ipse lucretur, secundum Doctores, asignanter Paul. de Castro in dict. l. *si abducta*, et Bart. in l. *non statim*, D. *ad leg. Fav. de plag.* tenetur tamen et hac lege, qui liberum hominem subtrahit, et de loco in locum transportat, ut in l. *quoniam*, *C. ad leg. Fav. de plag.* Gloss. in §. *est et inter publica*, *Institut. de public. jud.* ubi Joan. Fab. dicit fuisse de facto in illis qui consenserunt in capiendo quemdam Lombardum, et ex-

sieruos. Es porque estos atales fazen muy gran maldad, merecen pena. E porende dezimos (2), que qualquier que tal furto como este fiziesse, que si el ladron fuere fijodalgo, deue ser echado en fierros, e condenado para siempre que labre en las lauores del Rey. E si fuere otro ome que non sea fijodalgo, deue morir porende. E si fuere sieruo, deue ser echado a las bestias brauas, que lo maten. Essa mesma pena ha lugar en todos aquellos, que dan, o venden ome libre (3), e los que lo compran, o resciben de otra manera en don a sabiendas, con intencion de se seruir del como de sieruo, o venderlo.

LEY XXIII.

De los sieruos que fuyen, e que facen furto de si mesmos.

Furtan a si mismos (1) los sieruos, quando fuyen de sus señores con intencion de non tornar a ellos; pero el sieruo que se fuyesse assi, non se puede perder por tiempo (2) a su señor; ca quando quier que lo falle, puedelo demandar en juyzio, e tornarlo a su seruidumbre. Fueras ende, si el sieruo fuesse a tierra de Moros (3), e desque fuesse ya en saluo e en su libre poder, se tornasse despues por su libre voluntad en la tierra de los Christianos, para andar y como Moro de paz, e forro. Ca estonce, maguer lo fallasse ay su señor, non lo podria tornar en su seruidumbre; porque el señorio que el auia sobre el, se perdio luego que el fue llegado a tierra de Moros, e torno en la libertad en que era ante que fuesse captiuo. Esso mismo dezimos que seria, si el sieruo anduuiesse fuydo a su señor treynta años (4) en tierra de Christianos, seyendo todauia desapoderado el señor (5) de la possession del; ca de alli adelante, maguer lo fallasse, non lo podria demandar en juyzio, para tornarlo en seruidumbre. Otrosi dezimos, que seyendo algun sieruo criado dende pequeño en casa de su señor, si tal sieruo como este anduuiesse a buena fe veynte años (6) por libre, cuydando todavia el, que lo era, maguer fuesse sieruo, si en los veynte años non lo demandassen, e lo quisiessen despues demandar por sieruo, non lo pueden fazer; ante dezimos que es libre, e gana la libertad por este tiempo; assi como diximos en el titulo de las cosas que se ganan, o se pierden por tiempo, en las leyes que fablan en esta razon.

LEY XXIV.

Como deue buscar el señor a su sieruo, quando fuere fuydo.

Fuyendose algun sieruo del poder de su señor, deue aquel cuyo era yr al Juez del lugar, e fazergelo saber; e el Juez deuele dar su carta (1), e omes que vayan con el a buscarlo,

trahendo de Romana Curia tempore Benedicti VI. et adde l. penult. §. L. *Favia*, D. eod. ubi de celante, vel vincientе hominem liberum: benè tamen potest fieri, si unus gnavus, vel cantor, seu alius homo liber, bonus servitor donetur ab uno domino alteri, ut declarat Bartolus in l. *lege Favia*, D. *ad leg. Fav. de plag.*

(2) *Dezimos.* Concordat cum l. fin. *C. ad leg. Fav. de plag.*

(3) *Ome libre.* Adde l. 1. et l. *lege Favia*, D. *ad leg. Fav. de plag.* et vide quæ dixi in gloss. 3.

LEX XXIII.

Servus fugitivus facit furtum sui, et ideo domino eum petenti non obstat temporis præscriptio nisi triginta annis fuit in fuga, vel si ad terram Sarracenorum ivit, quia tunc statim est liber: idem si bona fide viginti annis pro libero se agat, et habeatur. Hoc dicit.

(1) *A si mismos.* Concordat cum l. 1. *C. de serv. fugit.* et adde quòd notat Glossa in cap. *comperimus*, 14. quæst. 6. de servo consecrato, seu ordinato, qui restituitur domino suo, quia deliquit permittendo se ordinari: et de monacho qui non potest præscribere obedientiam, vide cap. *sicut*, et ibi Abb. *de regular.*

(2) *Por tiempo.* Ut etiam habetur in dict. l. 1. nam et servi, qui in fuga est, retinemus possessionem, l. 1. §. *per servum qui in fuga*, D. *de acquir. poss.* unde possidenti non currit præscriptio, l. *possideri*, §. *si servus*, et l. *per eum*, §. 1. et l. *rem quæ nobis*, D. *de acquir. posses.* l. *malè agitur*, *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* et adde l. 23. tit. 29. *Partit.* 3.

(3) *A tierra de Moros.* Adde dict. l. 23. tit. 29. *Partit.* 3. et quæ ibi dixi.

(4) *Treynta años.* Adde dict. l. 23. et quod ibi dixi.

(5) *Desapoderado el señor.* Videtur hic approbari dictum Innoc. in cap. *de servorum*, *de serv. non ordin.* dicentis, quòd servi fugitivi non perdimus possessionem, si tamen eam prosequamur; si verò persecutionem omittamus, et non requiramus ubi sit, et servus deponit animum revertendi, tunc perdimus possessionem; quod dictum dicit mirabile, et perpetuò menti tenendum Angelus in l. fin. *C. de acquir. poss.* dicens, quòd Legistæ sicco pede transierunt, non ita limitantes in dict. §. *per servum.*

(6) *Veinte años.* Inter absentes intellige, nam inter præsentes decem anni sufficerent, ut in l. 23. tit. 29. 3. *Partit.* ad quam ista lex se refert, et ibi dixi.

LEX XXIV.

Pro requirendo servo fugitivo dabit judex homines et litteras ad eos, ubi suspicatur quòd sit; et judex negligens, vel requisitus non sinens domum suam perscrutari, seu servum occultans scienter, solvent Regi centum morapetinos auri, et domino servum duplicatum; sed si intra viginti dies servum domino manifestet, excusabitur solùm à pœna Regis supradicta, non à pœna dupli, 20. in qua taxatur servus. Hoc dicit.

(1) *Su carta.* Concordat cum l. *Divus*, D. *de serv. fugit.* et l. 1. §. 1. eod. tit.

(2) *Las casas.* Adde dict. l. *Divus*, et l. *requirendi*, *C.* eod. et dixit Gloss. in l. 1. §. *hoc autem*, D. eod. hoc esse speciale in servis fugitivis, quod et tenuit Guido de Suza, secundum Alber. in dict. l. *Divus*: Odofredus tamen relatus à Bald. in dict. l. *requirendi*, idem voluit esse in aliis rebus furtivis; quod et comprobat Baldus ibi, dummodo sint indicia, quòd res substracta sit in domo alterius;

e escudriñar las casas (2) do sospechasse que es. E si por auentura el Judgador, seyendole esto demandado, non lo fiziesse, o alguno de aquellos en cuya casa sospechase el señor que era su sieruo, defendiesse que non entrasse y a buscarlo; estonce cada vno dellos, tambien el Judgador, como el que non dexasse entrar escudriñar la casa, deue pechar a la Camara del Rey cient marauedis de oro (3) por tal rebeldia como esta. E demas desto, deuen escodriñar la casa, por saber si es ay el sieruo, o non. Otrosi dezimos, que todo ome que resci-biere a sabiendas (4) sieruo que se fuyere a su señor, o lo escondiere, que deue pechar porende cien marauedis (5) de la moneda sobredicha a la Camara del Rey, e a su señor el sieruo doblado (6). Pero si fasta veynte dias, desde el dia que lo rescibio a sabiendas, lo manifestare al señor del sieruo, o al Judgador del lugar, como lo tiene en su casa; estonce, deuele perdonar la pena (7) de los cien marauedis. Pero es tenudo de dar al señor el sieruo doblado, porque lo encubrio tanto tiempo. E si por auentura, non ouiesse otro sieruo que de, con aquel que encubrio, deue pechar por el veynte marauedis (8) de la buena moneda, en lugar del otro que auia a dar por pena.

LEY XXV.

Como el menor non cae en pena, maguer el sieruo que fuyesse se ascondiesse en su casa.

Acogiendose a casa de algun huerfano (1), el sieruo de otro, que fuesse fuydo de poder de su señor, non cae porende el menor en la pena que diximos en la ley ante desta, maguer estuuiesse y ascondido con su sabiduria. Mas el que tuuiesse en guarda al huerfano, si fuesse sabidor quel sieruo se fuyera a su dueño, e consintio que se ascondiesse, e acogiesse en casa del huerfano que el tenia en guarda, deue pechar de lo suyo toda la pena que de suso diximos. Otrosi dezimos, que qualquier ome que encubriere al sieruo fuydo con intencion que lo perdiesse su señor, que si por auentura non ouiere de que pechar la pena que diximos en la ley ante desta, que deue ser castigado (2) de feridas paladinamente, de manera que resciba ende verguença, e se guarden los otros de lo fazer; pero deuenlo dar esta pena de manera, que lo non maten, nin lo lisien.

LEY XXVI.

Por quales razones puede ome esconder sieruo ageno, e non caera porende en pena.

Engañosamente mandando vn ome a su

et idem tenet ibi Bart. et Joan. de Plat. in l. *ex omnibus*, *C. de Decurion.* lib. 10. Angelus etiam in dict. l. *requirendi*, et si perquisitio fieret ad publicam utilitatem, permittitur indistinctè, l. *omnis servitus*, *C. de aquæ duct.* lib. 11. et l. *quosdam*, *C. de metalla*, eod. lib. Bald. in dict. l. *requirendi*, et vide per Joann. de Plat. in dict. l. *omnis*; erit ergo speciale in servis fugitivis, ut etiam indiciis prædictis non aparentibus hoc fiat, et idem in uxore alicujus fugitiva, vel monacho fugitivo, secundum Cynum, et Salic. in dict. l. *requirendi*. Alber. in dict. l. 1. §. *hoc autem*, D. eod. et idem si inquiratur persona malefactoris, secundum Salicet. in dict. l. *requirendi*: dicit etiam Alber. in dict. l. *requirendi*, in fine, quòd licèt de stricto jure non debeat fieri, nisi in fugitivis, quòd vidit tamen rectores communiter in omnibus prædictis casibus, et cùm ego dico vicinum habere in scrinio suo instrumenta ad me pertinentia, facere potestatem inquirendi, etiam sine aliis indiciis vel præsumptionibus, vel cum levibus, ad quod facit, secundum eum, l. 6. §. 4. vers. *sicubi*, *C. de his qui ad Eccles. confug.* et quod notat Gloss. in §. *planè*, *Institut. de rerum division.*

(3) *Cien marauedis de oro.* Hos appellat solidos l. 1. §. *hoc autem*, vers. *multa*, de qua ista sumpta est, et arbitror esse istos morapetinos auri, eos quos vulgo dicimus *castellanos*, ut dixi suprà *Partit.* 3. tit. 11. l. 2.

(4) *A sabiendas.* Secùs si sine dolo, ut in l. *doli*, D. *de servo corrupt.*

(5) *Pechar porende cien marauedis.* Approbat opinionem Glossæ in dict. l. 1. in princ. in verbo *statuit.*

(6) *El sieruo doblado.* Concordat cum l. *quicumque*, *C. de servis fugitiv.*

(7) *Perdonar la pena.* Concordat cum dict. l. 1. in princ. D. *de servis fugitivis.*

(8) *Veynte marauedis.* Concordat cum dict. l. *quicumque*, et nota hic cum dicit: *de la buena moneda*, et non repetit de morapetinis aureis; in l. tamen *quicumque*, de qua ista sumpta est, Glossa intelligit de solidis auri, quorum septuaginta et duo faciunt libram auri: et cùm ista æstimatio subrogetur loco servi, quem dare debebat pro pœna, videtur intelligendum de solidis, seu morapetinis auri, cùm communiter unus servus valet dictum pretium, et ultra. Nota etiam, quòd ista lex declarat dictam l. *quicumque*, ut ita demum admittatur ista solutio in pecunia, quando occultator servi non habeat alium servum; et l. *quicumque* non ita declarat, sed alternativè dicit, *cum alio pari*, vel *viginti solidos reddat*; et Glossa et Doctores ibi intelligebant electionem esse debentis, quod hic reprobatur.

LEX XXV.

Si ad domum minoris orphani fugiat servus, non tenetur minor ad pœnam: sed ejus administrator ad hoc consilium præbens tenetur, et quilibet occultans servum cum intentione, ut dominus eum amittat, si non habet pecuniam ad solvendum pœnam lege proxima taxatam, luet in corpore citra mortem et mutilationem. Hoc dicit.

(1) *Huerfano.* Concordat cum l. *quicumque*, vers. *in minorum*, *C. de serv. fugitiv.* et cum dictis Azon. *C.* eod. in summa, col. 1. vers. *est autem.*

(2) *Castigado.* Adde dict. l. *quicumque*, vers. *quod si ad prædictam*, et latius declarat hunc modum castigandi lex ista Partitarum, quam illa.

LEX XXVI.

Dolo inducens proprium servum ad fugam ad domum

sieruo, que fuyesse de su casa, e que se fuesse a esconder a casa de alguno otro, por tal, que ouiesse razon de buscarle mal, e demandarle la pena; si tal engaño como este fuere prouado que nascio del señor del sieruo, dezimos, que non es tenudo de pechar la pena; ante dezimos (1), que el señor deue perder el sieruo, por razon del engaño que cuydo fazer al otro, e deue ser de la Camara del Rey. Mas si el engaño nasciesse primeramente (2) de aquel en cuya casa lo fallassen al sieruo, porque lo ouiesse falagado, o rogado, que se viniesse para el; estonce, seria tenudo de tornar el sieruo, e de pechar la pena. E para saber verdad, de qual dellos nacio primeramente este engaño, deuen poner al sieruo a tormento, de manera que lo diga (3). E aun dezimos, que si sieruo de alguno se fuesse a su señor por miedo que ouiesse del, por razon de algund yerro que ouiesse fecho, e se fuesse a esconder a casa de alguno que fuesse amigo de su señor, con entencion que le ganasse perdon, que lo non fiziesse mal por yerro que fizo; aqueste tal en cuya casa lo fallassen, non le deuen demandar pena porende, porque el a buena entencion (4) lo acogiera.

LEY XXVII.

Como deue el Juez librar el pleyto que acaesciere entre el señor, e el sieruo que se le fuyo.

Demandando vn ome a otro en juyzio, diziendo que era su sieruo, e que se le fuyera; maguer el demandado conosciesse que fuera en su poder, e que lo touiera en fierros como a sieruo, teniendolo preso tortizeramente (1), estonce el que lo demandasse assi, es tenudo de prouar alguna razon derecha (2) por que lo demanda, assi como demostrando carta, o aluala de compra, o de donadio, por que lo gano. E si estonce lo prouare, deue el Judgador meter al que faze tal demanda en possession del; pero en saluo, dezimos, que le finque al otro, de mostrar, e de aduzir prueuas ante el Judgador, por si, o por su Personero, sobre su libertad. E si despues fallaren en verdad, que es libre, deuenle sacar de la seruidumbre, e de poder de aquel que lo tiene, e darlo por quito, e por forro.

LEY XXVIII.

Que pena merescen los que esconden los sieruos que fuyen de casa del Rey.

Si alguno de los sieruos que anduuiessen en la casa del Rey (1) se fuyesse, e se escondiesse en casa de otro, si aquel, en cuya casa se escondiesse, lo encubriesse con entencion que lo perdiesse el Rey, tenudo es de tornar el sieruo, e de pechar demas vna libra de oro. E si fuesse el sieruo de los que estan en las lauores del Rey (2), deuelo tornar, e pechar demas doze libras de plata, aquel que lo escondio; e si fuer sieruo de Concejo (3) de alguna Cibdad, o Villa, deue tornar el sieruo, e otro tan bueno como el, e pechar demas doze libras de oro (4).

alicujus, non potest pœnam fugitivi petere, imò perdit servum, Regis Cameræ applicandum. Si tamen dolus incepit ab occultante, ipse solvet pœnam domino, et ut sciatur cujus primitus consilio servus fugit, servus ille torquebitur. Si autem timore domini servus ad domum fugerit alterius amici domini, ut ei veniam postulet, non patietur pœnam eum sic recipiens. Hoc dicit.

(1) *Dezimos.* Concordat cum l. *quicumque*, *C. de servis fugit.* vers. *sanè.*

(2) *Nasciesse primeramente.* Adde l. *si quis servo*, *C. de furtis*, et Gloss. in dict. l. *quicumque.*

(3) *De manera que lo diga.* Et creditur servo cum præcedentibus indiciis, ut in dict. l. *quicumque*, ubi Gloss. allegat concordantes, et secundum Paul. de Castr. ibi, ex hoc limitatur l. *jurisjurandi*, *C. de testibus*, ubi habetur, quod non sufficit unus testis, quantumcumque præfulgeat dignitate, ut procedat illud, quando testis interrogatur de facto alieno; si tamen interrogetur de facto proprio, sufficiat unus testis, concurrentibus aliis indiciis; de quo dicto vide per Jason. in l. *cum filius*, §. *in hac*, D. *de verb. obligation.*

(4) *A buena entencion.* Adde l. *doli*, D. *de serv. corrupt.* et l. *quicumque*, vers. *quod si servus*, *C. de servis fugitivis.*

LEX XXVII.

Licèt quis petat quem ut ejus servum fugitivum, et ipse confiteatur ab eo injustè fuisse detentum, prius debet agens de titulo docere, quo probato, datur ei servus, salva proprietatis quæstione. Hoc dicit.

(1) *Tortizeramente.* Concordat cum l. *vis ejus*, *C. de probat.*

(2) *Alguna razon derecha.* Vide quæ dixi in l. 5. tit. 14. 3. *Partit.* ubi est lex similis huic.

LEX XXVIII.

Celans Regi servum ejus fugitivum, restituet eum Regi, et unam libram auri; si autem servus est operarum Regis, restituet eum, et duodecim libras argenti. Si verò est servus civitatis, vel communitatis, restituet eum cum alio æquè bono, et insuper duodecim libras auri. Hoc dicit.

(1) *En la casa del Rey.* Concordat cum l. 2. *C. de fugitivis colonis*, lib. 11.

(2) *En las lauores del Rey.* Concordat cum l. penult. *C. de servis fugitivis*, et fit hic differentia inter servum fiscalem, vel patrimonialem.

(3) *Sieruo de concejo.* Concordat cum l. *mancipia*, *C. de servis fugitiv.*

(4) *Doze libras de oro.* Cogito hanc litteram esse corruptam, et debet dicere, *doce marauedis de oro*, cùm dict. l. *mancipia*, de qua ista sumpta est, dicat de duodecim solidis, quorum septuaginta duo faciunt libram auri, ut tradit Gloss. in l. *quicumque*, *C. de servis fugitivis*, et quia aliàs in plus punitur occultans servum alicujus Civitatis,

LEY XXIX.

Que pena merecen los que corrompen los sieruos, faziendolos de buenos malos, e los malos peores.

Yerran a las vegadas los omes, non tan solamente en rescebir en sus casas sieruos agenos que andan fuydos, mas aun en corrompiendolos en muchas maneras; como si son buenos, que se tornen malos; e si son malos, que se fagan peores. Esto seria (1), como si aconsejasse vn ome a sieruo de otro, que fuesse desobediente a su señor, o que yoguiesse con alguna muger de su casa, o que le furtasse algo, o que se fuyesse, o que se embriagasse, o le diesse consejo, o ayuda, en otra manera semejante destas, porque fiziesse algund yerro, o porque se empeorasse. Ca, en qualquier destas cosas, o en otra semejante, que alguno se trabajasse de corromper sieruo de otro, dezimos, que maguer el sieruo de su voluntad (2) fuesse aparejado para fazer mal, en gran culpa es el que le diesse tal consejo, o ayuda, para acrecentar mas en su maldad. E porende seria tenudo de pechar doblado (3) al señor del sieruo, todo quanto daño, o empeoramiento rescibio en el sieruo, o por el sieruo, por razon del consejo, e del esfuerço malo que le dio. E lo que diximos en esta ley, de los que corrompen sieruos agenos, ha logar tambien en los que corrompen los fijos (4), o las fijas, o los nietos, o las nietas, o otros siruientes (5) algunos de casa.

LEY XXX.

Que pena meresce aquel que muda los mojones de alguna heredad a furto.

Mojon es señal que departe (1) la una heredad de la otra; e non lo deue ningund ome mudar sin mandamiento del Rey, o del Judgador del logar. E si alguno contra esto fiziesse, que mudasse los mojones maliciosamente, que estuuiessen entre la su heredad, e la de su vezino; como quier que ome non puede dezir propriamente que faze furto, porque lo faze en cosa que es rayz (2); pero faze yerro, e maldad, que es semejante de furto. E porende, todo ome que esto fiziere, deue pechar al Rey (3) por quantos mojones assi mudare, por cada vno dellos (4) cinquenta marauedis de oro (5). E demas desto (6), si ouiere

vel Villæ, quàm si occultaret servum patrimonialem Regis, vel fiscalem, quod esset absurdum; et facit pro hoc quod habetur in l. 24. suprà eod. cùm dicit, de centum morapetinis auri, quos l. 1. §. *hoc autem*, D. *de servis fugitivis*, dicit solidos.

LEX XXIX.

Scienter servum corrumpens alienum, ut deterioretur, tenetur domino ad damnum deteriorationis duplicatum; idem de corrumpente liberum familiarem, aut filium, vel filiam, nepotem, vel pronepotem alterius. Hoc dicit.

(1) *Esto seria.* Concordat cum l. 1. §. *persuadere*, et §. *is quoque*, cum l. sequenti, D. *de servo corrupto*, et vide casum notabilem in l. penult. eod. tit.

(2) *De su voluntad.* Adde dict. l. 1. §. *sed utrum*, ubi bona verba; non enim oportet laudando augeri malitiam, et adde cap. *nonnulli*, et cap. *clericus*, 16. quæst. 1.

(3) *Doblado.* Concordat cum l. *si quis servum*, §. fin. cum l. sequenti, D. *de servo corrupto*, et vide l. *doli*, §. fin. eod. tit. cum l. sequenti, et quid si ex hoc servus ita sit innutilis, quod non expediat illum habere? Vide in l. *ut tantum*, §. *æstimatio autem*, D. eod. ubi Albericus inducit ad quæstionem de bove, quem occidisti, cujus erit caro, et corium, an domini bovis, vel occidentis, qui debet reddere æstimationem bovis?

(4) *Los fijos.* Concordat cum l. *ut tantam*, §. *de filio filiave*, D. *de servo corrupto.*

(5) *Otros siruientes.* Nota benè istam extensionem, nam tantùm dicebatur de filio, vel filia, et aliis liberis in dict. l. *ut tantum.*

LEX XXX.

Limes est signum dividens prædia diversorum, et movere illum nullus potest sine mandato Regis, aut judicis; et aliàs evellens fines prædia dividentes de vicini prædio, perdit jus, si quod habebat in eo quod sibi ex mutatione appropiavit, et si jus non habebat restituet duplicatum, et solvet insuper pro quocumque fine, seu signo mutato, Regi quinquaginta morapetinos auri: eadem est pœna de finibus terminorum civitatum seu locorum, mutatis seu evulsis. Hoc dicit.

(1) *Departe.* Limes erat positus, litem ut dicerneret agri, dicit Virgilius, et habetur in cap. *forus*, *de verb. signif.* et an limes cedat limitato? Vide per Bald. in l. 1. vers. *in initio*, col. fin. D. *de offic. præfecti urbis.*

(2) *Rayz.* Vide etiam suprà in l. 1.

(3) *Pechar al Rey.* Concordat cum l. *lege agraria*, D. *de termin. mot.*

(4) *Por cada vno dellos.* Facit secundum Alber. in dict. l. *agraria*, ad statutum puniens producentem falsos testes in centum, quòd pro quolibet teste patiatur pœnam centum; vide ibi per eum.

(5) *Cinquenta marauedis de oro.* Et sic est pœna ordinaria in hoc statuta, et sic erit per istam legem sublata pœna extraordinaria, de qua in l. 1. D. *de termin. mot.* et in l. 1. *C. de accusat.* quam opinionem tenet Glos. in dict. l. 1. et in dict. l. *lege agraria*, quæ videtur approbari hic, licèt Doctores communiter illam impugnant, et magis communiter dicunt, quòd pœna extraordinaria, de qua in dictis legibus, et quæ habetur in l. 2. D. *de term. mot.* procedat, si agatur criminaliter, si verò agatur civiliter, tunc procedat ista de quinquaginta aureis; quæ fuit opinio 2. glossæ in dict. l. quam opinionem communem improbat Angelus in dict. l. 1. nam hic, et in l. *lege agraria*, pœna applicatur fisco, et sic agitur criminaliter, non civiliter. Unde Angelus ibi ad concordiam dicit esse distinguendum: quòd si quis animo furandi lapides, terminos evellit, non credens eos terminos, fustigatur, nisi sit splendidior, quo casu punietur, ut pro simplici furto, l. 2. §. fin. D. *de termin. mot.* si verò non animo furandi, tunc si terminos non evulsit, sed faciem terminorum convertit, ut ex arbore arbustam, et ex sylva novellam, et punitur tunc arbitrio judicis, ut in dict. l. *lege agraria*, in fin. Si verò terminos evulsit causa occupandorum finium, quia locum ibi confinantem habebat (qui est proprius casus hujus legis Partitarum), tunc secundum eum splendidus relegatur ad tempus arbitrio judicantis, si juvenis est in tempus prolixius, si senior in remissius; inferior verò castigatus datur in opus pu-

algun derecho en aquella parte de la heredad, que assi cuydo ganar a furto por mudamiento de los mojones, deuelo perder. E si derecho non auia en ella, deue tornar lo que entro en esta manera a su dueño, con otro tanto de lo suyo, quanto es aquello que tomo de lo ageno. E lo que diximos en esta ley del mudamiento de los mojones que son entre las heredades de los omes, ha logar otrosi en el yerro que ome faze en los mojones que departen los terminos, entre las Cibdades e las Villas, e entre los Castillos, e los otros Logares (7).

TITULO XV.

DE LOS DAÑOS QUE LOS OMES, O LAS BESTIAS, FAZEN EN LAS COSAS DE OTRO, DE QUAL NATURA QUIER QUE SEAN.

Daños se fazen los omes vnos a otros en si mesmos, o en sus cosas, que non son robos, nin furtos, nin fuerças. Mas acaescen a las vegadas por ocasion, e a las vegadas por culpa de otro. Onde pues que en los titulos ante deste fablamos de los Robos, e de los Furtos, queremos aqui dezir de los otros daños. E mostraremos que cosa es Daño. E quantas maneras son del. E quien puede demandar ende emienda. E ante quien. E a quales. E como deue ser fecha emienda del, despues que fuere aueriguado.

LEY I.

Que cosa es Daño, e quantas maneras son del.

Daño es (1) empeoramiento, o menoscabo, o destruymiento, que ome rescibe en si

blicum per biennium, ita intelligit l. 2. vers. *de pœna*, D. *de termin. mot.* Si verò evulsit ad seminandum zizaniam, tunc habet pœnam quinquaginta aureorum, de qua hìc, et in dict. l. *lege agraria.* Et si erat servus, qui talia committebat domino inscio, puniebatur ultimo supplicio, secundum legem Nervæ Imperatoris, nisi dominus pro eo mulctam solvere vellet, ut in dict. l. *lege agraria.* Sed per aliam legem postea latam evellens terminos causa seminandæ zizaniæ, punitur judicantis arbitrio extra ordinem, ut in dict. l. 1. *C. de accusat.* et in dict. l. 1. D. *de termin. mot.* et istam dicit esse veritatem Angelus ubi suprà. Salicetus verò in dict. l. 1. relatis opinionibus Glossæ et aliorum, tandem ibi refert et distinguit, quòd, aut quis ignoranter terminos amovit sine lucrandi animo, et tunc neque furti, quia deficit lucrandi animus, neque alia pœna pro termino amoto punitur, cùm dolus in hoc exigatur, ut in dict. l. 1. *lege agraria*, et in l. 2. aut amovit animo lucrandi tales terminos, et tunc vilis persona verberibus cæditur, ut in dict. l. 2. in fine, non vilis solùm furti tenetur, ut in l. *si certè*, D. *de furtis.* Aut scivit illos esse terminos, et tunc si amovit, ut tantùm sibi terminos lucraretur, et in quinquaginta aureis pro quolibet termino tenetur; verum persona vilis non habens unde solvat, luet in corpore, ut in l. *lege agraria*, 1. et 2. §. aut amovit causa finium occupandorum, et tunc distinguit inter personas, ut splendidiores relegentur in majus vel minus tempus, secundum diversitatem ætatis; viles verò fustigentur, et ad biennium relegentur, ut in dict. l. 2. 1. et 2. respons. aut amovit causa litium seminandarum, tunc extra ordinem punitur pro factorum varietate, l. 1. D. *de termin. mot.* et dict. l. *lege agraria*, §. fin. et cum ista distinctione dicit Salicetus, materiam esse claram, quæ per alios secundum eum est indiscussa. Tu verò considera, quod lex ista Partitarum loquitur in uno ex dictis casibus tantùm, scilicèt; quando evellat terminos causa finium occupandorum, et appropriandi sibi terram, quam confinantem suo prædio habebat, ex mutatione terminorum, et deciditur teneri pœna illa ordinaria quinquaginta aureorum pro quolibet limite; et pœna, de qua statim subdit, de amissione juris in re, quam intendebat lucrari, vel tantum reddendi de suo, si jus ibi non habebat; et de aliis pœnis nihil dicit, unde videtur, quòd non puniatur ulteriori pœna; et sic reprobantur in hoc dicta Doctorum, qui (ut retuli) aliter dicebant, moti ex dicta l. 2. quæ satis eorum dictum probat. Quando verò avulsio terminorum facta non fuit ex ista causa, sed ut seminaret zizaniam, vel ut furaretur lapides, seu terminos, seu aliàs, recurre ad dictam distinctionem Doctorum; quam sic tenerem, ut qui causa zizaniæ, seu seminandarum litium hoc facit, non puniatur pœna quinquaginta aureorum, de qua hìc, et in l. *lege agraria*, prout dicebat Angelus, sed extra ordinem pro factorum varietate, ut dicit Salicetus; et quia l. *lege agraria*, in respons. non loquitur in isto casu in impositione dictæ pœnæ quinquaginta aureorum, sed in casu in quo loquitur ista lex Partitarum; si verò amovit, animo furandi terminos seu lapides, ut sibi eos lucraretur, non sciens illos esse terminos, tunc procedat quod habetur in dict. l. 2. in fin. ut si fuerit vilis, sufficiat eum verberibus cædi; si splendidus, puniatur pœna simplicis furti. Si verò scivit illos esse terminos, et amovit, ut eos sibi lucraretur, tunc Salicetus, ut dixi, vult, quòd puniatur in quinquaginta aureis pro quolibet termino, et quòd si non habet, unde solvat, luat in corpore, allegat dict. l. *lege agraria.* Mihi verò videtur dictam legem non loqui in isto casu in 1. respons. illius l. sed cum hoc fit causa protelandi fines, et sic in casu, in quo loquitur lex ista Partitarum: et durum est dicere, ut ille qui minus deliquit, puniatur eadem pœna, qua ille qui magis deliquit; magis enim delinquit, qui causa occupandi terram confinantem sibi hoc facit, quàm qui causa furandi unum vel plures lapides: unde potius videretur dicendum, quòd tunc extra ordinem puniatur arbitrio judicis, ut in dict. l. 1. *C. de accus.* et dict. l. 1. D. *de termin. mot.*

(6) *De mas desto.* Concordat cum l. *si constiterit*, *C. fin. regund.* et l. *si quis in tantam*, *C. unde vi*, et l. *extat*, D. *quod metus caus.* et extenditur hìc dispositio, l. *si constiterit*, etiamsi occupatio fiat lite non contestata.

(7) *Otros logares.* Videtur ex hoc verbo, et ex aliis positis in ista lege, quòd hæc lex loquitur de terminis positis in rure, non verò de terminis positis in civitate, quæ fuit una solutio Glossæ in dict. l. 1. *C. de accusat.* sed illa reprobatur communiter; et fortè in omnibus lex ista procedet, tam ex verbis generalibus ejus, quàm quia vulgo nostro possessiones in urbe positas appellamus *heredad*: si ergo aliqua vinea, vel hortus sit in villa, idem erit, ac si esset ruri.

TITULUS XV. DE DAMNIS.

LEX I.

Damnum est perditio, vel deterioratio rei, vel personæ, alterius culpa proveniens, et est triplex. Unum est, cùm fit deterioratio per mixturam, vel aliter. Aliud, cùm fit diminutio. Tertium, cùm fit rei totalis destructio. Hoc dicit.

(1) *Daño es.* Adde l. 3. D. *de damno infecto*, ubi vide Gloss. Bartol. et Doctores, et damnum dicitur sentire, qui patitur diminutionem patrimonii, non qui perdit lucrum

mesmo, o en sus cosas, por culpa de otro (2). E son de tres maneras (3). La primera es, quando se empeora la cosa, por alguna otra quel mezclan, o por otro mal quel fazen. La segunda, quando se mengua, por razon del daño que fazen en ella. La tercera es, quando por el daño se pierde, o se destruye la cosa del todo.

LEY II.

Quien puede demandar emienda del daño.

Emienda del daño puede demandar (1) el señor de la cosa (2) en que es fecho. Esso mesmo puede fazer su heredero; pero si el señor de aquella cosa la ouiesse dada a otro, otorgando el vsofruto della (3) para en su vida; o que la tuuiesse otro alguno, que tuuiesse buena fe en tenerla, cuydando que era suya (4); o si la ouiesse alguno en guarda (5) en lugar do non estuuiesse el señor della; estonce, cada vno destos, o sus personeros, pueden demandar, que les sea fecha emienda del daño que fuesse fecho en aquella cosa que assi tenian. Otrosi dezimos (6), que si alguno fiziesse daño en cosa que estouiesse empeñada, que si aquel que la empeño non ouiesse de que la quitar, o el que la tuuiesse en peños non pudiere cobrar lo suyo de aquel que la empeño, que estonce bien puede el demandar, quel sea fecha emienda del daño que rescibio en aquella cosa, que tenia empeñada. Pero aquello que recibiere por emienda de la cosa que tenia en peños, deue ser contado en el debdo que deuia auer. E si mas fuere que la debda, lo demas deuelo tornar con la cosa al señor della. Mas si el señor della ouiere de que la pueda quitar, e estouiere en el logar (7) do fuere la cosa en que fizieron el daño, estonce el deue demandar la emienda, e non el que la tiene en peños. Otrosi dezimos, que teniendo algund ome de recebir de otro, sieruo, o bestia, o otra cosa qualquier, quel fuesse mandada en testamento, si fiziessen daño en aquella cosa, de guisa que se perdiesse, o se empeorasse, puede demandar la emienda de aquella cosa el que la tenia a la sazon que fue fecho el daño en ella, si el que la deue auer non estouiesse delante. Mas si aquel a quien era mandada era presente, estonce el que la touiesse, le deue otorgar poder (8) para demandar emienda del daño que le fue fecho en ella.

LEY III.

A quales, e ante quien puede ser demandada emienda del daño.

Emendar, e pechar deue el daño aquel que lo fizo, a aquel que lo rescibio. E esto le puede ser demandado, quier lo ouiesse fecho por sus manos, o auiniesse por su culpa,

non radicatum, et perfectè acquisitum, Gloss. in l. 1. §. *si quis propter*, in versic. *in integrum restitutione*, D. *de itinere, actuque privato*, Bart. Bald. et alii in l. *non amplius*, §. 1. D. *de legat.* 1. Alexandr. consil. 115. super eodem *de quo quæritur*, 3. volum. et per Jason. in l. fin. *C. de codicil.* Bald. et Jason. in l. fin. §. *in computatione*, *C. de Jure deliberandi.*

(2) *Por culpa de otro.* Exigitur dolus vel culpa, ut hæc actio locum habeat, ut in l. *in lege*, D. *ad leg. Aquil.* et *Institut.* eod. §. *injuria*, licèt enim appellatione damni contineatur omnis diminutio patrimonii, ut dixi in gloss. præcedenti, tamen appellatione damni dati vel illati, de quo hic titulus loquitur, continetur damnum interveniente culpa vel facto hominis delinquentis, ut in l. *si servus servum*, §. *inquit*, et §. *rupisse*, D. *ad leg. Aquil.* unde propter damnum procedens ex contractu, non datur actio legis Aquiliæ, ut tradit Joan. Andr. in *addition. ad Speculat.* tit. *de empt. et vendit.* §. *nunc dicendum*, quod est sub rubric. *de rescind. vendit.* col. 3. in addit. incipienti *libellus.*

(3) *Tres maneras.* Sic erant et trina capita legis Aquiliæ, ut *Institut. de lege Aquilia*, per totum, et in l. 2. et l. *si servus servum*, §. *hujus legis*, et §. *tertio autem capite*, D. eod.

LEX II.

Emendam damni potest petere dominus deterioratæ rei, aut ejus hæres. Item et fructuarius, vel bonæ fidei possessor. Item depositarius, domino absente à loco, et etiam creditor, cui res est pignorata, si debitor non est solvendo; debet tamen illud quod advenit, in sortem computare, et residuum domino solvere: sed debitore existente solvendo, et in loco præsente, non creditor, sed debitor petit. Idem de legatario, re nondum sibi tradita, sed debet ei qui eam tenet, concedere petendi potestatem. Hoc dicit.

(1) *Puede demandar.* Ortum habet à dictis Azon. *C. de leg. Aquil.* in summa, col. 2. vers. *competit autem actio.*

(2) *El señor de la cosa.* Adde l. 2. et l. *item Mela*, §. *si in eo homine*, et l. *ob id*, et l. *liber homo suo*, §. *si servus*, D. *ad leg. Aquil.*

(3) *Vsofruto de ella.* Concordat cum l. *item Mela*, §. fin. cum l. sequent. ubi etiam de usuario.

(4) *Cuydando que era suya.* Adde l. *item Mela*, §. *si servus bona fide*, D. *ad leg. Aquil.* ubi vide Gloss. quòd talis bonæ fidei possessor, ad hoc ut agat, debet habere titulum; quod fuit dictum Azon. ubi suprà.

(5) *Ouiere alguno en guarda.* Nota hoc; quia non ponit Azon. ubi suprà, et facit l. 10. suprà tit. 14. commodatario vero denegatur hæc actio, ut in l. *item Mela*, §. *cum*, D. eod. quod fortè limitabitur, nisi dominus sit absens, ut in l. 10. suprà, tit. 14.

(6) *Otrosi dezimos.* Concordat cum l. *qui occidit*, §. *pignori*, D. *ad leg. Aquil.*

(7) *En el logar.* Nota hoc, quia non ita habetur expressum in dict. §. *pignori.*

(8) *Otorgar poder.* Concordat cum l. *huic scripturæ*, D. eod. et procedit hoc in damno dato ante aditam hæreditatem; nam si ea adita fieret, competit legatario etiam sine cessione, l. *liber homo suo*, §. *si servus legatus*, D. eod.

LEX III.

Petitur damnum ab eo, qui fecit, vel culpa sua evenit; idem si mandavit, aut consuluit fieri, nisi sit furiosus, aut fatuus, aut minor decimo anno cum dimidio, aut si in sui vel suarum rerum defensione dedit damnum. Et de damno dato non tenetur hæres, nisi lis fuerit cum damnatore contestata, aut in eo quod ad hæredem pervenit, et damni petitio potest peti coram judicibus, de quibus hic. Hoc dicit.

o fuesse fecho por su mandado (1), o por su consejo. Fueras ende, si aquel que fizo el daño fuesse loco (2), o desmemoriado, o menor de diez años e medio; o si alguno lo ouiesse fecho amparando a si mesmo (3), o a sus cosas. Ca estonce, non podria ser demandada emienda del daño que desta guisa fiziesse. Otrosi dezimos, que los herederos (4) de aquellos que fiziessen daño en las cosas de otros, non son tenudos de fazer emienda del daño, despues de la muerte de aquellos cuyos herederos son; fueras ende, si en su vida de aquellos que lo fizieron, fuesse començado pleyto por respuesta sobre la emienda. Ca estonce tenudos serian de lo fazer, si fuessen del pleyto vencidos. Otrosi dezimos, que maguer el pleyto non fuesse començado por respuesta, assi como sobredicho es, que si los herederos ouieron alguna pro del daño que fizieron aquellos de quien heredaron, que lo deuen pechar en tanta quantia, quanta fue el pro que les vino dello, a los que rescibieron el daño, o a sus herederos. E la demanda del daño, dezimos, que deue ser fecha ante el Judgador del logar do fue fecho, o delante alguno de los otros Judgadores, de que fezimos emiente en el titulo de las Acusaciones, en las leyes (5) que fablan en esta razon.

LEY IV.

Como si el Judgador de su oficio faze daño a otro derechamente, non es tenudo de lo pechar.

Auiendo algun Judgador (1) dado juyzio contra otro derechamente, e mandadolo cumplir, si despues lo embargassen algunos sobre esta razon, o por otra semejante della, e el, o algunos otros por su mandado les fiziessen daño, e les contrallassen en sus cosas, non serian tenudos de fazer emienda por ello; mas si el Judgador fiziesse, o mandasse fazer daño a otro tortizeramente (2), tenudo seria estonce de fazer ende emienda. Otrosi dezimos, que si algund Judgador, o los que ouieren poder de cumplir la justicia, o los cogedores de los pechos del Rey, prendassen bestias, o ganados, por razon de pechos, o por otra manera qualquier; que las non deuen tener acorraladas (3) de manera, que non puedan pacer (4), nin beuer. E si algunos contra esto fizieren, deuen pechar a los dueños de los ganados el daño, o la perdida, o el menoscabo, que ouieren en ellos por aquel encerramiento. *Ley 1, tit. 31, libr. 11 Novis. Recop.*

LEY V.

De los daños que fazen los que estan en poder de otro, por mandado de sus Mayorales, que non son tenudos ellos de lo pechar.

Fijo (1) que estuuiesse en poder de su padre, o vassallo (2), o sieruo que estuuies-

(1) *Por su mandado.* Adde l. *liber homo*, *si jussu*, D. *ad leg. Aquil.* et infrà eod. l. 5. et quid si potuit prohibere, et non prohibuit? Vide l. *in lege Aquilia*, §. *quotiens*, D. eod.

(2) *Loco.* Concordat cum l. 5. §. *et ideo*, D. eod.

(3) *Amparando a si mismo.* Adde l. *scientiam*, §. *qui cum aliter*, D. eod.

(4) *Herederos.* Concordat cum l. *inde Neratius*, §. *hunc actionem*, D. eod. et ibi vide Florianum.

(5) *En las leyes.* Suprà ead. *Partit.* tit. 1. l. 15.

LEX IV.

Judex non tenetur executionem impedienti suæ justæ sententiæ de damno dato; tenetur tamen de damnis injustè illatis per eum: et si judex, aut jurium regalium collector jumenta aut pecora capta pignori pro tributis recludit, et fame, seu siti pereant, aut deteriorentur, tenetur de tali damno. Hoc dicit.

(1) *Judgador.* Concordat cum l. *quemadmodum*, §. *magistratus municipales*, D. eod.

(2) *Tortizeramente.* Idem si res aliquas pignori cepit juridicè, ejus tamen incuria res captæ, attritæ seu deterioratæ sunt, ut in dict. §. *magistratus*, ubi vide Florian. et facit quod statim subditur in ista lege.

(3) *Acorraladas.* Vide infrà eod. l. 24.

(4) *De manera, que non puedan pacer.* Adde dict. §. *magistratus municipales.*

LEX V.

Si filius in patria potestate constitutus, vel vassallus, seu servus suorum majorum mandato, aut minor curatoris, vel religiosus sui majoris mandato, det damnum; non ipse, sed mandans tenetur. Sed si injuriam, vulnus aut homicidium perpetraverit, tam mandans quàm mandatarius punietur: sed hæc faciens judicis, cui subest, mandato non tenetur, sed judex: si verò judici non subest, tenetur uterque. Si autem prædicti absque mandato damnum dederunt, ipsi tenentur, non ille, cui suberat, nisi sit dominus, qui tenetur servi damnum emendare, aut eum pro noxa dare. Hoc dicit.

(1) *Fijo.* Concordat cum l. *liber homo*, la 2. D. *ad leg. Aquil.* et cum l. *ad ea*, D. *de regul. jur.* et l. *non solùm*, §. *si mandato*, D. *de injur.* et l. *si colonus*, in fine, §. *de aqua pluvia arcenda*, et §. *omnis*, *Institut. de noxalib. action.* et l. 2. D. *de noxalib. action.*

(2) *Vassallo.* Nota hoc exemplum, et intelligerem tam de vassallo respectu feudi (in his, in quibus secundum feudi naturam dominus habet jus imperandi, de quo dic, ut per Bald. in cap. 1. in fin. 1. col. *quibus modis feud. amittatur*), quàm in vassallo respectu jurisdictionis, de quo loquitur Glossa in dict. l. *liber homo*, et in dict. l. *ad ea*, et habetur infrà in ista lege; et idem in liberto, qui ex operis debitis domino obedire teneatur, cùm et communiter Glossæ arguant de libertis ad vassallos, ut tradit Jason. in l. *si non sortem*, §. *libertus*, in princ. D. *de condict. indeb.* et

se en poder de su señor, o el que fuesse menor (3) de veynte e cinco años, que ouiesse guardador; o Frayle, o Monje, o otro Religioso que estuuiesse so obediencia de su Mayoral; cada vno destos, que fiziesse daño en cosas de otro por mandado de aquel en cuyo poder estuuiesse, non seria tenudo de fazer emienda del daño que assi fuesse fecho. Mas aquel lo deue pechar, por cuyo mandado lo fizo. Pero si alguno destos deshonrrasse (4), o firiesse, o matasse a otro, por mandado de aquel en cuyo poder estouiesse, non se podria escusar de la pena, porque non es tenudo de obedecer su mandado en tales cosas como estas; e si lo obedesciere, e matare, o fiziere alguno de los yerros sobredichos, deue ende auer pena (5), tambien como el otro que lo mando fazer. Otrosi dezimos, que si alguno fiziesse daño, o tuerto, a otro por mandado del Judgador (6) del lugar, quel Judgador que gelo mando fazer, es tenudo de fazer emienda, e non aquel que lo fizo. Mas si otro ome qualquier fiziesse tuerto, o daño a otro, por mandado de alguno que non ouiesse poder, nin jurisdicion sobre el; estonce, tambien el que lo fizo, como el que lo mando fazer, serian tenudos de fazer emienda del daño. Pero si alguno destos sobredichos que estan en poder de otro, fiziessen tuerto, o daño a alguno, sin mandado (7) de aquel en cuyo poder estouiesse; estonce, cada vno de los que lo fiziessen, serian tenudos de fazer la emienda, e non aquellos en cuyo poder estouiessen. Fueras ende el señor, que es tenudo de fazer emienda por su sieruo, o desampararlo en logar de la emienda, a aquel que recibio el daño del.

LEY VI.

Como aquel que fiziere daño a otro por su culpa, es tenudo de fazer emienda del.

Peleando dos omes en vno, si alguno dellos, queriendo ferir aquel con quien pelea,

tablecido por su heredero sieruo de otro, e lo matassen en ante que entrasse la heredad, que aquel que lo mato, es tenudo de fazer emienda de la muerte del sieruo a su señor; e demas deue pechar tanto de lo suyo, como era aquello en que era establecido por heredero, porque lo perdio por culpa de aquel que lo mato. Otrosi dezimos, que si alguno ouiesse dos sieruos que cantassen bien en vno (4), que si alguno matasse el vno dellos, que non es tenudo tan solamente de fazer emienda del sieruo muerto, mas aun deue pechar, demas desso, quanto asmaren que valdra menos el vno por razon de la muerte del otro. E esto que diximos de suso en estos casos sobredichos, ha lugar en todos los otros semejantes (5) dellos; que aquel que el daño fiziere en otra cosa semejante, non es tenudo tan solamente de fazer emienda de aquella cosa que empeorasse, o matasse, mas aun le deue fazer emienda del menoscabo, que se sigue al señor por razon de aquella cosa quel matassen.

LEY XX.

Como deue pechar el daño del sieruo, aquel que le consejo que fiziesse cosa por que murio.

Arufando, o esforçando algun ome a sieruo de otro, que subiesse (1) en alguna peña, o arbol, o otro lugar peligroso; o descendiesse en algun pozo, o en otro lugar baxo, o fondo; si en subiendo, o descendiendo en aquel logar, cayesse el sieruo, de manera que muriesse, o rescibiesse alguna lision, o ferida, seria tenudo aquel que lo arufasse, o que le diesse tal esfuerço como este, de fazer emienda al señor del sieruo, del daño que recibiesse por razon de aquella cayda. Otrosi dezimos, que si estouiesse sieruo de alguno en algund nauio, o en puente, o en ribera de algund rio, e otro alguno lo empellasse (2) de manera que cayesse en el agua, e muriesse; o si estuuiesse en alguna torre, o casa, o otro lugar alto, e lo derribasse empellandolo, de guisa que muriesse, o rescibiesse alguna lision, tenudo seria aquel que lo empellasse, de fazer emienda a su señor de tal daño como este; quier lo fiziesse por juego (3), quier de otra guisa a sañas.

LEY XXI.

Como aquel que enrida el can, que muerda a alguno, o espante alguna bestia a sabiendas, deue pechar el daño que le viniere por esta razon.

Can teniendo algund ome preso, si lo soltasse a sabiendas, e le diesse de mano, porque fiziesse daño a otro en alguna cosa; o si anduuiesse el can suelto, e lo enridasse (1) alguno, en manera que trauasse del, o le mordiesse, o fiziesse daño a ome, o en alguna otra cosa; tenudo seria el que fiziesse alguna

ritum tempus respicit, non futurum, l. *ait lex*, D. eod. et vide quod habetur in l. *ita vulneratus* eod. tit. §. *æstimatio autem*, et *Instit.* eod. §. *capite tertio.*

(4) *Con la jura.* Non intelligas, quòd æstimatio fiat sine alia probatione, nisi per juramentum actoris, quia imò actor debet hoc aliàs probare, ut notat Azon. *C.* eod. in summa, col. penult. ibi cùm dicit, æstimabit autem judex damnum per probationem actoris, ut *Instit. de verb. oblig.* §. fin. et D. *de prætor. stipulat.* l. ultim. et subdit inferius: Nunquid deficiente probatione judex deferet juramentum actori? Et dicit fortè non, nisi quando damnum est datum impetuosa violentia, l. *si quando*, *C. unde vi.* Idem vult Innoc. in cap. fin. *quod metus caus.* et Florian. in l. *proinde*, §. *notandum*, D. *ad leg. Aquil.* intelligitur ergo lex ista Partitarum, quando fortè res ipsa, vel aspectus rei, testificari posset pro damno: tunc nimirum si judex cum juramento actoris taxet, non si deficeret talis vel similis probatio; et in æstimatione damni non singulare pretium, sed commune est attendendum, D. eod. l. *si servum meum*: vel dic, quòd judex visis probationibus damni et æstimationis damni, taxabit æstimationem cum juramento damnum passi: vel dic quòd quando damnum fuit datum dolosè, vel de eo non potest haberi probatio, quòd tunc æstimatio fiat delato juramento actori cum taxatione judicis, ex notatis per Cyn. et Alberic. in dict. l. *si quando*, ubi et Jaso col. 9. vers. *quæro successivè*, et ex notatis per Gloss. in l. *in actionibus*, vers. *planè*, D. *de in lit. juram.* in gloss. penult.

LEX XIX.

Occidens servum alterius pictorem, cujus pollex intra annum occisionis abscissus fuerit, ut pingere nequiret; tenetur quanti plus valuit anno retrò; cùm pollice non carebat. Item occidens servum alterius hæredem institutum, antequam hæreditatem adiret, non solùm de ejus, sed de hæreditatis æstimatione tenetur. Item unum ex servis sociis musicæ vel alterius artis necans, non solùm in mortui æstimationem, sed in alterius, ob socii defectum, deteriorationem tenetur. Hoc dicit.

(1) *El pulgar.* Concordat cum l. *inde Neratius*, §. *idem Julianus*, D. *ad leg. Aquil.*

(2) *Por otra ocasion.* Aliquo casu fortuito; nam si alius primo injuriosè ei absciderat pollicem, cùm ille teneatur de vulnerato ad damnum, si alius postea occiderit, non tenebitur ad damnum pollicis, ut in l. *item Mela*, §. *Celsus*, D. eod. et suprà eod. l. 15.

(3) *Otrosi dezimos.* Concordat cum §. *Illud*, *Instit. de leg. Aquil.* et D. eod. l. *inde Neratius*, in princip.

(4) *Cantassen bien en vno.* Concordat cum dict. §. *illud*, et l. *proinde*, D. eod.

(5) *Semejantes.* Vide in dict. l. *inde Neratius*, §. *sed et si servus*, et §. *idem Julianus*, et eod. tit. l. *ait lex.*

LEX XX.

Faciens alterius servum locum eminentem periculosum ascendere, vel alibi periculosè descendere ut puteum, tenetur de damno, aut morte ob id obveniente: idem de impellente eum, ex cujus impulsu præcipitatus fuit occisus, sive id per jocum, sive aliter fiat. Hoc dicit.

(1) *Subiesse.* Concordat cum §. fin. *Institut. de leg. Aquil.*

destas cosas sobredichas, de fazer emienda del daño que el can fiziesse. Otrosi dezimos, que si algund ome espantasse (2) a sabiendas alguna bestia, de manera que la bestia se perdiesse, o se menoscabase; o si por el espanto que le fiziesse, se fuyesse, e fuyendo fiziesse ella daño en alguna cosa; tenudo seria el que la ouiesse espantado, de pechar el daño que acaeciese por razon de aquel espanto. Esso mesmo seria, quando alguna bestia passasse por alguna puente, e otro la espantasse, de manera que cayesse en el agua, e muriesse, o se menoscabasse. Ca en qualquier destas maneras, o en otras semejantes, que acaesciesse daño a otro, del espanto que ome fiziesse a mula, o vaca, o a otra bestia, tenudo seria aquel que la espanta, de fazer emienda del daño que ende acaesciesse.

LEY XXII.

Como es tenudo el señor del cauallo, o de otras bestias mansas, de pechar el daño que alguna dellas fizieren.

Mansas (1) son bestias algunas naturalmente, assi como los cauallos, e las mulas, e los asnos, e los bueyes, e los camellos, e los elefantes, e las otras cosas semejantes dellas. Onde, si alguna destas bestias (2) fiziere daño a otro por su maldad, o por su costumbre mala que ayan; assi como si fuesse cauallo, o otra bestia de aquellas que vsan los omes caualgar, e si ella sin culpa de otro lançasse las coces (3), o fiziesse daño en alguna cosa; o si fuesse toro, o buey, o vaca, o otra bestia semejante que fuesse mansa por natura, e ella por su maldad, sin culpa de otro, fiziesse daño en alguna cosa; estonce el señor de qualquier de aquestas bestias que fiziesse el daño, seria tenudo de fazer de dos cosas la una; o de emendar el daño, o de desamparar la bestia (4) a aquel quel daño rescibiere. Pero si el daño non viniesse por maldad de la bestia, mas por culpa de algun ome, quel diesse feridas, o la espantasse, o la aguijonasse (5), o le fiziesse otro mal en qualquier manera, por que la bestia ouiesse a fazer mal a otro; estonce aquel por cuya culpa auiniesse el daño, es tenudo a fazer emienda, e non el señor de la bestia.

LEY XXIII.

Como aquel que tiene el leon, o osso, o otra bestia braua en su casa, deue pechar el daño que fiziere a otro.

Leon (1), o onça (2), o leon pardo (3), o

(2) *Lo empellasse.* Concordat cum dict. §. fin. et l. *qua actione*, §. *proinde*, D. eod. et D. eod. l. *item si obstetrix*, §. *si seruum meum*, et l. *qua actione*, §. *sed si quis de ponte*.

(3) *Por juego.* Nam ludus quoque noxius in culpa est, D. eod. l. *nam ludus.*

LEX XXI.

Solvens canem scienter, ut damnum faciat, aut ei irritans, tenetur de damno per eum illato: idem de metu, et pavorem inferente, vel sugerente bestiæ alterius, propter quod se præcipitavit, seu fugit, aut aliud damnum fecit. Hoc dicit.

(1) *Enridasse.* Concordat cum l. *item Mela*, §. *item cum eo*, D. eod.

(2) *Espantasse.* Concordat cum §. fin. *Institut.* eod. et vide l. *item si obstetrix*, §. *si seruum meum*, D. eod.

LEX XXII.

Animali de sui natura mansueto ex propria malignitate, seu feritate damnum dante, ut si equus recalcitret, aut camelus, vel elephans, seu bos cornu petat, tenetur jus dominus ad damnum, aut animal pro noxa dandum. Si autem ex culpa alterius hoc fiat, ut causa punitionis, vel simili, non dominus, sed cujus culpa factum est, tenetur de damno. Hoc dicit.

(1) *Mansas.* Concordat cum l. 1. in princ. et §. *ait Prætor*, *usque ad* §. *in bestiis*, D. *si quadrup. pauper. fecis. dicat.* et *Institut.* eod. in princip.

(2) *Destas bestias.* Quæ sunt quadrupedes: quid si sit bipes? Dic idem, ut in l. penult. D. eod. veluti si gallus percussit hominem in facie cum rostro, vel in oculo, ut exemplificat Faber, *Institut.* eod. in princ. Si verò comederet semina vel uvas, dic ut ibi per eum in vers. *quid si canit. tuus.*

(3) *Las coces.* Reus est ergo qui habet equum calcitrosum, ut vult glossa relata ad textum in cap. *de occidendis*, 23. quæst. 5.

(4) *Desamparar la bestia.* Quid si post acceptum judicium reus vendat pecudem actori, an condemnetur in toto damno, ita quòd non liberetur, dando quadrupedis pretium pro noxa? Videtur, quòd in toto damno, per textum in l. *si alienus servus*, cum l. sequent. D. *de noxal.* et quid si bestia moriatur ante litem contestatam? Vide l. 1. §. *planè*, D. *si quadrup. pauper. fecis. dicat.* Et quid si venderet alii ante litem contestatam, vide ibidem in §. *et cum etiam*, ubi quòd noxa caput sequitur.

(5) *Aguijonasse.* Adde dict. l. 1. §. *sed si instigatu*, D. *si quadrup. pauper. fecisse dicatur.*

LEX XXIII.

Animal de sui natura ferum, ut leonem, lupum, et similia animalia tenens, sic teneat ligatum, ut damnum non faciat, aliàs damna solvet duplicata. Et si liberum hominem feriat, ejus expensis sanabitur, et insuper damna, et interesse ob hoc obvenientia, solvet; et si ex plagis moriatur, solvet ducentos morapetinos aureos, medietatem hæredibus, et residuum Regis Cameræ. Si autem vivat, sed remaneat membro aliquo mutilatus, arbitrio judicis, secundum qualitatem membri mutilati, ad interesse damnabitur. Hoc dicit.

(1) *Leon.* Hìc est fortissimus bestiarum, secundum Gloss. in authent. *de nuptiis*, in princip. et ad rugitum leonis nulla bestia potest stare, vide Amos 3. v. 8. et B. Bernard. super Psalm. *Qui habitat*, vers. 12. in fine, et sanctus Ambrosius *in Exameron.* lib. 6. cap. 3. ubi de istius animalis superbia et ferocitate; et adde Anchar. consil. 310. ubi tradit, quòd ubi leo tenet pedem, cætera animalia quiescunt; vide ibi col. 4. ubi hoc allegat ad notabilem quæstionem, in qua consuluit. Adde etiam quod habetur Ecclesiast. cap. 27. v. 11. Leo semper venationi in-

osso (4), o lobo (5) cerual, o gineta (6), o serpiente (7), o otras bestias que son brauas de natura, teniendo algund ome en su casa, deuela guardar, e detener presa, de manera que non faga daño a ninguno. E si por auentura non la guardassen assi (8), e fiziesse daño en alguna cosa de otro, deuelo pechar doblado el señor de la bestia a aquel que lo rescibio. E si alguna destas bestias fiziesse daño en la persona de algun ome (9), de manera que lo llagasse, deuelo fazer guarescer el señor de la bestia, comprando las melezinas, e pagando al Maestro que lo guaresciere, de lo suyo; e deue pensar del llagado fasta que sea guarido. E demas desto, deuele pechar las obras que perdio, desde el dia que rescibio el daño fasta el dia que guarescio, e aun los menoscabos que rescibio en otra manera, por razon de aquel daño que rescibio de la bestia. E si muriere de aquellas llagas quel fizo, deue pechar porende, aquel cuya era la bestia, dozientos marauedis de oro; la meytad a los herederos del muerto, e la otra meytad a la Camara del Rey (10). E si por auentura non muriesse, mas fincasse lisiado de algun miembro, deuele fazer emienda de la lision, segun aluedrio del Judgador, acatando, quien es aquel que rescibio este mal, e en qual miembro.

sidiatur; et quàm plura de natura leonis tradit Isidor. 12. lib. *Etymologiarum*, cap. 2. ubi inter cætera dicit, quòd circa hominem leonum natura est benigna, ut nisi læsi nequeant irasci; et quòd patet eorum misericordia exemplis assiduis, postratis enim parcunt, captivos obvios repatriare permittunt, hominem non nisi in magna fame interimunt.

(2) *Onza.* Bestia est minutis orbiculis superpicta, ita ut oculatis ex fulvo circulis, nigra vel alba distinguatur varietate, et hæc semel omnino parturit, cujus causæ manifesta ratio est, nam cùm in utero matris coaluere catuli, maturisque ad nascendum viribus pollent, odiunt temporum moras, ita quòd oneratam fœtibus vulvam, tamquam obstante partui, unguibus lacerant, effundit illa partum, aut potius dimittit dolore coagente, ita postea corruptis et cicatricosis sedibus, genitale semen infusum non hæret acceptum, sed irritum resilit; nam Plinius dicit, animalia cùm acutis unguibus frequenter parere non posse, vitiantur enim intrinsecus se moventibus catulis: hæc Isidorus, ubi suprà.

(3) *Leon pardo.* Hic ex adulterio leonæ, et pardi nascitur, secundum Plinium in naturali historia, et Isidor. ubi suprà.

(4) *Osso.* Ursus secundum Isidor. ubi suprà, ideo dictus (ut quidam ajunt) quod ore suo formet fœtus, quasi orsus; nam ajunt eos informes generare partus, et carnem quamdam nasci, quam mater lambendo in membra componit. Ursi vis maxima in brachiis, et in lumbis, unde interdum erecti insistunt.

(5) *Lobo.* Rapax hæc bestia, et cruoris appetens, secundum Isidor. ubi suprà, de quo rustici ajunt vocem hominem perdere, si eum prius lupus viderit; unde et subito tacenti dicitur: *Lupi illum priores viderunt.* Lupi toto anno non amplius quàm duodecim vicibus coeunt; famen diu portant; et post longa jejunia multum devorant. Lupos Æthiopia mittit cervice jubatos, et tanto varios, ut nullum colorem dicant illis abesse. Ambros. etiam *Psalm.* 118. serm. 10. vers. 2. refert illud de amissione vocis in homine, quem prior lupus vidit.

(6) *Gineta.* Hic videtur, quem vulgò Catum Cervalem vocant.

(7) *Serpiente.* De multis generibus serpentum, et eorum proprietatibus, vide Isidor. eod. lib. cap. 3.

(8) *Non la guardassen assi.* Adde §. fin. *Institut. si quadrup. paup. fec. dic.* et l. 1. §. *in bestiis*, D. eod. et D. *de ædilit. edicto*, l. *hi enim*, cum l. sequenti, ubi etiam de cane, et verre; adde etiam l. unic. cum gloss. ibi, *C. de venat. ferar.* lib. 11. ubi habetur de istis bestiis, quæ à longinquis partibus mittuntur ab uno domino, alteri, quòd non possunt morari in civitatibus, per quas transeunt ultra septem dies. Et an sit irregularis, qui tenet cervum, vel leonem, seu canem furiosum, si aliquem occidat? Vide per Innocenc. in cap. *ad audientiam*, *de homicid.* et per Specul. qui non allegato Innoc. refert ejus verba in tit. *de dispensation.* §. *juxta propositionis ordinem*, col. 13. ubi dicit, quòd non est irregularis, dum tamen malitiam, vel latam culpam non adhibuerit, non enim videtur quòd levis culpa vel negligentia debeat huic imputari, cùm sit causa multum remota ab homicidio: alii tamen dicunt secundum eum, quòd si aliquid est quod possit imputari tenenti cervum, vel leonem, quòd erit irregularis, argumento cap. *sæpè*, 50. dist. et dict. §. 1. *Institut. si quadrup. paup. fec. dicat.* vides ergo, quòd Innoc. vult cessante malitia, vel lata culpa, hunc non esse irregularem, et hoc tenent communiter Doctores prout attestatur Joan. de Ana. ibidem, intelligens esse verum, si ista animalia erant ligata; secus si soluta, quia tunc imputaretur ei per l. 2. §. 1. D. *si quadrup. paup. fec. dicat.* et hic in ista lege Partitarum ibi: *e deue ser presa, etc.* per id quod habetur in l. *item Mela*, §. *item et cum eo*, D. *ad leg. Aquil.* Quid autem si fera esset ligata, et domino culpa non potest imputari, tamen fera nocuit, an dabitur saltem utilis actio de pauperie? Glos. dicit, quòd sic in l. 2. D. *si quadrup. pauper. fec. dic.* et in l. 1. §. *in bestiis*, in quo concluditur, secundum Florian. post Jacob. Butri. ibi, quòd si fera non evasit à potestate domini, et nocuit, tunc habet locum utilis tantum, per §. fin. *Institut.* eod. si verò evasit prorsus, tunc non tenetur dominus, neque directa, neque utili, ut in dict. §. *in bestiis*; idem vult Joan. Fab. *Institut.* eod. in princ. ubi dicit, quòd actio utilis et directa de pauperie cessat, ubi fera quando nocuit ita, jam erat recepta in naturalem libertatem; sed ubi non omnino recepta erat, quia adhuc habebat consuetudinem revertendi, tunc detur utilis: et ibi vide, quid si fera damnum dedit, cùm esset in naturali libertate, deinde iterum pervenit ad manum domini, an dominus tenebitur? Et post Jacob. concludit, quòd non, imo et secundum eum, si ante tenebatur, et sine culpa sua evasit, non videretur teneri, si ad potestatem suam redeat, l. *qui res*, §. *auream*, D. *de solution.* l. *si servus legatus*, D. *de adim. legat.* et ibi respondet ad §. *ex diverso*, *Institut. de noxal.* qui videtur obstare; et intellige hoc quando fera non habebat consuetudinem revertendi; sed aliquo casu dominus eam habuit, nam aliàs teneretur utili, ut superiùs dixi.

(9) *En la persona de algun ome.* Concordat cum l. *ex hac*, l. *si quadrup. pauper fec. dicat.*

(10) *A la Camara del Rey.* Nota hoc, quia in l. *qua vulgo*, D. *de ædil. edict.* de qua ista sumpta est, non applicat, neque exprimit cui dentur isti ducenti solidi aurei, et ut refert Joan. et Ang. §. fin. *Institut. si quadrup. paup. fec. dicat.* Doctores communiter tenent, quòd omnes isti solidi applicentur parti; tamen Glossa secundum eos voluit, quòd dividerentur inter hæredes mortui, et fiscum, in l. *qua vulgo*, D. *de ædilit. edicto*: non tamen ego reperio in meo libro, quòd hoc dicat Glossa: tene ergo menti istam legem Partitarum.

LEY XXIV.

Como el dueño del ganado es tenudo de pechar el daño que fiziesse en heredad agena.

Vacas, o ouejas, o puercos, o algunos de los ganados, o bestias, que los omes crian, faziendo daño en viña, o en huerto, o en miesses, o en prados, o en otra cosa de alguno; si el daño fuere manifiesto, o lo pudiesse prouar aquel que lo rescibio, deuegelo fazer emendar aquel cuyo es el ganado que lo fizo, e deue ser apreciado el daño (1) por omes buenos, e sabidores, e desque fuere catado, si aquel que guardaua el ganado (2), o el señor del, lo metio y a sabiendas, deuelo pechar doblado (3) a aquel que rescibio el daño. E si por auentura, el non lo metio y, mas el ganado se furto, e entro y a fazer el daño, sin sabiduria del que lo guardaua, estonce deuelo pechar senzillo, o desamparar el ganado (4), o la Bestia, que lo fizo, en lugar de la emienda del daño. Otrosi dezimos, que maguer aquel que rescibiesse el daño en alguna destas maneras sobredichas, fallasse y el ganado, o las bestias faziendolo, defendemos que lo non mate (5), nin lo lisie, nin lo fiera, nin lo encierre (6), nin le faga mal ninguno; mas que lo saque ende, e de si deman-

LEX XXIV.

Vaccis, ovibus, aut aliis pecoribus in fundo alieno damnum dantibus, si hoc pastoris aut domini facto contingat, solvitur damnum duplicatum; aliàs autem solvitur simplum, aut damnificans animal datur pro noxa. Non tamen debet dominus agri animalia sic inventa occidere, percutere, aut damnificare; sed educat à fundo, et damnum per judicem petat. Hoc dicit.

(1) *Apreciado el daño.* Et qualitèr æstimabitur frumentum, quod erat in herba; Cynus in l. fin. *C. de leg. Aquil.* dicit, quòd æstimabitur dubius eventus perceptionis, argumento l. *propter spem*, D. *famil. ercisc.* et sequitur ibi Paulus de Castr. aliter verò dicit Specul. tit. *de injur. et damn. dato*, §. *sequitur*, col. 4. versic. *sed quomodo æstimabitur*: sed Joan. Andr. ibi, *in addition.* videtur tenere quod dixi post Jacob. de Arena, et idem tenet Florian. in l. *ex hac*, D. *si quadrup. pauper. fec. dicat.* et facit l. *in leg. Falcidia non habetur*, D. *ad leg. Falcid.*

(2) *El ganado.* Tene menti legem istam, quòd punitur dominus ex facto et ex negligentia sui pastoris; ex facto ad damnum duplatum, ex negligentia ad simplum, et hoc propter culpam malæ electionis, quæ semper imputatur, secundum Joan. Fab. *Instit. si quadrup. pauper. fec. dicat.* in princ. col. fin. nisi probet fecisse diligentiam de inquirendo, cùm eum recipit, allegat cap. *innotuit*, *de elect.* Item, quòd dominus teneatur ex defectu et negligentia pastoris, tenet Paul. de Castr. in l. *interdum servi qui in fugam*, D. *de public. et vectig.* per l. *videamus*, in princ. D. *locati*, eo quòd mala electio est in culpa: si tamen sint pastores clericorum, Anton. in cap. *gravem*, *de sentent. excom.* vult, quòd non clerici, sed ipsi pastores teneantur, quando statutum laicorum punit damna data in agris per bestias, de quo meminit Felin. in cap. *Ecclesiæ Sanctæ Mariæ*, col. 46. *de constit.* et quòd pastores clericorum teneantur propter mercedem, quam accipiunt, tenet ibi Joann. Andr. post Vincent. et Abbatem antiquum: per suum tamen judicem clerici condemnari possunt ad damna, quia mala eorum electio circa pastores est in culpa, ut dixi. Et quid si animalia fugerunt, et intraverunt confinia alterius civitatis, ubi est statuta pœna perditionis bestiarum, vel quintæ partis, si rumpantur confinia? Vide Paul. de Castr. in dict. §. *servi qui in fuga*, dicentem, quòd pœna habet locum, quando ex defectu, vel negligentia domini, vel pastoris custodientis animalia intrarunt terminos alicujus secus si nulla culpa in hoc fuerit; dicit tamen quòd vidit servari indistinctè, quòd animalia perduntur.

(3) *Doblado.* Non memini vidisse legem juris communis pœnam istam dupli imponentem pro damno illato à pecoribus per aliquem immissis in agrum alienum, l. enim *qui servandarum*, §. 1. D. *de præscript. verbis*, quæ loquitur de actione de pastu pecoris ab alio immissi, non ponit hanc pœnam, neque aliam, neque etiam l. fin. *C. de leg. Aquil.* neque l. *Julianus*, §. *glans*, D. *ad exhibend.* et tantùm videtur ad simplum dari, saltem quando non negaretur, juxta l. *contra negantem*, *C. ad leg. Aquil.* et suprà eod. lib. 16. ut vult Paul. de Cast. in dict. l. *qui servandarum*, §. fin. et Joann. Crispus *in suo arbore actionum*, sub tit. *de pastu pecoris*, Speculat. tit. *de injur. et damno dato*, §. *sequitur*, col. 4. est tamen justa pœna dolosè pecus immittenti, ut hic disponitur: sed nunquid dominus in isto casu quando pastor suus immisit animalia in agrum alienum, liberetur dando animal pro noxa; Joann. Fabr. ubi suprà, col. fin. inclinat quòd sic, cùm dominus non obligetur ex delicto animalis, nisi ad noxam: sed fortè contrarium est verius ex ratione malæ electionis in pastore, et quia lex ista præcisè vult hoc casu teneri ad damnum cum duplo: et istam electionem dandi pro noxa tantum dat in casu, quando pecora scienter non fuerunt immissa, ut statim subditur, et contra fabrum in hoc ultimo dicto tenet Angelus ibi, col 2.

(4) *El ganado.* Approbat opinionem Glossæ in dict. l. *qui servandarum*, §. fin. D. *de præscript. verbis*, et Spec. tit. *de injur. et damno dato*, §. *sequitur*, col. 4. et fuit opinio Azon. secundum eum post Rofred. Jacobus tamen de Bello Viso tenuit contrarium, imò quòd tunc non competat actio de pauperie, quia hæc actio non datur nisi quando animal nocuit contra naturam sui generis, quod non facit in casu isto; dabitur tamen tali casu utilis actio de pastu pecoris, seu actio in factum, argumento l. *Quintus Mutius*, D. *ad leg. Aquil.* secundum eum, et Salic. in l. fin. §. fin. *C. de leg. Aquil.* Angel. et Fab. *Institut. si quadr. paup. fec. dicat.* in princ. ubi Fab. declarat, quòd detur hæc actio tunc in id in quo dominus pecoris factus fuit locupletior: dicit tamen quòd casus esset in quo posset competere actio de pauperie, veluti si haberem pratum clausum, et bos, vel taurus tuus clausuram rupit ferocitate, vel lascivia, et herbam depastus est. Tu tene menti istam legem Partitarum, quæ indistinctè vult dari actionem de pauperie ad solutionem totius damni, vel ad dandum animalia pro noxa. Et quid si bestia perdita damnum dedit, vel intravit vineam alicujus, et caveatur statuto quòd, solvatur certa quantitas pro pœna, an talis pœna habebit locum in tali bestia perdita? Vide Gandin. quòd non, in tract. *malefic.* in rubric. *de multis quæstion. dependentibus à statutis*, col. 4. ad fin.

(5) *Que lo non mate.* Concordat cum l. *Quintus*, et l. *quamvis*, D. *ad leg. Aquil.* et *C.* eod. l. penult. Sed an valeret aliàs statutum, quòd liceret occidere animalia in fundo alieno reperta? Salicetus vult quòd sic, in l. *Gracchus*, col. 2. vers. *ex prædictis*, *C. de adulter.* ubi vult quòd si porcus, vel aliud animal in fundo repertum fugiat, quòd potest illum prosequens occidere etiam extra fundum, vult etiam Decius consil. 129. col. fin. Cæpola in tractat. *de servit.* sub tit. *de servitute juris pascendi*, 12. column. versic. *superest alia quæstio.*

(6) *Encierre.* Adde dict. l. *Quintus*; limita tamen nisi nescirem cujus sit animal, quod in meo fundo reperio; nam tunc possum illum retinere et includere, quousque sciam cujus sit, argumento l. *capite quinto*, D. *de adulter.*

de (7) delante del Judgador emienda del daño, assi como sobredicho es.

LEY XXV.

Como el que echare de su casa huessos, o estiercol, en la calle, deue pechar el daño que fiziere a los que passaren por y.

Echan (1) los omes a las vegadas de las casas donde moran, de fuera en la calle agua, o huessos, o otras cosas semejantes (2); e maguer aquellos que las echan non lo fazen con intencion de fazer mal, pero si acaesciesse, que aquello que assi echassen fiziesse daño, o en paños, o en ropa de otros, tenudos son de lo pechar doblado los que en la casa moran (3). E si por auentura, aquello que assi echasse matasse algun ome, tenudo es el que mora en la casa de pechar cincuenta marauedis de oro (4); la meytad a los herederos del muerto, e la otra meytad a la Camara del Rey (5); porque son en culpa, echando alguna cosa en la calle por do passan los omes, de que puede venir daño a otri. E si muchos omes (6) morassen en la casa, donde fuesse echada la cosa que fiziesse el daño, quier fuesse suya, o la tuuiessen alogada, o emprestada, todos de so vno son tenudos de pechar el daño, si non supiessen ciertamente qual era aquel por quien vino. Pero si lo supiessen, el solo (7) es tenudo de fazer emienda dello, e non los otros. E si entre aquellos que morassen cotidianamente en la casa, ouiesse alguno que fuesse huesped (8), aquel non es tenudo de pechar ninguna cosa en la emienda del daño que assi acaesciesse; fueras ende, si el mesmo (9) lo ouiesse fecho.

LEY XXVI.

Como los hostaleros que tienen colgadas algunas cosas a las puertas, las deuen poner de manera que non fagan daño a otri.

Cuelgan a las vegadas los hostaleros, o otros omes, ante las puertas de sus casas algunas señales, porque sean posadas mas conocidas por ello; assi como semejança de cauallo, o de leon, o de can, o de otra cosa semejante. E porque aquellas señales que po-

et tenet Bald. in l. 2. *C. de serv. fugit.* et idem Bald. in l. *Quintus*, D. *ad leg. Aquil.* Specul. tit. *de actore*, 19. col. vers. *sed pone invenio pecudem.* Item limita, nisi sit consuetudo etiam includendi ea quæ sciam, cujus sint, et communiter de hoc sunt statuta, et consuetudines per loca, et valet talis consuetudo, ut vult Gandinus in tractat. *maleficior.* sub rubric. *de furibus et latronibus*, vers. *pone quæstionem de facto*, col. 3.

(7) *Demande.* Et si dominus bestiæ non cognoscitur, an possit fieri processus, et condemnari ad pœnam, vel damnum dicta bestia? Vide Gandin. in tractat. *malefic.* sub rubr. *de multis quæstionibus dependentibus à statutis*, col. 5. vers. *item pone contineri*, et tradit Alberic. in 2. part. *statutorum*, quæst. 68. et volunt, quando statutum loquitur contra bestiam, quòd valeat condemnatio: vide ibi.

LEX XXV.

De domo aliquid ejiciens vel effundens, quod damnum transeuntibus faciat, tenetur ad damnum duplicatum dominus habitationis, et si plures sunt, omnes tenentur, nisi appareat quis dejecit, vel effudit: sed hospes advena, nisi ipse fecerit, non tenetur, et si ob hoc mors sequatur alicujus, tenetur in quinquaginta morapetinos auri, medietate Regis Cameræ, et alia defuncti hæredibus applicanda, quia sunt in culpa effundentes, vel dejicientes. Hoc dicit.

(1) *Echan los omes.* Concordat cum l. 1. et per totum, D. *de his qui dejec. vel effund.* §. 1. et 2. *Instit. de oblig. quæ ex quasi delicto nasc.* et procedit etiamsi de nocte jactetur, vel effundatur, ubi de nocte iter fit, l. penult. D. eod.

(2) *Cosas semejantes.* Quid si lapis esset projectus de domo ab uno ex quatuor, quia erant in domo, sed nescitur à quo, an omnes teneantur de percussione lapidis? Doctores in cap. *significasti*, el 2. *de homicid.* dicunt, quoad pœnam irregularitatis omnes teneri, per illum textum: si tamen quæratur de alia pœna, dicit Abbas Siculus ibi, nullum teneri, quia ex tali impositione pœnæ periculum posset subesse, quòd innocens pœna, et damno afficeretur, contra l. *absentem*, D. *de pœnis*, vide quæ dixi in l. 15. suprà eod. tenebitur tamen ex hoc edicto, seu ex ista lege Partitarum dominus domus ibi inhabitans, vel qui eam inhabitat jure conductionis, vel gratuito, ut hic, et l. 1. §. penult. D. *de his qui dejec. vel effuder.*

(3) *Los que en la casa moran.* Sive domus sit propria, vel conducta, vel gratuita, ut dixi, et habetur in §. 1. *Institut. de oblig. quæ ex quasi delict. nasc.* neque oportet in hac actione arguere certi hominis factum, ut in l. *cum sane*, et ibi notat Bald. D. *de his qui dejecer. vel effud.* quod tamen habitator domus solverit ex facto familiaris poterit ab eo repetere, l. *si vero*, §. *cum autem*, D. *de his qui deject. vel effud.* l. *si colonus*, D. *de aqua pluv. arcend.* Joan. Fab. in §. *si filius*, *Instit. de obligat. quæ ex delic. nas.* et quid si plures inhabitant domum, sed per quarteria, vide in l. *si vero plures*, in princ. D. eod.

(4) *Cincuenta marauedis de oro.* Concordat l. 1. D. eod. de qua sumpta est.

(5) *La otra meytad a la Camara del Rey.* Adde suprà eod. l. 23. et dict. l. *si vero*, §. *hæc autem actio*, cum glossa ibi, ubi Bartolus notat, quòd quando statutum simpliciter imponit pœnam, media pars applicatur fisco, media actori: vide per eum in l. *agraria*, D. *de term. moto*, distinguentem in hoc.

(6) *Muchos omes.* Concordat cum l. 1. §. fin. cum l. sequenti, D. *de his qui dejec. vel effuder.*

(7) *El solo.* Adde dict. l. *si vero*, §. *interdum*, et Glos. in dict. l. *cum sane*, D. eod.

(8) *Huesped.* Concordat cum dict. l. 1. §. *habitare*, vers. *hostes*, D. eod.

(9) *El mesmo.* Nam tunc datur actio habitatori condemnato contra eum, l. *si vero*, §. *cum autem*, D. eod.

LEX XXVI.

Tenens signum artis suæ supra viam publicam appensum, teneat benè ligatum, aliàs si minus benè ligatum, licet non cadat, teneat, sed propter benè ligandi pigritiam aut negligentiam, solvet decem morapetinos auri, medietatem Regis Cameræ, et medietatem accusatori: si autem cadat, et damnum dat, solvet damnum duplicatum: et si mors contingat, solvet quinquaginta morapetinos auri, dividendos ut suprà. Hoc dicit.

nen para esto, estan colgadas sobre las calles por do andan los omes, mandamos (1) que aquellos que las y ponen, que las cuelguen de cadenas de fierro, o de otra cosa qualquier, de manera que non puedan caer, nin fazer daño. E si por auentura, alguno tuuiesse la señal colgada, de guisa, que sospechassen que podria caer, e lo acusassen dello, o lo fallassen en verdad, que podria caer, e fazer daño; maguer non cayesse, nin lo fiziesse, mandamos, que por la pereza que ouo en non la tener atada como deuia, que peche diez marauedis de oro; los cinco al acusador, e los cinco a la Camara del Rey. E demas deuela toller de aquel lugar, o tenerla y de guisa, que non pueda caer, nin faga daño. E si aquella cosa que y estuuiesse colgada, cayesse, e fiziesse daño a otro, tenudo es aquel cuya es la casa donde esta colgada, de pechar el daño doblado (2). E si por auentura, el daño fuesse de muerte de ome, mandamos que peche cincuenta marauedis de oro, en la manera que diximos (3) en la ley ante desta, que deuia pechar el que lo matasse, echando alguna cosa en la calle de la casa do moraua.

LEY XXVII.

Como los alfajemes deuen raer los omes en lugares apartados, de guisa, que non puedan rescebir daño aquellos a quien afeytan.

Raer, e afeytar deuen los alfajemes los omes en los lugares apartados, e non en las plaças (1), nin en las calles por do andan las gentes; porque non puedan recebir daño aquellos a quien afeytaren, por alguna ocasion. Pero dezimos, que si alguno empuxasse a sabiendas (2) al alfajeme, mientra que tuuiesse en las manos algun ome afeytandolo, o lo firiesse en las manos, o en alguna cosa, de manera que el alfajeme matasse, o firiesse, o fiziesse algun mal a aquel que afeytasse, por aquella razon; tenudo es aquel por cuya culpa vino, de fazer emienda del daño, e recebir pena por la muerte de aquel, bien assi como si fuesse omicida. Mas si la ferida, o la muerte, acaeciesse por ocasion, estonce deue fazer emienda del daño aquel por cuya culpa nacio la ocasion, assi como mandan las leyes (3) deste titulo. E si por auentura, el que afeytasse fuesse en culpa del daño, o de la muerte, seyendo embriagado quando afeytasse, o sangrasse alguno, o non lo sabiendo fazer se metiesse a ello, estonce deue ser escarmentado segun aluedrio (4) del Judgador.

LEY XXVIII.

Como aquellos que cortan a mala intencion arboles, o viñas, o parras, deuen pechar el daño que y fizieren.

Arboles, o parras, o viñas, son cosas que deuen ser mucho bien guardadas (1), porque del fruto dellas (2) se aprouechan los omes, e reciben muy gran plazer, e gran conorte quando las veen; e demas non fazen enojo a ninguna cosa (3). Onde, los que las cortan, o las destruyen a mala intencion, fazen maldad conocida. E porende mandamos, que si alguno fiziere daño en viña de otro, o en

(1) *Mandamos.* Concordat cum l. *si vero*, §. *Prætor ait*, et usque in fin. leg. D. *de his qui dejec. vel effud.* §. 1. versic. *cui similis est*, *Instit. de oblig. quæ ex quasi delic. nascunt.*

(2) *El daño doblado.* Concordat cum l. 1. in princip. §. *quod cum suspenderetur*, D. *de is qui dejec. vel effud.* et insuper tenebitur ad decem aureos, de quibus suprà, ut et vult Gloss. in l. *si vero*, §. *si id quod*, D. eod.

(3) *Que diximos.* Medietas parti, medietas fisco, quod nota, quia contrarium dicebat Joan. Fab. in §. *cui similis*, *Institut. de oblig. quæ ex delic. nasc.* imò quòd totum parti.

LEX XXVII.

Barbitonsor exerceat officium suum in locis separatis, non publicis. Et si alicujus culpa damnum dedit, dum exercebat officium, tenetur occasionans damnum ad illud; si autem sequatur mors, ad damnum, et etiam ad homicidii pœnam; si verò est vulnus, tenetur ad damna et interesse; sed si casu accidat, non tenetur. Si autem barbitonsor fuit in culpa, quia cùm imperitus esset, imperitè fecit, vel ob ebrietatem erravit, arbitrio judicis punitur. Hoc dicit.

(1) *En las plazas.* Concordat cum l. *item Mela*, in princ. D. *ad leg. Aquil.* ubi vide.

(2) *A sabiendas.* Quando enim intervenit dolus, tenetur lege Cornelia *de siccar.* l. *in lege*, D. *ad leg. Cornel. de siccar.* et suprà ead. *Partit.* tit. 8. l. 2. et per totum.

(3) *Las leyes.* Vide suprà eod. in l. 6.

(4) *Segun aluedrio.* Adde suprà eod. l. 9. et quæ ibi dixi.

LEX XXVIII.

Vites aut arbores fructiferas scindens, evellens, vel aliàs damnificans, tenetur ad damni duplum. Et si sint vites damnificatæ, eliget damnum passus, an agat prædicta pœna, vel tanquam contra latronem ad pœnam corporalem pro furto, et si ad pœnam corporalem agit pro magno damno, occidetur; pro alio, arbitrariè pro modo commissi punietur. Item si vicini arbor ramos supra domum meam expandat, agat coram judice, ut radicitus scindatur; et si scindere nolit post judicis jussionem, possum ego propria auctoritate scindere: idem de arbore supra fundum alienum expandente ramos. Item scindens arboris ramos supra viam publicam extensos non tenetur. Hoc dixit.

(1) *Guardadas.* Imo et plantanti arbores in ripa fluminis, ut aggeres consolidentur, vel alia necessaria causa, potest statui salarium seu præmium, de publico, l. 2. et ibi notat Joan. de Plat. *C. de cupres.* lib. 11.

(2) *Dellas.* Omnia genera arborum utilia sunt, alia ad fructum nata, alia ad usum data; nam et quibus non est fructus uberior, tamen usus pretiosior est, Ambros. in *Examerom.* lib. 3. cap. 13. in princ.

(3) *Cosa.* Nocet tamen frugibus umbra arborum, l. 1.

arboles qualesquier (4), de aquellos que dan fruto (5), cortandolos, o arrancandolos, destruyendolos en qualquier manera (6), que aquel cuyos fueren, puede demandar emienda del daño a los que lo fizieren, e deue ser apreciado (7) por omes buenos, e sabidores; e de si aquel que lo fizo, es tenudo a lo pechar doblado (8). E si el daño fuesse fecho en vides, o en parras (9), pueden escarmentar a aquel que lo fizo, como a ladron; e esto es en escogencia del que rescibio el daño, de demandar quel sea fecha emienda en vna destas dos maneras, qual mas quisiere: e si escogiere que le sea fecha emienda como de furto, e acusar a aquel que lo fizo, como a ladron, si el daño fuere grande (10), o desaguisado, deue morir (11) porende el que lo fizo; e si non fuere tan grande por que meresca esta pena, estonce el Judgador deuelo escarmentar en el cuerpo, segun su aluedrio (12), en la manera que entendiere que merece, segun el daño que fizo, e el tiempo, o el lugar, do fuere fecho. Pero si algun ome ouiere arbol que fuere raygado en su tierra, e las ramas del (13) colgassen sobre la casa de otro su vecino, estonce, aquel sobre cuya casa cuelgan, puede pedir al Judgador (14) del lugar, que mande al otro que lo corte fasta en las rayzes (15), porque le daña a la casa colgando sobre ella; e el Judgador deuelo ver, e si entendiere que faze daño, deuelo mandar cortar; e si el otro non lo quisiere fazer despues que lo mandare el Juez, puedelo cortar (16) aquel sobre cuya casa cuelgan las ramas, e non caera porende en pena ninguna. Otrosi dezimos (17), que si el arbol, o la vid, estu-

§. *deinde ait Prætor*, D. *de arbor. cædend.* tradit Specul. tit. *de locat.* in princ. col. 4. allegat l. fin. in fin. *C. de servi.*

(4) *Qualesquier.* Quid si arbor cum radicibus sit evulsa, ut alibi transponatur? Dic quòd illa dicitur arbor, ut hæc lex locum habeat, l. 3. §. *Labeo*, D. *arbor. furt. cæsar.*

(5) *Fruto.* L. *vitem*, §. 1. D. *arbor. furt. cæsarum*, de aliis etiam arboribus loquitur; quia et de hederis et arundinibus et salicto, et sic non referant arbores fructum vel ne; et sic potest suppleri ad istam legem, quòd idem sit de aliis, licèt non ferant fructum: vel potest dici, quòd omnes arbores ferunt fructum juxta genus suum. Lex tamen Fori 2. tit. 4. lib. 4. *For. LL.* distinguit quoad pœnam inter arborem ferentem fructum, et non ferentem; quam legem ignoro, an usu servetur, et non allego in isto opere leges Fori, quæ in usu notoriè non sunt, ne darem occasionem, ut quis lector illis pro legibus utatur, cùm verè non sunt leges, sed scriptæ consuetudines, et qui in eis se fundet, debet earum usum probare, ut tradit Roder. Suarez in *Proœm. LL. Fori*: supplebis ergo ad istam litteram *maxime*, nam idem si non ferunt fructum, facit illud Genesi cap. 1. vers. 11. ibi: "germinet terra herbam virentem, et facientem semen, et lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum:" et ad fin. cap. vers. 29. "ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, et universa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam, et cunctis animalibus terræ, etc."

(6) *En qualquier manera.* Adde l. *cædere*, D. *arbor. furt. cæsarum.*

(7) *Apreciado.* Adde l. *facienda*, D. *arbor. furt. cæsarum.*

(8) *Doblado.* Adde l. *furtim*, §. fin. D. *de arbor. furt. cæsarum.*

(9) *En vides, o en parras.* Maximè intellige, ut dicit l. *sciendum*, D. *arbor. furt. cæsar.* de qua ista sumpta est, nam idem si in aliis arboribus: nam si criminaliter ageretur, incisores arborum tanquam latrones puniri possunt, ut ibi habetur, et eadem ratio, imò aliquando major est in aliis arboribus, ut si essent olivæ, vel aliæ arbores pretiosæ: et dicit Joan. Crispi. *in arbore actionum*, sub num. 167. quòd vidit decapitari quemdam pauperculum, qui alteri arbores et vites furtivè inciderat. Vide quæ inferius dicam, et habetur in ista l.

(10) *Daño fuere grande.* Nota benè quia declarat Glos. in dict. l. *sciendum*, et quæ Doctores ibi dicunt, ubi Alberic. dicebat grave esse, ut qui unam arborem inscinderet, suspendatur, et quòd illa lex intelligatur juxta dispositionem l. *capitalium*, §. *famosos*, D. *de pœnis*, vel quòd sit distinguendum, an sit magna, vel parva arbor, quæ incisa est, argumento l. *Pedius*, D. *de incend. ruin. naufrag.*

(11) *Morir.* Nota ad ea quæ dixi in l. 18. tit. 14. suprà ead. *Part.* et est iste casus specialis, in quo quis pro primo furto suspenditur.

(12) *Segund su aluedrio.* Vide l. 18. tit. 14. suprà ead. *Partit.*

(13) *Las ramas del.* Concordat cum l. 1. in princ. D. *de arbor. cædendis*, et idem dic, si radices arboris noceant fundamento domus meæ, l. 1. *C. de interdictis*, ubi vide Salicet. et Bart. in dict. l. 1. §. *differentia*, D. *de arbor. cædend.* et nota istam materiam, quia utilis est, et de ea plus lucrantur advocati, quàm de l. *frater à fratre*, D. *de condict. indeb.* secundum Alberic. in dict. §. *differentia.*

(14) *Puede pedir al Judgador.* Nota practicam hujus legis, pro qua est l. 1. *C. de interd.* et l. *quemadmodum*, §. 1. D. *ad leg. Aquil.* et differt à practica, quam in hoc ponit Bart. in dict. l. 1. qui voluit, quòd facta denuntiatione vicino, ut arborem ædibus impendentem tollat, si noluerit, possit tunc vicinus, cui nocet, propria auctoritate suscindere, et sibi ligna portare; et quod tunc demum requiratur recursus ad judicem, quando vicinus resisteret suscindere volenti.

(15) *Fasta en las rayzes.* Nam à stipite est excidenda isto casu, ut in dict. l. 1. non solùm propter umbram et pluviam, sed etiam propter florum, et frondium, et fortè fructuum decisionem, quæ sunt stillicidiorum impletiva et obturativa, propter quæ aqua domum ingreditur. Item exciduntur arbores quandoque à radice, ne radices earum fabricæ formam corrumpant, ut in l. 1. *C. de aquæ ductu*, lib. 11. ubi Cassiodorus refertur à Luca de penna 7. lib. *variarum lectionum*, dicens in primis noxias arbores, quæ inferunt fabricarum ruinas, dum sunt quidem mœnium importabiles arietes, censemus radicitus amputari, quia nulla læsio removetur, cujus origo non tollitur, et ex radicibus labefactantur parietes, l. *decernimus*, §. *hoc etiam*, *C.* eod. tit. *de aquæ ductu*, lib. 11. periculum est fundamentis, ut in dict. l. 1. *C. de interdictis.*

(16) *Puedelo cortar.* Et sibi arborem seu ligna habere, dict. l. 1. in princ. et §. *si arbor*, D. *de arbor. cædend.* et hoc propter impensas quæ fiunt in suscindendo, secundum Angelum ibi.

(17) *Otrosi dezimos.* Concordat dict. l. 1. §. *deinde ait Prætor*, D. *de arbor. cædend.* Sed pone, quòd duo diviserunt agrum, et in partem uni cedit arbor, quæ suprà alterius partem impendet; nunquid is cujus est arbor, tenebitur ista lege, seu interdicto de arboribus cædendis: vel quid si uterque vendat partem suam alii, nunquid alter emptorum tenebitur alteri: vel quid si unus vendidit partem agri sui, et in parte vendita vel retenta cedat arbor, quæ supra alteram partem impendeat, nunquid emptor venditori, vel è contra tenebitur? Quæstiones istæ de facto fre-

uiessen raygados en huerto, o en tierra, de uno e colgassen las ramas (18) sobre la heredad de otro, que aquel sobre cuya heredad colgaren, puede demandar al Juez, que mande cortar las ramas que cuelgan sobre su heredad, de que rescibiesse daño (19); e si el otro non lo quisiesse fazer por mandado del Juez, puedelo el por si mismo cortar, e non cae porende en pena ninguna. Esso mismo, dezimos, que deue ser guardado, quando la figuera, o algund arbol, colgasse sobre la carrera publica (20), de manera, que los omes non pudiessen passar por y desembargadamente; que qualquier que cortasse las ramas que assi colgassen, non deue auer porende pena ninguna.

TITULO XVI.

DE LOS ENGAÑOS, MALOS, E BUENOS: E DE LOS BARATADORES.

Engaño (1) es una palabra general, que cae sobre muchos yerros que los omes fazen, que non han nomes señalados. Onde, pues que en el titulo ante deste fablamos de los daños, queremos aqui dezir de los Engaños que fazen los omes los vnos a los otros. E demonstrar, que cosa es engaño. E quantas maneras y a del. E quien puede demandar emienda, quando le fuere fecho. E a quales. E ante quien. E fasta quanto tiempo. E como deue ser fecha la emienda. E despues demonstraremos por exemplos, como se fazen los engaños, e que pena merecen los que los fazen, e los que los ayudan, o los encubren.

LEY I.

Que cosa es Engaño, e quantas maneras son del.

Dolus en latin, tanto quiere dezir en romance, como engaño: e engaño es, enartamiento (1) que fazen algunos omes los vnos a los otros, por palabras mentirosas, o encubiertas, e coloradas, que dizen con intencion de los engañar, e de los decebir. E a este engaño dizen en latin, dolus malus; que quiere tanto dezir, como mal engaño. E como quier que los engaños se fagan en muchas maneras, las principales dellas son dos. La primera es, quando lo fazen por palabras mentirosas, o arteras (2). La segunda es, quando

quenter occurrunt, ut tradit Lucas de Penna in dict. l. 1. *C. de aquæ ductu*, lib. 11. et concludit istis casibus non habere locum interdictum de arboribus cædendis, quia factum illorum qui primo agros constituerunt, in hoc interdicto venire non debet, ut aliàs dicitur et notatur in l. *quod Principis*, D. *de aqua pluv. arcenda*, et l. *damnas*, in fin. D. *de usufructu legat.* nisi fortè per successores fuisset arbor illa pastinata, ut ibi notatur per l. 2. *C. fin. regund.* vide ibi latius per eum, alia fundamenta adducentem, et arguentem pro utraque parte, et præsertim in quæstione de vendente parte retenta: et ibi etiam quærit, quid si dominus arboris objiciat præscriptionem, dicens, quòd sic stetit arbor triginta vel quadraginta annis, an obstabit præscriptio? Et primò arguit, quod obstet, cùm hoc interdictum anno finiatur, *Institut. de perpet. et tempor. action.* post princip. sed concludit, quòd non obstet præscriptio, quia cùm quolibet anno crescat arbor, neque sit in uno statu, illud quod crevit à triginta vel quadraginta annis citra nondum est præscriptum, et id est, quod cædi petitur, non autem illud quod fuit à triginta vel quadraginta annis suprà: et qui præscripsit decimas, non propterea intelligitur præscripsisse novalia, cap. *cum contingat*, *de decimis*, et quod semel fuit novale, semper intelligitur esse novale, cap. fin. *de privileg.* et quia illius, quod crevit, est consideratio facienda, l. *inficiendo*, §. *infans*, D. *de furtis*, l. 18. §. *si is qui*, D. *de damno infecto.* Vide ibi latius per eum, qui et adducit, quòd id, quod nondum natum est, præscribi non potest, et alia quæ ibi poteris videre.

(18) *Colgassen las ramas.* Quid autem si non penderent rami, sed haberem ego arborem in fundo tuo, quæ pullones mittit super truncum, qui vulgò dicebatur *barbados*, an tu poteris hujusmodi pullones excidere, si ego non excidam, prout in ramis statutum est? Quæstio est vetusta, in qua etiam arguit ad partes Lucas de Pen. in dict. l. 1. *C. de aquæ ductu*, lib. 11. allegans notata per Gloss. in l. *obligationem ferè*, §. *placet*, D. *de action. et obligat.* tandem distinguit ipse, quòd, aut tales pullones nocent ibi, aut non, primo casu poteris pullones excidere, etiamsi nati sunt prima arbore vivente, argumento dict. l. 1. *C. de aquæ ductu.* Secundo verò casu, si cultura fundi, et perceptio fructuum non minuitur, non poterit illos excidere, argumento l. 1. §. *quod ait*, D. *de arbor. cædend.* et hoc licèt nati in trunco non sint, et licèt non super terram, sed sub terra: vide latius ibi per eum.

(19) *Rescibiesse daño.* Nota hoc verbum, et adverte quòd non curat de illis quindecim pedibus altius à terra, de quibus in dict. l. 1. §. *deinde*, ubi vide Glos. Adverte etiam, quòd tantùm debent præscindi rami pendentes in fundum vicini, non arbor à radice, ut in primo dicto hujus legis, est enim in hoc differentia, l. 1. §. *differentia*, D. *de arbor. cædend.* licèt ergo quis habeat prædium, in quo habeat arbores tot et tam magnas, quòd quasi reddant inutile prædium vicini, non tenetur dominus prædii arbores extirpare; sed tantùm ramos pendentes in fundum vicini præscindere, ut hic vides, et tradit Albericus dicens, vidisse quæstionem de facto, in l. 1. §. *quod ait Prætor*, D. *de arbor. cædend.*

(20) *Publica.* Adde l. 2. §. *si ex fundo*, D. *ne quid in loco publico*, l. *si iter*, et quod ibi notat Florian. D. *de servitut.*

TITULUS XVI. DE DOLO

IN SUMMA.

(1) *Engaño.* Quia dolus est crimen, ut in l. 1. cum gloss. ibi, D. *de fidejus. tutor.* rectè in ista septima Partita tractatur de eo.

LEX I.

Dolus malus est machinatio facta causa fraudis cum verbis mendacibus, relatis, seu coloratis, causa decipiendi: et est duplex dolus, unus qui fit per verba mendacia, vel sagacia; alius per taciturnitatem non respondendo ad interrogata, vel respondendo per verba ambigua, seu velata. Hoc dicit.

(1) *Enartamiento.* Concordat cum l. 1. §. 2. D. *de dolo*; et prosequitur ista lex dict. Azon. in summa, *C.* eod. in princip.

(3) *Deuenlos perdonar.* Redeuntes ergo ab hæresi admittendi sunt, et evadent per hoc pœnas criminis, quando non sunt relapsi, ut in cap. *super eo*, *de hæretic.* lib. 6. et tradit S. Thom. in 2. 2. q. 11. art. 4. et habetur in cap. *ad abolendam*, eod. tit. Quod intellige si continuò post deprehensionem erroris, ad fidei Catholicæ unitatem spontè recurrant, abjurata hæresi, ut probatur in cap. *ad abolendam*, in princ. *de hæretic.* et cap. *ut officium*, in princip. eod. tit. lib. 6. proviso solerter, ut ibi habetur, ne simulata conversione redeant fraudulenter, sub agni specie lupum gerentes.

Sed est dubium quando dicantur continuò, seu confestim redire, et Archid. cap. *ut commissi*, §. *neque non*, *de hæretic.* lib. 6. dicit, quòd illi qui veniunt infra tempus gratiæ, admittendi sunt, et hoc innititur consuetudini, quam servare solent inquisitores hæreticæ pravitatis, qui in principio inquisitionis præmittunt sermones ad populum, ubi habent inquirere, ubi admonent omnes hæreticos ex edicto, ut recognoscentes errorem suum ad fidem Catholicam convertantur, certo termino præfixo, in quem veniant, et istud appellatur tempus gratiæ: subdit tamen Archid. quòd etiam post tempus gratiæ admittendi sunt, re integra, utpotè quia aliquis non fuit personaliter requisitus, neque contra eum probationes sunt receptæ, argumento cap. *si tibi absenti*, *de præbend.* lib. 6. si tamen post prædicta tempora venerit, indignus est venia, licèt errorem detegat: et remittit ad notata in l. 1. *C. de his qui latron. occult.* et sic recitando ipsum transit Joan. And. et etiam Dominic. ibi. Hostiens. verò in summa tit. *de hæretic.* §. *qualiter*, et §. *quando, et qualiter*, apertè sentit, quòd antea, quàm quis sit convictus de hæresi, admittatur confitens errorem suum, et volens reconciliari, dummodo judex videat ipsum contritum, et speret de conversione sua. Joan. And. in cap. *excommunicatus*, el 1. §. *damnati*, eod. tit. sentit, quòd neque dum antea quam sint convicti, imò etiam postquam sunt condemnati per sententiam, possunt redire et evadere pœnam mortis, et idem sentit glossa notabilis in cap. penult. eod. tit. in contrarium tamen videtur textus in dict. cap. *ad abolendam*, qui, ut in principio glossæ dixi, videtur requirere quòd continuò, seu confestim redire debeant et sponte; post damnationem verò videntur facere timore pœnæ, imò et post probationes timore probationum. Zenze. et Card. in Clement. *ad nostrum*, §. penult. eod. tit. tenent, quòd si postquam negaverunt, sunt convicti, non admittantur ad finem evadendi pœnam corporalem. Abb. in dict. §. *damnati*, tenet idem quod Joan. And. ibi tenuit, et adducit textum in cap. *accusatus*, *de hæretic.* lib. 6. ubi relapsis dumtaxat non parcitur. Semel ergo lapsis parcendum est, ex quo volunt ad fidem reverti, licèt condemnati sint; dicit tamen quòd ista opinio apertè non probatur jure, imò potius posset defendi contrarium, quia dictus §. *damnati*, nullam indulgentiam dat damnatis, et dictum cap. *ad abolendam*, vult quòd statim redeant et sponte, et cap. penult. eod. tit. loquitur de deprehensis in hæresi, et non de condemnatis: aliam tamen opinionem tanquam mitiorem dicit sequendam, et quod ad cap. *ad abolendam*, satis coloratè possit responderi, quòd satis incontinenti dicitur redire, si nullam dilationem expectat, neque pœnæ impositionem, cap. *ponderet*, 50. dist. vel potest dici secundum eum, quòd aut sunt condemnati de hæresi, sed adhuc non traditi curiæ sæculari, et habet locum pœnitentia; aut sunt traditi curiæ sæculari, et tunc non sit locus pœnitentiæ. Doctor noster de Villadiego in suo tract. *de hæretic. pravit.* quæst. 20. recitatis his opinionibus dicit, quòd ubi ad sententiam esset processum contra hæreticum, nullo modo ejus conversio esset admittenda ad effectum evadendi pœnam mortis, per textum in dict. cap. penult. in vers. *damnati*, et in §. *si qui autem*, ubi autem ad condemnationem non esset processum, etiam si esset per testes, vel alias probationes de hæresi convictus, credit revertentem admitti debere, per textum in cap. *accusatus*, in princ. et apertius in §. *ille quoque*, eod. tit. lib. 6. Joan. de Anan. tractat etiam de hoc in cap. *excommunicamus*, §. *damnati verò*, quem legit sub principio eod. tit. qui recitat opinionem Joan. Andr. et Abb. tandem dicit esse considerandum, quòd textus in dict. cap. *ad abolendam*, non propriè loquitur de condemnatis, sed de illis qui sunt deprehensi in hæresi; unde ipse concludit, quòd posset fortè considerari, quòd aut quis est convictus et condemnatus per judicem, et tunc poterit in continenti redire post sententiam, et quòd ita intelligatur textus in dict. cap. *ab abolendam*: aut est damnatus à jure, tanquam indubitans hæreticus, ut in casu dicti cap. *excommunicamus*, et tunc non possit, et ita loquatur dictum cap. *excommunicamus*, in §. *damnati verò*. Mihi verò satis placet opinio Doctoris nostri de Villadiego, per textum in dict. cap. penult. ubi hoc etiam voluit Antonius. Et benè facit ista lex Partitarum cùm vult, ut locus sit veniæ, conversionem debere fieri ante sententiam: fortè tamen posset non improbabiliter dici, quòd etsi convertatur post sententiam, sit admittendus, si judici videatur ejus conversionem veram esse, et non fictam, et probabiliter hoc appareat; quia conversionem esse ante sententiam, vel post, non est parcendi ratio, sed veritas contritionis cum spe non recidivandi præsumpta, ut vult Sylvester in summa, in parte *hæresis*, la 1. vers. 12. *quæritur*. Nota etiam, quòd licèt rediens ab hæresi evadat pœnam mortis, non tamen evadit pœnam perpetui carceris, ut in dict. cap. penult. commutatur tamen hodie ista pœna in aliam, si visum fuerit superiori, ut habetur in cap. *ut commissi*, eod. tit. lib. 6. Et ista intelligenda sunt in hæreticis non relapsis, nam relapsi sine aliqua audientia sunt sæculari Judici relinquendi, ut in dict. cap. *ad abolendam*, vers. *illos quoque*, et dict. cap. *accusatus*, et in cap. *super eo*, eod. tit. lib. 6.

Et hæreticus patronus reversus, an recuperet jus patronatus? Vide Glos. in cap. *maximum*, 1. quæst. 7. quæ dicit, quòd sic, nisi lata esset sententia super amissione juris patronatus. Abb. verò in cap. *quia diligentia*, *de elect.* dicit quòd ubicumque præcessit bonorum publicatio ab homine, vel à jure, non recuperat quis bona per pœnitentiam, nisi princeps de gratia restituat eum ad pristina bona, et vide per Rodium in tract. *de jure patronat.* chart. 15. col. 3. qui dicit opinionem Abb. esse veriorem.

Quid autem de illo contra quem crimen hæresis est probatum, ipse verò semper negavit se commisisse, dicit tamen se tenere et profiteri quod sancta credit ecclesia, et sic semper tenuisse, et credidisse; an iste dicatur conversus, vel an adhuc iste, ut impœnitens sit curiæ sæculari tradendus? Videas decisionem Dominorum de Rota 875. incipit, *accusatus de hæresi, in antiquis*, ubi deciditur quòd si adhuc curiæ sæculari tradendus, et voluit Hostiens. in

res (4), e ellos deuenles dar pena en esta manera: que si fuere el Herege Predicador (5), a que dizen Consolador (6), deuenlo quemar en fuego de manera que muera. E essa misma pena deuen auer los descreydos, que diximos de suso en la ley ante desta, que non creen auer gualardon, nin pena, en el otro siglo. E si non fuere Predicador, mas creyente (7), que vaya, e este con los que fiziessen el sacrificio, a la sazon que lo fiziessen, e que oya cotidianamente (8), o quando puede, la predicacion dellos, mandamos, que muera por ello essa misma muerte (9): porque se da a entender (10) que es Herege acabado, pues que cree, e va al sacrificio, que fazen. E si non fuere creyente en la creencia dellos, mas lo metiere en obra (11), yendose al sacrificio dellos, mandamos que sea echado de nuestro Señorio para siempre, o metido en carcel, fasta que se arrepienta, e se torne a la Fe. Otrosi dezimos, que los bienes de los que son condenados por Hereges, o que mueren conocidamente en la creencia de la heregia, deuen ser de sus fijos (12), o de sus descendientes dellos. E si los non ouieren, mandamos que sean de los mas propincos parientes Catholicos dellos; e si tales parientes non ouieren, dezimos, que si fueren seglares los Hereges, el Rey (13) deue heredar todos sus bienes; e si fueren Clerigos, puede la Eglesia demandar e auer fasta vn año (14) despues que fueron muertos, lo suyo dellos. E dende en adelante lo deue auer la Camara del Rey, si la Eglesia fuere negligente en lo non demandar en aquel tiempo. E si por auentura, non fuere creyente, nin fuere al sacrificio dellos, assi

summa, *de hæretic.* §. *qualiter deprehendatur*, vers. *si verò negaverit*, licèt contrarium probare nitatur Boerius decis. 341. si tamen non simpliciter negaret, sed diceret, se ideo negare, quia non habet memoriam, quòd hæreticalia dixisset, et si est probatum, remittit se ad testes, videtur, quòd in isto aliter esset dicendum, ex dicto Bartoli in l. *de ætate*, §. *nihil*, D. *de interrog. action.*

(4) *Darlos despues a los Juezes seglares.* Concordat cum cap. penult. vers. *damnati*, eod. tit. et cap. *excommunicamus*, §. *damnati verò*, eod. tit. si est Clericus committens hoc crimen, damnatus degradatur, et traditur curiæ sæculari, neque habet locum tunc quod habetur in cap. *cum non ab homine*, *de judic.* per dict. cap. *excommunicamus*, et cap. *ad abolendam*, eod. tit. et dixit gloss. in dict. cap. *cum non ab homine.*

(5) *Herege Predicador.* Concordat cum §. *quicumque*, *C.* eod. circa fin. et magister erroris hæretici hæresiarcha est dicendus, cap. *qui aliorum*, 24. quæst. 3.

(6) *Consolador.* Vide in cap. *filii vel hæredes*, *de hæretic.* lib. 6.

(7) *Creyente.* Credentes erroribus hæreticorum, hæretici sunt, et ut tales sunt puniendi, cap. penult. in fin. eod. tit. et unus modus ad probandum, quòd credunt erroribus hæreticorum, ponitur in ista lege, scilicèt cùm vadit ad sacrificium cum eis, et audit prædicationes ipsorum, ut in l. *quicumque*, *C.* eod. et in l. 1. *C. de pagan.* et tradit Azon. *C.* eod. in summa, sive ergo adoraverunt, vel reverentiam more hæreticorum exhibuerunt, consolationem vel communionem ab hæreticis receperunt, vel similia perpetrant, quæ pertinent ad ritum ipsorum, meritò dicuntur credentes, nam ex factis præsumitur affectus, cap. *qui viderit*, et cap. *sicut enim*, 32. quæst. 5. *de bigam.* cap. *nuper*, et plus est facto, quàm verbo aliquid dicere, cap. *dilecti*, *de appellat.* non facilè tamen debet quis ita judicari credens, ut reputetur hæreticus, quia neque in hoc crimine sufficit vehemens præsumptio ad damnationem, ut in cap. *litteras*, *de præsumpt.* ubi de hoc, nisi essent talia indicia et præsumptiones, quæ probationibus sunt habendæ, ut ea quæ dixi, et quæ hic habentur; quia indicia quæ ad bonum retorqueri non possunt, neque ad aliud quàm ad id quod indicant, pro probationibus sunt habenda, l. *dolum*, *C. de dolo*, et tenent Archid. et Joan. Andr. in cap. 2. *de hæretic.* lib. 6. Item et dicentur credentes qui proprio ore dicunt se credere erroribus ipsorum, secundum eos, ubi suprà.

(8) *Cotidianamente.* Qui enim semel tantùm audierunt sermonem, vel prædicationem hæreticorum, neque postea redierunt, non debent judicari credentes, cùm approbare non videantur, quod postmodum evitarunt, argumento 1. quæst. 1. cap. *constat*, cap. *ex studiis*, *de præsumpt.* secundum Archid. et Joan. And. in dict. cap. 2. *de hæretic.* lib. 6. ubi et vide de illis, qui recipiunt libros hæreticorum, nisi illos statim incendio, vel alio modo destruxerunt.

(9) *Essa mesma muerte.* Ignis, quam superius dixit, quæ de consuetudine datur, secundum Hostiens. in summa, eod. tit. §. *qua pœna*, col. 2. l. *Arriani*, et l. *quicumque*, *C.* eod. dicebant pœnam mortis esse imponendam, et consuetudine et lege ista declaratum est, ut crementur, adde Hostiens. et Joan. And. in cap. *ad abolendam*, eod. tit.

(10) *Da a entender.* Quid ergo si non constaret de factis, quæ ad ritum errantium pertinent, et per quæ error exprimitur, vel ex proprii oris confessione, ut jam dixi; an ex eo quod visitat hæreticos, vel dat eis alimoniam, vel ducatum, vel similia facit, in quibus de ipsorum ritu nihil apparet expressum, præsumitur credens? Archid. ubi suprà, et Joan. Andr. quem refert simpliciter, et sequitur, non putat tales judicandos esse credentes, nisi prius fuissent lapsi, ut in cap. *accusatus*, §. *ille quoque*, eod. tit. lib. 6. nam pro pecunia fiunt sæpè talia, et quia dictum cap. penult. eod. tit. dicit, *credentes erroribus*; unde Archidiaconus istos de quibus suprà, non credentes, sed receptatores vel fautores judicat; dicit tamen graviter suspectos, quare posset eis indici purgatio, cap. *excommunicamus*, §. *qui autem*, eod. tit. et de contrahente familiaritatem cum hæreticis, vide in cap. *inter solicitudines*, *de purg. canon.*

(11) *Lo metiere en obra.* Vide Azon. in summa, *C.* eod. ubi videtur distinguere, ut hic et l. *quicumque*, ubi Gloss. *C. de hæretic.* de jure tamen canonico credens erroribus hæreticorum est hæreticus, et ut talis puniendus, cap. penult. *de hæretic.* et sic damnatus, et traditus judici sæculari, pœna mortis erit puniendus, quia standum est in hoc canonibus, et non legibus; et cum capitulum *ad abolendam* dicat, animadversione debita puniendos, de pœna mortis debet intelligi, ut dixi in l. 2. tit. 24. supra, ead. *Partit.*

(12) *De sus fijos.* Hoc hodie non procedit, ut dixi in l. 7. tit. 7. *Part.* 6. vide ibi.

(13) *El Rey.* Vide quæ dixi suprà tit. 1. in l. 8. in fine.

(14) *Fasta vn año.* Vide etiam quæ dixi in dict. l. 7. gloss. fin. et fortè ista præfixio anni non tenet contra ecclesiam ex his quæ ibi dixi, et faciunt quæ notat Gloss. et ibi Doctores in cap. *satis perversum*, 56. dist. et quia princeps sæcularis non se debet intromittere in statuendo aliquid circa istud crimen, quod in totum est de judicio ecclesiæ, cap. *ut inquisitionis*, vers. *prohibemus*, *de hæreticis*, lib. 6. et cum Decretalis *excommunicamus*, §. 1. eod. tit. bona clericorum hæreticorum applicet ecclesiis, non potuit per legem sæcularem statui, quòd post annum applicentur fisco regio; et pro hoc videtur textus in cap. 2. *de præscrit.*

como sobredicho es, mas fuere a oyr doctrina (15) dellos; mandamos, que peche diez libras de oro a la Camara del Rey, e si non ouiere de que lo pechar, denle cincuenta açotes publicamente.

LEY III.

Como los fijos que non son Catholicos, non pueden heredar con los otros en los bienes de su padre, que fuesse Herege.

Por Herege seyendo algun ome judgado, si este atal ouiesse fijos que sean Hereges, e otros que finquen en la Fe Catholica, e que la guarden, estos que fincaron en la nuestra Fe, mandamos, que ayan todos los bienes de su padre (1), e non sean tenudos de dar a los otros parte de ninguna cosa dellos. Pero si despues desso, conosciendo los otros su yerro se conuertiessen, e se tornassen a la Fe Catholica, tenudos son sus hermanos, de dar a cada vno dellos su parte de los bienes de su padre; mas de los frutos, o de los esquilmos, que ouiessen estos hermanos Catholicos auidos de tales bienes, en el tiempo que los otros eran Hereges, non les deuen dar cuenta, nin ninguna cosa, si non quisieren.

LEY IV.

Como el que es dado por Herege, non puede auer dignidad, nin oficio publico, mas deue perder el que ante tenia.

Dignidad, nin officio publico non deue auer (1), el que fuere judgado por Herege. E porende non puede ser Papa (2), nin Cardenal, nin Patriarcha, nin Arçobispo nin Obispo; nin puede auer ninguna de las honrras, e dignidades, que pertenecen a Santa Eglesia. Otrosi dezimos, que el que atal fuesse non puede ser Emperador, nin Rey, nin Duque, nin Conde; nin deue auer ningun officio, nin logar honrrado, de aquellos que pertenecen a Señorio seglar. E aun dezimos, que si fuere prouado contra alguno, que es Herege, que deue perder porende la dignidad que ante auia (3), e demas, es defendido por las leyes antiguas, que non pueda fazer testamento (4), fueras ende, si quisiere dexar sus bienes a sus fijos Catholicos (5). Otrosi dezimos, que non le puede ser dexada manda en testamento de otro (6), nin ser establescido por heredero de otro ome. E aun dezimos, que non deue valer su testamento, nin donacion, nin vendida, que le fuesse fecha, nin la que el fiziesse a otro de lo suyo, del dia que fuesse judgado por Herege (7) en adelante.

Leyes 3 y 4, tit. 3, lib. 12 Novis. Recop.

(15) *Oyr doctrina.* Concordat cum dict. l. *quicumque*, ad fin. *C.* eod. et vide per Gloss. in cap. penult. eod. tit.

LEX III.

In bonis parentis pro hæretico condemnato succedunt filii catholici, nec in eis faciunt partem aliis fratribus hæreticis; sed si postea filii hæretici convertantur ad fidem; habebunt suam partem de bonis parentis: de fructibus tamen perceptis, nullam partem habebunt posteriores. Hoc dicit.

(1) *Los bienes de su padre.* Vide, quæ dixi in l. 7. tit. 7. *Partit.* 6.

LEX IV.

De hæresi damnatus non potest habere honores nec dignitates sæculares aut ecclesiasticas, et habitas perdit, et non facit testamentum nisi inter filios catholicos, nec est capax legati, aut hæreditatis, nec valet quicquid disponat à die, quo judicatus est hæreticus. Hoc dicit.

(1) *Non deue auer.* Prosequitur dicta Azon. *C.* eod. in summa, cum dicit: Item non sunt creandi ministri ecclesiæ, neque alios possunt creare, ut infrà eod. l. *omnes*, et supra *de episc. audient.* l. *Archigerontes.* Item ad regimen reipublicæ creari non debent, infrà *de Judæis*, l. ultim. redeuntes tamen ab hæresi, si humiliter redeant, ad pristinam dignitatem de benignitate ecclesiæ restituuntur, cap. *convenientibus*, 1. quæst. 7. et cap. *didici*, et cap. *maximum*, et 23. quæst. 4. cap. *ipsa pietas*: de juris tamen rigore non admittuntur, cap. 1. 1. quæst. 7. Item hæretici et filii hæreticorum non possunt obtinere beneficia ecclesiastica, neque publica officia, ut habetur in cap. *quicumque*, §. *hæretici*, et cap. *statutum*, el 2. *de hæret.* lib. 6. cap. *constituit*, 17. quæst. 4. Item neque honoris officia, neque esse medici, neque chirurgi; vide in Pragmaticis, fol. 8. et sequent. Sed quæ dicentur officia publica? Glos. in dict. §. *hæretici*, dicitur quòd judicatura notoria, et his similia, et allegat cap. *felicis*, vers. *quod si quis*, *de pœnis*, lib. 6. ubi vide de aliis officiis, vide etiam in dict. pragmat. fol. 7. et 8.

(2) *Ser Papa.* Dixit Gloss. in cap. *et dixit Dominus de consecr.* dist. 2. quòd privilegium concessum ab apostolico hæretico, non valet. An tamen valeat sententia hæretici ligantis, vel absolventis subditos? Vide per Gloss. in cap. *quod quidam*, 1. quæst. 1. et in cap. *cui est illata*, 11. quæst. 3. et ibi Archidiacon. vide per Innoc. notabiliter in cap. *nihil est*, *de elect.* ubi dicit quòd omnes qui habuerunt canonicum ingressum, licèt postea fiant hæretici, ratum est, quod fit ab is quousque tolerantur, nisi fortè essent ordinationes, vel consecrationes vel alia spiritualia, quæ quoad executionem irritæ sunt, nisi interveniat dispensatio, vel nisi essent leges vel ordinationes, quæ in ejus opprobrium cassantur, *de hæretic.* cap. *fraternitatis*: multo fortius cassantur, si à principio non habuerunt canonicum ingressum, ut quia simoniacè, vel per intrusionem, vel schismaticè, vel quia hæreticus vel excommunicatus assumptus est, alienationes et ordinationes ab eo factæ non valent, 12. quæst. 2. cap. *alienationes*.

(3) *Que ante auia.* Adde l. 7. tit. 6. supra ead. *Partit.* et quæ ibi dixi: et dicit Bald. in repet. l. *si lex*, *C. de emancip. liber.* col. 5. quòd si aliquis Rex Christianus fieret hæreticus, quòd perdit jurisdictionem, et vacat regnum et concedendum est catholico occupanti.

(4) *Testamento.* Adde l. 16. tit. 1. 6. *Partit.* ubi vide quæ dixi, et in l. 7. tit. 7. ead. *Partit.*

(5) *Catholicos.* Hoc non procedit de jure canonico, cui in hoc standum est, ut tradit Alberic. in l. *cognovimus*, *C.* eod. et vide quæ dixi in dict. l. 7.

(6) *En testamento de otro.* Etiam militis, l. fin. *C.* eod.

(7) *Por herege.* Imò à die commissi criminis, secun-

LEY V.

Que pena merecen los que encubren los Hereges.

Ley 3, tit. 7, lib. 12 Novis. Recop. Ley 2, tit. 2, libro 8 Recop.

Encubren algunos omes, e reciben en sus casas Hereges, que andan por la tierra a furto, predicando, e reboluiendo los coraçones de las gentes, e metiendolas en yerro; e los que esto fazen, yerran grauemente. E porende defendemos (1) a todos los omes de nuestro Señorio, que ninguno dellos non sea osado de recebir a sabiendas en su casa a ningun Herege, nin consienta que muestre, nin predique a otros en ella, nin que se alleguen en su casa los Hereges, para auer su fabla, nin su cabildo: e si alguno contra esto fiziere a sabiendas, mandamos, que pierda aquella casa en que los acogiere para fazer alguna cosa destas sobredichas, e que sea de la Eglesia. Ca guisada cosa es, que aquel lugar do se ayuntan los enemigos contra la Fe Catholica, que sirua a la Eglesia (2), e que se ayunten y a las vegadas los fieles Christianos, que la creen, e la guardan, e la amparan. Pero si aquel que tuuiere en guarda casa de otro, e acogiere y los Hereges, sin mandado, e sin sabiduria de su señor della, maguer fagan y los Hereges las cosas que diximos en la ley ante desta, non deue por esso el señor perder la casa. Ca, pues que lo non sabe, non es en culpa ninguna. E porende mandamos, e tenemos por bien, que el que los rescibio, peche porende diez libras de oro a la Camara del Rey. E si non ouiere de que las pechar, que lo açoten publicamente por toda la Villa en el lugar do acaeciere, pregonando el pregonero ante del por que razon le açotan.

LEY VI.

Que pena merescen los que amparan los Hereges en sus castillos, o en sus tierras.

Ley 3, tit. 1, lib. 12 Novis. Recop. Ley 3, tit. 7, lib. 12 Novis. Recop.

Amparar non deue ningund Christiano a los Hereges en su casa (1), nin en su castillo, nin en otro lugar que aya: e los que assi los amparen, yerran a Dios, e al Señor de la tierra, e dan carrera a los Hereges, de fazer, e de obrar sus maldades. Ca algunos y ha dellos, que dubdarian de ser Hereges por miedo de la pena, e non dubdan de lo ser, por-

dum jus canonicum, cui in hoc standum est, ut in cap. *cum secundum leges*, *de hæretic.* lib. 6. et tradit Joan. Fab. *Institut. quibus alien. liceat*, *vel non*, in fine principii, et si hoc sanxit lex Partitarum in crimine læsæ majestatis, ut habetur in l. 4. tit. 2. supra, ead. *Partit.* idem et multo fortius in crimine hæresis, cùm longè gravius sit æternam, quàm temporalem lædere majestatem, cap. *vergentis*, eod. tit. et *C.* eod. in auth. *Gazaros*.

LEX V.

Receptans, seu celans in domo sua scienter hæreticos, perdit eam ecclesiæ applicandam: sed si domus est aliena, non perdit dominus ignorans: sed tenens eam solvet Regi decem libras auri; et si non habet unde, publicè flagellatur præcone dicente coram eo causam pœnæ. Hoc dicit.

(1) *Defendemos.* Concordat cum l. *quicumque*, §. *universi*, et §. 5. vers. *quod si qui*, et vers. *eos verò*, *C.* eod. sed an poterit indici purgatio, vel hæreticum hæreticum docere in domo, recipienti hæreticum in domo sua tanquam suspecto de hæresi, vide quæ notat Archid. et Joan. And. in cap. *quicumque*, eod. tit. lib. 6.

(2) *A la Eglesia.* Adde l. *cuncti*, *C.* eod.

LEX VI.

Nemo hæreticum in terra sua, vel domo sua defendat; aliàs si excommunicatus ab Episcopo per annum contumax fuerit, fit infamis, honores non habiturus: et si magnus dominus est, terram aut castrum habens, perdit illud Regi applicandum, et expellitur à patria: et si minor fuerit, ejus corpus et bona sunt ad mercedem Regis, ut eum arbitrariè puniat. Hoc dicit.

(1) *En su casa.* Quid si filius receptet patrem hæreticum? Dic quòd regulariter filii vel alii consanguinei ex receptatione mitius puniuntur, l. 2. *C. de receptator.* Sed fortè hoc non procedet in isto gravissimo crimine hæresis, in quo pro delicto patris filii puniuntur, sicut et in crimine læsæ majestatis, l. *quisquis*, *C. ad leg. Jul. majest.* et in cap. *vergentis*, *de hæretic.* et in cap. *filii*, eod. tit. lib. 6. ita vult Doctor noster de Villadiego in suo tractat. *de hæretic. pravit.* quæst. 16. in fine, relinquit tamen super hoc cogitandum: et certè in filio receptante patrem hæreticum, majus dubium videtur, quàm in aliis consanguineis ex eo, quod habetur Deuteronomii cap. 13. v. 6. 7. 8. et 9. ibi:" si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia, sive uxor quæ est in sinu tuo, aut amicus quem diligis ut animam tuam, clàm dicens: Eamus, et serviamus diis alienis, quos ignoras tu et patres tui, cunctarum in circuitu gentium; quæ juxta vel procul sunt ab initio usque ad finem terræ, non acquiescas ei, neque audias, neque parcat ei oculus tuus, ut miserearis et occultes eum, sed statim interficies; sit primum manus tua super eum et postea omnis populus mittat manum, etc." Ponderandum est, quòd ibi non dicit aliquid de patre talia persuadente vel dicente, et videas ibi Abulensem: et quòd etiam filius revelare possit patrem hæreticum, et prosequi illum, velut hostem fidei et etiam patriæ, satis probatur in l. *minimè*, D. *de religios. et sumpt. funer.* et in l. *postliminium*, §. *filius*, et ibi Bart. D. *de captiv.* et per Bart. in l. *si adulterium*, §. *libero*, D. *de adulter.* nascitur enim quis potius Deo et patriæ, quàm parentibus, l. 1. §. *si ea*, D. *de ventre in posses. mittend.* facit textus notabilis cum glossa ibi, in cap. *fortitudo*, 23. quæst. 3. l. *veluti*, et ibi Doctor. D. *de just. et jure*, et Hieronymus super Ezechiel. post Deum diligendus est pater: quòd tamen ad hoc teneatur filius, et aliàs puniatur ac si esset extraneus, in hoc, ut dixi, est dubium, et cogitandum, et fortè si pater esset pertinax in hæresi, ita quòd filius nihil ad ejus correctionem proficeret, dicendum est, quòd filius patrem neque dum non debet receptare, imò et tenebitur revelare; facit quod tradit Tullius lib. 3. *de officiis*, ubi inquirens si pater conabitur tradere patriam, silebit ne filius? Respondet, quòd primo obsecrabit patrem, ne faciat, et deinde si non proficiat, accusare debet, et si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris; tradit Albericus in dict. l. *veluti*, col. penult. et Lucas de Penn. in l. *quicumque*, *C. de cohortal.* lib. 12. et in l. *in filiis*, *C. de Decurion.* lib. 10. Si verò filius verisimiliter speraret de correctione patris, durum esset tunc eum receptantem patrem ita darè puniri,

que fallan quien los ampare: e porende dezimos (2), que si alguno los acogiere, e los amparare en su tierra, despues que fuere amonestado por sentencia de excomunion que diesse contra el algun Perlado de Santa Eglesia, si fuere rebelde, e non obedeciere a la sentencia del Perlado, e estuuiere en esta rebeldia por vn año, dende en adelante, mandamos, que sea enfamado por ello, de manera, que jamas nunca pueda tener officio, nin lugar honrrado. E demas desto (3), si fuere Rico ome Señor de tierra, o de algun castillo, pierda porende el señorio que auia en la tierra, o en el castillo, e sea del Rey; e aun demas desto, que sea echado de la tierra: e si fuere otro ome vil, el cuerpo, e quanto ouiere, este a la merced del Rey, quel faga tal escarmiento, qual entendiere que meresce por tal yerro como este.

TITULO XXVII.

DE LOS DESESPERADOS QUE MATAN A SI MISMOS, O A OTROS POR ALGO QUE LES DAN; E DE LOS BIENES DELLOS.

LL. del tit. 21, lib. 12 5 y 6. con la nota 2. tit. 19, lib. 12 Novis. Recop.

Desesperacion es pecado que nunca Dios perdona a los que en el caen; ca maguer los omes yerren en las maneras que dichas auemos en estos tres titulos, solo que les finque la esperança, pueden ganar merced de Dios. Mas el que en desesperamiento muere (1), nunca puede llegar a el. Onde, pues que en los titulos ante deste fablamos de los Judios, e de los Moros, e de los Hereges, queremos aqui dezir de los Desesperados, e mostrar, que cosa es Desesperamiento, e en quantas maneras caen los omes en el, e que pena merescen los desesperados en sus personas, e en sus bienes.

LEY I.

Que cosa es Desesperamiento, e en quantas maneras caen en el.

Ley 15, tit. 21, lib. 12 Novis. Recop.

Desesperamiento es, quando el ome se desfiuza, e se desampara de los bienes deste mundo, e del otro, aborreciendo su vida, e cobdiciando su muerte. E son cinco maneras de desesperacion de los omes. La primera es, quando alguno ha fecho grand yerro, e seyendo acusado (1) del, con miedo, o con verguença de la pena, que espera recebir porende, matase el mismo con sus manos, o beue a sabiendas yeruas con que muera. La segunda es, quando alguno se mata, con gran cuyta (2), o por gran dolor de enfermedad quel acaesce, non podiendo sufrir las penas della. La tercera es, quando alguno lo faze con locura, o con saña. La quarta es, quando alguno, que es rico, e honrrado, e poderoso, veyendo que lo desheredan, o lo han desheredado, o le fazen perder la honrra, o el señorio (3) que ante auia, se desespera, poniendose a peligro de muerte, o matandose el mismo. La quinta es de los assesinos, e de los otros traidores, que matan a furto a los omes por algo que les dan.

LEY II.

Que pena merescen auer los desesperados.

Ley 15, tit. 21, lib. 12 Novis. Recop.

Aborrescen los omes a si mismos, quando son acusados de algun yerro que han fecho, de manera que se matan ellos mismos, assi como diximos en la ley ante desta. E de la pena que deuen auer estos atales, fablamos en el titulo de las Acusaciones, en la ley que comiença: Desesperado seyendo. E los otros desesperados que se matan ellos mismos por algunas de las razones que diximos en la ley an-

sicut si receptasset hæreticum extraneum. Tu latius cogita super his.

(2) *Dezimos.* Concordat cum cap. *excommunicamus*, §. *credentes*, eod. tit. ubi vide et alias pœnas in quas incurrit fautor vel receptator hæretici.

(3) *Demas desto.* Tene menti istam legem Partitarum circa istam pœnam, ultra pœnas dicti cap. *excommunicamus*, in §. *credentes*.

TIT. XXVII. DE BONIS EORUM QUI MORTEM SIBI CONSCIVERUNT; ET DE ASSESINIS.

(1) *Muere.* Nam concomittatur eum finalis impœnitentia, ut tradit Gloss. in cap. *si sacerdos*, *de pœnit.* dist. 1. et cap. *inter hæc*, el 2. *de pœnit.* dist. 3. debemus ergo moli inter duas molas, spei scilicet et timoris, unde dictum est Deuteronomii 24. v. 6. *Noli pignorare superiorem nec inferiorem*, ille superiorem pignorat, qui non timet; ille inferiorem, qui ita timet, quòd in desperationem cadit, sicut Cain: vide Gloss. in cap. *serpens*, *de pœnit.* dist. 1.

LEX I.

Desperatio est, cùm quis diffidit et derelinquit bona hujus sæculi et futuri, abhorrens vitam et amplectens mortem: et est quintuplex. Prima, cùm quis ob criminis conscientiam se occidit. Secunda est, cùm præ nimio dolore, vel infirmitate se occidit. Tertia, quando cum furore aut ira id facit. Quarta, propter honores perditos, aut divitias. Quinta, desperatorum hominum, qui assesini vocantur, qui pretio absque mortis metu homines occidunt. Hoc dicit.

(1) *Acusado.* Ut in l. 24. tit. 1. supra ead. *Partit.* ubi vide quæ dixi, an exigatur litis contestatio, ut præsumatur quis se occidisse metu criminis.

(2) *Cuyta.* Desperatio oritur ex tristitia, secundum illud 2. ad Corinth. cap. 2. v. 7. *ne fortè abundatiori tristitia absorbeatur qui ejusmodi est*, et tradit S. Thom. 2. 2. quæst. 20. art. 4.

(3) *Señorio.* Refert Alber. in rubr. D. *de bon. eorum, qui mort. sibi conscio.* de Catone qui se ipsum occidit magnitudine animi, ne Cæsari subjiceretur; et de Lucretia legitur, quòd mortem sibi intulit, ne stupro consensisse videretur.

LEX II.

Ponit pœnam desperatorum hominum.

te desta, non deuen auer pena (1) ninguna; mas si matassen a otro, deuen rescebir la pena que diximos en el titulo de los Omezillos, en las leyes que fablan en esta razon.

LEY III.

Que pena merecen los assesinos, e los otros desesperados que matan los omes por algo que les dan.

Ley 2, tit. 21, lib. 12 Novis. Recop. Assesinos (1) son llamados vna manera que ha de omes desesperados, e malos, que matan a los omes a traycion, de manera que non se pueden dellos guardar. Ca atales y ha dellos, que andan vestidos como Religiosos, e otros, como pelegrinos, e otros que andan como labradores; e aluerganse, para labrar, con los omes, porque se aseguren con ellos; e andan muy encubiertamente en estas maneras sobredichas, e en otras semejantes destas, porque puedan cumplir su traycion, e su maldad, que han en el coraçon de fazer: e porque tales omes como estos son muy peligrosos, mayormente contra los Reyes, e contra los otros grandes Señores; e porende defendemos, que ningun ome non sea osado de los recebir a sabiendas en su casa, nin de los encubrir en ninguna manera. E si por auentura alguno contra esto ficiere, recibiendo alguno dellos, o encubriendolo, o mandandole matar (2) algund ome, maguer que non lo encubriesse el, nin lo recibiesse, si supiesse ciertamente que se alllegaua en casa de otro alguno, e non lo descubriesse, mandamos que muera por ello. E si por auentura fuyesse, que non lo pudiessen auer para complir la justicia en el, damoslo por desafiado (3) de nos, e de todos los de nuestro Señorio; de manera, que qualquier que lo mate (4) de alli adelante,

(1) *Auer pena.* Concordat cum l. 1. *C.* eod. et l. fin. §. *si quis autem*, D. eod. et l. 24. tit. 1. ead. *Partit.* et vide Philip. Corn. 2. vol. consil. 195. et Decium consil. 438. hodie per L. Ordinamentorum, qui occidit se ipsum perdit bona, si descendentes non habeat, ut in l. 9. *tit.* 13. lib. 8. *Ordinam. Regal.* et eod. lib. tit. fin. cap. 19. fortè tamen cùm dictæ LL. loquantur simpliciter, non exprimendo, et si quis ex aliis causis quàm metu criminis se occidat, quòd sint intelligendæ et limitandæ per istas leges, l. *non est novum*, et l. *sed et posteriores*, D. *de legib.* ut evitetur legum correctio, cap. *cum expediat, de elect.* lib. 6. et quod notat Abb. post Hostiens. in cap. *super quæstionum*, in princ. col. 2. vers. *item nota ex eisdem verbis, de officio delegati.* Videnda tamen est dicta lex Ordinamenti in originali, ubi fortè colligetur, an voluit corrigere leges antiquas in hoc, vel eis addere; non tamen est licitum talibus rationibus in se insevire, ut tradit August. lib. 1. *de Civitate Dei*, cap. 18. cum multis sequentibus: vide etiam in cap. *non est nostrum*, 23. quæst. 5. ubi quòd neque licèt, ubi castitas impugnatur: vide etiam in cap. *displicet*, 23. quæst. 8. et secundum Philosophum 5. Ethicor. interimentes se ipsos privabantur antiquitus honore sepulturæ, et etiam hodie, 23. quæst. 5. cap. *placuit*: et vide in cap. *ex parte, de sepult.* et dicit Bald. in l. 1. col. pen. *C. de servis fugit.* quòd bannitus non potest se ipsum impunè vulnerare, licèt statuto dicatur, quòd bannitus possit impunè offendi, quia ipse non est in banno sui ipsius; si verò se non occidit, sed se vulneravit, vide in l. fin. §. *sic autem*, D. eod. et dixi suprà ead. *Partit.* tit. 1. in l. 24.

LEX III.

Assesini qui habitum dissimulatum deferunt, ne cognoscantur, ut facinus conceptum ad effectum deducant, sunt multum periculosi; ideo nemo eos in sua domo recipiat, nec celet aliquo modo, sed notificet talem assesinum, quem scit in sua vel aliena domo esse, nec sibi aliquem occidendum mandet: et si sciens ubi occultè est, non revelet, capite punitur, et habetur pro diffidato à Rege et regnicolis, et quicumque potest eum impunè occidere: ipse autem assesinus occidens, et sibi mandans capite sunt plectendi. Hoc dicit.

(1) *Assesinos.* Non benè explicat ista lex, qui sunt isti assesini, neque etiam hoc bene declaratur in cap. *pro humani, de homicid.* lib. 6. ubi de istis habetur, et dicit Bald. in l. *non ideo minus*, in princ. *C. de accusat.* quòd istud nomen non est nomen artis, et ideo non habemus de eo factam mentionem in jure civili; per æquipollentiam tamen dicit hoc haberi in l. *non solùm*, §. *si mandato*, D. *de injur.* ubi lex appellare videtur assesinum locatorem, dominum verò conductorem, et Bartolus ibi, col. 3. v. *venio ad conductorem*, dicit, quòd quando aliquis facit, vel fieri facit mediante pecunia, dicitur delictum magis atrox, et propter hoc pœna posset augeri: et dicit Bartolus, et de facto videmus augeri in istos, qui in vulgari dicuntur assesini, et idem Bartolus in l. *Cicero*, D. *de pœnis*, quod dicit facere contra assessinos, qui occidunt aliquem per pecuniam, unde patet de mente Bartoli et Baldi esse, quòd ille qui conductus pecunia committit maleficium, dicitur assesinus, et ita etiam tenet expressè Angel. Aret. in suo tractat. *malefic.* in parte *Sempronium mandatorem*, in princ. Item hoc voluit Joan. de Imol. et Dominic. in dict. cap. *pro humani*, et Salicetus in l. *ea quidem*, *C. de accusat.* qui dicunt, quòd contra assesinos, qui pro pecunia occidunt homines, emanavit Decretalis illa: idem dicit Paul. de Castr. in l. 2. §. fin. D. *de eo per quem fact. erit*, ubi est glossa singularis, quæ non est alibi secundum eum, quòd tam ipsi assesini, quàm hæredes ipsorum, teneantur pecuniam, quam receperunt, restituere ei, contra quem deliquerunt, ultra pœnas criminales, quæ sibi imponuntur; quod perpetuò dicit menti tenendum, et Baldus ibi in lectura antiqua reputat mirabile, ubi Alexander ad hoc allegat alia. Hoc etiam videtur probari in ista lege in fine cùm dicit, *por algo que les dan*: et ista opinio, ut arbitror, est de consuetudine approbata, ut isti dicantur assesini, et non est restringenda illa dispositio ad certum genus hominum, qui secundum aliquos erant servi, et Sarraceni, seu infideles prout voluerunt Archid. et Joann. Andr. in dicto cap. *pro humani*, et Francis. de Aretio consil. 163. col. 10. et licèt lex ista Partitarum non benè exprimat, qui erant isti assesini, satis ex ea videtur colligi, esse homines desperatos, qui erant assueti ad istas proditiones: et quia ista non solent fieri absque pecunia, cùm isti nullam ab occisis recepissent injuriam, satis videtur, quòd hæc faciebant conducti pecunia; et de talibus videtur quòd debeat intelligi lex ista, prout et ipsa aperit ad finem.

(2) *Mandandole matar.* Licèt mors non sequatur, ut habetur in dict. cap. 1. *de homicid.* lib. 6. et torquentur assesini, ut indicent mandatorem, secundum Baldum in dict. l. *non ideò minus*, in princ. *C. de accusat.*

(3) *Desafiado.* Concordat cum dict. cap. 1. §. 2. *de homicid.* lib. 6. et vide per Angel. consil. 14. incipit, *nos Carolus.*

(4) *Qualquier que lo mate.* Sed an ille talis poterit occidi mediante pecunia, hoc est, pretio ad hoc per aliquem recepto? Alberic. in 4. part. *statutorum*, quæst. 20. con-

non aya pena ninguna. Otrosi dezimos, que los assesinos, e los otros omes desesperados, que matan los omes por algo que les den, que deuen morir porende; tambien ellos (5), como los otros (6) por cuyo mandado lo fazen.

TITULO XXVIII.

DE LOS QUE DENUESTAN A DIOS, E A SANTA MARIA, E A LOS OTROS SANTOS.

Denuesto, segun mostraremos, es cosa que dizen los omes vnos a otros con despecho, queriendo luego tomar vengança por palabra: e si esto non cae en aquellos omes que non han fecho cosa, por que gelo puedan dezir, nin por que se puedan vengar los dezidores; mucho menos cae a Dios, contra quien non pueden con derecho, nin con razon, ser asmada, nin dicha ninguna cosa, si non bien. E porende, pues que en los titulos ante deste fablamos de los Judios, e de los Moros, e de los Hereges, e de los Desesperados; que todos estos, cuydando creer, descreen en Dios, e cuydando que lo loan, lo denuestan; queremos aqui dezir de otros que con saña (1) cuydan denostar (2) a el, e a sus Santos. E demostraremos, quien puede acusar a estos, e quales, e ante quien, e que pena merecen tales denostadores como estos, despues que les fuere prouado.

LL. del tit. 5, lib. 12; y 2, titul. 1, libro 3 Novis. Recop.

LEY I.

Quien puede acusar a los que denuestan a Dios, e a Santa Maria, e a los otros Santos, e ante quien, e en que manera.

Por los yerros, e por los denuestos, que los omes fazen, si lo fizieren contra Dios, o contra Santa Maria, o contra los Santos, tenemos por bien, e mandamos, que todo ome, a quien non es defendido por las leyes deste

Ley 3, tit. 5, lib. 12 Novis. Recop.

cludit, quòd sic, ex quo iste bannitus et diffidatus poterat impunè occidi; et Albericum sequitur Nellus in suo tract. *banditorum*, in 1. parte secundi temporis, quæstion. 12. dicens, decissionem Alberici esse veram, et in casu in quo occisor talis diffidati hoc faciat zelo vindictæ publicæ et exequendi istam legem et dispositionem dicti cap. 1. non peccaret, etiam in foro conscientiæ, ex quo talis occisor facit auctoritate legis, et sicut legis minister et executor, unde sicut judex puniendo vel occidendo malefactorem secundum formam legis non peccat, imò meretur, ut in cap. *reos*, et per tot. 23. quæst. 5. ita et iste, qui hoc facit auctoritate legis, et ob publicam utilitatem et vindictam: et ita tenet Albericus dicens, se audivisse à multis religiosis, quòd theologi ita tenent in dict. l. 4. parte *statutorum*, quæst. 19. Si tamen occiderent non isto zelo, sed zelo vindictæ, et pro lucro pecuniario, et delectatione effundendi sanguinem humanum, licèt in foro exteriori isto casu non punirentur, tamen peccarent mortaliter in foro conscientiæ, secundum eum in dict. quæst. 19. et 20.

(5) *Tambien ellos.* Sed quantum ad pœnas capituli 1. *de homicid.* lib. 6. videtur non teneri interficiens, prout et vult Franciscus de Aret. consil. 163. col. 10.

(6) *Como los otros.* Et nota, quòd contra delinquentes in isto crimine sufficit, quòd convincantur argumentis proprobabilibus, ut habetur et probatur in dict. cap. 1. §. 2. vers. *et postquam*, ubi Domin. col. penul. circa quod vide, quæ tradit Decius consil. 189. incipit *lætatus sum plurimum*, col. 2. et vide etiam Philippum in dict. cap. 1. in 11. notab. tenentem isto casu ratione periculi valere testes receptos lite non contestata, etiam parte absente, et non citata.

TIT. XXVIII. DE MALEDICIS SEU BLASPHEMIS.

IN SUMMA.

(1) *Con saña.* Et sic calor iracundiæ non excusat blasphemum, quod et Hostiensis in summa, *de maledic.* §. fin. col. 1. planè fatetur contra irascentes Deo, vel ipsum causa iracundiæ blasphemantes, neque enim secundum eum ipsum blasphemat de facili, nisi iratus, ut tamen inter iracundiam et iracundiam distinguas; quia tanta potest esse, quòd dementiæ æquiparetur, et tunc secundum eum potest procedere opinio Gofredi, qui voluit calorem iracundiæ excusare in blasphemia, ut benignius cum blasphemo ageretur, 2. quæst. 3. cap. *si quis iratus*, et §. *notandum*, sub cap. 8. Abb. etiam in cap. 2. *de maledic.* idem vult quod Hostiensis, quando esset maximus calor iracundiæ, et justa causa provocatus esset; secus si esset injusta, veluti ex amissione facta in ludo. Et adde prædictis S. Thom. 2. 2. quæst. 13. art. 2. in fine ubi dicit, quòd quando aliquis non advertit, hoc quod dicit esse blasphemiam, quòd potest contingere cùm aliquis subito ex aliqua passione in verba imaginata prorumpit, quorum significationem non considerat, et tunc est peccatum veniale, et non habet propriè rationem blasphemiæ. Sed quando advertit hoc esse blasphemiam, considerans significata verborum, tunc non excusatur à peccato mortali, sicut neque ille qui ex subito motu iræ aliquem occidit juxta se sedentem. Quid autem in ebrio blasphemante? Abb. ibi voluit, quòd excusetur ratione ebrietatis; Joan. de Ana. verò ibidem vult, quòd ebrietas ex toto non excuset à delicto, sed minuat pœnam, adde Lucam de Penn. in l. *omnes judices*, *C. de delator.* lib. 10. ad fin.

(2) *Denostar.* Blasphemia est aliquid dictum, vel factum in contemptum Dei, etiam sine maledictione, cap. *cum caput*, 33. quæst. 5. et potest contingere decem modis. Primo, cùm atribuitur Deo, quod ei non convenit. Secundo, cùm ab eo removetur, quod ei convenit, 23. quæst. 4. cap. *quando vult.* Tertio, cùm attribuitur creaturæ, quod Deo appropriatur secundum S. Thom. 2. 2. quæst. 13. art. 1. Quarto fit blasphemia in Deum, quotiens ejus lata sententia contemnitur. Quinto, quotiens ejus Evangelium infamatur, dict. cap. *cum caput.* Sexto generalius, quotiens ejus legi obsistitur, aut Evangelio non creditur, cap. 1. et cap. *cum sit*, in princip. *de Judæis.* Septimo largius, quotiens per eum juratur aliter quàm debetur, ut in authent. *ut non luxur. contra naturam*, 22. quæst. 1. cap. *si quis per capillum.* Octavo, blasphemus est omnis simoniacus, qui gratiam Sancti Spiritus per pecuniam nititur comparare, 1 quæst. 1. cap. *Petrus.* Nono, omnis magicam artem exercens, *ibidem.* Decimo, omnis hæreticus, ead. causa et quæst. cap. *si quis inquit*, tradit Luc. de Penn. in l. *omnes judices*, *C. de delatorib.* lib. 10.

LEX I.

Potest accusare blasphemantem quilibet de populo non vetitus, et hoc videntes possunt esse accusatores, et testes coram judice loci pro contumelia Deo, vel Sanctis dicta vel facta; et si pœna quæ infligitur sit pecuniaria, habet accusator tertiam partem; sed si accusator non probat, remanet mendax, et in expensis litis condemnabitur. Hoc dicit.

nuestro libro, puede acusar (1) a quien quier que los faga, o los diga, delante del Judgador del lugar do fuere fecho el denuesto. E si acaesciere, que fuere ome rafez el que fiziere alguno destos yerros sobredichos, mandamos, que qualesquier que sean los que se acertaren y, le puedan acusar, e testimoniar contra el. E si el acusador lo pudiere prouar, aya el tercio que ouiere a pechar por pena el fazedor del yerro, si la pena fuere de dineros, o de auer. E si el acusador non lo pudiere prouar, finque por mentiroso; e despues desto, peche al acusado las costas, e missiones, que fizo por razon del acusamiento.

LEY II.

Que pena merece el Rico ome que denostare a Dios, o a Santa Maria, o a los otros Santos.

Los omes, quanto son de mayor linaje, e mas de noble sangre, tanto deuen ser mas mesurados, e mas apercebidos para guardarse, de yerro. E a los omes del mundo, a que mas conuiene de ser apuestos en sus palabras, e en sus fechos, ellos son; porque, quanto Dios mas de honrra les fizo, e quanto mas honrrado, e mejor lugar tienen, tanto peor les esta el yerro (1) que fazen. E porende mandamos, que si algun Rico ome (2) de nuestro Señorio denostare a Dios, o a Santa Maria (3), por la primera vez (4), pierda la tierra que tuuiere por vn año, e por la segunda vez, pierdala por dos años, e por la tercera pierdala de llano.

Ley 3, tit. 1, lib. 12 Novis. Recop.

(1) *Acusar.* Adde quod habetur in l. 4. tit. 8. lib. 8. *Ordinam. Regal.* et cap. *si quis per capillum*, cum glos. 1. 22. quæst. 1. Bart. in l. *lex Cornelia*, §. *si quis libellum*, in fin. D. *de injur.* et in l. 1. col. 2. D. *de public. judic.* Bald. in rubr. *C. qui accus. non poss.* col. 2. Gloss. in authent. *quomodo oportet Episc.* in fine, in glossa, super parte *universis*, Joan. de Plat. in rub. *C. de jure fisc.* lib. 10. Sed an teneatur quis accusare blasphemum? Textus cum glossa videtur quòd sic, in dict. cap. *si quis per capillum*, et dicit Joann. de Anan. in cap. 2. *de maledic.* col. 15. quòd si quis potest blasphemum testibus convincere, tenetur accusare, aliàs tacere potest; dicere tamen debet tali personæ, quæ posset prodesse, et non obesse, allegat Archid. et Joan. de Fan. in dict. cap. *si quis per capillum.* Videas etiam B. Chrysostomum in sermone ad populum Antiochenum super illud verbum Apostoli, *utere modico vino propter stomachum*, dicentem hæc verba: Si quempiam in bivio et foro Deum blasphemantem audieris, accede, increpa; et si verbera infligere oporteat, ne recuses, ipsius faciem alapa percute, contere os ipsius, percusione manum tuam sanctifica. Et si ulli accusaverint, et si in carcerem traxerint, sequere: et si pœnas judex pro tribunali reposposcerit, dic cum libertate, quòd Angelorum Regem blasphemavit: si enim Regem terræ blasphemantes puniri oportet, multò magis illum contumelia afficientes: commune crimen est, publica injuria, cuique licet accusare volenti.

LEX II.

Homo dives, quanto nobilior tanto mensuratus, et reverentior Deo, et Beatæ Virgini esse oportet, et si dejeret, tanto pejus est sibi, quando altior aliis et ditior; unde objurgans Deum, et Beatam Virginem Mariam, pro prima vice perdit terram per annum; pro secunda vice per duos annos, et pro tertia perpetuò. Hoc dicit.

(1) *Peor les esta el yerro.* Adde cap. *cum quidam*, et Gloss. et Doctor. ibi, D. *de jurejurand.* Nota etiam quòd punitio majorum est exemplum, timor et metus minorum, l. 2. et ibi Joan. de Platea, *C. de petit. bonor. sublat.* lib. 10. et officiales potestatis delinquentes, gravius quàm cæteri puniendi sunt, vide per Joan. de Plat. in l. unic. *de conductor. et procurator. sive actor. prædior.* lib. 11. per illum textum ubi familiares Principis magis puniuntur ex transgressione mandati, quàm alii, et adde Gloss. et Bald. in §. *si rusticus*, *de pace tenend. et ejus viol.* et §. *si igitur*, et ibi Bart. in auth. *ut jud. sine quoquo suffrag.* collat. 2. et quòd Prælati durius puniantur, vide bonum textum in cap. *præcipuè*, 11. quæst. 3. et majori pœna sunt digni, quibus major administratio est commissa, l. *properandum*, §. *sin autem utraque*, *C. de jud.* et adde in materia l. *Presbyteri*, *C. de Episc. et Cleric.* et ibi per Bald. et per Bartol. in l. 1. §. 1. D. *de abigæis*, et in l. *si quis viduam*, D. *de quæstion.* et in l. *quidam*, D. *de pœnis*, Joann. de Plat. in l. 1. *C. ut nemo ad suum patrocin. suscip. vic. vel rustic.* cod. lib. 10. et dicit Bald. in §. *si quis verò temerario*, *de pace juramen. firmand.* quòd si ex nobilitate augeatur delictum, magis punitur nobilis; aut ex dignitate non augetur qualitas delicti, et tunc pœna pecuniaria magis punitur nobilis, quàm ignobilis, sed in corpore magis punitur ignobilis: vide etiam in hoc, quod dicit Bartolus in l. fin. D. *de rerum divis.* et in l. *Pedius*, D. *de incend. ruin. et nauf.* vide etiam glossam notabilem in cap. *qui contrarium*, et ibi bonum textum, 24. quæst. 1. et per Joan. de Plat. in l. *quinque summates*, *C. de Decurion.* lib. 10. adde et Gloss. Cyn. et Doctor. in l. *nemo clericus*, *C. de summa Trinit. et Fide Catholic.* vide ibi omnino Baldum.

(2) *Rico ome.* Qui sunt isti, vide in l. 10. tit. 25. 4. *Partit.*

(3) *Santa Maria.* Quæ dignior est omnibus sanctis, ut in cap. *nova quædam*, *de pœnit. et remission.* et dicit Hostiens. in dict. cap. 2. *de maledic.* quòd quidam ita sunt devoti Virginis gloriosæ, quòd magis credunt peccare ipsam Virginem offendendo, quam Deum; de quo remittit ad notata in cap. 2. *de celeb. Miss.* et in arbitrariis plus debet puniri delinquens contra B. Virginem, quàm contra aliquem aliorum Sanctorum, secundum Abb. per textum ibi in verbo *maximè*, in dict. cap. si tamen malediceret, vel blasfemaret aliquem aliorum Sanctorum, dic, ut in l. sequenti.

(4) *Primera vez.* Non ergo requiritur, quòd sit consuetus blasphemus, ut hic vides, et in duabus ll. sequentibus, ut puniatur ut blasphemus; licèt aliàs in casu authent. *ut non luxur. contra natur.* dum imponit pœnam capitis, Doctores intelligunt procedere in consueto blasphemare, ut tradunt Cynus, Bald. et Salicet. in l. 2. *C. de rebus credit.* et tradit Jaso in l. 2. §. *jurari*, col. 4. D. *de jurejurand.* Bald. in l. 2. *C. ad leg. Jul. majestatis*, aliàs non consuetus ponendus est ad catenam, vel ad bulinam, vel aliter debet puniri arbitrio judicis, secundum Salicet. et Jason. ubi suprà, et Joan. de Anania in cap. 2. *de maledic.* col. 10. ex lege tamen divina, ut habetur Levitici cap. 24. v. 16. blasfemus morte puniebatur; dicitur enim ibi: *qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur.* Adverte ergo, quia per istas ll. imponuntur aliæ pœnæ blasphemantibus, quàm per jus antiquum imponebantur, et istas pœnas approbat l. 1. tit. 8. lib. 8. *Ordin. Regal.* cum adjectione tamen, quam l. 2. illius tituli ibi facit; quæ in adjectione illius pœnæ videtur intelligenda de denegante Deum, ut innui videtur in Pragmatica Regum Catholicorum prima,

LEY III.

Que pena meresce el Cauallero, o el Escudero, que dixere, o fiziere tal denuesto como de suso diximos.

Leyes 1 y 2, tit. 5, lib. 12 Novis. Recop.

El Cauallero, o el Escudero, que tenga tierra, si denostare a Dios, o a Santa Maria, por la primera vez, pierda por vn año lo que tuuiere del Señor, e la segunda vez, pierdalo por dos años, e la tercera pierdala (1) por toda via. E si non tuuiere tierra, e tuuiere cauallo, e armas, pierdalo por la primera vez. E si non tuuiere cauallo, nin armas, e tuuiere vna bestia, pierdala. E si non tuuiere bestia, e ouiere paños nueuos, tuelgagelo el Señor, e partalo de si. E si el Señor non lo fiziere, peche al Rey doblado, quanto el Cauallero, o el Escudero, del Señor tenia. E si en todo esse año otro alguno lo recibiere, echandolo el Señor de si, o partiendosse el del, por esta razon, peche por el doblado, quanto del Señor tenia. E si lo recibiere Cauallero, o Escudero, que non tenga ninguna cosa del Señor que lo echo de si, peche por el cient marauedis. E si qualquier destos sobredichos en esta ley, o en la ley que es ante desta, denostare a otro Santo (2), mandamos que aya la meytad de la pena sobredicha.

LEY IV.

Que pena merecen los cibdadanos, o los moradores de las Villas que fizieren el denuesto susodicho.

Cibdadano, o morador en Villa, o en Aldea que denostare a Dios, o a Santa Maria (1), por la primera vez pierda la quarta parte de todo lo que ouiere; e por la segunda vez la tercia parte, e por la tercera la meytad: e si de la tercera en adelante lo fiziere, sea echado de la tierra. E si fuere otro ome de los menores que non ayan nada, por la primera vez denle cinquenta açotes, por la segunda señalenle con fierro caliente en los beços, que sea fecho a semejança de B. E. por la tercera vegada que lo faga, cortenle la lengua (2).

puniente aliquas blasphemias, de quibus ibi, pœna carceris triginta dierum: et in denegante arbitror practicari pœnam abscisionis linguæ, de qua in dict. l. 2. quam arbitror inferendam esse etiam pro prima vice, cùm illa lex non exigat consuetudinem, et veniat pœnam abjiciendo istis ll. Partitarum, et cùm sit pœna citra mortem, in qua Doctores exigunt consuetudinem, ut dixi, fundantes se ex §. fin. illius authent. ubi hoc non benè probatur, et ab illa pœna capitis recessum hodie videtur, quia quando statutum minuit pœnam, derogat primæ pœnæ, et sic recessum est à pœna capitis, l. *qui cum uno*, §. *si post desertionem*, D. *de re milit.* Baldus in l. 2. in fine, *C. de rebus credit.* Sed an in pœna carceris, quæ imponitur in dictis Pragmaticis pro verbis ibi contentis, et in Pragmatica invictissimi Regis nostri Caroli Cæsaris in urbe Toleto computetur tempus, quo delinquens stetit in carcere ante sententiam, vel an nihilominus post sententiam debet stare in carcere per triginta dies; videtur quòd debeat computari, ne major afflictio addatur, ut in l. *omnis, C. de pœnis*, secundum intellectum Petri, et Saliceti ibi; et ita arbitror quòd servatur de consuetudine. An verò sufficiat, quòd stet interpollatè computatis triginta diebus in diversis vicibus? Et videtur quòd non, ex his, quæ notat Angelus in l. 2. §. fin. D. *de condic. et instit.* ubi dicit, quòd qui stetit in carcere per duo semestria discontinua non excarcerabitur amore Dei, vigore statuti dicentis, quòd qui stetit in carcere per annum, excarcerari debeat, requiritur enim temporis continuitas; et ubi jus apponit tempus, intellige de continuo cap. 1. et ibi notat Joan. Andr. *de vita, et honest. clericor.* lib. 6. cap. *laudabilem*, cum glossa ibi, *de frigid. et malefic.* et vide quæ laté tradit Alexand. cons. 135. volum. 4. incipit, *clementissimi.* Quid autem si esset aliquis nobilis, cui esset dedecus publicè incarcerari et vinculari, an possit cum eo circa carcerem dispensari? Abb. post Hostiens. in cap. 2. *de maledic.* in casu illius capituli cum dicit textus, pœnam imponens blasphemo, *nullam misericordiam habiturus*, dicit, quòd ex magna causa potest adhiberi misericordia, ut si persona est nobilis vel honorabilis, quam non decet sic publicè pœnitere; et vult hanc pœnitentiam eleemosynis redimere, allegat cap. 1. *de voto*, et cap. *mulieres, de sent. excomm.* et cap. *medicina, de pœnit.* dist. 1. Dicendum tamen est, quòd circa pœnam carceris, de qua in dicta Pragmatica, non licet etiam cum nobilibus dispensare, ut habetur expressè in capitulis correctorum cap. 25. ibi: *item que lleven la Prematica*; in modo tantùm carceris distingui debent nobiles à plebeis, l. 1. D. *de custod. reorum*, l. 4. infrà, tit. 1.

LEX III.

Miles aut scutifer tenens ab aliquo domino terram, propter Dei vel Virginis Mariæ injuriam pro prima vice perdat eam uno anno, pro secunda duobus, pro tertia perpetuo: et si terram non tenet, perdit arma et equum pro prima; et si non habet, perdat unum jumentum, si habet, aliàs pannos novos auferat ei dominus, et abjiciat eum à se: quod si facere nolit, solvat Regi duplicatum, quantum à domino tenebat injurians: idem de recipiente ipsum infra annum, et si nihil habet non abjiciens eum, solvat pro eo centum morapetinos. Et quilibet de omnibus istis in hac lege et proxima dictis, alios objurgans Sanctos punitur in medietate dictarum pœnarum. Hoc dicit.

(1) *Pierdala.* Ut tetigi suprà l. proxima, procedit ista lex, et aliæ hujus tituli in blasphemiis, quæ non sunt specificatæ in dictis Pragmaticis; quia in specificatis ibi, vel aliis similibus, servanda est earum dispositio; et recessum videtur à pœnis harum ll. et l. 1. tit. 8. lib. 8. *Ordinam. Regal.*

(2) *A otro Santo.* Tene menti istam legem, quæ et in hoc servari jubetur per l. 1. tit. 8. lib. 8. *Ordinam. Regal.* et si sit civis vel rusticus, qui blasphemaret vel malediceret aliquem Sanctum, videtur quòd similiter puniri debeat medietate pœnæ, de qua in l. sequenti.

LEX IV.

Civis aut plebejus, vel rusticus Deum vel ejus Genitricem maledicens, pro prima vice quartam, pro secunda secundam, et pro tertia medietatem perdat bonorum; et si amplius fecerit, abjiciatur à patria: et si fuerit de minoribus nihil habens, pro prima vice flagellatur, pro secunda cum ferro calido ad litteræ B. similitudinem signetur in labiis; et pro tertia vice abscindatur ei lingua. Hoc dicit.

(1) *Santa Maria.* De alia Sancto vide l. præcedentem, et ibi dixi.

(2) *Cortenle la lengua.* Hodie attenta l. 2. tit. 8. lib. 8. *Ordinam. Regal.* pro prima vice punitur, si deneget, ut

LEY V.

Que pena meresce aquel que fiziere de fecho alguna cosa en denuesto de Dios, o de Santa Maria, e de los otros Santos.

Las citas de la ley anter. De fecho (1) obrando algun ome, en manera de denuesto, alguna cosa, como contra Dios, o contra Santa Maria, escupiendo en la Magestad, o en la Cruz, o firiendo en ella con piedra, o con cuchillo, o con otra cosa qualquier; por la primera vegada, aya toda la pena, el que lo fiziere, que diximos en las leyes ante desta, que deue auer por la tercera vegada, el que denuesta a Dios, o a Santa Maria. E si el que lo fiziere fuere de los menores, que non ayan nada, mandamos que le corten la mano porende. Otrosi dezimos, que si alguno con saña escupiesse contra el Cielo, o firiesse en las puertas, o en las paredes de la Iglesia, aya la pena sobredicha que deue auer, el que denostare a Dios, o Santa Maria dos vezes.

LEY VI.

Que pena merescen los Judios, o los Moros, que denuestan a Dios, o a Santa Maria, o a los otros Santos; o fazen algunos de los yerros sobredichos en este titulo.

LL. del tit. 5, libr. 12 Noris. Recop. Como quier que non deuen apremiar a los Judios, ni a los Moros, para creer en la Fe de los Christianos; con todo esso, non tenemos por bien, que ninguno dellos sea osado, nin atreuido en ninguna manera, de denostar a Dios, nin a Santa Maria, nin a ninguno de los Santos que son otorgados por la Iglesia de Roma. Ca, si los Moros defienden en todos lugares, do han poder, a los Christianos, que non denuesten a Mahomat (1), nin digan mal de la su creencia, e los açotan por esta razon, e les fazen mal en muchas maneras, e los descabeçan aun; mucho mas guisada cosa es, que lo defendamos nos a ellos (2), e a los otros que non creen en nuestra Fe, que non osen ser atreuidos de dezir mal della, nin de la denostar. E porende mandamos, e defendemos a todos los Judios, e Moros de nuestro Señorio, que ninguno dellos non sea osado de denostar a nuestro Señor Jesu Christo, en ninguna manera que pueda ser, nin a Santa Maria su Madre, nin a ninguno de los otros Santos, nin de fazer ninguna cosa de fecho contra ellos; assi como escopir contra la Cruz, nin contra el Altar, nin contra ninguna Magestad, que este en la Iglesia, o en la puerta della, que sea pintada, o entallada, en semejança de nuestro Señor Jesu Christo, o de Santa Maria, o de alguno de los otros Santos, e Santas: nin sea osado de ferir con mano, nin con pie, nin con otra cosa ninguna, en ninguna destas cosas sobredichas; nin de apedrear las Iglesias, nin de fazer, nin de dezir otra cosa, semejante destas, paladinamente, en desprecio, nin en deshonrra de los Christianos, e de su Fe. Ca, qualquier que contra esto fiziere, escarmentargelo yamos en el cuerpo, e en el auer, segund entendie-

dixi suprà eod. in l. 2. cum illa lex generaliter loquitur, et adjiciens pœnam his ll. Partitarum, et videtur quòd illa sit practicanda in homine cujusque conditionis sit. Et adverte, quòd aliæ pœnæ imponuntur per textum in dict. cap. 2. *de maledic.* quæ Decretalis servabitur, quando judex Ecclesiasticus punit blasphemum, quia crimen istud est mixti fori, ut tradit ibi Abbas. Sed an cùm hodie facta pace cum offenso per viam transactionis liberetur quis à pœna corporali, ut habetur (et ibi latè dixi, qualiter hoc procedat) in l. 22. tit. 1. ead. *Partit.* an si blasphemus confiteatur proprio Sacerdoti, et sic habuerit absolutionem, liberabitur ab istis pœnis corporalibus? Bartolus voluit singulariter, quòd sic, in consil. suo 167. incipit, *minister fratrum de pœnitentia*; et secundum quod refert Jason. in l. 2. §. *jurari*, col. 4. D. *de jurejurand.* Bartol. sequitur Florian. in l. 2. *C. de rebus credit.* Jason. tamen ibi tenet contrarium, et adducit dictum Baldi in l. *accusationem*, *C. qui accusar. non poss.* quòd Episcopus quamvis sit legatus Dei, non potest remittere offensam Dei, si quis Deum blasphemaverit, et non potest facere pacem: allegat etiam Baldum in l. 1. *C. de rapt. virgin.* quòd de delicto, ubi offenditur Deus, non potest fieri concordia, nisi Papa remittat. Contra Bartolum etiam videtur tenere Joan. de Anan. in dict. cap. 2. *de maledic.* col. 10. per id quod habetur in cap. 2. *de pœnit. et remiss.* lib. 6. Ego etiam sentio in hoc contra Bartolum, non enim per pœnitentiam tollitur pœna civilis, Glossa in cap. penult. *de pœnit.* dist. 1. et in cap. *admonere*, 33. quæst. 2. et in cap. *de his*, *de accusat.* et in cap. 1. in gloss. 1. in fine, *de schismat.* in cap. *gaudeamus*, in gloss. fin. *de divort.* et istud videtur tenendum, licèt Thom. Ferrar. *in suis cautelis*, cautel. 25. ponat istam cautelam, sequens dicta Bartoli.

LEX V.

Leges prædictæ loquuntur de objurgatione verbali facta contra Deum, vel ejus Genitricem: si autem de facto quis vituperat, eorum majestatem vel crucem spernendo, vel spuendo, seu cum aliquo percutiendo, pro prima vice punitur, ut eos objurgans verbo tertia vice; et si est de minoribus nil habens, abscinditur ei manus: spuens autem in cœlum, vel in ecclesiæ januam, ut in secunda vice verbis objurgans, punitur. Hoc dicit.

(1) *De fecho.* Tene menti istam legem gravius punientem blasphemum facto, quam verbo; est enim blasphemare, ut dicit S. Thom. 2. 2. quæst. 13. art. 1. contumeliam, vel aliquod convitium inferre in injuriam Creatoris: et adde quod in hoc notat Angelus in l. *ex Senatusconsulto*, *C. ad leg. Cornel. de sicar.* et l. 1. *C. nemin. licet signum salvator.*

LEX VI.

Judæus, vel Sarracenus verbis vel factis Christum, vel Virginem Matrem, vel Sanctos, vel eorum ecclesias, seu figuras vituperans, arbitrio Regis corporaliter vel pecunialiter punitur. Hoc dicit.

(1) *A Mahomat.* Vide quæ de isto dicit Glossa, et ibi Cardin. in Clement. 1. *de Judæis*, *et Sarrac.*

(2) *Nos a ellos.* Coercentur Judæi, et Sarraceni per Principes Christianos, l. *Judæos*, *C. de Judæis*, et in dict. Clement. 1. in fine, ubi Gloss. et vide per Oldrald. cons. 36.

remos (3) que merece por el yerro que fiziesse. Ca guisada cosa es, e derecha, que los Judios, e los Moros, a quien nos consentimos que biuan en nuestra tierra non creyendo en la nuestra Fe, que non finquen sin pena, si denostaren, o fizieren de fecho alguna cosa publicamente contra nuestro Señor Jesu Christo, o contra Santa Maria su Madre, o contra la nuestra Fe Catholica, que es tan santa cosa, e tan buena, e tan verdadera.

TITULO XXIX.

DE COMO DEUEN SER RECABDADOS LOS PRESOS.

LL. del tit. 38, lib. 12 Novis. Recop. Recabdados deuen ser los que fueren acusados (1) de tales yerros, que si gelos prouassen, deuen morir porende, o ser dañados de algunos de sus miembros; ca non deuen ser dados estos atales por fiadores (2), porque si despues ellos entendiessen que el yerro les era prouado, con miedo de recebir daño, o muerte por ello, fuyrian de la tierra, o se esconderian, de manera que los non podrian fallar, para cumplir en ellos la justicia que deuian auer. Onde, pues que en los titulos ante deste fablamos de todos los malos fechos que los omes fazen, queremos aqui dezir, como deuen recabdar aquellos que fueren acusados, o fallados en alguno destos maleficios sobredichos: e demostraremos, quando estos deuen ser recabdados, e por cuyo mandado, e en que manera: e quales deuen ser mandados meter en carcel, e quales tenidos en otras prisiones. E en que manera los deuen guardar los que deuen fazer esto. E que pena merecen los que los guardaren, quando fuye alguno dellos, por culpa, o por engaño dellos. Otrosi, que pena merece aquel que por fuerça sacare ome de la prision, o el que fiziere carcel de nueuo, en castillo, o en tierra que aya, sin mandado del Rey.

LEY I.

Como deuen ser recabdados los presos, e por cuyo mandado.

Enfamado, o acusado seyendo algun ome, de yerro que ouiesse fecho en alguna de las maneras que diximos en las leyes de los titulos desta setena Partida, puedelo luego (1) mandar recabdar el Juez ordinario ante quien fuesse fecho el acusamiento. E si por auentura se fuesse el malfechor de aquel lugar, despues que fuesse acusado, aquel mesmo Judgador ante quien lo acusaron, deue embiar su carta al Judgador del lugar do lo fallaren, que lo recabden, e lo embien antel, para fazer derecho del yerro de que fuesse acusado: e el Judgador del lugar do quiera que fuere fallado el malfechor, despues que la carta recibiere, deuelo fazer (2) assi, maguer non quiera. *LL. del tit. 38, libr. 12 Novis. Recop. Ley 4, tit. 33, libr. 5 Novis. Recop. Ley 3, tit. 5, lib. 12 Novis. Recop.*

et adde Gloss. in cap. *qui sincera*, 45. dist. et adde l. 34. tit. 3. lib. 8. *Ordin. Regal.*

(3) *Segund entendieremos.* Vide dict. l. 34. tit. 3. lib. 8. *Ordin. Regal.*

TITULUS XXIX. DE CUSTODIA REORUM.

IN SUMMA.

(1) *Acusados.* Non tractat hic titulus de captis pro debito pecuniario, quos si custodes non diligenter custodiant, et eorum culpa fugiant à carcere, tenebuntur custodes ad debitum eorum, ut probatur in l. fin. D. eod. et ibi Angelus, et habetur in l. 12. tit. 14. lib. 2. *Ordin. Regal.* et adde Joan. de Plat. in l. *quotiens*, *C. de exactor. tribut.* lib. 10. et quod notat Bald. in l. 2. D. *qui satis cogant.* Et quid si cedat creditor custodi jus crediti contra debitorem fugitivum, et fidejussores; an recuperet virtute cessionis? Vide Alberic. 2. *parte statutor.* quæst. 144. quòd sic, tàm contra principalem quàm contra fidejussores.

(2) *Fiadores.* Ubi venit imponenda pœna corporalis, non relaxatur quis sub fidejussoribus, ut hic, et in l. 16. tit. 1. suprà, ead. *Partit.* ubi vide quæ dixi.

LEX I.

Si quis est de aliquo crimine diffamatus seu accusatus, judex mandabit eum capi; et si ad alium locum fugiat, judex ejus loci, ubi delinquens degit; cum litteris judicis accusationis requisitus, tenetur eum remittere. Hoc dicit.

(1) *Luego.* Non intelligas, quòd statim facta accusatione, vel formata inquisitione, judex capere faciat reum; debet enim præcedere informatio aliqua delicti, saltem summaria ante capturam, ut probatur in l. *Divus*, la 1. et la 2. D. *de custod. reor.* l. fin. *C. de exhib. reis*, debet præcedere aliqualis congnitio, aliàs sine causa captus infamaretur qui sic statim ligaretur, et caperetur, ut dicit Gloss. in Clement. *pastoralis*, in verbo *de more*, *de re judic.* voluit glossa 1. in l. 2. *C. de exhib. reis*, et ibi Salic. Anton. et moderni, signanter Aretin. in cap. 1. *de judic.* ubi Aretin. col. 7. vers. *ista conclusio.* Angelus Aretin. in tract. *malefic.* in parte *fama publica*, col. 1. et cùm recipitur talis informatio, non citatur reus, quia instrueretur ad fugam, et tantùm fit ad informationem judicis, secundum Bald. in l. *monente*, in fin. *C. de delator.* lib. 10. et tradit Joan. Ber. de Luco, nunc benemeritus Episcopus Calagurritanus *in sua praxi criminali*, cap. 112. quem vide instruentem judicem, et notarium, ut ritè et plenè talis summaria informatio copiatur: et adde Angelum Aretin. in tract. *malefic.* in parte *comparuerunt dicti inquisiti*, col. 1. et nota, quòd et si captura à principio fuit illicita, si postea appareant, ex quibus justificetur, non debet captus relaxari, sed confirmatur captura, ut tradit Socinus consil. 113. in fin. volum. 3.

(2) *Deuelo fazer.* Nota benè, et adde quæ dixi in l. 18. tit. 1. suprà, ead. *Partit.* et adde l. 1. et 2. per totum tit. 17. lib. 8. *Ordinam. Regal.* et in *capitulis correctorum*, cap. 27. textus notabilis in authent. *ut nulli judic.* cap. *si verò quis comprehensorum*, collat. 9. et in authent. *si verò criminis*, *C. de adulter.* et in authent. *ut judices sine quoquo suffragio*, cap. 8. §. *si quis autem*, collat. 2. et in dict. §. *si verò quis*, habetur de pœna judicis non remittentis, et etiam dicta l. 2. tit. 17. lib. 8. *Ordinam.* vide etiam in

LEY II.

Quales malfechores deuen ser recabdados sin mandamiento del Judgador.

Poderio non deue ome tomar, por si mesmo, para recabdar los malfechores, sin mandado del Rey, o de los que judgan por el; fueras ende en cosas señaladas (1). La primera es, si alguno fuesse acusado, o enfamado, de

ista materia remissionis glossam notabilem in Clement. *pastoralis* in verbo *de more, de re judicata*; et adde l. 16. tit. 4. supra, 3. *Partit.* quæ vult judicem ex officio teneri ad remissionem istam in locum delicti, quæ intelligitur quando aliàs non esset de foro judicis, ubi delinquens reperitur, et quando delinquens est condemnatus, vel bannitus. Et nota, quòd etiam judex domicilii delinquentis tenetur ad istam remissionem. Bald. post Guilliel. in l. *præses*, la 2. D. *de offic. præsid.* et sic etiam ille judex qui per se potest punire, debet remittere, allegat l. *si cui*, §. *cum sacrilegium*, D. *de accusat.*

Sed quid si judex originis, vel domicilii prævenit in citando, judex vero delicti prævenit in sententiando: quis eorum erit potior? Angelus Aretin. in suo tract. *malefic.* movet istam quæstionem in parte *judex commisit*, ad fin. ubi refert, Baldum, et Imol. in l. *si pluribus*, D. *de legat.* 1. formasse quæstionem in simili volentes quòd ille qui processum inchoavit, præferatur, per dictam l. *si pluribus*, et per l. 1. D. *de offic. consul.* et quia sicut in accusatione præfertur qui primo prævenit, ut in l. *qui crimen*, cum ibi notatis, *C. de accusat.* sic et judex inquirens, cùm in locum accusatoris succedat, ut notat Bartolus in l. 2. §. *si publico*, D. *de adulter.* et quia quando secundum judicium ita se habet ad primum, quòd lata absolutoria in primo opponetur in secundo, exceptio rei judicatæ, tunc ulterius procedere non potest, l. *fundum*, et l. *fundi*, et ibi Bartol. D. *de except. et præscript.* sed in casu nostro sententia absolutoria in primo impediret secundum processum; ergo obstante pendentia primi processus non poterit procedi in secundo; quod dicit habere Aretinus locum etiam quoad confiscationem bonorum, quia ille præfertur, qui primo cœpit inquirere; et pro istis delictis satisfacit ista lex Partitarum, cùm superius dixit; *si fuesse despues que fuesse acusado*, et hoc etiam tenet Petr. de Anchar. in cap. *postulasti*, *de foro compet.* in repetit. in 2. opposit. col. 4. et voluit Abb. in cap. 1. *de raptor.* cùm dictis etiam Anchar. transire videtur Maria Socinus in dict. cap. *postulasti*, col. 11. et 12. fortè tamen ista essent intelligenda, et limitanda, nisi præsumeretur fraus seu color quæsitus à reo, et ejus fautoribus, ut se præsentaret in loco originis, vel domicilii, ubi delictum ita non posset probari, sicut in loco delicti; nam tunc non debet hoc prodesse, argumento l. *et qui data opera*, D. *ex quib. caus. major.* vel aliàs expediret, quòd remissio fieret ad locum delicti, ut dixi suprà tit. 26. in l. 2. in gloss. super parte *Obispos*, ead. *Partit.* Adverte tamen, quia Bald. in l. *executorem*, col. 7. *C. de execut. rei judic.* vers. *quæro de tali quæstione*, concludit post Dinum, quòd post condemnationem alibi factam, non debet remitti criminosus ad locum delicti, sed puniri debet in loco, in quo condemnatus est, per textum cum glossa in l. *relegatorum*, §. *interdicere*, D. *de interd. et relegat.* ex quo vide velle Bald. quòd ante condemnationem, etiamsi prævenit in cognoscendo judex originis vel domicilii, remittere teneatur ad requisitionem judicis loci delicti; idem videtur de mente Saliceti in l. 1. *C. ubi de crimin. agi oportet.* Item et hoc voluit Gloss. in l. *à Divo Pio*, §. *sententiam Romæ*, D. *de re judic.* ubi Alexand. col. 3. dicit sibi magis placere, quòd etiam post sententiam condemnatoriam latam à judice loci domicilii, sit locus remissioni, si petatur à judice loci delicti, prout et fuit de mente Glossæ ibi; movetur Alexander, quia militare videntur omnes rationes, per quas fuit inductum, quòd locus esset remissioni; quæ melius, quàm alibi, colliguntur ex l. *capitalium*, §. *famosos*, D. *de pœnis*, scilicet, ut alii terreantur, et solatio sit cognatis interemptorum; quæ rationes militant etiam post latam sententiam ante executionem, sicut et ante sententiam; neque obstare dicit motivum Anchar. quòd alias ludibrio essent jura dicentia, quòd judex domicilii sit etiam competens judex; quia respondet, quòd valebit processus, et sententia judicis domicilii, sed erit exequenda per judicem loci delicti hoc petentem. Subdit tamen quòd Fulgos. in dict. l. 1. *C. ubi de crimin. agi oportet*, dicit, quod si judex domicilii præoccupat jurisdictionem in cognoscendo, et postea judex delicti petat fieri remissionem, non tenebitur statim remittere, sed poterit perficere processum, et condemnare, argumento l. *si quis posteaquam*, et l. *ubi cœptum*, D. *de judic.* sed lata sententia, debet nunc remittere, allegat in argumentum textum in l. *solent*, et in l. *non est dubium*, §. *illud*, D. *de custod. reor.* et istam opinionem Fulgos. dicit sustentabilem Alexander, quia isto modo non offenduntur rationes, de quibus in dicto §. *famosos*, et opiniones modo isto reducuntur ad concordiam: et non erit verum dictum Dini, Baldi et Saliceti, quòd post latam sententiam non sit locus remissioni: posset etiam dici, quòd si offensus petat remissionem fieri ad judicem loci delicti, etiam si judex originis vel domicilii prævenerit et condemnaverit, quòd sit fienda remissio; si verò ipse offensus petierit, quòd judex domicilii perficiat processum inchoatum, et condemnet et exequatur sententiam, quòd sit audiendus; quod videtur probari ex dicta l. 2. tit. 17. lib. 8. *Ordinam. Regal.* confidit enim lex de eo, quòd petet id, quod melius erit ad punitionem delicti: et licèt dicta lex loquatur in diverso casu, ejus ratio potest trahi ad istud; et saltim possit procedere, ubi judex originis vel domicilii non esset impeditus, quin possit cogere testes, et habere probationes delicti, ita benè sicut et judex delicti; nam si essent de hoc impedimenta, ut quia testes per quos potest probari delictum, non essent de Provincia judicis domicilii, et non possent extra suam Provinciam cogi ad ferendum testimonia, l. 3. §. fin. D. *de testib.* neque posset judex domicilii eorum examinationem alteri committere, ut in authent. *apud eloquentissimum*, *C. de fide instrument.* l. 27. tit. 16. 3. *Partit.* propter quæ impedimenta si judex domicilii procederet, remaneret crimen impunitum, quæ est potissima ratio secundum Petr. de Anchar. ubi suprà, quòd in gravioribus delictis fiat remissio ad locum delicti, quia ibi facilius crimina probabuntur; quæ ratio apertè colligitur ex authent. *ut nulli judic.* §. *et hoc verò considerantes*, collat. 9. et dixi suprà. Tene ista menti, et dato otio tutius considera.

Et cujus expensis debeat fieri ista remissio, habes decisum in dict. l. 2. *Ordinam. Regal.* de quo et vide per Bald. in §. *si judex*, *de pace tenend. et ejus violat.* ubi dixit, quòd si judex delicti ex officio petat remissionem, debet fieri expensis publicis illius terræ, ad quam fit remissio, argumento l. *mulier in opus salinarum*, D. *de captiv.* Adverte etiam, quòd in levibus delictis non fit remissio, ut voluit Gloss. in dict. *Clement. pastoralis*, Petr. de Anch. in dict. cap. *postulasti*, et Dominicus in cap. *Romana*, §. *contrahentes*, in fin. *de foro compet.* lib. 6. et vide l. 16. tit. 4. 3. *Part.* et probatur in dict. §. *si quis verò comprehensorum.* Ista tamen lex Partitarum indistinctè videtur velle, quòd in omnibus criminibus de quibus in hac septima Partita, fiat remissio, si petatur; videtur tamen limitanda et intelligenda, quando esset tale crimen, ex quo veniret pœna corporalis imponenda, ex ratione dicti §. *famosos*, et ita videtur probari, et decidi in dict. l. 2. tit. 17. lib. 8. *Ordinam. Regal.* in princ. cum dicit: *que merecen auer pena en los cuerpos.*

LEX II.

Nemo potest sine judicis mandato aliquem capere, nisi falsarium monetæ, vel militiæ desertorem, aut publicum latronem, vel domus incendiarium nocturnum, aut arborum, vinearum vel messium sectorem, aut virginis, vel religiosæ raptorem, vel eam asportantem; quos capiens ducat ad judicem, et mittet militem ad Regem, vel ad locum quem deseruit, vel ad ejus terræ majorem præsidem, puniendum. Hoc dicit.

(1) *En cosas señaladas.* Tene menti istam legem et ad-

falsa moneda (2). La segunda es, quando algun Cauallero fuesse puesto por guarda en frontera, o en otro lugar qualquier, si desamparasse la frontera (3), o el lugar do fuesse puesto, sin otorgamiento de su Mayoral. La tercera es (4), si fuesse ladron conocido, o robador, o ome que quemasse casa de noche, o cortasse viñas, o arboles, o quemasse miesses. La quarta es, quando alguno forçasse (5), o lleuasse robada alguna muger virgen, o muger Religiosa que estuuiesse en algun Monesterio para seruir a Dios. Ca, a qualquier que ouiesse fecho algund yerro de los sobredichos en esta ley, todo ome lo puede recabdar, e aduzir delante del Judgador, do quier que lo fallare, porque se cumpla la justicia que mandan las leyes deste libro. Pero el tal Cauallero deue ser lleuado ante el Rey, o al Cabdillo de la Caualleria que desamparo, o al Mayoral Adelantado de la tierra, que le de pena, segun fuero, e costumbre de Caualleros.

LEY III.

Quales Juezes pueden fazer recabdar omes que fuessen Caualleros.

Not. 5, *tit.* 23, *libr.* 8. *Novis. Recop.* Yerros (1), e malos fechos fazen los Caualleros (2) a las vegadas, que son contra buenas costumbres de la Caualleria. E a las vegadas fazen otros yerros que non son vedados señaladamente a los Caualleros, mas son defendidos comunalmente a todos los otros omes, que los non fagan. E los yerros que son contra Orden de la Caualleria son estos (3): assi como vender, o empeñar, o jugar las armas; o non obedecer al Cabdillo, non faziendo su mandado, o faziendo contra lo que mandasse. Ca, en tales casos como estos, o otros semejantes dellos, non los puede ninguno (4) recabdar, nin judgar, nin dar pena, por los yerros que fiziessen, si non el Rey, o el Cabdillo de la hueste, que auia a judgar al que assi errasse, e a los otros Caualleros. Mas si fiziessen otros yerros, de aquellos que son vedados a todos los omes comunalmente; assi como matar ome a tuerto, o robar, o forçar, o otros yerros semejantes destos; estonce, deuen ser reptados ante el Rey, o acusados, o recabdados antel Adelantado de la tierra (5), e recebir la pena que la ley manda, por el mal fecho que fizieron. E si los yerros que fiziessen fuessen mas lieues (6); assi como malfetria, o si denostasse a alguno de palabra, o lo firiesse de mano sin arma ninguna, o si fiziesse otro yerro semejante destos; sobre tales yerros bien pueden ser acusados delante los Judgadores de los lugares. Mas desde que ouieren oydo el pleyto de la acusacion, e dado la sentencia contra ellos, si el yerro fuere tal por que merezcan alguna pena, deuenlos embiar al Alferez del Rey, o al Cabdillo cuyos Caualleros son, que cumpla en ellos la justicia que el Rey manda; e el Alferez, o el Cabdillo deuelo fazer assi.

de l. 5. et quæ ibi dixi, tit. 7. ead. *Partit.* et l. fin. cum Glossa ibi, *C. de exhib. reis*, et in istis casibus captus infra viginti horas debet exhiberi judici, l. *capite quinto*, D. *de adulter.* et adde etiam l. 7. et 8. tit. 14. lib. 2. *Ordinam. Regal.* et in l. 1. ejusd. tit. et Specul. tit. *de accusat.* §. 1. col. 1. vers. *hoc tamen fallit.*

(2) *Falsa moneda.* L. 1. *C. de falsa monet.* et dict. l. 5.

(3) *Desamparasse la frontera.* Adde l. 1. et 2. *C. quando liceat unicuique sine jud. se vind.* et l. 3. tit. 8. ead. *Partit.* et quæ ibi dixi.

(4) *La tercera es.* Vide in dict. l. 1. et 2. et in dict. l. 3.

(5) *Forçasse.* Adde l. 1. *C. de raptu virgin.*

LEX III.

Miles in crimine militari delinquens, ut arma vendens, pignorans, vel locans, vel exercitus duci non obediens, vel in similibus, non potest capi nisi de Regis vel Ducis belli mandato; nec potest judicari nisi per eos: pro aliis veró criminibus atrocibus, ut cæde, rapina, furto, et similibus, judicatur per Regem vel præsidem terræ: sed pro levioribus criminibus, inter quæ manus percussio sine armis computantur, per judicem loci, et lata contra eum sententia, remittitur Regi, vel ejus Alferio, ut exequatur eam. Hoc dicit.

(1) *Yerros.* Sequitur ista lex notata per Gloss. in l. *magisteriæ*, *C. de jurisdict. omn. judic.* et in l. 1. *C. de exhib. reis*, et in l. fin. D. *de accusat.*

(2) *Los caualleros.* Quid si dubitetur sit miles, vel non, an gaudet privilegio militum, vel non? Dic quòd cognoscet magister militum, ut in l. *qui cum uno*, §. *reus*, D. *de re milit.* et in cap. *si judex laicus*, *de sentent. excomm.* lib. 6. et tenet Joan. Faber in dict. l. *magisteriæ.*

(3) *Son estos.* Habes hic, quod crimen dicitur militare, plenius quàm dicit Gloss. in dict. l. *magisteriæ*, et quàm Bald. in l. *militibus*, *C. de testam. milit.* et adde l. 2. et l. *omne delictum*, in princ. D. *de re milit.*

(4) *Ninguno.* De crimine militari solus magister militum cognoscit et judicat, et intellige ubicumque delictum sit commissum, ut et tradit Salicetus in l. 1. *C. de exhib. reis*, qui et dicit, quòd tali casu judex, etiam milite non petente, debet eum remittere ad magistrum militum, et non statur actis et probationibus factis coram alio judice propter ejus incompetentiam.

(5) *Adelantado de la tierra.* Et isto casu non tenetur præses Provinciæ remittere militem ad magistrum militum, cùm talis reatus omne privilegium excludit, l. 1. *C. ubi senat. vel claris.* l. fin. D. *de accusat.* posset tamen remittere, si vellet, ex voluntate, ut in dict. l. 1. ubi Gloss. *C. de exhib. reis*: et si Provincia in qua est miles, et delinquit in tali crimine, non esset posita sub præside, solus magister cognosceret; et si aufugisset à loco militiæ ubi delinquit, et reperiatur in Provincia, in qua est præses, sub illo posset conveniri, ut in l. 1. *C. ubi de crimin. agi oportet*, et in l. 15. tit. 1. ista *Partit.* ne maleficium remaneat impunitum; neque contra hoc reperitur miles privilegiatus, secundum Salicetum in dict. l. 1.

(6) *Mas lieues.* Et si sint crimina mediocria, ut subjicit, et habetur, in l. *de militibus*, D. *de custod. reor.* et explicat Cynus in dict. l. 1 *C. de exhib. reis*, quando miles intulit vim sine armis: et ex genere pœnæ arguitur enor-

LEY IV.

En que manera deuen recabdar los presos, e quales deuen ser metidos en prision.

Ley 8, tit. 27. libr. 4 Novis. Recop.

Mandando el Rey, o el Judgador (1) recabdar algunos omes por yerro que ouiessen fecho, aquel, o aquellos que lo ouiessen de fazer por su mandado, han de ser mesurados en cumplir el mandamiento en buena manera. Ca, si aquel a quien ouieren de recabdar, fuere de buena fama, o de buena nombradia, que aya casa, e muger, e fijos, e otra compaña, en el lugar do lo prenden, e rogare a aquellos que lo recabdan, que lo lleuen a su casa (2), que alguna cosa ha de dezir a su compaña, deuenle lleuar a ella primeramente, guardandolo de manera, que se non pueda fuyr, nin encerrar en la Iglesia, nin en otro lugar: e despues deuenlo traer ante el Rey, o ante el Judgador que lo mandare prender. Mas si fuesse ome de mala fama, assi como ladron, o robador conocido, o que ouiesse fecho otras malfetrias semejantes destas, non lo deuen lleuar a su casa, nin a otro lugar, si non viniendose con el derechamente ante el Rey, o antel Judgador que lo mando prender: e estonce, el Rey, o el Judgador, deuenle fazer jurar, que diga la verdad (3) de aquel fecho sobre que lo recabdaron, e deuelo todo fazer escreuir lo que dixere, e andar adelante en el pleyto. E si por aventura, el

mitas vel mediocritas criminis, cognoscitur etiam crimen ex genere pœnæ, Bart. in l. penult. §. *ad crimen*, col. 5. D. *de public. judic.* Bald. in l. 1. col. 10. *C. qui accus. non poss.* cap. *non afferamus*, 24. quæst. 1. Decius consil. 65.

LEX IV.

Cùm capitur quis pro crimine judicis mandato, si est homo bonæ famæ, et vult cum uxore vel familia loqui antequam ad judicem veniat, duci debet, si id roget, per domum suam, si eam in loco illo habet; sed taliter ducatur, ut cautus sit ducens ne fugiat, aut ecclesiam intrare possit: demum præsentetur Regi vel judici, qui mandavit eum capi. Si tamen ille captus est homo malæ famæ, ut latro, vel alius qui consuevit crimina facere, non debet ad domum duci, sed ad Regem vel Judicem recta via; adductus autem captus ad judicem, statim jurare faciat de veritate dicenda in facto illo pro quo captus est, et dictum in scriptis ponat; et persona in custodia tali, qualem delicti qualitas, et personæ honestas, vel vilitas exposcit. Hoc dicit.

(1) *El Judgador.* Non potest quis capi nisi de mandato judicis, ut hic, et in l. fin. *C. de exhib. reis*, et suprà eod. l. 2.

(2) *A su casa.* Adde l. 2. *C. de exhib. reis*, ubi habetur de dilatione quæ datur ad componendos mestos pœnates, id est, rem familiarem, ut declarat ibi Gloss. et latius Specul. tit. *de accusat.* §. 1. vers. *scias igitur*, et ut declarat ibi Salicetus, debet hoc fieri sub fida custodia, vel in carceribus positus, vel fidejussoribus relaxatus, secundum enormitatem delicti, et qualitatem personæ. Tu tene menti istam legem Partitarum.

(3) *Jurar que diga la verdad.* Per istam legem est quotidie in practica, quòd accusato vel inquisito capto, recipitur ab eo juramentum de veritate dicenda; et de ista lege meminit Rodericus Suarez in comment. l. 4. tit. *de las juras*, lib. 2. *For. LL.* fol. 3. vers. *unum nota perpetuo*: sic etiam Angel. Aret. in suo tract. *maleficior.* in parte *comparuerunt dicti inquisiti*, in princip. ponit hæc verba: Tu, judex, non recipias aliquam responsionem in maleficiis, nisi juret reus de respondendo veritatem, et non sufficit, quòd respondeat per verbum *credit*, imò per veritatem debet respondere, ut notat Bart. in l. *Marcellus*, D. *de rerum amot.* et in l. *inter omnes*, §. *rectè*, in fin. D. *de furtis*, et ibid. col. 2. quòd debet responderi sine dilatione; et facit pro hoc bonus textus in cap. *cum dilecti, de accusat.* Adverte tamen, quia Doctores in ista materia loquuntur diversimodè, nam Specul. tit. *de inquisit.* §. *viso igitur*, col. 5. vers. *inquisitores quoque*, dicit, quòd inquisitores non exigant à reo juramentum, quia non tenetur contra se jurare, sed promovens inquisitionem testes et probationes inducat; si tamen nullo prosequente, sed ex officio superioris inquiritur, tunc jurabit propter infamiam contra se ortam, ut in cap. 1. et cap. *quotiens, de purgat. canon.* cap. *si constiterit*, et cap. *cum dilecti, de accusat.* idem etiam Specul. in tit. *de position.* §. 7. *videndum*, vers. 19. *considerandum est*, dicit, quòd sive agatur de crimine per viam accusationis, sive per modum inquisitionis vel exceptionis, non cogitur aliquis respondere se criminosum, juxta illud Chrysost. *non tibi dico, ut te prodas*, et ibi respondet ad cap. *dudum*, el 2. *de elect.* et cap. *per inquisitionem*, eod. tit. et ad cap. 2. *de confes.* et ad dict. cap. *si constiterit*, et ad alia jura; ponit tamen aliquos casus sequens dicta Innocentii in dict. cap. *dudum*, et cap. 2. in quibus tenetur respondere, super notoriis scilicet, seu manifestis per sententiam, vel alio modo; quia tunc peccatum esset celare veritatem, allegat cap. *tua, de cohab. clericor. et mulier.* super occultis verò non tenetur respondere. Item et tenetur super his, quæ impediunt executionem officii, vel retentionem beneficii, etiam post peractam pœnitentiam. Item, si dissimulatio criminis periculum inducit, ut hæresis, vel dilapidationis, in quibus est periculum, si occulta sunt. Item si sit infamia super crimine, nam tunc etiam cogeretur infamatus se suo et aliorum juramento purgare, 2. quæst. 5. cap. *Presbyter*; et quia peccatum est sustinere infamem in dignitate. Item debet respondere secundum eum, an sit condemnatus vel confessus de crimine. Abb. etiam in dict. cap. 2. *de confes.* col. penult. et fin. latè tractat hunc articulum, an positioni criminosæ respondere debeat reus; et ibi ponit dicta Innocentii, et tandem se resolvit in duas conclusiones: prima, quod si proceditur per inquisitionem ex mero judicis officio, tenetur inquisitus respondere positioni criminosæ, si id de quo quæritur, sit notorium, seu famosum, aliàs secùs. Secunda, quòd ad instantiam partis respondendum est positioni criminosæ, si id de quo quæritur sit famosum, et impediat ordinis executionem, et beneficii remotionem de quo agitur, neque veniret imponenda pœna temporalis. Sylvester etiam in sua summa, in parte *confessio*, 1. in princ. vers. 1. in ista quæstione, an ad interrogationem judicis quis obligatus sit fateri delictum, refert dicta Abb. in dict. cap. 2. addens idem esse, quando delictum esset semiplenè probatum, allegat S. Thom. 2. 2. quæst. 69. art. 1. et textum in dict. cap. *cum dilecti*, et dicit hoc esse verum, quando agitur ad pœnam spiritualem, non verò si esset alia pœna, et quòd si factum non est notorium, neque flagrat infamia, non tenetur respondere, etiam si jurasset dicere veritatem, secundum Henric. de Gand. in 1. quodlibeto, quæst. 33. neque est obediendum in hoc Prælato, quia est contra charitatem; et occulta non sunt publicanda, sed Deo soli relinquenda, cap. *si omnia*, et cap. *oves*, et cap. *ex merito*, 6. quæst. 1. et si procedatur ad instantiam partis, tenet conclusionem Abbatis. S. Thom. in dict. quæst. 69. art. 1. dicit, quòd pertinet ad debitum justitiæ, quando aliquis obediat suo superiori in his, ad quæ jus prælationis se extendit; et judex dicitur superior respectu ejus, qui judicatur, et ideo ex debito tenetur accusatus judici veritatem exponere, quam ab eo secundum formam juris exigit; et ideo si confiteri noluerit

preso conosciere el yerro (4) sobre que fue acusado, o recabdado, si el yerro fuere tal, que merezca muerte, o otra pena en el cuerpo; estonce, si el recabdado fuere ome de

veritatem, quam dicere tenetur, vel si eam mendaciter negaverit, moraliter peccat. Si verò judex hoc exquirat, quod non potest secundum ordinem juris, non tenetur ei accusatus respondere, sed potest vel per appellationem, vel aliter licitè subterfugere, non tamen licet dicere mendacium; et non aliter declarat B. Thom. quando judex de hoc interroget, an sit semiplenè probatum, vel ne, an sit infamia, vel non, an agatur ad pœnam temporalem, vel spiritualem: in eadem tamen quæst. art. 2. magis se declarat, cùm dicit, non enim quis tenetur omnem veritatem confiteri, sed eam solam quam ab eo potest et debet requirere judex secundum ordinem juris, puta, cùm præcessit infamia super aliquo crimine, vel aliqua expressa indicia apparuerint, vel etiam cùm præcessit probatio semiplena: et sic velle videtur, quòd sive agatur ad pœnam spiritualem vel temporalem, si sit casus, in quo judex licitè interroget, quòd respondere tenetur: et dicta S. Thom. refert et sequitur Archidioconus in §. *item quod dicit*, 2. 2. quæst. 2. Abb. in cap. 1. *de testib. cogend.* idem vult S. Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 7. in fin. Ego qui ratione muneris hujus, quod ob aliorum levamen libenter suscepi, cogor meam dicere sententiam: in ista varietate dicerem, quòd in hac quæstione sit tantum attendendum, an judex ritè formans suum processum, possit interrogare, vel ne; neque curo quæ pœna posset imponi, an spiritualis vel alia, an procedatur ex officio, vel ad instantiam partis, non enim inter hæc reperio bonam rationem diversitatis, crimen sit notorium vel famosum, vel ne; sed tantum an judex licitè interroget, vel ne, sequendo dicta S. Thom. et certè si crimen esset occultum, ita quòd non possit probari, illud enim dicitur occultum, ut notat Abb. in cap. *ex litterarum*, *de tempor. ordin.* et in cap. *vestra*, *de cohab. cleric. et mulier.* Dominicus et Alexand. in cap. *erubescant* 32. dist. certè de talibus non debet se intromittere judex terrenus, sed relinquere debet divino judicio, ut in dict. cap. *erubescant*, et facit glossa notabilis in Clement. 1. *de hæret.* in §. pen. super verbo *eo ipso*, et quæ notatur in cap. *si sacerdos*, *de offic. ordinar.* et dicit Abb. in cap. *novit*, *de judic.* et sequitur ibi Andreas Siculus, col. 57. quòd in peccato occulto noto soli denuntianti, judex non debet ad aliquem actum judicialem procedere, neque subtrahere ei, de quo est sibi denuntiatum, sacramentum, neque eum in genere excommunicare. Et tradit Petr. de Palud. in 4. *sententiar.* dist. 19. quæst. ult. art. fin. quòd quando crimen est occultum, et de eo non præcessit infamia, et non potest sufficienter probari, veluti quia scitur à solo denuntiante, tunc neque ipse qui scit, debet denuntiare occulta, quæ probari non possunt, non sunt trahenda in publicum, dicit Gloss. in cap. *in scripturis*, 96. dist. Si verò crimen sit semiplenè probatum, vel sint de eo talia indicia per quæ reus posset torqueri, tunc judex licitè interrogat, et reus tenetur respondere, quia judex secundum formam juris procedit, et interrogat: et ita procedat quod hic habetur in ista lege: si verò non adsint talia indicia, vel semiplena probatio, ex qua possit deveniri ad torturam, et cesset infamia, tunc reputo crimen occultum et improbabile, et judex licitè non potest interrogare, neque tenetur reus respondere, neque se prodere; et ita procedat dictum Chrysostomi, *non tibi dico, ut te prodas*, de quo habetur, *de pœnitent.* dist. 1. in cap. *quis aliquando*, in §. *his auctoritatibus.* Sis ergò cautus judex, qui aliquando ex levi indicio capis, ne reus fugiat, qui antequam interroges, habeas sufficientem probationem, saltem ad torturam, vel ita quòd possit incuti terror torturæ, juxta id, quod dicit Bald. in l. 2. col. 2. *C. quorum appellat. non recip.* vel quòd præcessit infamia, ut dictum est superiùs, ex qua esset indicenda purgatio; secùs si non esset casus indicendæ purgationis, licèt esset infamia, ut declarat Abb. in dict. cap. 2. *de confes.* et Præpos. Alex. in cap. *ex pœnitentibus*, col. 1. 50. dist. nam aliàs non ritè procederes, neque posses reum interrogare licitè, et damnares animam tuam, neque tunc te excusaret zelus justitiæ, quo assereres te moveri, nam ut dicit Hostiens. quem ibi refert Abb. in cap. *cum in juventute*, *de purgat. canon.* non debet fieri aliquid ex solo zelo justitiæ, nisi subsit judicium rationis; quod dicit facere contra Religiosos Prælatos habentes tantum zelum in puniendis delictis, ut prætermittant ordinem judiciarium, inquirentes quandoque de criminibus omnino occultis: facit benè quod dicit Baldus in l. 2. *C. de exhib. reis*, ubi dixit, quòd licèt in criminali non fiant positiones à parte parti, fiunt tamen interrogationes, quæ producuntur tantùm judici, et potest judex ex mero officio interrogare in criminali, ubicumque movet eum æquitas, et maximè ubi est locus torturæ, allegat l. *Divus Adrianus*, D. *de custod. reor.* ubi quòd latrones interrogantur de consociis; et facit benè quod habetur Josue cap. 7. vers. 19. ibi: "fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, et confitere atque judica mihi quid feceris, ne abscondas, etc." Habita verò tali probatione, licèt quoad eam reus non fuerit citatus, ut dixi suprà eod. in l. 1. securè poteris interrogare per istam legem quæ hoc vult, et quia jam non potest dici crimen omnino occultum, imò crimen, quod potest probari, ex quo adest semiplena saltem probatio, vel ad interrogandum, sufficiens ad torquendum; tamen si reus negaret, opus esset, quòd in plenario judicio reproducerentur testes, ut defensio reo non tollatur; neque mireris si summaria informatio delicti facta sine citatione partis sufficeret ad interrogandum sine tortura, cùm et aliquando ex testibus ita receptis sequi potest condemnatio, ut tradit Baldus in l. *observare*, §. *proficisci*, vers. 6. *quæritur*, D. *de offic. procons. et legat.* et in repetit. l. *edita*, col. 5. *C. de edendo*, et in l. 2. ubi Bart. et Joan. de Plat. *C. de naufrag.* lib. 11. Tu verò cùm habueris majus otium, considera latius, et gratias age amico, qui suis laboribus ista contulit; et adde Episcop. Calagur. Joan. Bern. de Luco, *in sua praxi criminali*, cap. 118. quem post hæc vidi, qui faciens mentionem de ista lege Partitarum, an procedat in clericis, subdit, quinimo opinor, quòd in laicis captis non liceat id indistinctè fieri salva judicis conscientia, nisi judex habeat contra reum semiplenam probationem de dicto, aut expresa indicia, aut infamia; non tamen allegat aliquid ad hoc, nisi S. Thom. ubi suprà, ego eum allegavi, et Cajetan. ibidem dicentem addere unum notabile, quod in casu quo præcedunt indicia, debent manifestari reo, ut sciat se esse in tali articulo constitutum, qui tenetur obedire judici præcipienti, et extorquenti veritatem, ac etiam ut possit se purgare, et contra illa opponere: unde infert dictus Episcopus, quòd sicut ante torturam debet dari copia indiciorum, sic ante interrogationem, ut judex justè interroget: et ad istam legem Partitarum dicit, quòd loquitur in hominibus malæ famæ. Tu tamen tene quod dixi, quia lex ista in omnibus loquitur quoad juramentum, et receptionem confessionis rei, et illa distinctio bonæ vel malæ famæ, fit alio respectu, videlicet, an debeat deferri per domum, cùm capitur, ad componendum rem familiarem, vel non, si statim deferatur ad carceres, ut ibi secundum verum sensum apparet; et quia non esset rectus sensus intelligere, quòd ita demum liceat recipere juramentum à reo, ut veritatem dicat, si sit infamatus, cùm fortioris potentiæ sit unus testis de visu, quam infamia: et practica, quæ est vera legum intellectrix, in omnibus id intellexit, et admisit, unde stante ista lege et probatione indiciorum, quam dixi, videtur fortè dicendum, quòd tunc, ut dixi, etiam non data ante copia indiciorum reo, judex licitè interroget.

(4) *Conosciere el yerro.* Sic et dicit Baldus per textum in l. 2. *C. de exhib. reis*, qui postquam reus est convictus, vel confessus crimen, licet reum ponere in compedibus, et ponere sibi in manus manicas ferreas: et debet ita fieri secundum eum, quando sine ligamine non potest commodè custodiri; nam si posset commodè custodiri sine ligamine, tunc non possit vinculari, cùm hoc fiat ad custodiam, non ad pœnam, et adde infrà ead. in l. 6. Quid tamen si non fatetur, sed negat reus crimen? Dic, ut per Bald. in dict.

buen lugar (5), o honrrado por riqueza (6), o por sciencia (7), non lo deuen mandar meter con los otros presos, mas deuenlo fazer guardar en algun lugar seguro (8); e a tales omes que lo sepan fazer guardar; pero poniendo todavia tal femencia en su guarda, que se pueda cumplir en el la justicia que el Fuero manda. E si fuere ome vil, deuenlo mandar meter en la carcel (9), o en otra prision, que sea bien recabdado (10), fasta que lo judguen.

LEY V.

En que lugar deuen tener presa, e recabdada la muger.

Ley 3, tit. 38, lib. 12 Novis. Recop.

Muger alguna seyendo recabdada por algun yerro, que ouiesse fecho, que fuesse de tal natura, porque mereciesse muerte, o otra pena qualquier en el cuerpo, non la deuen meter en carcel con los varones (1); ante dezimos, que la deuen lleuar a algun Monesterio (2) de dueñas, si lo ouiere en aquel lugar, e meterla y en prision, e ponerla con otras buenas mugeres, fasta que el Judgador faga della lo que las leyes mandan. Ca, assi como los varones, e las mugeres, son de departidas naturas, assi han menester lugar apartado do los guarden; porque non pueda dellos nacer mala fama, nin puedan fazer yerro, nin mal, seyendo presos en vn lugar.

LEY VI.

En que manera deuen guardar los presos, los que lo han de fazer.

LL. del tit. 38, lib. 12 Novis. Recop.

Monteros, o Ballesteros, o otros omes qualesquier, que son puestos para guardar los presos del Rey, o de algun Concejo, non los deuen sacar de aquel lugar donde gelos mandaron tener, nin de la carcel, nin de la otra

l. 2. ad fin. cujus resolutio est, quòd si est suspectus de crimine, non tamen est convictus vel confessus, si crimen sit multum atrox, mittatur ad carceres, l. 1. *C. de custod. reor.* si crimen non sit ita atrox, poterit sub custodibus detineri in loco honestiori, l. 1. et l. *Divus*, D. eod.

(5) *Ome de buen lugar.* Defertur nobilibus circa modum carceris, ut hic et in l. 1. D. *de custod. reor.* et limita et intellige, ut in l. 6. infrà eod. et nobili accusato potest pro carcere assignari totum palatium et civitas; et satisfacit rector statuto disponenti, quòd accusatus ponatur in carcere, ubi dixit notabiliter Angelus in l. *qui in carcerem*, D. *quod met. caus.* allegat pro singulari dictum Jason. in l. *admonendum*, col. 75. D. *de jurejur.* et idem Angelus in l. 2. *C. de exhib. reis*, dicit, quòd vidit multoties judicem statuere accusato pro carcere unam civitatem: et dicit, quòd potest hoc licitè facere, quando personæ nobilitas hoc requirit, et judex credit pro certo illum non fore culpabilem: vide etiam bonum textum in l. *si gravius*, *C. de dignitat.* lib. 12. ubi quòd illustres de criminibus gravioribus impetiti, non detruduntur in carcerem, sed militari custodiæ committuntur; et de eorum criminibus debet fieri relatio Principi, neque per judices minores puniuntur.

(6) *Por riqueza.* Defertur hic divitibus, et dicit Bartolus per textum ibi in l. *capitalium*, §. *servi casi*, D. *de pœnis*, quòd sicut nobiles ex consuetudine non suspenduntur, neque patiuntur viles pœnas, idem est dicendum de aliis popularibus divitibus et honestioribus, et favendum est ditioribus, isti enim faciunt negotia universitatum, l. penult. in fin. *C. de prædiis Decur.* lib. 10. qui plus habet in terra, plus diligit, ut terra crescat; pauperes non cogitant nisi tumultuare civitatem, et illi sunt qui seditiones procurant, ut currant ad spolia, ut dicit Sallustius in Catillinario: tradit Andr. de Isern. in l. 1. in princ. *de pace juramen. firmand.*

(7) *Por sciencia.* Æquiparantur hic litterati nobilibus de genere, adde Glossam 2. in l. 5. D. *pro socio*, et cap. *de multa*, *de præbend.* et quando crimen est gravissimum, Doctor potest capi et incarcerari, Glossa, et ibi notat Joan. de Plat. in l. *medicos*, *C. de profes. et medic.* lib. 10. et vide infrà eod. l. 6.

(8) *Lugar seguro.* Veluti in aliquo fortilitio, ut moris est: et adde ad istam legem Angelum in l. 2. *C. de exhibend. reis*, et dict. l. 1. D. *de custod. reor.* si tamen sit tale crimen, quòd securè non potest tradi militibus custodiendus, ponetur in carceribus, ut in dict. l. 1. et l. *Divus*, eod. tit. et satis probatur in ista lege, cùm in istis personis hoc specialiter permittat, quando possent extra carceres custodiri alibi sub fida custodia.

(9) *En la carcel.* Adde l. 2. *C. de exhib. reis*, et l. 1. D. *de custod. reor.* et *C.* eod. in l. 1. et l. 16. tit. 1. ead. *Part.* et vide per Bald. in dict. l. 2.

(10) *Bien recabdado.* Et pro majori maleficio debet quis cautius custodiri. Vide Bald. in l. *minimè*, *C. de appellat.*

LEX V.

Mulier capta non ponatur cum hominibus in carcere, sed in aliquo Monasterio monialium tradatur custodienda, ut ibi compedes, aut mulierum custodia sibi apponatur, ne aliàs, si carcer virorum et fœminarum sit una, inhonestum quid succedat. Hoc dicit.

(1) *Con los varones.* Concordat cum l. *quoniam*, et cum authent. *ibi posita*, *C. de custod. reor.* et procedit hoc, etiamsi sint mulieres meretrices inhonestæ, quia neque tunc includi debent cum viris, quia neque virorum honestas injurianda est, ut dicit Angelus in dict. l. *quoniam*: debet ergo tunc poni in alio carcere, et non cum mulieribus honestis, quia meretrices non sunt dignæ legum laqueis innodari, l. *ea quæ*, *C. de adult.* secundum Petr. Alberic. et Salicet. in dict. l. *quoniam*.

(2) *Monesterio.* Istud non est in usu, neque videtur expediens, cùm judex laicus non possit coercere malam custodiam, quæ fieret in monasterio: ex lege tamen ista, et ex dicta authentica, unde sumitur, satis innuitur, quòd non guadeat immunitate mulier, quæ ratione delicti carceratur in monasterio; qua gauderet, si aliàs fugeret in monasterium, nam gaudet immunitate ecclesiæ secundum Archid. in cap. *diffinivit*, 17. quæst. 4. et Sylvestrum in summa, in parte *immunitas* 3. fortè tamen ecclesia seu monasterium defenderet, ne per vim extrahatur, et ideo non est tutum, ut talis carceratio fiat.

LEX VI.

Fines mandati judicis custodiendi sunt circa incarceratos, et de nocte custos major manu propria cipos et compedes claudat, et januam et claves cautè custodiat, interius dimisis hominibus cum captis, cum lumine, ne compedes limentur, et sole orto aperiatur carcer, ut lumen videant capti: et si quis incarceratus vult loqui cum alio, extrahatur à carcere; sed tunc custodiatur benè per consistentes. Hoc dicit.

prision, para lleuarlos a otra parte, en ninguna manera, sin mandamiento del Rey, o de aquel Judgador que gelos dio en guarda; fueras ende, para fazer algunas cosas que ellos non pueden escusar. E maguer diximos en la tercera ley ante desta, que el que fuere ome honrrado por linaje, o por riqueza, o por sciencia que ouiesse, que lo non deuen meter en carcel, nin en otra prision: con todo esso dezimos, que si el preso otorgasse delante del Judgador, que auia fecho el yerro por que auia seydo recabdado, o gelo ouiessen prouado, e aquellos que lo tuuiessen en guarda, se temiessen que se yria; estonce, bien lo pueden meter en fierros, e tenerlo guardado en ellos, en el lugar que gelo encomendaron, de guisa, que puedan ser seguros del, que non se yra. Otrosi dezimos, que deuen ser acuciosos los que deuen guardar los presos, para guardarlos todavia con gran recabdo, e con gran femencia, e mayormente de noche (1), que de dia. E de noche los deuen guardar en esta manera (2); echandolos en cadenas, o en cepos, e cerrando las puertas de la carcel muy bien: e el carcelero mayor deue cerrar cada noche las cadenas, e los cepos, e las puertas de la carcel, con su mano mesma, e guardar muy bien las llaues, dexando omes dentro con los presos (3), que los velen con candela toda la noche, de manera que non puedan limar las prisiones en que yoguieren, nin se puedan soltar en ninguna manera: e luego que sea de dia, e el sol salido (4), deuenles abrir las puertas de la carcel, porque vean la lumbre. E si algunos quisiessen fablar (5) con ellos, deuenlos estonce sacar fuera vno a vno, todavia estando delante aquellos que los han de guardar.

LEY VII.

Como deuen guardar el preso fasta que sea judgado.

Guardado deue ser el preso en aquella prision (1), o en aquel lugar, do el Judgador mando que lo guardassen, fasta que lo judguen para justiciarlo, o para quitarlo. E si el yerro que fizo fuere prouado por testigos verdaderos, o si el non se defendiere por alguna razon derecha, non le deue el Judgador mandar meter a la prision despues, mas mandar (2) que fagan del aquella justicia que la Ley manda: e si por auentura el yerro non fuere prouado por testigos, e lo conociere el, si la conoscencia fiziere por tormentos que le diessen, o por miedo que ouiesse, non lo deuen luego justiciar, fasta que lo otorgue otra vegada (3) sin ningun tormento que le den, nin por miedo que le fagan. E si lo otorgare a la segunda vez, non lo apremiando, nin le faziendo ningun mal, estonce deuen del fazer justicia. Otrosi mandamos que ningun pleyto criminal non pueda durar mas de dos años (4); e si en este medio non pudieren saber la verdad del acusado, tenemos por bien, que sea sacado de la carcel en que esta preso, e dado por quito (5); e den pena al acusador, assi como diximos en el titulo de las Acusaciones, en las leyes (6) que fablan en esta razon.

Ley 16, tit. 38, lib. 12 Novis. Recop.

(1) *De noche.* Concordat cum l. 1. *C.* eod. ubi Angel. notat, quòd qui debet custodire rem vel personam, debet de nocte duplicare custodiam, ex quo infert ad castellanos qui tenentur ad custodiam castelli.

(2) *En esta manera.* Tene menti istam legem, quæ latius in hoc loquitur, quàm dicta l. 1. de qua sumpta est.

(3) *Con los presos.* Non uni tantum custodia, sed duobus ad minus committenda est, l. fin. D. *de custod. reor.* ubi Angelus notat.

(4) *De dia, e el sol salido.* Facit ad illam quæstionem, de qua per Bart. in l. *aut facta*, §. *tempus*, D. *de pœnis*, an mane vel sero dicatur dies aut nox, et Angelus in dict. l. 1. dicit, quòd mane intelligitur post cantum galli, et sero intelligitur nox, quando factæ sunt tenebræ, ita quòd homo de facili non recognoscitur, cap. *si perfodiens, de homicid.* cùm ergo cœlum albescit, dies est, licèt sol non sit, cùm speretur de proximo, et tanta sit claritas, qua homo bene recognoscitur: subdit etiam quòd benè est verum, quòd illa particula diei appellatur mane, non autem est dies propriè, ut in l. *Titius*, D. *de liber. et posthum.* quod dicit notandum esse ad multa. Adde Bart. in dict. §. *tempus*, et in l. *Titius testamento*, 1. §. D. *de liber. et posthum.* et in l. *qui duos*, §. *hæc conditio*, D. *de manumis. testam.* Bald. in l. fin. *C. de his quibus ut indign.* et in l. 2. ad fin. *C. quibus res jud. non nocet*, et in l. *data opera*, col. 8. *C. qui accus. non poss.* et quæ notat Decius in mater. consil. 354.

(5) *Fablar.* Nota quòd permittendum est carceratis, alloqui cum procuratoribus et amicis, adde l. 2. cum gloss. *C.* cod. ex causa tamen, fortè si necdum ab eo est recepta confessio, jubetur aliquando, ne permittant, quod quis eis loquatur, ne instruantur ad negandum.

LEX VII.

In loco, in quo jussus est custodiri, usque ad sententiam est captus custodiendus: et si crimen probetur contra eum legitimè per testes, vel confessionem spontaneam, vel per torturam, in qua postea perseveret sponte, non reducatur ad carcerem, sed statim de eo fiat justitia: nec duret instantia causæ criminalis ultra duos annos, intra quos accusatore non probante absolvitur reus, et accusator legitimè punitur. Hoc dicit.

(1) *En aquella prision.* Adde l. *carceri*; D. eod. et l. 10. tit. 14. lib. 2. *Ordin. Regal.*

(2) *Mas mandar.* Nam pœnæ reorum non debent differri, l. fin. *C.* eod. et hic.

(3) *Otra vegada.* Adde l. 4. infrà tit. 30. et quæ ibi dico.

(4) *Dos años.* Concordat cum l. fin. *C. ut intra cert. temp. crimin. quæstio termin.* hodie tamen non est hoc in usu; imo durat instantia, et reus condemnatur vel absolvitur diffinitivè etiam post istud tempus, sive agatur per accusationem, sive per inquisitionem.

(5) *Por quito.* Absolvendo eum ab instantia et observatione judicii, condemnando accusatorem in expensis, ut declarant Gloss. et Doctor. in dict. l. fin.

(6) *En las leyes.* 1. et 26.

LEY VIII.

Como el Carcelero mayor deue dar cuenta cada mes vna vez, de los presos que tuuiere en guarda, a aquel que gelos manda guardar.

El Carcelero mayor de cada lugar deue venir vna vez cada mes (1) delante del Judgador Mayoral que puede judgar los presos, e deuel dar cuenta de tantos presos que tiene, e como han nome, e por que razon yaze cada vno dellos, e quanto tiempo ha que yacen presos. E para poder esto fazer el Carcelero ciertamente, cada que le aduxeren presos, deuelos recebir por escrito, escriuiendo el nome de cada vno dellos, e el lugar do fue, e la razon por que fue preso, e el dia, e el mes, e la era en que lo recibe, e por cuyo mandado; e si algunos contra esto fizieren, mandamos que pechen a la Camara del Rey veynte marauedis de oro: e el Judgador de cada lugar deue ser acucioso para lo fazer cumplir, porque los pueda quitar, e condenar assi como dicho es en esta ley; e el Juez (2) que contra esto fiziere, deue ser tollido del officio por infamado, e pechar porende diez marauedis de oro al Rey.

LL. del tit. 39, lib. 12 Novis. Recop. LL. del tit. 38, lib. 12 Novis. Recop.

LEY IX.

Como los guardadores de los presos non merecen pena, si los otros sus compañeros, a que los encomiendan, se van con ellos.

Acaesce a las vegadas, que los que han en guarda a los presos, non pueden cada vno guardarlos, e acomiendanlos a otro quando van a alguna parte; e aquellos que fincan, otrosi contece a las vegadas, que maguer estan y todos a guardarlos, pero deuen dormir los vnos, e velar los otros. E porende dezimos, que si los que fincan por guardar los presos, o que los velan, se van todos, o alguno dellos, con los presos (1), e los otros que non estan delante, o que duermen, non lo saben, nin fazen engaño, nin malicia en esto; que non son en culpa, nin merescen pena ninguna porende. Mas aquellos que se fuessen con los presos, deuen morir (2) porende, quando quier que sean fallados; fueras ende, si alguno dellos fuere moço (3), o ome vil, o de mal seso. Ca estonce, non deuen dar la pena sobredicha a el, mas a aquel que lo y puso; pero el Judgador deue dar a este tal, que se fue con los presos, otra pena, qual entendiere que meresce, segun su aluedrio. Ca non es guisado que finque sin pena, seyendo atal que entendiesse lo que fazia.

Ley 18, tit. 38, lib. 12 Novis. Recop. Ley 17, tit. 38, lib. 12 Novis. Recop.

LEY X.

Que pena meresce el fiador, si se fuye el acusado a quien fio.

Sobre fiadores (1) dan a las vegadas los Juezes algunos acusados, a tal pleyto, que los fagan cumplir derecho sobre los yerros de que los acusan: e porende dezimos, que si en la

LEX VIII.

Commentariensis carceris major quolibet mense veniat coram judice, et ei relationem faciat de numero captorum, et de eorum nominibus, ætate, et de tempore quo quilibet fuit captus, et de causa quare; quia debet unumquemque ex carceratis recipere scribens personam, locum, et causam quare carceratur, diem, mensem et annum, et de cujus judicis mandato capitur: et qui id per relationem judici non manifestaverit, solvet Regis cameræ viginti morapetinos auri: et hoc judex fieri faciat, aliàs ut infamis ab officio remotus solvet Regi decem morapetinos auri. Hoc dicit.

(1) *Cada mes.* Concordat cum l. fin. *C. de custod. reor.*

(2) *El Juez.* Nota, quod judex debet esse diligens in relaxione carceratorum, aliàs punitur, ut hic. Et hic sumitur practica implorandi officium judicis, et petendi, ut quis relaxetur, ubi nulla justa causa est retentionis, et fit protestatio judici ad pœnam hujus legis, secundum Angel. in dict. l. fin. ubi et Bald. dicit, quod in causis carceratorum dilationes debent breviari.

LEX IX.

Si custos per commentariensem majorem carceris ponatur, et fugerit cum capto, occidetur ipse custos, nisi sit puer, aut vilis, qui minus punitur arbitrariè; sed eum ponens occidetur: alii autem custodes hujus sceleris non conscii, qui ibi non erant aut aliis vigilantibus dormiebant, non puniuntur, cùm non sunt in culpa. Hoc dicit.

(1) *Con los presos.* Concordat cum l. fin. D. eod. et ibi notat Bart. et Angelus ibi infert pro castellano, qui fuit proditus à custodibus intromittentibus inimicos in fortalitium; nam cùm nemo possit à proditione cavere, nisi sit divinus, ignoscendum est ei; et facit D. *mandati*, l. *si fidejussor*, §. *in omnibus.*

(2) *Morir.* Adde dict. l. fin. D. eod. et l. *milites*, ubi Glossa. Et nota istam legem ad declarationem illarum: est ergo hic specialis casus, in quo custodi imponitur pœna mortis, quando ipse aufugit cum custodito; quod tamen hodie non procedit, nisi erat casus, in quo custodes tenebantur pœna mortis, ut habetur in l. 12. tit. 14. lib. 2. *Ordinam. Regal.* quam vide: si verò alias dolo vel culpa custodum evadat custoditus, dic ut infra eod. l. 12. et per Gloss. in l. *ad commentariensem*, *C.* eod. et in dict. l. *milites*, et l. fin.

(3) *Moço.* Adde dict. l. fin. *C.* eod. l. *ad commentariensem.*

LEX X.

Si captum pro crimine, quod pœnam corporis non irrogat, judex dederit fidejussoribus de repræsentando eum promittentibus, et stando juri sub aliqua pœna certa; illam solvent fidejussores, si captum non repræsentent. Et si pœna non apponitur, statur consuetudini quantum solvant; quòd si nulla est consuetudo, judicis arbitrio taxatur; sed fidejussor non potest ob hoc corporaliter puniri, licèt reus puniatur. Hoc dicit.

(1) *Sobre fiadores.* Quod fit, quando non imponitur pro crimine pœna corporalis, ut suprà eod. in rubric. et dixi in l. 16. tit. 1. ead. *Partit.* licèt tamen non pœna corporalis, sed pecuniaria veniat imponenda, si accusatus, vel inquisitus confitetur crimen, non est relaxandus fidejussoribus; imò detinendus, et statim condemnandus, l. *si confessus*, D. *de custod. reor.* et l. *si quis*, *C.* eod. et quando relaxatur, cùm negat, tenentur fidejussores eum repræsentare, quandocumque persona ejus erit necessaria, ut si ju-

fiadura fuere puesta pena (2) señaladamente, que peche el fiador, aquella deue pechar, si non aduxiere (3) aquel a quien fio ante el Juez, para cumplir de derecho. E si non fuere puesta pena cierta en la fiadura, e fuere costumbre vsada en aquel lugar do acaesciesse, quanto deue pechar el que assi fia a otro por su faz, si non lo aduxiere a derecho, aquello deue pechar que fuesse costumbrado. E si non es y costumbre vsada para esto, deuele poner pena de pecho (4) el Judgador, segun su aluedrio: e sobre tal fiadura nol deuen dar pena en el cuerpo (5) al fiador, maguer aquel a quien fio la mereciesse. Pero el Juez que diesse sobre fiador algund ome, que fuesse acusado sobre yerro que mereciesse muerte, o otra pena en el cuerpo, si le fuesse prouado, non se puede escusar que non sea en grand culpa quando lo diesse por fiadura; e puedele poner pena por ello (6) el Rey, segun su aluedrio, si el acusado se fuere.

LEY XI.

Que pena merescen los guardadores de los presos, si los fizieren mal, o deshonrra, por malquerencia que les ayan, o por algo que les prometan.

Mueuense los omes a buscar mal los vnos a los otros, por malquerencia que han entre si: e esto fazen algunos a las vegadas contra aquellos que son presos, dando algo encubiertamente a aquellos que los han en guarda, porque les den mal a comer, o a beuer, e que les den malas prisiones, e que les fagan mal en otras maneras muchas; e los que desto se trabajan, tenemos, que fazen muy grand yerro, e toman mala vengança sin razon. Ca la carcel deue ser para guardar (1) los presos, e non para fazerles enemiga, nin otro mal, nin darles pena en ella. E porende mandamos, e defendemos, que ningun carcelero, nin otro

Ley 6, tit. 38, lib. 12 Novis. Novis.

dex velit eum interrogare, vel torquere; et si pœna sit arbitraria, tunc consideratur qualitas criminis, et consuetudo fori: unde si verisimile sit, quòd pœna erit corporalis, tunc idem quod de corporali erit dicendum; si verò talis pœna arbitraria solet esse pecuniaria, idem est, quod de pecuniaria ordinaria, secundum Bald. in l. 2. *C. de exhibend. reis.* Et an fidejussor de judicio sisti pro vulnere, seu accusatione vulneris, teneatur, si de vulnere postea sequatur mors? Vide Bartolum distinguentem in l. *fidejussores magistratum*, D. *de fidejuss.* et Lucam de Penna in l. *si quis decurio*, *C. de Decurion.* lib. 10. referentem disputationem Jacobi de Bello Viso in l. *sancimus*, *C. de fidejuss.* cujus resolutio est, quòd, aut accusatio fuit simpliciter de vulnere instituta, et fidejussores non tenentur morte sequuta ex vulnere; si verò in accusatione de vulnere mortifero agitatum est, et tunc si mortuo vulnerato petatur legitimè vulnerantem de occiso puniri, et tenebantur fidejussores ex fidejussione; si autem à nemine hoc petatur, dicit, ad hoc eos non teneri, cùm neque reus teneatur, cùm deficiat accusator, D. *de muneribus et honorib.* l. *rescripto*, §. *si quis accusatorem.*

(2) *Pena.* Concordat cum l. *si quis reus*, D. eod. et cum dictis Azon. *C.* eod. in summa, ad fin. vers. *damnatur autem fidejussor.* Quid autem si fidejussor promittit sistere reum sub pœna mille marcharum auri, utrum possit tanta quantitas pœnæ imponi? Bald. quod sic, in l. *qui crimen*, *C. qui accus. non poss.* col. 3. et ibi respondet ad taxationem l. *cos*, *C. de modo mulctar.* de qua per Glos. et Bart. in dict. l. *si quis reum.*

(3) *Si non aduxiere.* Et compellitur ad adducendum, et in exactione pœnæ judicis officio, secundum Bart. in dict. l. *si quis reum*, in fin. proceditur sine libello, et ordine judiciario, quia contractus factus in judicio habet vim confessionis, l. *tale pactum*, §. *qui provocavit*, D. *de pact.* et quia fit ad expeditionem litis, unde non debet operari novam litem, l. *terminato*, *C. de fructib. et lit. expens.* secundum Bald. in l. *qui crimen*, col. 2. *C. qui accus. non poss.* ubi et dicit, quod ex contractu judiciali oritur officium judicis, in quo proceditur executivè, et potest etiam judex procedere nemine petente. Vide ibi, et si fidejussor repræsentavit principalem, et ille fugit de carcere, non tenetur fidejussor amplius ad sistendum; Bald. ibi, col. 3. vers. 10. *quæritur*, de quo tamen vide latius per Lucam de Penna in l. *si quis decurio*, *C. de Decurion.* lib. 10. ex cujus dictis limitat hoc nisi in instrumento fidejussionis caveretur de repræsentando toties, quoties judici videbitur: et vide etiam ad prædicta Joan. And. in *addition. ad Speculat.* tit. *de accusator.* §. *sequitur videre de contumacia accusati*, in verbo *exceptis.* Quid autem si fidejussor velit in se assumere onus defendendi reum, vide per Specul. tit. *de accusat*, §. *sequitur*, post vers. *sed si dedit*, et vide quæ dixi in l. 18. tit. 12. *Partit.* 5.

(4) *De pecho.* Adde l. 2. §. fin. D. *qui satis. cogant.* et cap. *cum homo*, 23. quæst. 5. ubi Glossa; nam nunquam pro sola contumacia potest imponi pœna corporalis, ut hic, et Gloss. 3. quæst. 1. in summa, nisi in casu l. *qui cum uno*, §. *qui post*, D. *de re milit.* secundum Bald. in dict. l. *qui crimen*, col. 2.

(5) *Pena en el cuerpo.* Vide Gloss. in dict. cap. *cum homo*, et per Cynum in l. *ad commentariensem*, *C. de custod. reor.* et videtur velle hæc lex quòd neque si dolo non exhibeat, non puniatur corporaliter, cùm ita generaliter loquatur; sed in l. *si quis reum*, unde sumpta est, dicitur, quòd si dolo non exhibeat, extra ordinem puniatur, et sic arbitrio judicis: vel dic, quod ista lex supleatur et limitetur per illam, ut si dolo non exhibeat, possit fidejussor fustigari vel relegari, aut acrius puniri, ut declarat Speculat. tit. *de accusat.* §. *sequitur*, vers. *sed si dedit*, et Angel. in dict. l. *si quis reum.* Quid tamen si de consuetudine in aliquibus locis servaretur, quòd fidejussor teneatur ad pœnam corporalem, si ad eam se obligavit? Dicit Bald. *de pace Const.* in vers. *damna*, in fin. quòd valeret talis consuetudo, quia consuetudo habet potestatem in sanguine hominis, l. *sacculari*, §. *sunt quadam*, D. *de extraord. crimin.* Et quid si fidejussor carcerati se obligat ad custodiendum, et ad pœnam commentariensis? Vide per Salicetum in l. *ad commentariensem*, *C.* eod. quòd tunc tenebitur eadem pœna, qua teneretur custos carceris. Vide ibi per eum ponentem formam, ut judex dicat, quòd tradit eum fidejussoribus ut judicis custodibus.

(6) *Pena por ello.* Nam posset judex tali casu pati pœnam corporalem, à qua ipse per dationem fidejussoribus liberasset malitiosè, vel lata culpa reum, ex his quæ dixi in l. 25. tit. 22. *Partit.* 3. et facit l. 12. in princ. infrà, eod. ad id quod dixi de lata culpa, et quæ notat Angelus in l. *milites*, D. *de custod. reor.*

LEX XI.

Custos carceris non exerceat contra captos carceris asperitatem seu crudelitatem in comedendo, vel bibendo, aut immoderatis captionibus eos opprimendo; aliàs judex loci eum capite puniat; et si negligens fuerit, privabitur ab officio, et ut homo malè infamatus, Regis arbitrio punietur. Hoc dicit.

(1) *Para guardar.* Carcer est ad custodiam, non ad pœ-

ome que tenga presos en guarda, que non sea osado de fazer tal crueldad como esta, por precio que le den, nin por ruego que le fagan, nin por malquerencia que aya contra los presos, nin por amor que aya a los que los fizieron prender, nin por otra manera que pueda ser. Ca assaz abonda de ser presos, e encarcelados, e recebir, quando sean judgados, la pena que merecieren, segun mandan las leyes. E si algun carcelero, o guardador de presos, maliciosamente se mouiere a fazer contra lo que en esta ley es escrito, el Judgador del lugar lo deue fazer matar (2) por ello: e si fuere negligente en non querer escarmentar atal ome como este, deue ser tollido del officio, como ome mal enfamado, e recebir pena porende, segund el Rey tuuiere por bien. E los otros que fazen fazer estas cosas a los carceleros, deuenles dar pena segund su aluedrio.

LEY XII.

Que pena merescen los guardadores de los presos, si se fuere alguno dellos.

En cinco maneras podria acaecer que los presos se yrian de la carcel, por que se embargaria la justicia, que se non podria cumplir en ellos. La primera es, quando fuyessen por muy grand culpa (1), o por engaño de los que los ouiessen en guarda. Ca, en tal caso como este, deuen recebir los guardadores aquella mesma pena (2) que deuian sufrir los presos. La segunda es, quando fuyen los presos por negligencia (3) de los guardadores, en que non ay mezclado engaño ninguno. Esto seria, si los guardassen a buena fe, mas non con tan gran acucia como deuen; e en tal caso como este deuen ser tollidos del officio los guardadores, e castigados (4) de feridas, de guisa que non pierdan los cuerpos, nin miembro ninguno: porque los otros que pusieren en su lugar, sean escarmentados porende, e metan mayor acucia en guardar los otros presos, que tuuieren en guarda. La tercera es, quando fuyen los presos por ocasion (5), e non por culpa, nin por engaño de los guardadores; e en tal caso como este non deuen recebir pena ninguna, si prouaren la ocasion, e que non auino por su culpa. La quarta es, quando los guardadores dexan yr los presos que han en guarda, por piedad que han dellos; e en tal caso como este, si el preso que se fuere, fuere ome vil (6), o era pariente, o cercano de aquel que lo dexa yr, estonce el carcelero deue ser tollido del officio, e castigado de feridas, segun diximos de suso. Mas si tal ome non fuesse, deue auer pena segun aluedrio del Juez. La quinta manera es, quando el preso se mata el mismo estando en la prision, o despeñandose, o firiendose, o degollandose; e en tal caso como este non deue

Ley 12, tit. 24, libro 4 Recop.

nam, ut hic et in l. *aut damnum*, §. *solent*, D. *de pœnis*, et cap. *quamvis*, *de pœnis*, lib. 6.

(2) *Matar.* Adde l. 1. in fin. *C. de custod. reor.*

LEX XII.

Si culpa lata vel dolo custodis fugiat captus à carcere, punitur eadem pœna custos, qua puniendus erat captus; si autem negligentia custodis sine dolo, officio privatur, et corporaliter citra membri læsionem castigabitur; si verò casu fugiat, probato casu non punietur: sed si pietate eum fugere permittat, si captus erat vilis, vel custodis propinquus consanguineus, punitur sicut de negligentia; si aliàs, arbitrio judicis punietur: idem si captus se præcipitet, vel se occidat: sed si custos eum occidit, aut cum quo se occidat det, capite punitur; si verò occasione aut infirmitate decedat non punitur; sed antequam à carcere educatur, notificetur judici ne fraus fiat. Hoc dicit.

(1) *Por muy gran culpa.* Adde l. *milites*, D. eod.

(2) *Aquella mesma pena.* Adde l. fin. D. eod. et l. *ad commentariensem*, *C.* eod. et l. *milites*, D. eod. et l. 12. tit. 14. lib. 2. *Ordinam.* cum l. sequenti, et licèt contra fractorem carcerum inducatur quædam ficta confessio, tamen contra custodem debet aliter probari, l. *non est dubium*, D. eod. Bald. in dict. l. *ad commentariensem*: ficta enim confessio personam non egreditur: vide per Bart. in l. *cum filiusfamilias*, in fin. princ. D. *de verbor. obligat.*

(3) *Por negligencia.* Quæ in dubio præsumitur contra custodem, ut vult Gloss. in l. fin. D. eod. et Bald. in l. 1. fin. D. *de servis fugit.* si tamen custos reum vinculatum detinet, dicitur diligenter custodire, glossa notabilis in dict. l. 1. §. fin. et ibi Bald. Ang. in l. *milites*, *C. de custod. reor.* tradit latè Paris de Puteo in suo tractat. *syndicatus*, fol. 30. vers. *an si plures*, per totam chartam. Joan. de Plat. in l. *nemo carcerem*, col. 5. *C. de exactor. tribut.* lib. 10. ubi et dicit quòd excusatur ille, qui non adhibuit custodiam tam diligenter erga eum, qui erat de proximo liberandus; et vide etiam Angel. Aretin. in parte *fama publica*, 17. col. et vide ad istam legem l. 12. tit. 14. lib. 2. *Ordinam. Regal.*

(4) *E castigados.* Nota benè, quia melius declaratur hic, quàm in l. fin. D. eod. de qua ista sumpta est. Vide hodie l. 12. tit. 14. lib. 2. *Ordinam. Regal.* quæ vult isto casu aliter puniri, scilicèt, ut stet in carceribus per annum vinculatus, quod et Paris ubi suprà, dicit etiam disponi per quamdam constitutionem regni Neapolis. Et speciale est in custode carceris, quòd etiam pro levissima culpa puniatur criminaliter, secundum Bald. in l. *si ejus*, §. *denique*, D. *de usufruct.* aliàs incipit l. *denique consulens*; non tamen credo, quòd illa pœna carceris per annum hodie practicetur in regno in custode.

(5) *Por ocasion.* Id est, casu fortuito, et concordat cum l. *milites*, D. eod. et vide quæ in hoc notanter tradit Paris ubi suprà, ubi et tradit, quid si consanguinei carcerati intra lignum perforatum vel intra panellos soturales, aut zoculos, vel intra unam tabulam pro cubili sternando, vel pro igne faciendo ferrum imposuerunt, quod cogitari non poterat, cum quo catenas limavit; et dicit tunc certè esse sine dolo et culpa cuostodis, licet soleat provideri secundum eum ferculum panis, vas vino plenum, pecia casei, et similia, quæ incidi solent.

(6) *Ome vil.* Fortè hoc, quia præsumetur cessare corruptio per pretium in custode, et adde l. fin. D. eod. et fortè procedet, quando misericordia ducti minorem in custodiendo diligentiam adhibeat; nam si dolo eos dimitteret, ut fugerent, tunc videtur quòd puniretur, ut in primo casu hujus legis, et probari videtur in dict. l. fin. et l. *milites*, D. eod.

el que guardaua el preso fincar sin pena (7), porque si fuesse guardado acuciosamente, non se podria assi matar. E porende deue ser tirado del officio, e castigado de feridas, assi como sobredicho es. E si por auentura, el guardador matasse al preso (8) que tuuiesse en guarda, o le diesse a sabiendas breuaje (9), o otra cosa con que se matasse el mismo, el que esto fiziesse, deue morir porende. Mas si el preso se muriesse por ocasion, o por enfermedad, estonce los que lo guardan non deuen auer pena ninguna; pero ante que lo saquen de la carcel, deuenlo fazer saber al Rey, o al Juez (10) que lo fizo prender; porque non pueda y ser fecho engaño.

LEY XIII.

Que pena deuen auer los presos, que quebrantan la carcel, o la prision en que estan.

Acordandose (1) todos los presos que yoguiessen en vna carcel, o en vna prision (2), de quebrantar aquel lugar do los guardassen, e se fuessen (3) todos, o la mayor parte (4) dellos, sin sabiduria de los guardadores (5); si despues desso fueren todos presos, o alguno dellos, tambien deuen los Judgadores justiciar aquellos que despues desso prendieren, como si les fuesse prouado el yerro sobre que los tenian presos. Ca semeja que se dan por fechores (6) de los yerros de que eran acusados, porque ante que los judguen, se acuerdan assi en vno a fuyr. Mas si por auentura non fuyessen todos, mas algunos dellos (7) e despues

Ley 17, tit. 38, libr. 12 Novis. Recop.

(7) *Sin pena.* Adde l. fin. D. eod. et l. *carceri*, et moris est secundum Angel. in dict. l. *carceri*, ut custodes carceris quotidie scrutentur de veneno, vel ferro.

(8) *Matasse al preso.* Adde dict. l. fin.

(9) *Breuaje.* Adde l. *carceri*, D. eod.

(10) *Al Juez.* Ut testationibus hoc probetur, et sic custodibus venia detur, ut in dict. l. fin. D. eod.

LEX XIII.

Si capti deliberatè fugerunt, omnes aut major pars, custodibus ignorantibus, postea capti, ut convicti judicantur; præsumitur enim delicti reus, qui prædicto modo fugerit: sed si aliqui eorum fugerint, postea capti, strictioribus vinculis adstringantur, et aliqua pœna arbitraria eis infligatur. Hoc dicit.

(1) *Acordandose.* Ex isto verbo, et cùm inferius dicit *quebrantar*, videtur quòd sola conspiratio sine fractura carceris, seu vinculorum, vel sola fractura sine conspiratione non sufficeret, ut fugiens à carcere haberetur pro confesso in crimine, pro quo erat carceratus; et idem videtur probari in l. *in eos*, D. *de custod. reor.* de qua ista sumpta est. L. tamen *milites agrum*, §. *ejus fugam*, vers. *cum tamen*, D. *de re milit.* vult quòd fractio tantùm sufficiat, et idem vult Bald. 3. volum. consil. 32. incipit *primus articulus in noca impressione*, ibi cùm dicit, aut detinetur pro inquisitione specialis criminis, et tunc aut fugit cum fractione, vel conspiratione, et loquitur l. *in eos*, *etc.* et idem velle videtur Bartolus in dict. l. *in eos*, et Angelus Aret. in tract. *malefic.* in parte *fama publica*, col. 17. videtur dicendum, quòd sola fractio sine conspiratione non sufficeret, per istam legem et dictam l. *in eos*, et ad dictum §. *ejus fugam*, potest responderi, ut intelligatur quando præcesit conspiratio, vel si non præcessit, quòd sit ille specialis casus in milite frangente carcerem, ut puniatur, ut desertor militiæ; et adverte, quòd sola conspiratione, etsi non sit perfectum flagitium fugæ, et fractionis carceris, sufficere videtur ad istam fictam confessionem, et ita voluit Alberic. et Angel. in dict. l. *in eos*, per illum textum. Ista tamen l. videtur velle contrarium, cùm dicit: *e se fuessen, etc.* sed cùm postea in ratione ibi, *ca semeja*, tantùm se fundat ad inducendam istam fictam confessionem in conspiratione; potest etiam induci ad id, quod Albericus, et Angelus dicunt per dictam l. *in eos*: vel dic, quòd, aut tractatur de imponenda pœna propter fractionem carceris, non habito respectu ad crimen, pro quo custodiuntur, et isto casu sufficit sola effractio, vel conspiratio, ut probatur in l. 1. D. *de effractor.* ibi: "Saturninus etiam probat, eos qui de carcere eruperunt, sive effractis foribus, sive conspiratione cum cæteris, qui in eadem custodia erunt capite puniendos," et quòd ita intelligatur textus in dict. l. *milites agrum*, vers. *cum tamen*: si verò habeatur respectus ad fictam confessionem maleficii, propter fugam carceris, et quòd tunc requiratur conspiratio, ut ruptis vinculis, effracto carcere evadant, ut hic et in dict. l. *in eos.* Lex ergo Ordinamenti in lib. 8. tit. fin. cùm dicit: *todo ome que fuyesse de la cadena*, *vaya por fechor*, intelligi debet juxta istam l. quando fuga fit cum conspiratione.

(2) *En vna carcel, o en vna prision.* Veluti si per cameras sunt distincti, et quælibet camera suam habeat custodiam, facit l. *quæ de tota*, D. *de rei vendicatione.*

(3) *Se fuessen.* Quid si non perfecerunt conspirationem, quia fortè detecta fuit, vel non potuerunt, vel noluerunt? Albericus dicit in dict. l. *in eos*, quòd habentur pro confessis de criminibus super quibus erant capti, et ita intelligit illam legem; quod non videtur admittendum, cùm lex ista, et aliæ ll. regni requirunt fugam à carcere; unde tunc arctiùs custodientur, et pœna arbitraria punientur, secundum alium intellectum dictæ legis, secundum Alber. ibidem.

(4) *O la mayor parte.* Hoc non habetur ita expressum in dict. l. *in eos*; unde tene menti istam legem hoc declarantem, et intellige de majori parte carceratorum illius loci, vel cameræ, ubi custodiebantur: et non exigo, quòd sit major pars omnium incarceratorum totius carceris, quando in diversis cameris et loci custodiuntur.

(5) *Sin sabiduria de los guardadores.* Hoc dicit, quia si cum scientia vel negligentia custodum hoc fieret, mitius punirentur, ut habetur in l. 1. D. *de ffractor.* ubi Angelus notat, quod pœna frangentis carcerem, quæ capitalis est, non comprehendit negligentiam commentariensis malè custodientis carceres, violentia nulla commissa, quod dicit plures vidisse de facto; unde tales fugientes mitius puniuntur, et videtur esse ratio, quia cùm intervenit scientia vel culpa custodum, invitantur quodammodo ad fugiendum, ex quo mitius debent puniri; quando verò hoc cessat, et violentia illata conspirant ad fugiendum, videntur ex conscientia sceleris id facere; unde nil mirum si habeantur pro confessis.

(6) *Que se dan por fechores.* Debet tamen constare, quòd illud crimen fuit commissum ab aliquo, l. *si is*, D. *de confess.* l. 1. §. *item illud*, D. *ad Sillanian.* nam ex vera confessione aliàs non punirentur, l. *inde Neratius*, §. fin. D. *ad leg. Aquil.* l. *confessionibus*, D. *de interrogatoriis actionibus.* Limita etiam, nisi carcerati legitimam habeant causam fugiendi, ut si de facto fuissent indebitè torti per judicem, ut tradit Alex. consil. 144. volum. 2. incipit; *post reditum consilium.* Limita etiam nisi accusatio esset inepta, et malè formata, nam licèt ineptitudo libelli non impediat veram confessionem, tamen impedit fictam confessionem, et legalem dispositionem, secundum Bald. quem vide l. *admonendi*, col. 6. D. *de jurejurand.*

(7) *Algunos dellos.* Si intelligas quando sine conspira-

fueren presos otra vez, deuenlos meter en mas fuertes prisiones; e aun demas desto, deueles el Judgador dar alguna pena porende, segun su aluedrio (8).

LEY XIV.

Que pena merescen aquellos que por fuerça sacan algund preso de la carcel, o de la prision.

Atreuimiento muy grande face el que saca por fuerça algun preso de la carcel, o de la cadena que es fecha por mandado del Rey. E porende mandamos, que si alguno fuere osado de sacar preso de la carcel del Rey, o de algun Adelantado, o del Comun de algun Concejo, o de otra prision qualquier, en que fuesse metido por mandado del Rey, o de alguno de los otros que han poder de judgar por el; que deue recebir tal pena, qual deuia recebir (1) aquel que fue ende sacado por fuerça. Otrosi mandamos, e defendemos, que los Carceleros non sean osados de demandar, nin tomar carcelaje (2) a los que fueren presos, non auiendo fecho por que; mas luego que los Judgadores los mandaren sacar, los dexen yr en paz, e non les demanden por esta razon ninguna cosa; mas deuenlo pechar aquellos que los acusan e los mesturaron, por que ouieron de ser presos.

LEY XV.

Que pena deuen auer aquellos que fazen carcel de nueuo sin mandado del Rey.

Atreuidos son a las vegadas omes y ha, a fazer sin mandado del Rey carceles en sus casas, o en sus Lugares, para tener los omes presos en ellas; e esto tenemos por muy gran atreuencia, e muy gran osadia, e que van contra nuestro Señorio los que desto se trabajan. E porende mandamos, e defendemos, que de aqui adelante ninguno non sea osado de fazer carcel (1) nueuamente, nin de vsar della, maguer la tenga fecha. Ca non pertenece a otro ome ninguno, nin ha poder de mandar fazer carcel, nin meter omes a prision en ella, si non tan solamente el Rey, o aquellos a quien el otorga que lo puedan fazer:

LL. 1, 2, 3, 4, 5 *y* 9, *tit.* 28, *lib.* 12; 1 *y* 2, *tit.* 29, *y* 3, *titul.* 27, *lib.* 12 *Novis. Recop.*

tione fugerunt, planè procedit; si verò referas ad supradicta, ut sic, et si facta conspiratione fugiant, est notabilis ista lex declarans dictam l. *in eos*, et quæ ibi habentur: ideo tene menti.

(8) *Segund su aluedrio.* Colligitur hic quòd fractor carceris punitur pœna arbitraria, non capitali; unde videtur corrigi l. 1. D. *de effractor.* et l. *militis agrum*, §. *ejus qui fugam*, vers. *cum tamen*, D. *de re militari*: vel dic, quòd illæ ll. procedant, quando fuit illata violentia custodibus, ut probari videtur in l. *si quis aliquid*, §. *miles*, D. *de pœnis*, ibi: *dato gladio erupit*, et ita intelligit Oldral. in dict. l. 1. et refert Alber. in dict. l. *in eos.* Et adverte, quòd si carcer esset injuriosus, veluti si quis captus esset à prædonibus, vel infidelibus, et sic notum sit contra justitiam detineri, licitum est ei necdum rumpere et frangere carcerem, verum etiam detentores occidere, si non potest aliter evadere. Vide per Lucam de Penna in *cap. prohibitum*, v. *sed pone*, *C. de jure fisc.* lib. 10. et quod notat Gloss. in Clement. *pastoralis*, *de re judic.* super verbo *per violentiam*: et quid si detineatur à malis judicibus, vide per Lucam, ubi suprà.

LEX XIV.

Si quis per violentiam auferat captum à carcere seu à vinculis, in quibus detinebatur, ea pœna, qua ipse captus puniendus erat, affigetur. Item custodes non petant, neque aliquo modo audeant exigere jus carcelarii ab eo qui reperitur inculpabilis; sed ab accusantibus vel denuntiantibus injustè, id petere justè possunt. Hoc dicit.

(1) *Deuia recebir.* Concordat cum l. 1. *C. de his qui latron. occult.* quam ad hoc allegat Bart. in l. 1. §. 1. D. *ne quis eum qui in jus vocat. est vi exim.* et hæc est regularis pœna eximentis criminosum à carceribus: aliquando major est, ut si eximat à carceribus confessum, vel condemnatum de crimine, ubi est pœna legis Juliæ majestatis l. *cujusque*, et ibi Bart. D. *ad leg. Jul. majest.* quod limitat Joan. Fab. in §. *pœnales*, col. fin. *Institut. de action.* quando erat captus de mandato Imperatoris, seu ab ipso Imperatore, quod Jaso ibi, col. 13. refert nota aurea dignum; dubitat tamen de eo propter generalitatem dictæ l. *cujusque*. Vide tamen ibi Gloss. quæ in una expositione voluit, ut procederet in capto ex crimine læsæ majestatis; et ista approbatur ex lege Partitarum suprà ead. *Part.* tit. 2. l. 1. vers. *la onzena.* Item si eximat reum maleficæ artis à carceribus, est pœna ultimi supplicii, l. fin. *C. de malefic. et mathem.* Item si quis eximat violentum raptorem, punitur pœna decem librarum auri, ut in authent. *ut omnes obed. jud. provinc.* §. *arripiant*, *et* §. fin. Si verò quis non reum criminis eximat à carceribus, sed eum qui erat carceratus pro debito publico vel privato, tunc eximens tenetur solvere de proprio, ac si fidejussor esset exempti, l. *quotiens*, *C. de exactor. tribut.* lib. 10. et procedit etiam si talis exemptus denuo incarceraretur, Gloss. in dict. l. *quotiens*, et Salicet. in l. *in bonæ fidei*, col. 6. *C. de rebus credit.* et in l. *admonendi*, D. *de jurejuran.* si verò eximatur à carceribus, qui neque sit reus criminis, neque debitor, seu pro debito carceratus, tunc mulctatur à judice pecunialiter: hæc tradit Jaso in dict. l. 1. §. 1. D. *ne quis eum qui in jus vocat. est vi exim.* col. fin. et tene menti, quia Bartolus diversimodè loquitur in hoc, et Angelus Aret. in tract. *malefic.* in parte *fama publica*, col. 9. et 10. et Lucas de Penna in dict. l. *quotiens*.

(2) *Carcelaje.* Tene menti istam legem et adde l. 12. tit. 13. lib. 4. *For. LL.* et l. tit. 14. lib 2. *Ordinam. Regal.* ubi quid in curia Regis: et vide in *volum. Pragmaticar. in aranzello jurium algazelli*, cap. 1.

LEX XV.

Qui audet facere privatum carcerem, jus dominii regii usurpat, quia nulli licet facere novum carcerem, nisi de mandato Regis, ut Officiali, Civitati, aut Judici loci, qui habent potestatem ab eo capiendi et puniendi: et si aliquis contrarium faciat, et aliquem capiat, et ponat in eo, capite punitur: et Judices hoc corripere negligentes, aut Regem non certificantes, eadem pœna affliguntur; sed ad tenendum proprios servos ne fugiant, licet domino cypum in domo tenere. Hoc dicit.

(1) *Fazer carcel.* Habere carcerem est publici juris, et meri imperii, et non convenit privatis, neque est concessibile, l. 2. D. *de orig. jur.* Bald. in authent. *sed omnino*, col. 2. *C. ne uxor pro marit.* Bald. in l. *imperium*, col. 4. D. *de jurisd. omn. judic.* adde l. 2. *C. de curios. et station.* et l. 1. ibi Joan. de Plat. *C. de cohartal.* lib. 12.

assi como sus Officiales, a quien otorga, e da su poder, de prender los omes malfechores, e de los justiciar; e a los Juezes de las Cibdades, o de las Villas, e a los omes poderosos, e honrrados, que son Señores de algunas tierras, a quien lo otorgasse el Rey que lo pudiessen fazer. E si otro de aqui adelante fiziere carcel por su autoridad, o cepo, o cadena, sin mandado del Rey, e metiesse omes en prision en ella (2), mandamos que muera por ello; e los nuestros oficiales, do fiziessen tal atreuimiento como este, si lo supieren, e lo non escarmentaren, o lo non vedaren (3), o lo non fizieren saber al Rey, mandamos otrosi, que ayan aquella mesma pena. Pero si algunos quisieren fazer cepos en sus casas para guardar sus Moros (4) catiuos, bien lo pueden fazer sin mandado del Rey, e non caen porende en pena; pues que lo fazen para guardar sus catiuos en que han señorio, e lo fazen porque non se fuyan a tierra de Moros.

TITULO XXX.

DE LOS TORMENTOS.

Cometen los omes a fazer grandes yerros, e malos, encubiertamente, de manera que non pueden ser sabidos, nin prouados. E porende touieron por bien los Sabios antiguos, que fiziessen tormentar a los omes, porque pudiessen saber la verdad ende dellos. Onde, pues que en el titulo ante deste fablamos de los presos, queremos aqui dezir, de como deuen

(2) *E metiesse omes en prision en ella.* Ex istis verbis videtur approbari hic opinio Jacobi Butric. de qua per Bald. in l. 1. *C. de privat. carcer. inhib.* de qua ista sumpta est, quòd lex illa et ista procedant in eo, qui habet locum carceris deputatum ad tenendum ibi quoscumque homines; cùm enim hic usurpet merum imperium, dicitur reus læsæ majestatis: et non intelligit solùm in eo, qui casu hominem solum unum aliquantulum tenet carceratum. Et hujus sententiæ videtur etiam esse Lucas de Penna in dict. l. 1. *C. de cohartal.* col. 2. in fine, ubi dicit, quòd si quis includit aut capit alium quasi habens publicam potestatem, vel ut ipsam usurpet, ut plurimi Comites, et Barones fecerunt hactenus, et calcata justitia indefensè peragunt, et isto casu dicit teneri crimine læsæ majestatis, et loqui dictam l. 1. *C. de privat. carcer.* cùm dicit, *privati carceris exercere custodiam.* Alii verò secundum Bald. ubi suprà, intelligunt dictam l. *indistinctè*, dummodo aliquis detineat captum ultra viginti horas, quando habuit causam capiendi; vel etiam minus viginti horis, si causam non habuit, ut in l. *capite quinto*, D. *de adulter.* ubi Bart. dicit, quòd habentes jus capiendi, et non detinendi, committunt carcerem privatum, si ultra viginti horas detineant, per textum ibi; et idem tenet Ang. Aretin. in tract. *malefic.* in parte *fama publica*, colum. 12. quod limita, ut in casu l. 17. tit. 26. 2. *Part.* Subdit etiam Bartolus, quod si non habentes jus capiendi neque detinendi, capiant et vulnerent, vel occidant incontinenti, inspicitur tantum illud delictum propter quod capiebant, l. *illud*, D. *ad leg. Aquil.* si ex intervallo occidant, tunc de utroque tenentur de privato, scilicet carcere, et occisso, l. *numquam*, D. *de privat. delict.* hujus etiam sententiæ videntur Angelus et Salicetus in dict. l. 1. *C. de privat. carcer.* Tene ergo menti istam legem Partitarum, quæ sequi videtur opinionem Jacob. Butric. et certè l. *capite quinto*, per quam moventur Bart. et alii, non benè probat, quod dicunt, quia ut dicit Bald. post Ray. ubi suprà, l. *capite quinto*, non loquitur de ista materia, quia ibi fiebat detentio ad probandum; l. 1. *C. de privat. carcer.* loquitur, quando capiebat ad carcerem exercendum. Adverte tamen, quia l. 5. tit. 14. lib. 3. *Ordinam. Regal.* videtur sentire, quod etiam committatur crimen privati carceris, quando aliquis capitur à privato, etiam non animo exercendi, vel acquirendi jurisdictionem, sed quia sibi aliquid debetur; lex tamen illa refert se ad alias ll. regni, unde si de hoc non reperiatur lex, non videtur de novo decidere aliquid illa lex: videtur tamen dicendum, quod si habens jus capiendi, et non detinendi, detineat captum, quod non exhibeat eum judici intra viginti horas, quod licèt non teneatur ex ista lege Partitarum, tenebitur tamen capitali pœna, si ultra detineat, per dict. l. 1. *C. de cohartal.* secundum Lucam de Penna ibi, et quia tunc videtur quodammodo facere carcerem in domo sua, quod est etiam prohibitum lege regni 17. tit. 14. lib. 2. *Ordinam Regal.* et hoc ideo secundum eum, quia concessa sibi abutitur potestate, et ideo graviter puniendus, vide ibi latius per eum. Si vero sit consuetus capere, et includere, tunc dicit Lucas de Penna quod talis secundum aliquos committit crimen plagii; quod ipse improbat, cùm tunc non includat ut vendat, vel servitio captorum utatur, quod requiritur ad crimen plagii; unde dicit ipse, quod tenebitur, si fecerit cum armis, pœna legis Juliæ *de vi publ.* vel si sine armis, *de vi privat.* non tamen se benè declarat, qua pœna teneretur, quando hoc deduceret in consuetudinem: unde isto casu videtur hunc teneri pœna hujus legis, quando esset consuetus ad hoc, seu pluries hoc exerceret, per textum in dict. l. 1. et per istam l. quando vero semel tantùm fecisset, tunc benè procederet dictum Lucæ de Penn. saltem quando captus per vim non esset inclusus, neque tanto tempore detinetur, quod dici posset privatus propria libertate; nam si includeretur, tunc jam videtur facere de novo carcerem, et includere, et sufficit, ut hic habetur cùm superius dicit: *carcel nueuamente:* similiter quando tanto tempore detinetur, quod privatur libertate, jam videtur inclusus, et ita videtur de mente Angeli in dict. l. 1. *C. de privat. carcer.* et quia si hoc conceditur in capiente justè, quanto magis in capiente et in includente injustè, ut pœna capitali teneatur; probatur enim privata carceratio eo ipso, quod probatur inclusio, Glos. et Bald. in l. *si confidis*, *C. ad leg. Jul. de vi publica.* Sed an officialis carcerans alibi, quam in loco publico, teneatur crimine privati carceris? Joan. de Plat. in l. *nemo carcerem*, col. 5. post Baldum, dicit quod non, quia officium velat maleficium, l. *tres tutores*, D. *de administ. tutor.* allegat cap. *si clericus*, *de sententia excomm.* lib. 6. Et quid si carceratus multum de facili poterat rumpere carcerem, et evadere? Angelus in l. *si quis moriens*, §. *subvenitur*, D. *ad Sillan.* dicit per illam legem, quod cùm non dicatur vinculatus, qui de facili potest liberari, non committetur crimen privati carceris. Sed quid si creditor auctoritate judicis ceperat debitorem, et eum ducebat ad carcerem, debitor rogavit eum, quod custodiret illum in domo sua, donec sibi solveret, quod si duceret eum ad carcerem, habebat alios multos creditores, qui sibi eum interdicerent; unde creditor tenuit, et custodivit eum in domo propria, an hoc sit carcer privatus? Albericus movet istam quæstionem, et dicit fuisse de facto, in dicta lege 1. *C. de privat. carcer.* et dicit obtentum fuisse, quod non; allegat l. 3. §. *si quis volentem*, D. *de liber. hom. exhib.* et Gloss. in l. *interdum*, §. *qui furem*, qui incipit, *sed non videtur*, D. *de furtis.*

(3) *Non vedaren.* Concordat cum dict. l. *C. de priv. carcer.*

(4) *Guardar sus Moros.* Sequitur Glossam dictæ l. 1. ubi Cynus addit de patre quoad filium, cùm fit ad correctionem morum, l. 1. *C. de emendat. servor.* et l. 1. *C. de emendat. propinquor.* et nota quod carcer domesticus non permittitur, nisi in casibus expressis in jure, l. *Divus*, D.

ser tormentados: e demostraremos, que quiere dezir Tormento, e a que tiene pro, e quantas maneras son del; e quien lo puede fazer, e en que tiempo, e quales; e en que manera, e por quales sospechas, e señales, se deue dar, e ante quien; e que preguntas les deuen fazer, mientra que los tormentan. Otrosi, despues que los ouieren tormentado, quales conoscencias deuen valer, de las que son fechas por razon de los tormentos, e quales non.

LEY I.

Que quiere dezir tormento, e a que tiene pro, e quantas maneras son dellos.

Tormento es vna manera de prueua (1) que fallaron los que fueron amadores de la justicia, para escodriñar, e saber la verdad por el, de los malos fechos que se fazen encubiertamente, e non pueden ser sabidos, nin prouados por otra manera. E tiene muy gran pro para complir la justicia. Ca por los tormentos los Judgadores saben muchas vezes la verdad de los malos fechos encubiertos, que non se podrian saber de otra guisa. E como quier que las maneras dellos son muchas (2), pero las principales son dos. La vna, se faze con ferida de açotes. La otra es (3) colgando al ome, que quieren tormentar, de los braços, e cargandole las espaldas e las piernas de lorigas, o de otra cosa pesada.

LEY II.

Quien puede mandar atormentar, e en que tiempo, e quales.

Tormentar los presos non deue ninguno sin mandamiento de los Judgadores ordinarios (1) que han poder de fazer justicia. E aun los Judgadores non les deuen tormentar luego que sean acusados, a menos de saber ante presunciones, o sospechas (2) ciertas, de los yerros sobre que fueron presos. Otrosi, dezimos, que non deuen meter a tormento, a

Ley 2, tit. 2, lib. 6 Novis. Recop.

de offic. præsid. Bald. in l. *imperium*, 1. lectura col. 4. D. *de jurisd. omnium judic.*

TITULUS XXX. DE QUÆSTIONIBUS.

LEX I.

Tortura est quidam modus probationis ad eruendum veritatem de maleficiis, quæ probari nequeunt, inventus: et est duplex modus, unus cum flagellis, et alius per brachiorum suspensionem, et pedum pondere aggravationem. Hoc dicit.

(1) *De prueua.* Vide Azon. *C.* eod. in summa, quem sequitur ista lex; dicit enim quod quæstio est inquisitio veritatis per tormenta, et vide Glossam etiam in l. *nullam, C. ex quibus caus. infam. irrog.* vel ut dicit Salicetus, *C.* eod. in rubr. inquisitio est, quæ fit ad veritatem per tormenta eruendam: potest etiam dici quod tortura est pœna, et dicit textus in authent. *ut nulli judicum*, §. fin. collat. 9. quod est gravior pœna, quàm utriusque manus abscisio: non tamen propriè dicitur pœna, ut tradit Hippol. à Marsiliis in l. *Divus*, D. *de quæstion.* facit l. 1. §. *quæstionem*, D. *ad Sillan.*

(2) *Son muchas.* Varia genera tormentorum ponit Hippol. in l. 1. D. eod. num. 27. post Franc. Bru. in suo tract. *de indic. et tort.* ubi ponit illud de excitando reo, ita quòd non sinatur dormire; et solent judices maleficiorum, quando crimen est gravissimum, nova tormentorum genera inferre, quando staret in corda reus induratus, et eam parum æstimat, et indicia sunt urgentia, ut tradit Paris de Puteo in suo tract. *syndicatus*, fol. 113. col. 3. ubi dicit, se vidisse experiri de quodam ribaldo, qui pro quinque carlines permittebat sibi dari unum tractum cordæ; et ibi ponit de abrasione pilorum totius corporis, et quòd iterata et repetita tortura, postquam tortus quievit per aliquos dies, magis timetur, et graviorem dolorem causat, propter carnem enim contusam et deinde solidatam, et repetita tortura causatur dolor intolerabilis; caveant tamen judices à crudelitatibus et novis inventionibus tormentorum, ut dicit Joan. de Plat. in l. *nemo carcerem*, *C. de exactor. tribut.* lib. 10. et ibi etiam optimus textus contra judices sævos et perversos, invenientes novas et inusitatas species tormentorum: ista, id est, exquisita tormenta non sunt danda nisi committentibus crimen læsæ majestatis, homicidis, latronibus, stratarumque disrobatoribus et parricidis, in quibus debet acerrimè fieri indagatio, l. 3. *C. de episcop. audient.* l. 2. *C. quorum appellat. non recip.* secundum Paridem de Puteo in suo tract. *syndicatus*, fol. 114. col. 3.

(3) *La otra es.* De istis duabus speciebus tormentorum, tangit Joan. de Plat. in l. *quilibet*, *C. de Decurion.* lib. 10. et inferenda sunt tormenta in magnis sceleribus, non extento eculeo, non sulcantibus ungulis, non utentibus flammis, sed verberibus, 23. quæst. 5. cap. *circumcelliones*: dicit tamen Lucas de Pen. in l. 1. *C. de numerar.* quòd hæc olim secundum canones, nam hodie vix possunt adinveniri tormenta quæ sufficiant ad scelestorum nequitiam deprimendam: et ponere grave pondus super collum torti, genus tormenti est reprobatum, l. *lege Julia*, et ibi Angel. D. *ad leg. Jul. de vi public.*

LEX II.

Nullus sine judicis mandato torqueri potest, neque judicis mandato sine præsumptionibus, aut suspicionibus certis delicti; minor tamen quatuordecim annis, aut miles, vel legum aut alterius scientiæ magister, seu consiliarius Regis, Civitatis, aut Villæ, non possunt torqueri, nisi in casu quando prius fuit notarius, et de falsitate ante consilium perpetrata sit delatus. Item nec prædictorum filii, si sint bonæ famæ: nec mulier dum est prægnans. Hoc dicit.

(1) *Ordinarios.* Nota benè, quòd potestas torquendi est in judicibus ordinariis; est enim hoc meri imperii, et non delegatur, ut in auth. *de testibus*, cap. 1. §. *si verò ignoti*, collat. 7. Bald. in l. *imperium*, in repetit. col. 4. D. *de jurisd. omn. judic.*

(2) *Presunciones, o sospechas.* Non debet quis torqueri, nisi præcedentibus indiciis, ut hic et in l. 1. D. eod. et *C.* eod. l. 1. et l. *milites*, et procedit etiam in crimine læsæ majestatis, Bald. post Gloss. in l. *si quis alicui*, *C. ad leg. Jul. majestatis.* Angelus Aretin. in tract. *malefic.* in parte *che ay tradito la patria*: et adverte, cùm hic dicit, *sospechas ciertas*, quia debet dari de indiciis copia parti, et disputari super indiciis, et defendi reus, antequam perveniatur ad torturam, l. *unius*, §. *cognitorum*, D. *de quæstion.* Bartol. in l. *custodias*, D. *de public. judic.* et in l. fin. col. 3. D. *de quæstionib.* Bald. in dict. l. *milites*, ad fin. Bartol.

ninguno que sea menor de catorze años (3), nin a Cauallero (4), nin a Maestro de las Leyes, o de otro saber (5), nin a ome que fuesse Consejero (6) señaladamente del Rey, o del Comun de alguna Ciudad, o Villa del Rey, nin a los fijos (7) destos sobredichos, se-

in l. *unius*, §. *reus*, D. eod. Angelus Aret. in tract. *malefic.* in parte *fama publica*, col. 3. et 5. unde si aliàs timet torqueri, consilium est, quòd appellet, ut tradit idem Angel. Aretin. in dict. parte, col. 19. et adde Alexandrum notabiliter consil. 65. vol. 1. per totum, et consil. 180. col. 2. vol. 2. ubi quòd testes debent recipi parte citata, et sic in judicio plenario; quod et vult Bart. in dict. §. *reus*: et dicit Paris de Puteo in suo tractat. *de syndicatu*, charta 111. col. 1. quòd judices non torqueant ex processu informativo, alias tenebuntur in sindicatu. Item si aliàs confessio extorqueatur per torturam, non valet, etsi reus multotiens se ratificet, textus cum glossa et ibi Bart. in l. penult. D. *de quæstion.* ubi idem tenet Hippolitus plura adducens, Alexandr. dict. consil. 180. col. fin. idem Alexandr. in consil. 5. vol. 1. in princip. ubi dicit, quòd debent esse indicia sufficientia: et istud est tenendum, quidquid in contrarium dixerit Baldus in l. unic. col. 5. *C. de confess.* et Paris de Puteo in suo tract. *syndicatus*, fol. 111. col. 3. ubi latè in hoc loquitur, qui in hoc fuit sibi contrarius, ut patet in eod. tract. fol. 116. col. 3. Item judex debet pronuntiare super tortura inferenda, secundum Bart. in consilio suo incipit, *punctus quæstionis*, sequitur Franc. Bru. in suo tractat. *de indic. et tortur.* chart. 59. col. 4. Hippolit. à Marsiliis in l. 1. in princip. col. 3. D. *de quæstionib.* et potest à tali sententia appellari, cùm contineat gravamen irreparabile, ut ibi per eos. Adverte etiam, quòd licèt quis non possit interrogari à judice, nisi præcedant indicia, ante quam per juramentum recipiat ejus confessionem, ut dixi suprà tit. 1. l. 4. tamen si reus sponte nullis etiam indiciis præcedentibus confiteatur, tunc tenet confessio, et poterit condemnari, ut probatur in cap. 1. *de accusat.* lib. 6. et tradit Angelus Aret. ubi allegat Petr. de Anch. in suo tractat. *malefic.* in parte *fama publica*, col. 5. Limita tamen hoc singulariter, nisi ille, qui contra se confessus est nullis præcedentibus indiciis, asserat se confessum fuisse per torturam; nam quamvis non appareat aliquid de tortura, tamen appareat confessum fuisse detentum; talis confessio non erit efficax ad condemnandum, quasi non sit verisimilis, ita tenet Petrus de Anchar. per plura media, consil. 24. incipit *visa inquisitione*, refert et sequitur Alexandr. consil. 52. incipit *viso themate*, volum. 3. col. 2. ad fin. allegans ad hoc l. 1. §. *Divus*, D. eod. et l. *qui sententiam*; *C. de pœnis*, et quòd notatur in l. 2. D. *de custod. reor.* et l. *sciant*, *C. de probationibus*, et quod notat Jacob. But. in l. 2. *C. quod metus causa.* Nota etiam, quòd indicia supervenientia non confirmant torturam præcedentem sine indiciis, secundum Bartol. in l. *maritus*, col. 1. D. eod. Angel. Aretin. in suo tract. *malefic.* in parte *fama publica*, col. 20. vers. 5. *quæro*: quæ autem dicantur indicia sufficientia ad torturam, relinquitur arbitrio judicis, secundum Bart. in l. fin. versic. *sed quæro utrum*, D. eod. ubi vide de istis indiciis per eum, et Alexandr. in *addition.* Gandin. etiam sub rubr. *de quæstion. et torment.* col. 2. vers. *sed quæro*, per quem etiam poteris videre de indiciis, quæ dicuntur dubitata; et de his, quæ dicuntur indubitata, sub rubr. etc. *de presumpt. et indiciis*, fol. 10. et 11. et per Paridem de Puteo in tractat. *syndicatus*, fol. 109. et 110. per Hippolit. in practica, §. *quoniam.*

(3) *Menor de catorze años.* Minor neque ut principalis reus torquetur, ut hic vides, et tradit Angelus Aretin. in tractat. *malefic.* in parte *fama publica*, col. 20. vers. 6. *quæro*, talis debet terreri leviter, vel ferula cædi, secundum Bartol. in l. *de minore*, in princ. D. *de quæstion.* l. 1. §. *impubes*, et l. *excipiuntur*, D. *ad Sillan.* Joan. de Anan. in cap. 1. penult. col. *de delict. pueror.* et per Hippolitum à Marsiliis in dict. l. *de minore*, in princ. col. 2. et in senibus decrepitis, vide l. 3. §. *ignoscitur*, D. *ad Sillan.*

(4) *Cauallero.* Adde l. *milites*, *C.* eod. et l. 24. tit. 21. *Partit.* 2. et milites nostri temporis, cùm non sint propriè milites, torquentur. Cynus in l. 3. *C. ad leg. Jul. majestatis*, et in l. *milites*. Angelus Aretin. in dict. parte *fama publica*, col. 20. versic. 6. *quæro.* Alberic. in l. *militem*, *C. de procurat.* Vide tamen quæ dixi in l. 49. tit. 5. *Partit.* 5. in regno nobiles genere non torquentur, ut habetur in l. 4. tit. 2. lib. 4. *Ordinam. Regal.* In crimine tamen læsæ majestatis nobilis torqueri potest, ut in l. *nullus*, *C. ad leg. Jul. majestat.* ubi Glossa dicit, idem in crimine simoniæ; et Baldus ibi notat, quòd licet illa l. *nullus*, ponat dictionem taxativam, non tamen casus similes excludit, sed dissimiles, sic et maleficus torquetur, etsi sit nobilis, vel in dignitate constitutus, l. *et si excepta*, *C. de malefic. et mathem.* Item torqueretur etiam nobilis in crimine sodomiæ ex pragmatica disponenti eumdem processum etiam quoad torturam servari in crimine isto, sicut in crimine hæresis, seu læsæ majestatis; ex quibus posset inferri, quod si nobilis accusaretur de crimine, in quo intervenit alevosia, quòd possit torqueri, et ita audivi fecisse aliquos judices maleficiorum; pro quo benè facit, quia in crimine ruptæ fidei magis punitur nobilis quàm ignobilis, cap. *cum quidam*, *de jurejur.* ubi Bald. notat, quòd nobiles, si delinquunt in crimine proditionis, altioribus furcis debent suspendi, licèt aliàs talis pœna furcarum sit plebejorum, non verò nobilium, l. 3. §. *pœnæ*, ubi Gloss. et Bart. D. *de re milit.* et generosus proditoriè occidens generosum rumpit illam fidem inter generosos olim præstitam, de quo in l. 1. tit. 21. lib. 4. *For. LL.* Pro hoc etiam facit, quia ex indiciis provocabat generosus generosum ad duellum, ut tradit Bald. in princip. *de pace tenend.* col. 4. vers. *sed numquid*; et pugna æquiparatur torturæ, ut ibi per eum, et dixi in l. 4. tit. 3. suprà ead. *Partit.* sed quia hoc nulla lege cavetur, non firmo istam extensionem, neque approbo talem practicam, nisi ubi tot et tanta indicia concurrerent, quòd vix negari possit tunc de Principis conscientia, juxta dictam l. *nullus*, fortè hoc rectè procederet. De clerico dic, quòd non torquetur, si sit in sacris constitutus, nisi sit infamatus, ut per Doctores in cap. 1. *de deposito*, ubi Abbas modernus voluit hoc non requiri, imò sufficere contra clericum, quæ contra laicum cujus opinionem sequitur Felinus in cap. *olim*, col. 3. vers *tertius casus*, *de rescrip.* sed idem Felinus tenuit opinionem primam in cap. *veniens*, col. 2. *de testibus*, et in cap. *universitatis*, *de sentent. excomm.* et in cap. *de hoc*, *de simon.* et istam partem tenent alii relati per Hippolitum singul. 55. adde Joan. de Imol. in dict. cap. 1. col. 2. ubi dicit communiter approbari per Doctores, quòd requiratur, quòd clericus sit diffamatus; et qui istam partem tenent moventur ex illo textu. De advocato, quòd de juris subtilitate regulariter non torqueatur, vide per Gandin. sub rubr. *de quæstion. et tormentis*, col. 8.

(5) *Maestro de las Leyes o de otro saber.* Nota benè, quòd Doctores non debent torqueri, et de jure communi non reperies legem ita clarè hoc exprimentem; Doctores tamen ita dicebant, ut Cynus, et alii in l. *milites*, *C.* eod. Joan. de Plat. in l. 1. *C. de professor. qui in urb. Constantinop.* lib. 12. Joan. And. in cap. *cum in contemplatione*, *de regul. juris.*

(6) *Consejero.* Adde l. *Divo Marco*, et l. *Decuriones*, *C. de quæstion.* et l. *omnes*, *C. de Decurionib.* lib. 10. potest tamen fortis comminatio istis in dignitate positis fieri, et etiam usque ad tormenta duci, argumento l. *nec quicquam*, §. *de plano*, *de offic. Proconsul.* et l. 1. *Præfecti vigil.* secundum Joan. de Plat. in l. *severam*, *C. de dignit.* lib. 12. de quo fortè est dubitandum, et fortè in practica non servaretur, ex his quæ Bartolus notat in l. 1. §. *Divus Severus*, D. eod. et Angelus Aret. in tract. *malefic.* in parte *fama publica*, col. pen. et Bald. in l. unic. col. 6. et vers. 6. *sequitur tertium membrum*, *C. de confess.* Dicit etiam Joan. de Plat. ibidem, quod etiam si clarissimus quæstionatus perseveret in sua confessione, non debet condemnari, quia tortura præcedens fuit injusta, et per consequens omnia inde sequuta, l. *non dubium*, *C. de legib.*

(7) *Nin a los fijos.* Usque ad pronepotes, ut habetur in dict. l. *Divo Marco.*

yendo los fijos de buena fama, nin a muger que fuesse preñada (8), fasta que para, maguer que fallen señaladas sospechas contra ellos. Esto es, por la honrra de la sciencia, e por la nobleza que ha en si; e a la muger, por razon de la criatura que tiene en el vientre, que non merece mal. Pero dezimos, que si alguno de los Consejeros sobredichos ouiesse seydo Escriuano del Rey, o de algun Concejo, e le acusassen despues de alguna carta falsa (9), que ouiesse fecha ante que llegasse a la honrra (10) de ser Consejero, que bien lo pueden poner a tormento para saber verdad, si es assi aquello de que le acusan, o non; si fuere fallada sospecha contra el.

LEY III.

En que manera, e por quales sospechas, deuen ser tormentados los presos, e ante quien, e que preguntas les deuen fazer mientra los tormentaren.

Fama (1) seyendo comunalmente entre los omes (2), que aquel que esta preso fizo el yerro por que lo prendieron, o seyendole prouado por vn testigo (3) que sea de creer (si non fuere de aquellos que diximos en la ley ante desta, que non sean metidos a tormento), e fuere ome de mala fama, o vil (4), puedelo mandar atormentar el Judgador. Pero deue el estar delante (5) quando lo atormentaren, otrosi el que ha de cumplir la justicia por su mandado, e el Escriuano que ha de escreuir los dichos de los que han a atormentar, e non otro (6). E deuele dar el tormento en

(8) *Preñada.* Adde l. *prægnantis*, D. *de pœnis*, et l. *Imperator*, la 2. D. *de statu homin.* Angelus Aret. in dict. vers. 6. *quæro.* Item neque torquetur intra quadraginta dies post partum, quia tunc est debilis, Bart. in dict. l. *prægnantis*, Bald. in dict. l. *Imperator.* Idem si non reperitur nutrix puero, differtur illatio torturæ, quando et ipsa mulier redderetur inhabilis ad nutriendum puerum, Bald. in dict. l. *Imperator.*

(9) *Alguna carta falsa.* Adde l. *si quis Decurio*, *C. de falsis.* Item limita in crimine læsæ majestatis divinæ, vel humanæ, l. 3. et l. *nullus*, *C. ad leg. Jul. majestat.* et Angelus Aret. in tractat. *malefic.* in parte *che ay tradito la patria*, l. penult. tit. 22. *Partit.* 2. Vide etiam Glossam in constitutione *prosequentes*, regni Neapolitani, quæ ponit casus in quibus positi in dignitate possunt torqueri.

(10) *Llegasse a la honrra.* Sed an deposito officio torqueatur, qui fuit in dignitate? Bartolus vult, quòd non, in l. *milites*, *C. de quæstion.* loquitur tamen Bartolus in syndicatu potestatis, ubi durant reliquiæ præcedentis dignitatis: idem tamen Bart. in l. 1. *C. de advoc. divers. judic.* dicit, quòd advocatus, qui deposuit advocationis officium, adhuc est in dignitate, et non est torquendus: et id per hoc dictum Bartoli et alia tenent hoc Hippolitus à Marsiliis in l. *edictum*, ad fin. D. *de quæstion.*

LEX III.

Præcedente fama delicti communi inter homines contra reum, aut uno teste fidedigno contra eum deponente, probato delicto; si est homo malæ famæ, debet judex in loco secreto, nullo præsente nisi se, et notario ad torturam deputato, ministrisque torquentibus, torqueri facere captum, et judex interroget reum per se; nec dicat designativè interrogando, commisisti tu vel talis, sed generaliter quærat, quid scis de tali maleficio, ne occasionem aliàs mentiendi præstet: et idem debet judex servare in interrogatione delicti cujusvis à carceratis, qui deberent torqueri. Hoc dicit.

(1) *Fama.* Vides hic, quod fama sola de per se sufficit ad torturam; et nil mirum, quia facit semiplenam probationem, ut dixit Gloss. in l. 3. §. *ejusdem*, D. *de testibus*, Gloss. in cap. 1. *de appellation.* debemus tamen considerare illa indicia, et illas præsumptiones, ex quibus fama traxit originem, qualiter urgeant, et secundum qualitatem earum fama sufficiet, vel non, ut magistraliter notat Bartolus in l. *de minore*, §. *plurimum*, pen. col. D. *de quæstionib.* idem dicit Baldus 5. part. *consilior. suorum*, consil. 502. incipit, *quæritur an per solam diffamationem*, ubi dicit, quod tunc ad tormenta venitur per publicam famam, quando publica fama orta et probabilibus causis, ex quibus surgunt indicia ad torturam; et dicitur origo ex probabilibus causis, quæ inducunt populum ad sic credendum, vel dicendum, aliàs non esset fama, sed magis vana vox populi, quæ non debet exaudiri, l. *Decurionem*, *C. de pœnis*, et ideo dicit ipse, sit judex cautùs, nam non credo sufficere probare famam simpliciter, sed cum aliquo indicio legitimo, allegat Bart. ubi suprà, et idem tenet Angel. in l. fin. *C. de quæstionibus*, et Gandin. sub rubr. *de quæstion. et torment.* col. 8. vers. *sed de uno.*

(2) *Entre los omes.* Quæ sit fama, et quæ requirantur ad probationem famæ, et in quo loco debet esse, latè habes per Bartolum in l. *de minore*, §. *plurimum*, D. eod.

(3) *O seyendole prouado por vn testigo.* Sequitur dictum Glossæ in l. 3. *C. ad leg. Jul. majest.* et quæ notat Bartolus in l. fin. D. *de quæstion.* et intellige quando testis deponit de visu, nam aliàs indicium debet probari per duos testes, Gloss. in l. fin. *C. familiæ ercisc.* Quid tamen si unus testis deponit de uno indicio, alius de alio, et alius de alio, an sufficient ad torturam? Vide per Alexandrum consil. 62. ad fin. vol. 3. et intellige istam legem, quando esset iste integer testis; nam aliàs etiam in crimine læsæ majestatis unus testis non sufficeret ad torturam, ut in specie in crimine læsæ majestatis dicit Alexandrum consil. 11. vol. 1. incipit, *circa primam*, et adde Angel. in l. fin. *C. de quæstion.* et in l. *si quis alicui*, *C. ad leg. Jul. majest.*

(4) *O vil.* Vilis dicetur respectu hujus materiæ omnis ille, qui à jure non est privilegiatus, ne torqueatur (ut supra dixit), vel vilis persona dicetur, quæ commisit aliquod grave delictum, l. 1. *C. ubi senator. vel claris.* Bald. in authent. *si dicatur*, in fin. *C. de testibus*, vel supplendum est *maximè*, ut dicit Glos. 15. quæst. 6. in summa; vel fortè ideo dicit, quia si esset homo bonæ famæ, adjuvaret talis bona fama ad elidendum indicia, vel minuendum, l. *non omnes*, §. *à barbaris*, D. *de re milit.* cap. *cum in juventute*, *de præsumption.* et tradit Bald. in l. fin. col. fin. *C. de probat.* Angel. in l. *milites*, *C. de quæstion.* Bart. in l. *desertorem*, §. *sed si ex improviso*, D. *de re milit.* non ergo intelligas, quod ultra indicia, ut quis subjiciatur torturæ, concurrere debeat, quod sit malæ famæ, seu vilis, quia sufficiunt indicia, ut probatur apertè in l. 24. tit 21. *Partit.* 2. ibi: *maguer que fallassen contra el señales, e sospechas*, probatur etiam in l. 10. tit. 11. *Partit.* 3. et ita practicatur.

(5) *Delante.* Non delegatur tortura, sed ipse ordinarius adesse debet, ut hic et dixi supra eod. l. 2.

(6) *Non otro.* Nota benè, et hoc fortè ideo, quia tortura infert injuriam, ut tradit Bald. in l. 1. *C. locati*, et ne

lugar apartado, en su poridad, preguntando el Juez por si mismo en esta manera (7), al que metieren en tormento: Tu, fulano, sabes alguna cosa de la muerte de fulano? Agora di lo que sabes, e non temas, que non te faran ninguna cosa, si non derecho. E non deue preguntar, si lo mato el, nin señalar a otro ninguno (8) por su nome, por quien preguntasse; ca tal pregunta como esta non seria buena, porque podria acaescer, que le daria carrera para dezir mentira. En esta manera misma deuen preguntar a los presos sobre todos los otros yerros, sobre que los ouiessen a atormentar.

LEY IV.

Que preguntas deuen fazer a los presos, despues que fueren tormentados; e quales conoscencias deuen valer, de las que son conocidas por razon de los tormentos, e quales son.

Desque los presos fueren metidos a tormento, segun que de suso diximos, e ouieren dicho lo que supieren sobre aquello por que los atormentaron, e ouieren escrito sus dichos dellos, deuenlos tornar a la prision do solian estar ante que los tormentassen: e maguer que alguno dellos conosciesse, quando lo atormentassen, aquel yerro sobre que lo pusieron a tormento, non le deue porende el Judgador mandar justiciar luego; mas tornenlo a la prision fasta otro dia, e de si fazer que lo adugan otro dia (1) ante el, e dezirle assi (2): Fulano, ya sabes como te metieron a tormento, e sabes que dixiste, quando te atormentauan; agora, que te non atormenta ninguno, di la verdad. E si perseuerare (3) en aquello que ante dixo, e lo conosciere (4),

videatur tortus ita nudus à multis, et quomodo cruciatur in tortura, et ideo cùm tortura fiat in secreto, per indicia, et præsumptiones probatur, quem fuisse tortum, secundum Bald. in l. *si quis in hoc genus*, *C. de Episc. et Cler.* debet enim judex in secreto recipere dictum torti ad similitudinem testis, habet enim tortus similitudinem cum teste, Gandin. tit. de *quæstion.* col. 7. et vide Bart. in l. *custodias*, D. *de pub. judic.* sed contra D. *de adulter.* l. *si postulaverit*, §. *quæstioni*, et §. *jubet*, et Gloss. in l. *legis virtus*, D. *de legib.* ubi quòd advocatus debet esse præsens, et etiam accusator: sed in dicta l. *legis virtus*, hoc solvit Guilliel. de Cug. et Albericus quòd non intelligitur de tortura, quæ fit in secreto, sed quando judex examinat, et cognoscit, et interloquitur, an aliquis sit torquendus, et vide per Gloss. in authent. *de testib.* §. *quia vero multi.*

(7) *En esta manera.* Multùm nota, et tene menti ista verba, quæ ponit ista lex, tu judex cùm torqueri facis aliquem reum, et ne confessionem extorqueas per suggestionem, et adde l. 1. §. *qui quæstionem*, D. eod. et Angelus Aretin. in tract. *malefic.* in parte *fama publica*, circa fin. vers. 3. *sit benè cautus*, ibi cùm dicit, vel dicat et rectius, si aliquod maleficium commiserit, et plus non dicat, neque ulterius interroget, alias fortè ille metu tormentorum inductus illud diceret, quod numquam scivit dicere, vel dicere potuisset, et sic contra jus confessionem haberet ex interrogatione in genere non descendendo ad particularia: cùm reus responderit, videbis an concordet confessio cum dictis testium seu indiciis, ex quibus torquetur; et perpendes, an confessio procedat ex conscientia criminis, vel ex dolore illato, et metu tormentorum; quæstioni fides non est semper adhibenda, l. 1. §. *quæstioni*, D. eod. ubi Alberic. post Oldral. exponit *non semper*, puta quando discordat confessio torti ab indiciis præcedentibus, multum te rogo, judex, ad hoc advertas, ne damnes animam tuam, et ne damnes forsitan innocentem.

(8) *A otro ninguno.* Adde Gloss. et Bart. in l. *prius*, D. *ad Sillan.* limita, et intellige, nisi contra talem alium sit aliqua in specie legitima præsumptio, ut tradit Salicetus in l. fin. *C. de accusat.* vers. *quæro nunc de modo*, et vers. *quæro nunc an cum tormentis.*

LEX IV.

Reus in tormentis confessus, scripta confessione, reducatur ad carcerem, et in crastinum judici præsentetur, et legatur sibi confessio tunc; et si sine tormentis perseveraverit, condemnabitur, nisi ante condemnationem judex fuerit de contrario certificatus, tunc verò absolvetur: si verò negaverit in causa proditionis, falsæ monetæ, furti, rapinæ, repetetur his tortura semel qualibet die; in aliis repetetur semel, et si non confiteatur, absolvitur. Si autem aliter quàm mandant leges, judex torqueat, vel propter inimicitias, aut dono, vel pretio torserit reum, et moriatur, vel membrum amiserit, patietur judex similem pœnam, vel majorem, ejus persona et torti consideratis. Hoc dicit.

(1) *Otro dia.* Approbare videtur opinionem Jacob. But. in l. 2. *C. de custod. reor.* ubi dixit, quòd tortus debet quiescere saltem per unam diem naturalem post torturam, antequam ducatur ad tribunal, ut ratificet. Ista tamen lex non dicit, quòd debeat quiescere per diem naturalem integrum, sed quod die quo tortus est quiescat, et alio die ducetur ad tribunal: unde an debeat per viginti quatuor horas quiescere, vel minus, residebit in arbitrio judicis, secundum qualitatem torti, et tormentorum, ita quòd verisimile sit, quòd tormentorum dolor et metus cessaverit, prout voluit Bart. in l. 1. §. *Divus Severus*, D. *de quæstionib.* et tenuit etiam Angelus Aretin. in tract. *malefic.* in parte *fama publica*, col. penult.

(2) *Dezirle assi.* Nota benè ad ista verba.

(3) *Perseuerare.* Adde l. 1. §. *Divus Severus*, et §. *si quis ultro*, ubi Gloss. D. eod. et l. 5. tit. 13. *Part.* 3. et l. 2. *C. de custod. reor.* et Bartol. in dict. §. *Divus Severus*, et dicunt Doctores, quòd perseverare quis dicitur in confessione, quando perseverat extra loca tormentorum, illa non videns, præsertim si confiteatur coram amicis, Bald. in l. 2. col. 2. *C. quorum appellat. non recip.* et nulla data perseverantia in confessione facta formidine tormentorum, nullam facit talis confessio plenam neque semiplenam probationem, quoniam paribus passibus ambulant, in nullo modo confiteri, et confiteri formidine tormentorum, l. 2. *C. quorum appellat. non recip.* Gandin. sub. rubr. *de quæstion. et torment.* col. 5. vers. *sed pone.*

(4) *Lo conosciere.* Adde l. 7. suprà, tit. proxim. ex hoc videtur, quòd non possit procedere quod dixit Baldus in l. unic. col. 5. *C. de confess.* vers. *sed nunquid*, ubi vult, quòd non requiratur hoc, sed sufficiat, quòd non appellet; et quòd intelligitur perseverare in confessione, si illam non revocat, vel non appellet, nam ut hic vides, exigitur

deuelo estonce judgar (5), e mandar que fagan del la justicia que el derecho manda. Pero si en ante que fagan la justicia del, fallare el Judgador (6) en verdad, que lo que conoscio non era assi; mas que lo dixo con miedo de las feridas, o con despecho que auia porque lo ferian, o por locura, o por otra razon semejante destas, deuelo quitar (7). E si por auentura negasse (8) otro dia, delante del Judgador, lo que conosciera quando lo atormentaron; si este fuesse ome a quien atormentassen sobre fecho de traycion (9), o de falsa moneda, o de furto, o de robo, puedenlo meter a tormento, e aun dos vezes en dos dias departidos. E si lo atormentassen sobre otro yerro (10), deuenlo aun meter otra vez (11)

expressa confessionis approbatio, seu ratificatio. Sed quid si perseveravit, et recognovit, an debeat audiri, si postea dicat se errasse, et corrigere velit errorem? Gandin. sub rubr. *de quæstion. et torment.* col. 5. dicit quòd sic, si dicat se errasse in facto, l. 1. §. *si quis ultro,* D. eod. et l. *error, C. de juris et facti ignor.*

(5) *Estonce judgar.* Adde l. 7. suprà, tit. proximo, non exigitur ergo, quòd detur sibi dilatio ad faciendum defensiones; quod intellige, nisi reus hoc peteret, ut tradit Bald. in l. 2. *C. ut intra certum tempus crimin. quæst. termin.* et facit quòd dixi in glossa proxima: et si fortè ex ipsa confessione constaret sibi competere aliquam defensionem, et requiri super hoc probationem, danda est dilatio, quia satis videtur peti ex quo defensio proponitur et allegatur, et judex etiam ex officio illam debet perquirere, l. 1. §. *si quis ultro*, D. eod.

(6) *Fallare el judgador.* Concordat cum l. 1. §. *si quis ultro*, D. eod. et l. *Divi fratres*, D. *de pœnis*, nam salus hominis tanquam res publica est tuenda, dicit Baldus in l. *cum precum*, *C. de liber. causa*, et si liquet de innocentia, non statur confessioni; non tamen tenetur judex intrincare suum processum refricando in dubio ipsas confessiones, secundum Baldum ibidem.

(7) *Deuelo quitar.* Concordat cum dict. l. 1. §. *si quis ultro*, D. eod. et adverte, quia lex ista non requirit, quòd judex, qui condemnabit, super hoc rescribat Principi, prout voluit Bartolus intelligere in dict. §. *si quis ultro*, imò ipse judex hoc potest facere, quod est singulariter notandum, et vide quæ ibi planè tradit Hippolit. à Marsiliis, 3. charta, col. 4. cum sequent. et per Abb. et Felin. in cap. *consanguinei, de re judic.* et per Bart. in l. fin. D. *de feriis*, ubi allegat dictum §. *si quis ultro*, et ex dictis Abb. in cap. *suborta*, pen. et fin. col. *de re judic.* Tu poteris istam legem Partitarum restringere, et limitare, quando ex notorietate facti constaret sententiam esse injustam, tunc enim ipse judex citra Principem poterit ex juxta causa supervenienti retractare sententiam; cùm enim notoriè constet de injustitia non est quid ultra debeat sperari: si verò non ita evidenter constet, tunc constito per aliquas probationes de innocentia rei, debeat rescribi Principi, et supersederi in executione pœnæ, præsertim corporalis; si enim in omni casu hæc potestas judici daretur rescindendi suam sententiam, daretur materia malignandi, et testes corrumpendi; vide ibi per Abb.

(8) *E si por auentura negasse.* Aliquando tamen non prodesset talis negatio, et revocatio confessionis factæ in tortura, si adhuc essent talia indicia, quæ conjuncta cum confessione quamquam extorta inducant indubitabiliter veritatem, ita singulariter dicit Baldus in l. fin. parum post principium, *C. de probationibus*; quod dicit tenendum menti, nisi revocans probaret contrarium, vel clarè per indicia contraria evidentia; et ut apparet ex dictis Baldi in præcedentibus, videtur loqui quando erant indicia contra reum indubitata: contra Baldum tamen est quod notat Albericus in l. *edictum*, D. *de quæstion.* dicens, quòd si contra aliquem fuit plenè crimen probatum, et ille subjiciatur nihilominus torturæ, in qua stet constans, et neget, quòd videtur per tormenta purgatus; et Albericum sequi videtur ibi Hippolitus à Marsiliis, qui alios allegat: dicit tamen Albericus ibi, quòd fatuus est judex, qui torquet super criminibus plenè probatis; et rectè dicit in hoc, quia ad tormenta in subsidium devenitur, si aliæ scilicet probationes deficiant, ut in dict. l. *edictum*; sed dictum principale Alberici fortè non est verum, quia non debuit esse in potestate judicis per hanc viam excludere legis dispositionem, et probationes, ex quibus poterat reus damnari, l. *qui sententiam, C. de pœnis*, et quia licèt reus perseveret negando, tamen si crimen per testes est probatum, debet damnari, Bald. in cap. *ad nostram*, *de probationibus*, et magis in specie ad nostrum propositum in l. 1. in fin. *C. de juramento calumniæ*; quando verò non esset plenè probatum, verius et tutius videtur, quòd tunc repetatur tortura, ut hic subditur: et sic dicit idem Baldus in l. *in bonæ fidei, C. de rebus creditis*, col. 3. vers. *Item quæro*, quòd ex confessione facta in tormentis, licèt postea revocetur, remanet semiplena probatio, secundum Glossam in l. 2. *C. de custod. reor.* et ideo nisi revocans probet contrarium, compellitur perseverare in confessione per repetitionem tormentorum; et dicit ad hoc facere quæ notat Innocentius in cap. *per inquisitionem*, *de elect.* Bartolus etiam in l. *unius*, §. *reus*, D. eod. dicit, quòd quando contra reum apparent indicia manifesta evidentiora et multum urgentia, si in prima tortura reus nihil dixit, et stat durus, poterit iterum torqueri, et idem quando confitetur in prima tortura, et non perseverat, et idem vult Salic. in dict. l. 2. *C. de custod. reor.* col. fin. vers. *quæro tunc si reductus ad acta, neget, etc.* et istud videtur tenendum, sive indicia sint de illis, quæ dicuntur indubitata, et esset casus in quo debeat imponi pœna corporalis, nam ex aliis non potest corporaliter damnari, et sic opus est repetitione torturæ, ut tradit latè Hippol. à Marsiliis in l. *repeti*, D. *de quæstion.* col. 4. 5. et 6. sive sint alia indicia sufficentia ad torturam primam; nam si confessus fuit in tormentis, et postea neget, repetitur tortura, ut hic, et dicunt Doctores ubi suprà, et Gandin. sub rubr. *de quæstion. et torment.* col. 5. versic. *sed pone, quod aliquis in tormentis.*

(9) *De traycion.* Non memini legem juris communis facientem istam distinctionem delictorum, in quibus bis repetatur tortura; facit tamen textus in authent. *ut judices sine quoquo suffragio*, cap. 10. versic. *oportet enim*, quem allegat Gandinus sub rubric. *de quæstion. et torment.* col. 4. ad fin. ibi: *assessores tamen*; qui textus non loquitur de iteratione torturæ, sed de continuatione, ut declarat Alberic. in l. *repeti*, D. eod. et ideo tu multùm nota istam legem, et facit l. *edictum*, D. eod.

(10) *Otro yerro.* In omnibus criminibus locum habet tortura, ut tradit Alberic. in l. *edictum*, D. eod. et l. *ex libero*, Gloss. et Bald. in l. 1. *C.* eod. Gloss. in cap. *non solent*, 2. quæst. 6. imo et in causa civili habet locum, si habeat delictum annexum, ut in cap. 1. *de depos.* ubi Joan. de Imol. unde consuluit Socin. consil. 219. incipit, *circa primam difficultatem*, quòd in causa usurarum locus sit torturæ; fortè tamen esset dicendum, quòd in causa criminali levi locus non sit torturæ, per textum expressum in l. *edictum*, D. eod. et quæ dicantur delicta gravia vel levia, vide per Bartol. in l. *non solum*, §. *si mandato*, D. *de injuriis*, et Joannem de Platea in l. *si gravius*, *C. de dignitatibus*, lib. 12.

(11) *Otra vez.* Ex ista lege nota, quòd regulariter exceptis delictis (de quibus suprà) judex tantum semel potest repetere torturam, quando in prima confessus non perseveravit. Quid autem si in prima negavit, an possit repeti tortura? Et dicendum est, quòd si fuit sufficienter tortus, et nihil est confessus, non sit iterum torquendus, quia ex negatione purgata sunt indicia; nisi superveniant alia indicia nova validiora primis, nam tunc repetitur tortura, l.

a tormento; e si estonce non conosciesse (12) el yerro, deuele el Judgador dar por quito (13), porque la conoscencia que fue fecha en el tormento, si non fuere confirmada despues sin premia, non es valedera. E si algun Judgador atormentasse algun ome, si non en la manera que mandan las leyes deste nuestro libro, o si lo metiesse maliciosamente a tormento, por enemistad que aya contra el, o por don, o por precio, quel den aquellos que lo fizieron prender, o por otra razon qualquier; si del tormento muriere, o perdiere miembro por las feridas, deue el Judgador que lo mando atormentar, recebir otra tal pena, como aquella que fizo dar (14) a aquel, o mayor, catando la persona que fue assi atormentada, e la del Judgador que lo mando assi fazer.

LEY V.

Quando el Judgador ouiere a mandar tormentar, a muchos, a quales dellos deuen tormentar primero.

Quando alguno de los Judgadores ouiere de atormentar a muchos, por razon de algunos malos fechos, que sospechasse que fizieran, primeramente deue començar (1) a atormentar al menor de dias, o al que fue criado mas viciosamente; porque mas ayna (2) puede saber la verdad por este atal, que por los otros: e de si, deue tormentar a todos los otros, e a cada vno dellos apartadamente, de guisa, que non pueda ninguno oyr, nin entender, lo que dixere aquel a quien atormentan. E los dichos de cada vno dellos deuenlos fazer

unius §. *reus*, D. eod. et tandem est omnium Doctorum communis opinio, prout attestatur Hippol. à Marsiliis in l. *repeti*, D. eod. col. 2. quòd leviter tortus potest repeti in tormentis, ut sufficienter torqueatur; sed si fuit tortus sufficienter, et duravit in negatione, tunc non poterunt repeti tormenta, nisi supervenientibus novis indiciis.

(12) *Non conosciesse.* Quid si confessus est in secunda tortura, et ductus ad tribunal iterùm negat, an repeti debeat tortura? Videtur quod sic, ex his quæ dixi suprà in gloss. super verbo *negasse.* Quid tamen si iterum tortus confitetur, et postea negat, an et sit repetenda tortura? Et videtur quòd non sit repetenda hoc casu tortura ultra tertiam vicem computata prima, ex his quæ notat Angel. in l. fin. *C. de quæstion.* et Paul. de Cast. vol. 2. consil. 299. incipit, *visa inquisitione*, col. fin. et latè Paris de Puteo in tract. *syndicatus*, fol. 123. col. 4. cum sequent. in vers. incipienti, *viso de repeti. tortur.* et Hippol. in l. *repeti*, num. 14. D. *de quæstion.* et num. 15. relaxabitur ergo tunc sub fidejussoribus.

(13) *Dar por quito.* Adde l. 26. suprà, tit. 1. ead. *Partit.* et quæ ibi dixi.

(14) *Aquella que fizo dar.* Non intelligas, quod judex qui illicitè et de facto aliquem torquere fecit, debeat similiter et judex ipse torqueri, quia ut dicit Baldus in rubr. *C. de pœna jud. qui male jud.* vers. *quæro qualiter*, non reperitur jure cautum, quòd tortura alicui imponatur pro finali pœna delicti; sed vult dicere in hoc lex ista, quòd si tortus moriatur ex tormentis, judex damnetur ad mortem; si membrum perdidit, judex similiter damnetur ad abscisionem, vel mutilationem membri, et durius, si id judici videatur. Sed quid si tortus non perdidit vitam, vel membrum, qua pœna tunc punietur, ista lex non apperit; Baldus in l. *Decuriones*, *C. de quæstion.* inducit illam legem quòd de quacumque tortura, quam dolo malo judex fecit, et sine causa, sit pœna capitalis, qui et dixit in l. 1. *C. de prio. carcer.* quòd plus est torquere, quàm in privato carcere retinere, l. 1. *C. de custod. reor.* sed pœna privati carceris est pœna mortis, ut suprà tit. 29. l. fin: igitur ita et et judex punietur: et de isto dicto Baldi fecit mentionem Angelus Aretin. in tract. *malefic.* in parte *fama publica*, col. 18. ad fin. idem vult Angelus in dict. l. *Decuriones*: et istam opinionem dicit videri magis communem Hippol. à Marsiliis in l. *quæstionis modum*, D. eod. Baldus tamen in dict. rubr. *C. de pœna jud. qui male jud.* dicit, quòd talis judex puniatur pro motu judicis, et teneatur actione injuriarum, et Salicetus in l. fin. illius tit. et istud videtur tenendum, quia si lex ista Partitarum in casu, quo dolo malo judicis fit tortura, de facto non imponit pœnam capitalem, nisi quando tortus moritur ex tormentis, patet clarè ex ea, quòd ubi reus non fuit mortuus, neque membrum perdidit, quòd non punietur capitaliter, sed arbitrio judicis, attenta qualitate personæ judicis et torti, ut et hic habes, et adde l. penult. *C.* eod. Sed quid si judex licitè jubet torquere, sed excedit modum, ita quod tortus moritur, vel debilitatur? Dic, quod tenebitur judex, ut in l. *aut damnum*, §. 1. D. *de pœnis*, Bartol. in dict. l. *questionis modum*: et si dolosè judex in hoc excessit, tenebitur pœna legis Corneliæ *de siccar.* si tortus moriatur, l. antepenult. D. *ad leg. Jul. repet.* si vero non fecerit dolosè, sed culpabiliter, punietur pro modo ipsius culpæ, et in dubio excessus est adscribendus potiùs culpæ, quàm dolo, secundum Salicet. in l. *Gracchus*, *C. de adulter.* et vide per Baldum in l. 3. eod. tit. et per Joan. de Plat. in l. *nemo carcerem, C. de exact. tribut.* lib. 10. col. 2. et per Baldum in l. unic. col. 6. *C. de confess.* et in l. 1. *C. de emendat. servor.* per Felinum in cap. *cum non ab homine*, in fin. *de judic.* Et adverte, quod si judex servavit modum in tortura, sed tortus debilitate naturæ sustinere non potuit, cùm aliud sit aliis mortiferum, alii non; tunc non tenetur judex; cùm enim adhibuerit tormenta juris permissione, ex quibus aliqui deficere solent, ut habetur in dict. l. *aut damnum*, §. 1. judex non peccavit, secundum Jacobum de Arena et Alberic. in dict. l. *aut damnum*, §. 1. quod limita, nisi judex cognovisset, vel cognoscere debuisset debilitatem torti, cùm tunc judex non servet modum, ut in dict. l. *quæstionis modum.*

LEX V.

Cùm plures sunt torquendi, incipiatur à minori ætate, vel à creato in deliciis, quia citius eruetur veritas ab eo: et quilibet ad partem torqueatur, ne alterius dicta perpendere possit; et dicta torti uniuscujusque in ea forma per omnia quæ dixit, non unum pro alio ponendo, scribantur: et cavere debet judex ne sit in tortura ita crudelis, quòd ex ea mors vel membri mutilatio sequatur. Hoc dicit.

(1) *Deue començar.* Concordat cum l. 1. §. *unius*, in princ. D. eod.

(2) *Porque mas ayna.* Melius enim elicitur veritas à pueris, quàm à senioribus, secundum Salomon. Vide Glos. in cap. 1. 14. quæst. 2. et in deliciis educati non ita sustinent tormenta, sicut alii robusti, et duri. Item si sunt torquendi pater et filius, incipiendum est à filio in conspectu patris, quia pater magis veretur de filio, quàm de se ipso, l. *isti quidem*, D. *quod metus causa*, et in §. fin. *Institut. de noxal.* item fœmina, citius torquenda est, quàm masculus, quia homo ut majoris constantiæ tardius confitetur, et mulier citius, ut tradit Gandin. sub rubr. *de quæstion. et torm.* col. 2. licèt aliquando in contrarium evenit juxta illud Juvenalis: *fortem animum præstant rebus, quas turpiter audent.* Item dicit Gloss. in l. *nihil interest*, D. *de adulter.* quòd mulier patitur majora vulnera quàm masculus; et si non est verisimile magis de uno quàm de alio,

:

escreuir en la manera que los dixeren, non cambiando ende ninguna cosa: e deuenlos fazer tormentar mesuradamente (3), de manera, que por las feridas que les den, se mueuan a dezir la verdad; todavia guardando que las feridas sean atales, que non mueran porende, nin finquen lisiados.

LEY VI.

Porque razones pueden tormentar al sieruo, que diga testimonio contra su Señor.

Si ouieren a algun ome acusado sobre algun yerro, que le pusiessen que auia fecho, non puede el Juez meter a tormento al sieruo (1) del acusado, que diga testimonio contra su señor, nin contra su señora: nin al que afforrado (2) ouiesse, nin al que ouiesse seydo su sieruo en ante (3), maguer lo ouiesse vendido; fueras ende en casos señalados. El primero es, si el señor fuesse acusado que ouiesse fecho adulterio (4) con muger de otri, o si acusassen otrosi a la señora, que auia fecho adulterio con algun ome. El segundo es, si fuesse acusado que ouiesse fecho engaño en las rentas del Rey, seyendo Almoxarife, o auiendolas a recabdar por el como cogedor (5), o en otra manera. El tercero es, si fuesse acusado que ouiesse fecho alguna traycion (6) al Rey, o contra su persona, o contra su Señorio; o que se auia trauajado de la fazer. El quarto (7) es, si el marido fuesse acusado de muerte de su muger, o la muger de muerte de su marido. El quinto es, si dos omes tuuiessen vn sieruo de consuno, e fuesse acusado alguno dellos, que se trabajaua de muerte del otro (8). El sexto (9), quando algun ome fuesse acusado que matara a aquel que lo establesciera por su heredero, o a aquel que auia de otra guisa derecho de heredar; ca el su sieruo bien lo podrian meter a tormento, que dixesse la verdad contra el. El septimo es, si alguno fuesse acusado de falsa moneda (10). Ca, en qualquier destos casos sobredichos, fallando el Judgador señales ciertas contra los señores (11), bien puede meter a tormento los sieruos dellos, que digan lo que supieren; e aun lo que dixeren quando los atormentaren, ha menester que lo conozcan despues sin tormento (12). E en otro caso ninguno, fueras ende en estos casos sobredichos, non puede meter a tormento a ningun sieruo, que diga testimonio contra su señor, maguer fallasse (13) algunas señales ciertas contra el: nin otrosi non deue ser cabido lo que testimoniare el sieruo sin tormento, assi como dizimos en el titulo de los Testigos (14).

casu quo plures sunt torquendi, incipiendum est à magis suspecto, secundum Bart. per textum ibi in dict. l. 1. et vide per Hippolit. ibi alia tradentem in fin. col. princ. illius l.

(3) *Mesuradamente.* Concordat cum l. *quæstionis modum*, D. eod. et l. *de minore*, §. *tormenta*, et adde quæ dixi suprà l. proxima, in glos. fin.

LEX VI.

Non est servus contra dominum torquendus, vel libertus contra patronum, aut qui ante servus fuerat, nisi in septem casibus. Primus, in casu adulterii per dominum, vel dominam perpetrati. Secundus, in casu fraudis in Regis reditibus per collectorem commissi. Tertius, in causa proditionis. Quartus, si conjux in conjugis mortem laboravit. Quintus, si est servus communis, et unus dominorum de alterius morte tractavit. Sextus, si hæres de morte testatoris accusatur, vel alius successor. Septimus, in accusatione falsæ monetæ; et tunc non creditur isti servo sine tormentis, et perseverantia spontanea post depositionem sequutam. Hoc dicit.

(1) *Al sieruo.* Adde l. 1. §. *si servus*, et l. *ex libero*, §. fin. D. eod. et *C.* eod. l. 1. et l. *servos*, et l. 13. tit. 16. *Partit.* 3. servus tamen mariti benè torquetur contra uxorem, ut in dict. l. 1. §. *servum mariti.* Item servus universitatis torquetur in caput singulorum, dict. l. 1. §. *servum communem*, D. eod.

(2) *Aforrado.* Adde dictum §. *si servus*, et l. *pridem*, *C.* eod.

(3) *En ante.* Adde l. *unius*, §. *servum*, D. eod. secùs si bona fide mihi servivit, secundum Azon. *C.* eod. in summa, col. fin.

(4) *Adulterio.* Adde l. 3. *C. ad leg. Jul. de adulter.* et l. *extraneo*, in princ. D. *de quæstion.* et *C.* eod. l. 1. in causa tamen stupri vel incestus non torquetur servus contra dominum, l. *in incestu*, D. eod. et Glos. in dict. l. *extraneo.*

(5) *Cogedor.* Istud est, quod dicitur in dict. l. 1. *C.* eod. fraudati census.

(6) *Trayzion.* Adde l. 1. *C.* eod. et D. *ad leg. Jul. majestat.* l. penult. et fin.

(7) *El quarto.* Adde l. fin. *C. ad leg. Corn. de siccar.*

(8) *Del otro.* Adde l. *hoc quod placet*, *C.* eod. et D. eod. l. *extraneo*, §. 2. vers. *quod congruit.*

(9) *El sexto.* Adde l. *et si percussor*, §. 1. D. *ad Sillan.*

(10) *Moneda.* Nota hunc casum, quia non est de enumeratis per Glossam in dict. l. 1. *C.* eod. et non memini de lege juris communis, qua hoc caveatur; fortè ideo hic posuit, quia istud crimen falsæ monetæ est crimen læsæ majestatis, ut in l. 1. ad fin. suprà, tit. 2. hujus Partitæ, et ibi dixi.

(11) *Contra los señores.* Nota benè, quia neque his casibus torquetur servus contra dominum, nisi præcedant indicia, et approbatur opinio Glossæ, quæ est communis, in dict. l. 1. *C.* eod. et tradit Bart. in l. *Divus*, D. eod. Salicet. in dict. l. 1. et l. *neque si mors*; licèt Azon. voluit contrarium, *C.* eod. in summa, et Gloss. in cap. *quæstionem*, 12. quæst. 2. et vide quæ dixi in l. 13. tit. 16. *Part.* 3.

(12) *Lo conozcan despues sin tormento.* Nota hoc, et adde l. *si postulaverit*, §. penult. D. *de adulter.* Bald. in l. fin. *C. de quæstion.*

(13) *Maguer fallasse.* Adde Gloss. in dict. l. 1. *C.* eodem.

(14) *De los testigos.* L. 13.

LEY VII.

Como deuen tormentar a los sieruos, e a los siruientes de casa, por saber verdad.

Segura (1) non puede ser casa de ningun ome, si los siruientes del non guardaren al señor della, de si mismos, e de los estraños de fuera. E porende dixeron los Sabios antiguos, que quando el señor es muerto por fuerça (2) en su casa, quier de noche, quier de dia, que sus sieruos, o sus siruientes, que moraron con el en el logar a essa sazon, deuen ser atormentados (3), porque pueda ser sabida la verdad, quien fueron aquellos que lo mataron. Esso mesmo deue ser guardado, si las mugeres, o los fijos (4) fueren fallados muertos en la casa. Pero si los sieruos, o los siruientes, que morauan con aquel que fue assi muerto, fuessen menores de catorze años, estonce non los deuen atormentar cruelmente, mas deuenlos espantar (5), amenazandolos de los ferir con algunas correas, o feriendolos vn poquillo, porque puedan saber la verdad dellos. E esto que diximos en esta ley, se entiende de los sieruos que morauan en aquella cohita (6) de casas, do fallaron muerto a su señor, o tan cerca della, que podian oyr las bozes del señor, de aquel logar do estauan.

LEY VIII.

Como puede el Judgador mandar tormentar al testigo, si viere que va desuariando en sus dichos.

Aducho seyendo algun ome para testigo delante el Judgador para firmar sobre algund fecho, si el Judgador entendiere, que anda desuariando (1) en sus dichos, e se mueue maliciosamente para dezir mentira; desque entendiere esto, bien lo puede meter a tormento (2); porque diga la verdad, e que se non cambie della en ninguna manera. Fueras ende, si fuere de aquellas personas, que de suso diximos (3), que non deuen ser atormentadas.

LEX VII.

Si dominus in sua domo occidatur, habetur quæstio ad sciendum quis commisit, de servis secum manentibus, morantibus, et interessentibus; aut ita distantibus, quod audire poterant voces: idem si occiditur domini filius aut uxor: sed minor quatuordecim annorum non torquetur, sed cum corrigia, ut dicat veritatem, leniter percutitur. Hoc dicit.

(1) *Segura.* Concordat cum l. 1. in princ. D. *ad Sillan.* et adde l. 5. tit. 21. *Part.* 4. et l. fin. tit. 8. suprà ead. *Part.*

(2) *Muerto por fuerça.* Adde dict. l. 1. §. *occisorum*, D. *ad Sillan.*

(3) *Atormentados.* Vide in dict. l. 1. in princ. et in l. *prius*, eod. tit.

(4) *Mugeres o los fijos.* Adde dict. l. 1. §. *domini*, et §. *si vir.*

(5) *Espantar.* Adde dict. l. 1. §. *impuberi*, eod. tit.

(6) *Cohita.* Id est, tecto, ut in l. 1. 1. respons. et §. *hoc autem*, D. *ad Sillan.* ubi et vide qualiter hoc accipiatur.

LEX VIII.

Testem variantem, si est vilis, potest judex tormentis subjicere, nisi sit talis persona, quæ non debeat de jure torqueri. Hoc dicit.

(1) *Desuariando.* Concordat cum l. *ex libero*, in princ. D. eod. ubi vide Bart. quem etiam vide in l. 1. §. *qui quæstionem*, eod. tit. et per Alexand. consil. 63. 1. volum. ubi de variante extra judicium, et in judicio: et nota, quod etiam delegatus Principis potest torquere testem coram se vacillantem, secundum Bald. in cap. 1. column. 2. *si de investit. inter domin. et vassal.* et in l. *imperium*, in repet. col. 4. D. *de jur. omn. judic.* ubi dicit, quod alius delegatus hoc non posset, sed remittere debeat eum ordinario. De clerico vacillante, an torqueatur, vide gloss. in cap. penult. 5. quæst. 5. ubi et per Archidiac. et 15. quæst. 6. in summ. et quando dicatur testis vacillare, vide per Bald. in l. *Præsbyteri*, *C. de Episc. et Cleric.* qui dicit hoc judicis arbitrio relinquendum, neque sufficiet solus pallor vultus vel trepidatio: et dicit Aberic. in dict. l. *ex libero*, quòd testis dicitur vacillare, quando dubitativè dicit dictum suum, allegat 4. quæst. 3. cap. 1. §. 1. Et an cùm debet torqueri testis, oportet prius disputari super iudiciis? Vide per Bart. in l. *unius*, §. *testes*, D. eod. qui dicit, quòd non, quando indicia comprehenduntur ex dictis, quæ causam principalem tangunt: et idem in teste vacillante vult Baldus in l. *milites*, *C.* eod. et vide per Angelum Aretin. in tractat. *malefic.* in parte *comparuerunt dicti inquisiti*, col. 2. et quando testes debent torqueri, sufficit, quòd torqueantur duo vel tres factum scientes, nam refrænanda est tortura, Bald. in l. *data opera*, col. 8. *C. qui accusar. non possunt.* Similiter si est præsumptio contra testem, quòd sciat veritatem facti, et eam non dicit, potest torqueri in criminalibus, secundum Baldum, post Glossam ibi in l. *verba*, *C. de adulter.* et ibidem, quòd si testis sine tormentis dicit unum, et postea tortus aliud, quòd tenet secundum dictum, et non primum, l. *si postulaverit*, §. penult. D. *de adulter.* De testibus autem vilibus, quando torqueantur, vide per Bart. in authent. *de testibus*, §. *si verò ignoti*, collat. 7. et quòd testis tortus debeat ratificare dictum suum, vide suprà eod. in l. 6. Et quid si liber homo variet in causa civili, vide per Bart. in l. *Divus*, in princ. D. eod. et Gloss. in dict. l. *ex libero*, quæ dicit, quòd sit torquendus, sicut et in criminalibus: et idem vult ibi Bart. et Albericus; et quod in contrarium ibi dicit Hippol. à Marsil. non est verum, et fortè inadvertenter in hoc loquutus est.

(2) *A tormento.* Testis tortura non debet esse nimis aspera, neque nimis levis, sed moderata, vide Bald. in l. fin. *C.* eod.

(3) *Diximos.* Suprà eod. l. 2. et nota benè: et facit, quòd clericus, licèt vacillet, non torqueatur, cùm clericus, nisi sit diffamatus, non torqueatur, ut ibi dixi: vide quæ dixi suprà ead. l. in gloss. 1. et quæ tradit Episcopus Calagurritanus in *sua praxi criminali*, §. 117. ad fin. ubi vult, clericum, etiamsi non sit Presbyter, in testimonio vacillantem non posse torqueri, contra Baldum et Albericum in l. *Presbyteri*, *C. de Episcop. et Cleric.*

LEY IX.

Quales personas non deuen ser atormentadas, para que digan testimonio contra otro.

Personas ciertas son a quien non pueden apremiar que vengan dezir testimonio contra otro, en pleyto que pueda venir muerte o perdimiento de miembro, si ellos de su voluntad, e sin ninguna premia, non quisieren venir a dezir lo que supieren sobre aquel fecho, por que ouiessen a dar testimonio. E son estos: todos los parientes que suben, o descienden por la liña derecha, fasta el quarto grado (1). Otrosi los de la liña de trauiesso, fasta en esse mismo grado. E pues que a ninguno dellos non pueden apremiar que vengan a dar testimonio contra tales parientes, mucho menos los pueden meter a tormento (2) que digan contra ellos. Esso mismo dezimos, que non pueden apremiar, nin meter a tormento, a la muger, que de testimonio contra su marido, sobre tal pleyto como sobredicho es, nin el marido contra su muger, nin el suegro, nin la suegra, contra sus yernos, nin las nueras contra ellos, nin los padrastros, nin las madrastras, contra sus entenados, nin los entenados contra ellos, nin los aforrados contra los que los aforraron, nin contra sus mugeres, nin contra los padres dellos, nin los que los aforraron contra los aforrados, nin contra sus fijos; assi como diximos en el titulo de los Testigos (3).

TITULO XXXI.

DE LAS PENAS.

Escarmentados deuen ser los omes por los yerros que fazen, assi como diximos en las leyes de los titulos ante deste: e porque los que yerran, non son todos eguales, e los yerros que fazen, acaescen en departidos tiempos, por que por fuerça se han de crescer, e de menguar, las penas; porende, pues que en los titulos ante deste fablamos de todos los malos fechos que los omes fazen, por que merescen rescebir pena de tormentos, e de las penas de cada vno dellos; queremos aqui dezir en general de las Penas, que son gualardon, e acabamiento de los fechos malos. E mostrar, que cosa es Pena. E quantas maneras son della. E quien la puede dar, e a quien, e quando, e en que manera. E por que razones la pueden crescer, o menguar, o toller del todo.

LEY I.

Que cosa es Pena, e porque razones se deue mouer el Juez a darla.

Pena (1) es emienda de pecho, o escarmiento, que es dado segun ley a algunos, por los yerros que fizieron. E dan esta pena los Judgadores a los omes, por dos razones. La vna es, porque resciban escarmiento de los yerros que fizieron. La otra es, porque todos los que lo oyeren, e vieren, tomen exemplo (2) e apercibimiento, para guardarse que non yerren, por miedo de las penas. E los Judgadores deuen mucho catar, ante que den la pena a los acusados, e escodriñar muy acuciosamente el yerro, sobre que la mandan dar; de manera, que sea ante bien prouado (3) e catado, en que guisa fue fecho el yerro; ca si el yerro fue fecho a sabiendas, deuese escarmentar assi como mandan las leyes deste libro. E si auiniere por culpa de aquel que lo fizo, deue rescebir menor escarmiento: e si fuere por ocasion, non deue recebir ninguna, segund diximos en el titulo de los Omezillos, e en los otros que fablamos en esta Setena Partida.

LEY II.

Como el ome non deue rescebir pena por mal pensamiento que aya en el corazon, solo que non lo meta en obra.

Pensamientos malos vienen muchas vezes

LEX IX.

Non possunt compelli ad ferendum testimonium contra alium in causa mortis, vel membri mutilationis, nec per consequens possunt ad testificandum torqueri ascendentes, vel descendentes usque ad quartum gradum, et collaterales usque ad eumdem. Conjux, socer, gener, nurus, privignus, vitricus, libertus contra patronum, aut ejus uxorem, aut parentes, patronus contra liberum, et ejus filios. Hoc dicit.

(1) *Fasta el quarto grado.* Adde l. 11. tit. 16. 3. *Partit.* et vide quæ ibi dixi.

(2) *A tormento.* Concordat cum l. 1. §. *si seruus bona fide*, D. *de quæstion.* usque ad §. *seruum mariti.*

(3) *En el Titulo de los Testigos.* Vide in l. 10. 11. et 15. tit. 16. 3. *Partit.*

TITULUS XXXI. DE PŒNIS.

LEX I.

Pœna est emendatio pecuniaria, aut corporalis delictorum, quam possunt infligere judices, ut delinquentes puniantur, et cæteris sint exemplum: et est pœna imponenda probato delicto, et regulanda pro modo illius. Hoc dicit.

(1) *Pena es.* Prosequitur diffinitionem Azon. in summa, et Gloss. D. eod. in rubr.

(2) *Exemplo.* Adde quæ dixi in principio istius Partitæ 7.

(3) *Bien prouado.* Adde *C.* eod. l. *qui sententiam*, et l. final. *C. de probat.*

LEX II.

Perpetratur delictum facto, verbis, scripto, aut consi-

en los coraçones de los omes, de manera que se afirman en aquello que piensan, para lo cumplir por fecho. E despues asman, que si lo cumpliessen que farian mal, e arrepientense, e porende dezimos, que qualquier ome que se arrepiente del mal pensamiento, ante que començasse a obrar por el, que non meresce pena (1) porende; porque los primeros monimientos de las voluntades non son en poder de los omes. Mas si despues que lo ouiesse pensado, se trabajasse de lo fazer, e de lo cumplir, començandolo de meter en la obra, maguer non lo cumpliesse de todo, estonce seria en culpa, e meresceria escarmiento, segund el yerro que fizo, porque erro en aquello que era en su poder, de se guardar de lo fazer, si lo quisiera: e esto seria como si alguno ouiesse pensado de fazer alguna traycion (2) contra la persona del Rey, e despues començasse en alguna manera a meterlo en obra; assi como fablando con otros, para meterlos en aquella traycion que auia pensado el; o faziendo jura, o escripto con ellos; o començandolo a meter por obra en alguna otra manera semejante destas, maguer non lo ouiesse fecho acabadamente. Esso mesmo seria, si viniesse en voluntad a algun ome, de matar a otro, si tal pensamiento malo como este començare a lo meter por obra, teniendo alguna ponçoña aparejada (3) para darle a comer, o a beuer; o tomando algund cuchillo, o otra arma, yendo contra el para matarlo; o estando armado, assechandolo (4) en algund logar, para darle muerte; o trabajandose de lo matar en alguna otra manera semejante destas, metiendolo ya por obra; ca, maguer non lo cumpliesse, meresce ser escarmentado assi como si lo ouiesse cumplido, porque non finco por el de lo cumplir, si pudiera. Otrosi dezimos, que si alguno pensasse de robar, o forçar alguna muger virgen (5), o muger casada, e començasse a meterlo por obra trauando de alguna de-

lio, non autem cogitatione; ideo cogitationis pœnam nemo meretur; sed si ad actum processerit, ut quia in proditione processit ad factum aut dictum; vel in homicidio ad factum, ut potiones parando, vel arma ad hoc capiendo; seu rapuit mulierem, licèt carnaliter non cognovit, aut manus ad hoc in eam injecit, perinde punitur, ac si complevisset. Hoc dicit.

(1) *Non meresce pena.* Concordat cum l. *cogitationis*, D. eod. et *de pœnitent.* dist. 1. cap. *cogitatio*, et adde l. *qui ea mente*, et ibi Bartol. D. *de furtis*: et §. *si voluerit*, et ibi Bald. *de capitaneo qui curiam vendid.* Gloss. in cap. *quia præsulatus*, 1. quæst. 4. et l. 1. *C. de mutril.* lib. 11. et de constitutione militantis Ecclesiæ, an liget omnino occulta? Vide glossam singularem in Clem. 1. in verbo *eo ipso*, *de hæret.* quæ dicit, quòd sic; quam limita et intellige, quando tale crimen omnino occultum exiit in opus exterius, nam si tantum stet in cogitatione, non ligaretur quis ex constitutione, secundum Pet. de Pal. in 4. *sententiarum*, et Hostiens. in cap. *mulieres*, *de sentent. excom.* voluit Gloss. in cap. *cum quis*, *de sentent. excommunicat.* lib. 6. et ut dicit S. Thom. 1. 2. quæst. 91. art. 4. de his potest homo legem facere, de quibus potest cogitare; judicium autem hominis non potest esse de interioribus motibus, qui latent, sed solùm de exterioribus, qui apparent: et tantum ad perfectionem virtutis requiritur, quòd in utriusque actibus homo rectus existat, et ideo lex humana non potuit cohibere, et ordinare sufficienter interiores actus, sed necessarium fuit, quòd ad hoc superveniret divina: ista sunt verba S. Thomæ.

(2) *Traycion.* Concordat cum l. *quisquis*, in princ. *C. ad leg. Jul. majestat.* Adde textum cum glossa, et ibi Abb. in cap. *tua nuper*, *de his quæ fiunt à Prælat. sine consensu capit.* et Baldus in l. *adversus*, *C. de furtis*, Alex. in *addition. ad Bart.* in l. *utrum*, D. *ad leg. Pomp. de parricid.*

(3) *Ponçoña aparejada.* Adde l. 12. tit. 8. ead. *Partit.* et quæ ibi dixi.

(4) *O estando armado, assechandolo.* Concordat cum l. *is qui cum telo*, *C. ad leg. Corn. de sicar.* et l. 1. §. *Divus*, D. eod. Adverte tamen, quòd Specul. tit. *de accusatore*, col. 5. vers. *quid si primo*, dicit, quòd de consuetudine, licèt dicatur quis occidendi animo percusisse, non punitur morte, argumento l. *aut facta*, §. penult. D. *de pœnis.* Bart. etiam in dict. §. *Divus.* Alexand. consil. 140. *videtur in casu, etc.* 2. vol. et consil. 45. *viso processu inquisitionis*, col. 2. 1. vol. Loquuntur tamen isti Doctores respectu consuetudinis Italiæ, quæ orta fuit à statutis illarum partium disponentibus, si quis homines dolo occideret, puniatur pœna mortis; intelliguntur enim statuta effectualiter sequuta morte, non aliàs, quia statuta requirunt casum verum, et non fictum, l. 3. §. *hæc verba*, et ibi Bart. D. *de negot. gestis*, unde additionator Baldi in dict. l. *is qui cum telo*, dicit, quòd si judex in casu dictæ l. *is qui cum telo*, velit punire conatum, poterit, non ex forma statuti, sed secundum jus commune. Non potest tamen negari, quin hæc lex Partitarum, et aliæ de quibus sumpta est, sit nimis rigorosa; et ideo alia lege Ordinamentorum istius regni rigor iste temperatus est, ut patet ex l. 2. tit. 13. lib. 8. *Ordinam. Regal.* quæ vult requiri percussionem, licèt non sit lethalis, ultra insidias ad occidendum; et adde l. 3. tit. penult. eod. lib. *Ordinam.* quam legem neque arbitror consuetudine in practica servari, imò per Judices, quando insidiosè percussus ex vulnere non moritur, condemnatur ad mortem; quæ practica fortassè sumitur ex dicto Saliceti in dict. l. *is qui cum telo*, ubi refert Baldum dixisse notabile verbum, dum legeret legem illam, quòd ubi per legem punitur affectus, ac si fuisset consummatus, judex posset ex potestate sibi à lege concessa mitigare pœnam, si vult, sed non necessitatur, per textum singularem in l. *aut facta*, §. *eventus*, D. *de pœnis*, quod est cordi tenendum, secundum Salicet. Tu adde Bald. in l. *data opera*, col. 13. *C. qui accus. non poss.* dicentem, quòd hoc casu judex mitigat pœnam ex officio, allegat dictum §. *eventus*, et l. *si quis aliquid*, §. *qui nondum*, D. eod. Adde etiam Bartol. in dict. §. *eventus.*

(5) *Virgen.* Adde l. *si quis non dicam rapere*, *C. de Episc. et Cleric.* et l. unic. *C. de rapt. virg.* et l. fin. tit. 20. suprà ead. *Part.* Quid autem, si puella nondum sit viri potens? Joan. Fab. in §. *item Lex Julia*, *Instit. de public. judic.* dicit, quòd consuetudinarii suspendunt stuprantem puellam nondum viri potentem. Baldus etiam in dict. l. *si quis non dicam rapere*, ad fin. quærit de ista quæstione post Guilliel. et refert Guilliellmum dixisse, quòd deflorans minorem duodecim annorum, non deberet decapitari, sed mitiori pœna puniri; quia aliud est in virgine matura, quæ perdit virginitatem, quæ nunquam potest restaurari; aliud in pupilla, quæ non potest virginitatem perdere, et allegabat pro casu l. *si quis aliquid*, §. *qui nondum*, D. *de pœnis.* Bald. tamen dicit, quòd ipse faceret eum decapitari: vide ibi per eum.

llas (6), para cumplir su pensamiento malo, e leuandola arrebatada; ca, maguer non passasse a ella (7), meresce ser escarmentado bien assi como si ouiesse fecho aquello que cobdiciaua, pues que non finco, por quanto el pudo fazer, que se non cumplio el yerro que auia pensado. En estos casos sobredichos tan solamente (8) ha logar lo que diximos, que deuen rescebir escarmiento los que pensaren de fazer el yerro, pues que comiençan a obrar del, maguer non lo cumplan (9). Mas en todos los otros yerros que son menores destos, maguer los pensaren los omes de fazer, e comiençan a obrar, si se arrepintieren ante que el pensamiento malo se cumpla por fecho, non merescen pena ninguna (10).

LEY III.

Quantas maneras son de yerros, por que merecen los fazedores dellos rescebir pena.

Todos los yerros, de que fezimos mencion en este libro, que los omes fazen a sabiendas con mala entencion, son en quatro maneras (1). La primera de fecho (2), assi como de matar, o furtar, o robar, e todos los otros yerros que los omes fazen, que son semejantes destos. La segunda es por palabra (3), assi como denostar, o enfamar, o testiguar, o abogar falsamente; e en las otras maneras semejantes destas; que los omes fazen yerros, los vnos contra los otros por palabra. La tercera es por escriptura (4), assi como falsas cartas, o malas cantigas, o malos ditados; e en las otras escripturas semejantes destas, que los omes facen vnos

(6) *Trauando de alguna dellas.* Intellige per actum multum principaliter propinquum delicto, et quasi pars intrinseca illius, ut postratio in terram in actu carnali, tunc de rigore debet puniri, sicut pro actu consummato, ita dicit Bald. in dict. l. *si quis non dicam rapere*, col. 2. Si enim esset actus magis remotus, ut osculum, vel similis actus, tunc mitius punitur, Glos. in l. 1. in princ. D. *de extraord. crimin.* Baldus ubi suprà.

(7) *Non passasse a ella.* Nota ad id quod dixi in l. fin. tit. 20. ead. *Partit.*

(8) *Tan solamente.* Imò videtur, quòd et in multis aliis ut in delicto assasinatus, ut in cap. 1. *de homicid.* lib. 6. et dixi in l. fin. tit. 27. ead. *Partit.* et licet Glossa ibi voluit in solo mandato de occidendo per assasinos consummatum esse delictum, ex quo dicit, quòd licèt revocet mandans mandatum re integra, non evitat pœnam, contrarium in hoc tenuit Angel. in l. *item apud Labeonem*, §. *si curaverit*, D. *de injur.* per illum textum et ibi bona glossa, sequitur Hippolit. in l. *is qui cum telo*, ad fin. D. *ad leg. Cornel. de sicar.* et sic non pœna ordinaria delicti, sed extra ordinem punietur: item et in casu l. 1. *C. si quacumq. prædit. potest.* Item et in crimine sodomiæ, ut cautum est per Pragmaticam regni: item et in quibuscumque criminibus atrocissimis, ut Glossa et Doctores dicunt in dict. l. *si quis non dicam rapere.* Et quæ dicantur delicta atrocissima, declarat Bartolus in l. *non solum*, §. *si mandato*, col. 2. D. *de injuriis*; potest dici, quòd licèt lex ista dicat *tan solamente*, non excludit similia delicta ita atrocia, sicut ista: quod et patet cùm inferius dicit: *los otros yerros que son menores que estos*; faciunt illam quæ adduxi in l. 4. tit. 7. 6. *Partit.*

(9) *Lo cumplan.* Quia non potuerunt intellige, ut in casibus secundo et tertio suprà positis dixit. Nam si potuerunt, sed noluerunt pœnitentia ducti, non videtur, quòd debeant puniri pœna ordinaria delicti, ac si delictum perfecisset, l. *qui ea mente*, D. *de furtis*, l. *qui falsam*, D. *ad leg. Cornel. de fals.* et ibi Bart. Felin. in tractat. *qualiter conatus puniatur*, in 1. limitatione. Hippolit. in l. unic. col. penult. *C. de rapt. virgin.* et in dict. l. *is qui cum telo*, ad fin. Punietur tamen extra ordinem talis conatus, secundum qualitatem actus præcedentis, qui est à jure inprobatus, juxta ea quæ notat Salicetus in dict. l. *is qui cum telo*, in distinctione ibi per eum, juncto eo quod dicit in l. 1. in fine, *C. de crimine stellionat.* et tradit Bald. in l. *data opera*, vers. *item nota*, *quod pœnæ personales*, *C. qui accusare non possunt.* In primo verò casu, seu exemplo in ista lege posito de crimine læsæ majestatis, videtur quòd ex pœnitentia non excusetur, ut patet ex verbis hujus legis, et probatur in dict. l. *quisquis*, in fin. ubi lex non excusat pœnitentem, sed patefacientem, et hoc etiam voluit Alberic. in dict. l. *si quis non dicam rapere*, et Dominic. in dict. cap. 1. *de homicid.* lib. 6. col. fin. ubi ponens casus, in quibus non prodest pœnitentia in delictis, ponit istum de crimine læsæ majestatis; ponit etiam de hæretico, per textum in cap. *ad abolendam*, *de hæretic.* et cap. *excommunicamus*, §. *credentes*, et casum l. 3. 1. respons. D. *de his qui mortem sibi consciver.* et quia in crimine læsæ majestatis ille tractatus habetur pro delicto consummato, ùt hic, et in l. 1. tit. 2. ead. *Partit.* et in dict. l. *quisquis.* Adverte etiam, quòd in casibus, ubi lex punit affectum, ac si delictum fuisset consummatum, potest judex ex potestate sibi à lege concessa, mitigare pœnam, ut suprà dixi in glos. 4. Multa alia occurrunt in ista materia, quæ poteris videre per Doctores in dict. l. *si quis non dicam rapere*, et per Felinum in dict. suo tractatu: hæc quæ magis sunt necessaria ad ampliorem hujus legis declarationem hic posui.

(10) *Pena ninguna.* Ex hoc videtur velle ista lex, quòd in atrocioribus, de quibus suprà, licèt pœniteat, sit puniendus; sed dic, ut dixi suprà in gloss. præced. Tene etiam menti istam legem expressè disponentem, quòd regulariter in delictis pœnitens in totum excusetur à pœna, si delictum non fuit consummatum: adde l. *qui falsam*, et ibi Glos. D. *de falsis.* Sed quid si non pœnituit in istis aliis criminibus, sed non perfecit delictum, quia non potuit? Dic, quòd in levibus delictis in totum absolvitur, l. 1. §. fin. cum simil. D. *quod quisque juris in alter. stat.* Si verò non est leve, sed atrox, tum mitius punitur imperfecto flagitio, l. 1. in princ. et in fine, D. *de extraordin. criminibus*, quia ut dicit Bald. in l. *si fugitivi*, *C. de servis fugitiv.* non est omnino sine delicto, qui delinquere inchoavit, et ideo punitur extra ordinem.

LEX III.

Quatuor modis delicta seu crimina, prava intentione perpetrantur, scilicet facto, verbo, scriptura, consilio, de quibus ponit exempla. Hoc dicit.

(1) *En quatro maneras.* Prosequitur notata per Azonem, *C.* eod. in summa, vers. *admittuntur autem et verba*, l. *aut facta*, in princ. D. eod. quæ canonizata est, *de pœnit.* dist. 1. cap. *aut facta*, ubi per Gloss. et Archid. Adde l. *ex maleficiis*, in princ. D. *de action. et oblig.*

(2) *De fecho.* Et casus, ubi pro facto imponitur pœna mortis, vide per Bald. in l. *data opera*, col. 4. et 5. *C. qui accusar. non possunt*, et vide titulum octavum, et alios titulos hujus septimæ Partitæ.

(3) *Por palabra.* Et crimina quæ dicto commissa, morte vel membri abscissione puniantur, vide per Bald. in dict. l. *data opera*, 7. et 12. col. et vide ead. *Partit.* tit. 9. per totum, et tit. 7. in l. 1.

(4) *Por escriptura.* Vide l. unic. *C. de famos. libel.* et l. 3. tit. 9. ead. *Partit.* et suprà ead. *Partit.* tit. 7. l. 1.

contra otros, de que les nasce desonrra, e daño. La quarta es por consejo (5), assi como cuando algunos se ayuntan en vno, e fazen jura, o postura, o confradia, para fazer mal a otros, o para rescebir los enemigos en la tierra, o para fazer leuantamientos en ella, o para acoger los ladrones (6), o los malfechores; o en otras maneras semejantes destas, que los omes fazen malas fablas, o toman malos consejos, para fazer mal, o daño, los unos a los otros. E la pena de cada vno destos sobredichos es dicha en los titulos desta setena Partida, en las leyes que fablan en esta razon.

(5) *Consejo.* Vide quando delictum commissum consilio pœna mortis puniatur per Bald. in dict. l. *data opera*, col. 13. et l. 1. tit. 2. ead. *Partit.*

(6) *Los ladrones.* Vide l. 4. et l. 18. tit. 14. ead. *Partit.*

LEX IV.

Septem sunt genera pœnarum; quatuor majora; cætera levia. Primum est mors, vel membri mutilatio. Secundum, damnatio in metallum, vel in opus metalli. Tertium, deportatio in insulam cum bonorum ademptione. Quartum, perpetuus carcer, qui non potest homini libero dari, quia carcer ad custodiam, non ad pœnam datur. Quintum infamia. Sextum, relegatio, vel ad officio amotio. Septimum, verberatio, vel in publico ab spectaculum positio. Hoc dicit.

(1) *Siete maneras.* Prosequitur dicta Azonis *C.* eod. in summa, col. 2. vers. *perpensa autem qualitate*, et quæ habentur in l. *capitalium*, in princ. et l. *si quis fortè*, §. fin. cum legib. sequentibus, D. eod. et nota, quod non possunt judices imponere extranea genera pœnarum: vide per Bald. in l. 1. *C. qui non poss. ad libert. perven.*

(2) *Pena de muerte.* Et debet imponi eo modo, quo habetur in l. 6. infra eod. ubi dico.

(3) *En fierros.* Qui damnantur in metallum, gravioribus vinculis puniuntur, seu retinentur, qui in opus metalli, levioribus; vide in l. *aut damnum*, §. *est pœna*, D. eod.

(4) *O labrando en las otras sus lauores.* Hi videntur ut damnati in opus metalli, inter quos interest, ut dixi, et habetur in dict. l. *aut damnum*, §. *inter eos*: imò dic, quod isti differunt à damnatis in opus metalli, ut habetur in l. *quidam*, D. eod. Et istis assimilantur qui hodie damnantur, ut serviant in triremibus, seu galeris Regis: et dubitari vidi, an maritus possit damnari perpetuo ad istam pœnam, ut serviat in triremibus in præjudicium uxoris? Et videtur, quod sic, per istam legem, et per textum in cap. *quos Deus conjunxit*, cum §. *verum*, et ibi Glos. 33. quæst. 2. licet in contrarium facit quod notat Alberic. in l. *si is cum quo fundus*, D. *commun. divid.* et vidi pronuntiari, ut talis sententia, etiam reclamante uxore, mandaretur executioni: ante factum tamen consularem judici, ut istam pœnam commutaret in aliam, ne tam graviter præjudicetur uxori, quæ sine dedecore maritum sequi non posset in tali pœna: et benè facit ad hoc l. *possessionum*, *C. communia utriusque judic.* et glossa notabilis in cap. fin. 29. quæst. 2. et in cap. 1. *de conjug. servor.* et l. 1. tit. 5. 4. *Partit.* et adde quod habetur in l. 1. tit. 28. 4. *Partit.* quæ videtur velle, ut quando quis capitur ex delicto, possit puniri judiciali morte, vel alia pœna, etsi fiat præjudicium uxori propter separationem.

LEY IV.

Quantas maneras son de pena.

Siete maneras (1) son de penas, por que pueden los Judgadores escarmentar a los facedores de los yerros. E las quatro son de los mayores, e las tres de los menores. La primera es, dar a los omes pena de muerte (2), o de perdimiento de miembro. La segunda es, condenarlo que este en fierros (3) para siempre cauando en los metales del Rey, o labrando en las otras sus lauores (4), o siruiendo (5) a los que lo fizieren. La tercera es, quando destierran a alguno para siempre en alguna Isla (6), o en algun lugar cierto, tomandole todos sus bienes (7). La quarta es, quando mandan echar algun ome en fierros, que yaga siempre preso en ellos, o en carcel, o en otra prision: e tal prision como esta non la deuen dar a ome libre (8), si non a sieruo. Ca la car-

(5) *O siruiendo.* Hi sunt, qui dicuntur damnati in ministerium metallicorum, ut serviant; vide in dict. l. *aut damnum*, §. *in ministerium.*

(6) *Isla.* Hæc est deportatio, ut habetur in dict. l. *quidam*, et nota, quòd nomen deportationis per se, etiam sine assignatione insulæ, est publicatio omnium bonorum, et ademptio omnium gratiarum, secundum Bald. in l. 3. *C. si pend. appel. mors interv.* col. fin.

(7) *Tomandole sus bienes.* In deportatione confiscatio bonorum venit ex necessitate, ut hic, et in l. *tutelas*, §. fin. D. *de capit. diminut.* Sed an poterit judex reservare deportato bona? Glossa, quod sic, in l. *si qua militi*, D. *ex quibus causis major.* quam glossam dicit singularem Baldus in l. *si is qui*, col. 2. *C. si penden. appellat. mors intervén.* et ibi intelligit eam in dominio bonorum de jure gentium; secùs in actionibus personalibus, quæ sunt de jure civili: et sifiscus non vult bona, potest deportatus habere hæredem, Gloss. in l. *ea sola*, D. *de regul. jur.* Bald. in l. *cum quam*, col. 5. *C. de fideicommiss.* Paul. de Cast. in l. *ex ea parte*, §. *in insulam*, D. *de verb. oblig.*

(8) *A ome libre.* Adde l. *incredibile*, *C. de pœnis*, et D. eod. l. *aut damnum*, §. *solent*; de jure tamen canonico hoc non procedit, ut in cap. *quamvis*, *de pœnis*, lib. 6. et 81. dist. cap. *si quis Clericus*, cap. *de lapsis*, 16. quæst. 6. cap. *ut commissi*, *de hæretic.* lib. 6. Clement. 1. eod. tit. et cap. penult. *de hæretic.* cap. *novimus*, *de verbor. signific.* et etiam hodie in adultera de jure civili, et isto Partitarum, ut in authent. *sed hodie*, *C. de adulter.* l. penult. tit. 17. ead. *Partit.* Non tamen efficitur servus liber, damnatus ad perpetua vincula, secundum Alberic. in dict. l. *aut damnum*, §. fin. et dicit Bald. in repetit. l. 1. col. 9. *C. de sacrosanct. eccles.* quod pœna perpetui carceris imponitur à jure canonico, illis casibus, quibus de jure civili imponitur pœna mortis; nam, ut dicit Baldus in l. *imperium*, col. 4. D. *de jurisd. omn. judic.* in prima lectura, referens Innocentium, ista pœna æquiparatur morti. Abbas etiam in cap. *tuæ*, *de pœnis*, vult idem quod Bald. in dict. l. 1. quod limitat, et intelligit Franciscus de Aret. in cap. *cum non ab homine*, col. 9. *de judic.* quando propter immanitatem delicti, laico imponitur pœna mortis cum aliqua qualitate atroci, puta ignis, traditionis ad bestias, membrorum lacerationis, vel hujusmodi, tunc videtur imponenda clerico pœna perpetui carceris, non aliàs, nisi in casibus expressis in jure, et pœna carceris perpetui imponatur; quæ doctrina placet Episcopo Calagurritano in sua *praxi criminali*, cap. 129. Dicit etiam Baldus in l. 1. *C. qui ad libertat. pervenire non possunt*, quòd damnatus ad perpetuum carcerem, activè, et passivè est intestabilis: idem voluit consil. 448. *quæritur in primis.* Dicit tamen dictus dominus Episcopus, ubi suprà,

cel non es dada para escarmentar los yerros, mas para guardar los presos (9) tan solamente en ella, fasta que sean judgados. La quinta es, quando destierran (10) alguno para siempre en Isla, non tomandole sus bienes. La sesta es, quando dañan la fama (11) de alguno, judgandolo por enfamado; o quando le tuellen, por yerro que ha fecho, de algund oficio; o quando viedan a algund Abogado, o Personero, por yerro que fizo, que non vse dende en adelante del oficio de Abogado (12), nin de Personero, o que non parezca ante los Judgadores quando judgaren, fasta tiempo cierto, o para siempre. La setena es, quando condenan a alguno, que sea açotado (13), o ferido paladinamente, por yerro que fizo; o lo ponen en desonrra del (14) en la picota; o lo desnudan, faziendolo estar al sol, vntandolo de miel, porque lo coman las moscas, alguna hora del dia.

LEY V.

Quien puede mandar que den penas a los que los merescen.

Ordinarios Juezes son aquellos que han poder de judgar los omes a muerte, o a perdimiento de miembro, por yerro que han fecho. E estos atales pueden judgar los omes, por los yerros que fizieron, que reciban todas las otras maneras de pena, que diximos en las leyes ante desta; fueras ende, que non pueden echar de la tierra (1), nin desterrar a ninguno en alguna Isla (2), nin en otro lugar: ca tal pena como esta non pertenesce a otro Oficial de la mandar dar, si non al Rey, o a otro ome alguno, que fuesse Vicario, o Adelantado general por el señaladamente en toda su tierra. Otrosi dezimos, que todo Judgador que ha poder de judgar a ome a muerte, por yerro que faga, o que aya fecho, que puede otrosi mandar tomar los bienes de aquellos que ouieren fecho por que en los casos tan solamente que mandan las leyes deste nuestro libro; mas en otro caso, nin por otra razon, non lo podria fazer (3) ningund Judgador, fueras ende el Rey. E aun dezimos, que a ningund ome, por yerro que aya fecho, non deuen ser tomados todos sus bienes, si ouiere parientes de los que suben, o descienden por la liña derecha (4) del parentesco fasta el tercero grado (5); fueras ende, al que fuesse judgado por traydor, segund dize en el titulo de las Trayciones; o en otros casos señalados (6) que son escriptos en las leyes deste nuestro libro, en que señaladamente los mandasse tomar.

quod cùm potissimum suum fundamentum sit, quod videtur damnatus ad mortem civilem, vel naturalem, poterit iste hodie testari attenta dispositione l. 4. *in Ordination. Taur.* Abbas etiam in cap. *quod sedes*, *de offic. ordin.* dicit hunc sic damnatum æquiparari damnato in metallum; quod et voluit Joan. de Plat. in l. *nemo carcerem*, col. 4. *C. de exact. tributorum*, lib. 10. ubi et dixit Episcopum, vel judicem posse commutare hanc pœnam, si viderit expedire, et perpetuus carcer perpetua servitus est, Bald. in l. *reos*, *C. de accusation.* unde dicit Baldus in dict. l. 1. *C. quibus ad libert. pervenire non liceat*, quòd non potest quis damnari ad perpetuam custodiam carcerum; licèt tamen de jure canonico hæc pœna permittatur, non debet ita cohartari, ut suffocetur; Bald. tamen l. 1. col. 2. D. *de rerum divis.* Adde Bald. in l. penult. *C. ad leg. Aquil.*

(9) *Mas para guardar los presos.* Adde l. 11. tit. 29. supra ead. *Partit.* et quæ ibi dixi.

(10) *Quando destierran.* Iste dicitur relegatus, et relegatio in perpetuum etiam facta non adimit bona, l. 1. D. *de interdictis*, *et relegat.* et hic, l. *deportatorum*, *C. de pœnis*, nisi specialiter facta sit, ut ibi; et vide Gloss. in l. *relegatorum*, §. *ad tempus*, D. eod.

(11 *Dañan la fama.* Adde l. *si quis fortè*, §. fin. cum l. sequent. et l. *aut damnum*, D. eod. et l. *moris.*

(12) *De Abogado.* Adde l. 11. et 12. tit. 6. 3. *Partit.*

(13) *Açotado.* Adde l. *veluti*, D. eod.

(14) *Deshonrra del.* Adde notata in cap. de *Benedicto*, 32. quæst. 1. et textum in cap. *Episcopi*, 26. quæst. 5. et Abb. in cap. 1. *de sortileg.*

LEX V.

Judex ordinarius habens potestatem judicandi de criminibus, potest infligere pœnas, de quibus suprà l. *proxim.* et bona in casu à lege expresso adimere. In casu autem à lege non expresso, bona delinquentis debentur consanguineis ascendentibus, vel descendentibus usque ad tertium gradum, nisi in casibus in quibus publicantur: sed deportare nemo potest, nisi Rex vel generalis præses totius regni. Hoc dicit.

(1) *Echar de la tierra.* Nota istam legem, quæ vult exilii perpetui à regno pœnam tantum posse imponi per judicem habentem à Rege potestatem judicandi in toto regno. Adde l. *relegatorum*, §. *interdicere*, et §. sequent. D. *de interd. et releg.* et per Bald. notabiliter in l. *executorem*, col. 8. *C. de execut. rei judic.* non ergo possunt imponere pœnam exilii à toto regno judices causarum criminalium curiæ, neque regalium cancellariarum, cùm quælibet cancellaria habeat partem regni limitatam: solùm ergo hoc posset senatus regius qui est præfectus in toto regno.

(2) *En alguna Isla.* Adde l. *rei capitalis*, §. 1. D. eodem.

(3) *Non lo podria fazer.* Adde l. unic. *C. ne sine jussu Princip. cert. judic. lic. confisc.* et ulterius declaratur hic, quod soli Regi hoc liceat. Vide quæ notat Andreas de Isern. in tit. *quæ sunt regalia*, super parte *bona contrahentium incestas nupt.* col. 5. ad fin. et col. 6. et Joan. de Plat. in l. 1. *C. de bonis vacant.* lib. 10. et an Episcopus condemnet clericum in confiscatione bonorum? Vide Oldrald. consil. 17. col. 2. Anton. et Joan. de Imol. in cap. *quia diversitatem*, *de concess. præbend.*

(4) *Por la liña derecha.* Concordat cum l. 8. tit. 10. ead. *Partit.* et l. 25. tit. 22. 3. *Partit.* ubi nunquam dicitur *et ex latere*, ut dixi in dict. l. 8. ubi vide quæ dixi.

(5) *Fasta el tercero grado.* Adde textum in authent, *ut nulli judicum*, cap. fin. vers. *ut autem*, collat. 9. et in authent. *bona damnatorum*, *C. de bonis damnat.* et intellige de tertio gradu inclusivè; et observabitur ordo graduum, secundum Angel. ibi.

(6) *Señalados.* Approbat opinionem communem, quod authentica *bona damnat.* non loquitur, ubi per legem expressè bona adimebantur; sed quando tacitè in consequen-

LEY VI.

Quales penas son vedadas a los Judgadores, que las non manden dar.

Punar deuen los Judgadores de escarmentar los yerros, que se fazen en las tierras sobre que han poder de judgar, despues que fueren judgados, o conocidos. Pero algunas maneras son de penas, que las non deuen dar a ningun ome, por yerro que aya fecho; assi como señalar a alguno en la cara (1) quemandole con fuego caliente, o cortandole las narizes (2), nin sacandole los ojos (3), nin

